Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
C
40
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MATTHIÆ UNTZERI D. M.

DE LUE PESTIFERA.

LIBRI TRES.

ILLUSTRIBUS,

ADMODUM REVERENDIS, MAGNIFICIS, STRENUIS, NOBILISS: AMPLISS: AC PRUDENTISS:

DNN:

COMITIBUS,

PRÆLATIS, EQUITIBUS, CONSULIBUS, CÆTERISQUE, INCLYTI PRIMATUS ET ARCHIEPISCOPATUS MAGDEBURG:

ORDINIBUS,

DOMINIS ET MECOENATIBUS SUIS BENIGNIS, ſummoq; obſervantiæ ſtudio colendis.

Q*Uæ ab omni ævo, INCLYTI ORDINES, omnibus in univerſum hominibus, ſemper formidoloſa fuêre & etiamnum, in præſens uſque tempus, ſingulos ſummoperè territant, horroremq; incutiunt non vulgarem, ob inſignes nimirum, ac memorandas (addam & deplorandas) clades, non ſemel tantùm aut bis, ſed multoties, diſtinctis ſeculorum intervallis, Generi humano illatas, tria potiſſimum exiſtunt:* Bellum *videlicet*, Fames *&* Peſtis. *Hiſcè etenim tribus, ad infinitam hominum multitudinem,*

Ffff *exiguo*

exiguo temporis ſpacio, miſerabiliter perdendam opprimendamvè, illorumq́ amicabilem ſocietatem diſſolvendam nihil terribilius, nihil atrocius, nihilq́ abominabilius excogitari poſſe unquàm, præter multa, quæ quidem nunc ſilentio præterimus, priſcorum ſapientum dicta egregia, varia quoque ab Hiſtoriographis paſſim in monumentis ſuis tradita & conſignata exempla, luculentiſſimam poſſunt facere fidem.

Ut enim I. DE BELLO *ordiamur, quis quæſò adeò rudis, adeò ἄπειρος καὶ ἀπαίδευτος, planè omnis, ſeu veteris ſeu novæ Hiſtoriæ eſſe poteſt, qui non vel lectione, vel auditione, aut obſervatione ſaltem didicerit ac cognoverit, unum ſæpè vel alterum tantùm prælium, multa hominum millia, ſimul ac ſemel peſſum dediſſe & abſorpſiſſe, imò ſævum illum ac truculentum Martem, nonnunquàm aliquot myriadum millia, paucorum annorum decurſu, crudeliter confeciſſe? Prodeat enim hic* C. Cæſar, *qui non libenter ſolùm fateri, ſed & inſolenter gloriari ſolitus fuit, in diverſis præliis, cum hoſte conſertis, à ſe* undecies centena, & nonaginta duo millia hominum *trucidata fuiſſe. Nec minorem cladem, bellis à ſe confectis, dedêre,* Q. Fabius, C. Marius, & Aetius, *quorum ille,* centum decem Gallorum millia: Iſte ducenta Cimbrorum millia: *Hic verò ad Tholoſam,* centum & ſexaginta duo millia Hunnorum *occidiſſe memoratur. Hiſce quoque addantur pugnæ illæ inter Cæſarem ac Pompejum ſemel atque iterum commiſſæ, in quibus ſanè,* ad trecenta millia hominum, *crudeliſſimâ morte mactati leguntur. Quid verò dicam de altero bello Punico, quo uno, (ſi fides Hiſtoricis habenda) non totis adhuc ſeptendecim annis, ſuprà* quindecies centena millia hominum *depaſti fuêre. Præterea quem latet, in ſolà Hieroſolymorum urbe, per omne tempus obſidionis,* ad decies centena millia, *partim naturali morte extincta, partim militum manu immaniter cæſa ac jugulata fuiſſe: Memorabile verò imprimis eſt, quod* I. Lipſius in lib. de Conſtant: *ſcribit, Judæos olim, non integro ſeptennio, civilibus externisq́ bellis,* ad duodecies centena, & quadraginta millia hominum *& ampliùs cladem paſſos fuiſſe. Et hæc quidem*

ævo,

Digitized by Google

ævo priſco, & noſtro in orbe. Quodſi verò ad noſtra hæc tempora, & alium orbem, novas nimirum illas vaſtasq́, Indorum terras, nunc quis me vocet, ſanè nec hic quoque inſignium aliquot ejuſmodi ſtragum ac cladium, exempla deerunt; Quorum tamen (vitandæ prolixitatis gratiâ) duo tantùm hic libâre & attexere lubet. Johan. Hugo à Linſchotten lib. Navigat. ſuar. cap 17. *tradit, Anno 1568. bellis, aliquoties inter Regem de Peru & Regem Sianæ certatum eſſe graviſſimis; in quibus ab utrâq́, parte, aliquot centum millia interfecta fuerunt.* *Et* Bartholomæus de Caſa, in lib. de Hiſpan. Tyrannide, *inter alia refert, ſe pro certo affirmare non dubitare, Hiſpanorum truculentiâ & immanitate plus quàm beluinâ, intrà 40. annos, in Occidentalibus Indiis, partim bellis partim aliis fraudibus, ad* centies centena millia, & quinquaginta Myriades *incolarum, quæ 10500000. ſeu, (ut vulgò loquimur) quindecim Millionum ſummam conficiunt, miſerabiliter interfectas eſſe.*

2. Deindè AD FAMEM ſi tranſeamus, hanc quoq́, calamitoſiſſimam, exitioſiſſimamq́, ſæpè mortalium generi extitiſſe, Hiſtoricorum ſcripta non ambiguam præferunt fidem. Michaël Saxo *enim* in ſuâ Cæſar. Chron. *commemorat, Anno Chriſti 541. rerum potiente Juſtiniano Imp. in Italiâ, vaſtantibus eam Gothis, in ſolâ Piceni provinciâ,* quinquaginta millia hominum, *Fame calamitosè interiiſſe. Ità &* Janſonius in lib. 3. Mercurii Gallo-Belg: *tradit, Anno 1591. Lutetiarum urbe, ab Henrico IV. Rege, obſidione diù cinctâ, tantam inter oppidanos exortam ac graſſatam eſſe famem, ut unâ nocte ſæpè* ducenta hominum *expirarent. Solutâ verò obſidione, ſubductoq́, exactè eorum numero, qui trimeſtri ſpacio, fame enecti, vitam amiſerant, inventa fuiſſe circiter* tredecim millia. *Similiter* Jac. Auguſtus Thuanus lib. 55. ſuar. Hiſtor. *conſignavit. Anno 1573. in Sancerræ urbis obſidione, 40 tantùm dierum ſpacio, ampliùs 500. incolarum, infeliciter fame periiſſe.* Euſebius *quoque* lib. 9. Chron. cap. 8. *ſcriptum reliquit. Tempore Maximini Tyranni, tantam ubiq́, per urbes invaluiſſe famem, ut homines diu eâ excruciati, tandem magno numero, deplorandum in modum, mortui quotidiè conciderent.*

Digitized by Google

rent, adeo ut iis ſepeliendis vix locus aliquis ampliùs ſupereſſet. Quantam etiam famem Hieroſolymitani olim, arctiſſimâ obſidione preſſi, ſuſtinuerint,& quoties milleni homines, illâ miſerabiliter extincti & abſumpti fuerint,notius omninò eſſe puto, quàm ut pluribus hic à nobis inculcetur.

3. *Ultimò ſupereſt* PESTIS, *de cujus ingenti ſævitiâ ac tyrannide, tàm veterum ætate, quàm patrum ſeu Majorum noſtrorum memoriâ, ſæpiſſimè in miſeros mortales exercitâ, quid attinet multa verba facere? cum omnes hâc de re, pleni ſint Hiſtoricorum libri ac commentarii.* Procopius *enim* lib. 11. de bello Perſ. *ſcribit: Regnante Juſtiniano Imp: tàm atrocem Byzantij viguiſſe Peſtem, ut quotidiè 5000. interdùm etiam (quod fidem ferè excedit) 10000. hominum ſepulturæ traderentur.* Platina in vitâ Clementis VI. *annotavit: Olim in Italiâ, tàm ſævam graſſatam fuiſſe Peſtilentiam, quod ex milleſimo vix decimus evaſerit. Ita* Joan. Hugo Linſchottius lib. 1. Navigat. ſuæ cap. 1. *prodidit, circiter annum 1578, adeo ingenti conflictatos fuiſſe Peſte Luſitanos, ut Lyſibonæ, biennij ſpacio, ultrà 70000. illius rabie necati fuerint. Et* Michaël Saxo in vitâ Friderici III. Imp. *refert, Anno 1453. in ſolâ Erphordienſi urbe, luem peſtilentem, 28000. hominum abſumpſiſſe. Plura exempla hic non addo, ne actum agam; Horum enim qui cupidus, oculum pauliſper circumferat ad Proœmium hujus Libri, ubi, quæ volet, cumulatè inveniet, fortaſsè & miſerabitur ac ingemiſcet.*

De hâc itaq; poſteriori plagâ ſeu pœnâ, LUE *nimirum* PESTIFERA, *(miſſis duabus prioribus) tanquàm materiâ Phyſico-Medicâ, & ad ſcholam ac profeſſionem Philoſophorum ac Medicorum propriè ſpectante, cum* EGO, *pro dono divinitùs indulto, ac ingenij mei modulo, haut ità pridem, in patriæ potiſſimum meæ chariſſimæ (cui præ alijs omnibus, maximè obſtructum me eſſe, libenter fateor) ſalutem; Deindè & totius hujus Nobiliſſimæ Archidiœceſeos, (utpotè, quæ, ut nativitate, ita & incolatu atque officiis, totum me hactenùs ſibi vendicavit, ſuumq; eſſe voluit) ſingulare emolumentum, privato ſtudio, accuratiùs quædam commentatus eſſem, & quas de difficili-*

difficilimo periculoſiſſimoq; hoc morbo (non unam ſemper urbem, vicum aut provinciam inſidente, ſed per plures ſæpè regiones, oras ac tractus terræ, ſtupendâ pernicitate ſe effundente) tùm cognoſcendo, tùm curando, innumerorum propè Medicorum ſententias, ſparſim extâre ſcirem, in unum quaſi corpus ac Σύνταγμα *laborioſè contuliſſem, inſuperq; illud raris quibuſdam, inſignibus & exquiſitis, nec apud omnes obviis, cùm Chymicorum, tùm Dogmaticorum remediorum floſculis, ditaſſem & exornaſſem, viſum omninò fuit, optimorum Amicorum hortatu ac inſtigatu (quibus Labor iſte adeô non diſplicuit, ut etiam ab illis, tanquam utiliſſimus, ſummoperè probatus & commendatus fuerit, maximè verò ab Ampliſſimo, Inclytæ Lipſenſis Academiæ, Collegio Medico, cujus examen ac cenſuram priùs ſubijt) commentationem hanc Philoſopho-Medico-Hiſtoricam (talis etenim eſt) typicæ ſubjicere deſcriptioni, ac itâ in publicos uſus manumittere. Quia autem in mentem veniebat illud Pindari:*

Ἀρχομένε ἔργε πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές.

Id eſt: Incipienti novo operi, oportet præfigere faciem fulgidam & illuſtrem. *Eo nimirum fine, ut ex ejuſmodi facie ſeu nomine potiùs virorum illuſtrium præfixo, ipſi operi nonnihil ponderis & auctoritatis accedat. Idcircò & EGO, caſtiſſimi hujus vatis monitum ſecutus, Veſtrum, INCLYTI ORDINES, Nomen prælustre, ſplendidum, magnificum & peramplum, totoq; terrarum orbe notum ac celebratum, huic novo Libro, audacter præfigere ac præſcribere volui, idq; non eam tantummodò ob cauſam, ut illi, ceu à ſe vili, abjecto, & ut ita dicam, obſcuro, lucem aliquam & claritatem, à luce veſtrâ fœnerarer, ac ſic decoris ac ſplendôris aliquid ei conciliarem; verùm etiam, ut hâc quaſi votivâ tabellâ, ad FIDEI aram, in Mnemoſynes Fano ſuſpensâ ERGA VOS, debitam meam ſubjectionem, reverentiam ſingularem, obſervantiam devotam, animiq; cultum perpetuum, palàm declarârem, teſtatumq; facerem, VESTRUMQUè Favorem eximium, Gratiam illuſtrem, ſtudium benevolum, voluntatisq; propenſionem præclaram, viciſſim mihi conciliarem ac demererer.*

Quem itaq; ILLUSTRES ORDINES, Vobis ſubmiſſè & officio-

officioſè nunc offero, conſecro ac dedico Librum, Splendori quidem, Dignitati ac Amplitudini Veſtræ minimè parem, ab animo tamen certè VOBIS devotiſſimo deditiſſimoq; profectum, eum oblatum, ut ſimili, quâ alij Viri Illuſtres, dicata & nuncupata ſibi, excipere ſolent, vultus hilaritate, accipiatis, & contrà virulentos invidorum Zoilorum morſus, effrenatamq; obtrectatorum malevolorum rabiem ac ferociam, potenter defendatis, meq; impoſterùm Gratiâ, Favore, ac Benevolentiâ veſtrâ, quæ ſuper omnia alia duco atque æſtimo, beëtis, ſummâ Animi reverentiâ oro atque obteſtor.

Quod ſupereſt. DEUS TER OPTIMUS MAXIMUS, VOS,

ILLUSTRES ORDINES,

Spiritus ſancti ſui gratiâ clementer regat, ac protegat, & ad veræ incorruptæq; Religionis tutelam, nec non ad totius florentiſſimæ hujus Archidiœceſeos ſalutem, utilitatem, ſtabilimentum ac incrementum, ſtatusq; publici tranquillitatem, quàm diutiſſimè vivos, florentes ac incolumes conſervet.

Benè & feliciter valête, meq;, quod reverentèr peto, commendatum VOBIS perpetuò habete. Scribebam HALÆ-SAXONUM, Anno χειρουργίας M. DC. XV. Menſe Septemb.

VESTER

Humillimus ac Devotus
Cliens

MATTHIAS UNTZERUS D.
Reipubl. Hallenſ. Medicus Ordinarius.

MATTHIÆ

Digitized by Google

MATTHIÆ UNTZERI D.

DE LUE PESTIFERA.

LIBER I.

Procœmium.

HUmanæ vitæ, quàm ſit fragilis, ærumnoſa, miſerabilis, ac deplorata conditio, præter alias, ſingulis penè momentis, nobis impendentes calamitates atque afflictiones, etiam ipſorum morborum, variè in nos debachantium, hoſtiliterque vitæ noſtræ inſidiantium, innumera caterva, inſigni ac luculento nobis poteſt eſſe teſtimonio ac documento. Quorum ſanè, tanta ſæpè exiſtit ſævitia, ferocia atque atrocitas, ut neque ordini, ſexui aut ætati ulli parcendo, neque loci aut regionis ullius rationem aliquam habendo, indiſcriminatim in obvios quoſvis graſſentur, ac tyrannidem ſuam exerceant. Inter quos, *Peſtiferam Luem*, cæteris omnibus, palmam quaſi præripere, & jure ſuo triumphum agere, qui non videt, aut pertinaciter contradicit, eum mehercle, aut deploratè cæcum, aut prodigioſè ſtupidum eſſe, neceſſum eſt. Siquidem Experientia, ac ipſe ſenſus, ceu fidi rerum quarumvis, inprimis verò naturalium, minimè fallaces arbitri ac judices, clarè evincunt, cunctiſque palàm faciunt, inter omnia morborum genera, nullum reperiri, quod crudelitatis diritate, ſævitiæ immanitate, periculi atrocitate, ac malignitatis pernicitate, Peſti non dicam præferendum, ſed ſaltem conferendum aut æquiparandum ſit. *Cauſon* quidem ſeu *Febris ardens*, morbus & acutiſſimus, & oppidò periculoſus exiſtit, non paucos, quos corripit, jugulans ac interimens: *Luis Venereæ* quoque non minima eſt crudelitas ac ſævitia, quam ij experiuntur, quos effrenis libido, ac turpis laſcivia, in hoc malum præcipitavit: *Lepra* ſeu Elephantiaſis horrendam fœditatem ac virulentiam,

ex:

ex florido, beneque habito, corpore ſæpè miſerum & abominandum ſchema efficientem, quis non deteſtatur, & extremè habet exoſam? *Hydrophobiæ* venenum, mentem de ſtatu ſuo movens, intollerabilique tandem ſiti hominem conficiens, cui non ſemper extitit formidoloſum? *Morbilis* & *Variolis*, quibus ſæpè unius anni decurſu, tot Centuriæ infantum ac puerorum mactantur, quis negabit aliquam ineſſe malignitatem ac pernicitatem? *Podagræ* tandem ac *Nephritidi*, quorum carnificinâ infiniti calamitosè perierunt, quis omnem detrahet atrocitatem ac periculum? Nihilominus tamen, omnes hoſce, ſi cum Peſte, conferas morbos, mites potiùs ac benignos, quàm truces & malignos, dicas neceſſe eſt, cum nullus eorum, itá ſubitò, tantoque cum impetu, Cor, vitæ arcem invadendo, calorem ejus inſitum opprimat, ſpiritus omnes diſſipet, robur omnium facultatum exolvat ac labefactet, tandemque momentaneo quaſi ſpatio, hominem, ipsâ animâ ac vitâ exuat, atque Peſtem, non ſine ingenti noſtro dolore, luctu atque lacrymis, heu nimis quàm ſæpè, facere videmus. Cujus ſanè tanta eſt deteſtanda ſævitia, ac tyrannis inexorabilis, ut non ſolùm, unum atque alterum, obſcuro ac humili genere natum, inſidiosè adoriendo, inſtar belluæ venenatæ interimat, verùm etiam in familias nobilium, generoſorum atque illuſtrium penetrans, plurimos ſæpè ex illis crudeliter abripiat, imò totas nonnunquam civitates, nec non regiones ac provincias integras, paucorum menſium ſpatio, depaſcendo, miſerrimè devaſtet ac diſpoliet, id quod ſequentium Exemplorum, ex veterum & recentium hiſtoriarum monumentis erutorum, adductione, unicuivis cognoſcere, non admodum difficilè fore judicamus. 1. *Platina* in vitis Pontif. ſcriptis conſignavit, tempore Bonifacii 8. Papæ, tàm horrendam ubique per totam Europam ſæviiſſe Peſtem, ut omnium judicio, numerus Peſte extinctorum, longè ſuperaverit numerum, tunc adhuc in vita ſuperſtitum. 2. *Zonaras Tomo* 2. ſcribit, ſub Gallo & Voluſiano Impp. Peſtem ab Æthyopia exorientem, omnes Romani imperii provincias pervaſiſſe, & per 15. continuos annos incredibiliter [illegible]aſſe. 3. *Paulus Oroſius lib. 7. cap. 15.* ut & *Beda* tradunt, ſub Antonio vero Philoſopho Imp. in Italiâ tam ſævam extitiſſe Peſtem, quæ omnes ferè urbes ac pagos, incolis ſpoliaverit, ita ut nemo ferè eſſet, qui agros coleret ſeu curaret, ſed ij inculti ubique relinquerentur. 4. *Nicephorus in hiſtor. Eccleſ. lib. 3. initio cap. 11.* ſcriptum reliquit, Veſpaſiano imperante, Romæ tàm ingentem graſſatam fuiſſe

fuiſſe Peſtem,ut diebus plurimis quotidiè ſuper 10000. hominum extinguerentur. 5. *Baronius in Tom 2, Annalium Eccleſ.* refert, Anno 263. ſub Galieno Imperatore,tantam Romæ & in Aſiaticis urbibus extitiſſe Peſtilentiam,ut uno die 5000. perirent. 6. *Fracaſtorius in ſiphilide & Guido de Cauliaco* memorant,Anno 1348. ita diram invaluiſſe Peſtem, ut vix quartam gentium partem intactam reliquerit. 7. *Autor ſpeculi Mundi* affirmat, Anno 741. Conſtantinopoli Peſtem tàm immaniter graſſatam fuiſſe,ut illa 30000.hominum peſſum dederit. 8. *Paulus Diaconus,& Cruſius part.1.lib.11.*ſcribunt, Anno 756.Byzantinæ urbi denuò tàm validam incubuiſſe Peſtilentiam,quæ omnes ferè incolas jugulaverit,adeò ut ad urbem poſtliminiò replendam,Conſtantinus Imp:neceſſum habuerit,ex vicinis provinciis & inſulis, novos conquirere colonos,illisque ædes,agros ac prædia defunctorum gratis tradere & donare. 9. *Plutarchus in vitâ Camilli* meminit cujuſdam Peſtis,aliquandò Romam pervadentis,& tantoperè ſævientis,ut quotidiè ferè 1000 funerum dederit. 10 *Hedio* autor eſt, Anno 1381. ſub imperio Wenceslai Imp.Luem Peſtilentem,Pragam adeò afflixiſſe, ut aliquandò unâ die 1116. hominum humata fuerint. 11. *Thucydides lib. 2. belli Peloponeſ.* ut & *Manilius in fine lib.1.& Lucretius lib. 6.* calamitoſiſſimam deſcribunt Peſtilentiam,quâ nulla ferè horribilior ac ſævior in mundo graſſata legitur,illa enim homines adeò affecerat,ut omnium fuerant obliti, & convaleſcentes, nec parentes nec familiares ampliùs agnoſcerent, prætereaque alter alterum, propter multitudinem morientium, tunc ſepelire non poſſet. 12. *Leonclavius in Pandect.hiſt Turc.Num.130*, Quâ ætate (inquit) nos Conſtantinopolin venimus, Peſtis credebatur abſumpſiſſe,intrà 4.menſes 150000 hominum, nec anno ſequenti pauciores interierunt. 13. *Pomarius* teſtis eſt, Anno 1450. tantam calamitoſiſſimam,ubique per Europam ſævijſſe Peſtem, ut exiſtimatum fuerit, tertiam hominum partem, paucorum menſium ſpacio, eâ abſorptam fuiſſe. 14. *Joan.Wolffius* mox ab initio *Cent 11.memor.lect.* Anno 1002.dira Peſtilentiæ lues per totum decennium adeò deſævijt in univerſum penè orbem,ut cum mortuis,ſæpè etiam ſemivivi pro exanimis habiti, ad ſepulchrum abrepti fuerint. 15. *Blondus lib.7.Decad 2. & Polydor. Virgil. lib.7* teſtâtur, Anno 1221.ſub Friderico II.Imp.Peſtem abſtuliſſe 67000. hominum. 16. *Juſtus Lipſius lib.2 de Conſt.cap. 23.* Opinor (inquit) Peſtem in totâ Belgicâ,his quinque annis abſtuliſſe 50000.aut ut largiter,

Digitized by Google

100000. *17. Petrarcha* prodidit, ævo ſuo, Anno 1369. tàm validam Peſtem, Italiam exercuiſſe, ut ex millenis quibusq; hominibus, vix decem ſupereſſent. *18. Riccius Neapolitanus* tradit, Anno 1466. Lutetiæ pauciſſimo tempore 40000. ciuium Peſtilenti lue occubuiſſe. *19. Georgius à Fransberg in hiſtor.* ſuâ annotavit, Anno 1527. occupatâ à militibus Cæſareanis Româ ſub Duce Carolo Borbonio, paulò poſt tantam exortam fuiſſe Peſtem, quæ trimeſtri ſpatio, ultrà 100000. hominum depopulata fuerit. *20. Michael Saxo in Chron. Cæſ.* refert, Anno 1563. regnante Maximiliano II Imp. adeò atrociter debachatam fuiſſe Peſtem in genus humanum, ut uno die 18000. neci tradiderit. *Idem in Append. Chron.* Fertur (inquit) Peſtis truculentiam, Alcairi in Ægypto, uno die 3000. hominum confeciſſe. 21 Sic narratur, *à P. Foreſto lib. 6. obſ. 9. in ſchol.* Anno 1576. Venetiis à Majo uſque in Januarium, Peſtem, 60000 hominum è medio ſuſtuliſſe. *22. Albertus Crantzius*, & *Funccius in Chron.* ſcribunt, regnante Carolo IV. Imp. triumannorum ſpatio, monachorum tantùm Franciſcanorum 124434. extincta fuiſſe Peſte. *23 Suetonius in Nerone, cap 39.* memorat, Peſtilentiâ unius autumni Romæ, 30000. in rationem Libitinæ veniſſe, ubi tamen *Lipſius in Centur. ad Italos & Hiſpan. Epiſt 93.* Vult legenda eſſe 300000. *24. Janſonius in Mercur. Gallo Belg. lib. 6.* circa finem ait, Londinum tàm gravem afflixiſſe Peſtilentiam, adeò ut circà finem Junij 666. in Auguſto, aliquando 2200. aliquando 20000. & plures, in unâ ſeptimanâ in ſolâ Londinenſium urbe, mortui fuerint, Anno nimirum 1593. Ex his, pluribusque aliis, quæ adduci à nobis potuiſſent, ſi neceſſitas poſtularet, Exemplis, cum unicuivis Sole meridiano clariùs conſtet, quæ quantaq; Venenatæ hujus Luis ſit efferata rabies ac malignitas, & quàm diritate, ſævitiâ ac tyrannide ſua, nec non celeritate internecionis, reliquos omnes, quocunque etiam cenſu habeantur, morbos, longiſſimè ſuperet, Idcircò æquum eſt ac decet, ſacræ Aſclepiadeæ arti addictos, inſuperq; publicæ utilitatis cupidos ac ſtudioſos, omnes ingenii induſtriæque ſuæ nervos, eò præcipuè intendere, ut: non ſolum tàm truculenti mali naturæ, ejuſdemque cauſarum, accuratiſſimo mentis ſcrutinio perfectam ſibi comparent ſcientiam ac cognitionem, verùm etiam ex naturæ reconditis penetralibus, ſelectiſſima quæq; compertiſſimaq; remedia alexipharmaca, ſolertiſſimâ indagine eruere & inveſtigare, erutaq; in publicum protrahere diſcant, quo his adjuti mortales, vitam ac ſanitatem ſuam, ſecũdum Deum, à tàm ferocis

Tyranni

Tyranni inſultu, longiſſimo tempore, ſartam tectam tueri ac conſervare valeant. Quod & nos perpendentes, ne officio noſtro ulla in parte defuiſſe videremur, præſertim eo tempore, quo non exiguæ à Contagioſiſſimâ iſta Lue, vigent minæ, idcirco hoſce de Peſte libros, Boni publici, ac juvandæ noſtræ Patriæ gratiâ, conſcribendos ſuſcepimus, quos lubentes volentes nunc omnibus bonis ac candidis, animo quoque bono & candido, donamus & nuncupamus, omninò ſperantes, iſtud noſtrum qualecunque ſtudium, à cordatis & doctis, aliisque rerum peritis Judicibus, non modò non culpatum aut improbatum iri, ſed potius laudem aliquam apud illos inventurum, publiceq; omnibus non parùm fructuoſum ac ſalutare futurum.

CAPUT I.

De Homonymiâ & Nomine Peſtis.

Ut igitur rem ipſam nunc aggrediamur; primò omnium, doctrinæ clarioris gratia nominis æquivocatio excutienda venit. Eſt autem *Peſtis* vocabulum planè æquivocum. Communi enim ſeu vulgari ſermone, omne id, quod in detrimentum graviſſimum alicui rei cedit, eique ſummam affert pernitiem, Peſtis dicitur, vel ut *Taubmannus* in comment: Plantino, ſchol act. 4. ſcen. 3. Capit. 5. ſcribit, Peſtem vocabant, quicquid rem aliquam ſive animatam, ſivè inanimatam peſſundaret, quaſiq; proſterneret. Hinc *Cicero de Amicit.* pecuniæ cupiditatem Peſtem in amicitia nuncupat, quemadmodum in lib. Offic. quicquid damnoſum homini eſſe poteſt, Peſtem appellat, ita inquiens: Tàm deteſtabilis Peſtis nulla eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. Et 13 Philip. rectè veneficium appellat, à quo tibi præſentem Peſtem (id eſt pernitiem) tibi vides comparatam: ſic homines flagitioſi crudeles, perditi, turpes ac profligati ſæpè vocantur Peſtes, quâ ſignificatione, *Terentius in Adelphis,* hoc vocabulo uſus fuit, ubi lenonem, pernitiem communem, ac peſtem adoleſcentum vocat, ita *Cicero* quoque Catilinam, Peſtem civitatis ac Reipublicæ Romanæ

 dixit.

morbos uno tempore fieri, quos ſi pernitioſi fuerint, Peſtem appellant, ſin minùs, alterâ quâpiam indicant appellatione. 3. Ultima ſignificatio eſt, quâ ſignificamus, unumquodque morbi genus ac præcipuum ex multis, in conſtitutione Peſtilenti adveniens, febrem nempè peſtilentem, ita ut idem ſit peſtis, quod febris peſtilens, vel febris Epidemia ab aëris inquinamento, quod *μίασμα* Græci dicunt, Ariſtotel. ſect. 7. probl. 28. *πνεῦμα φαῦλον καὶ βαρὺ*, potiſſimùm excitata. Et tantum de nomine.

CAPUT II.

De Definitione Peſtis.

NUnc ut in veram eſſentiæ ſeu naturæ Peſtis notitiam veniamus, operæ pretium fuerit, antè omnia à definitione ejus auſpicari, ſiquidem teſte *Ariſtot. lib. 2. de demonſtrat. cap. 14.* ut & *lib. 6. Topic. cap. 2.* omnis propemodum cognitionis initium exiſtit definitio, & *Cicero* adſtipulans, initio lib. 2. de finibus bonor. & malor. inquit: Definitionem eſſe, rerum apertarum ac incognitarum quaſi patefactionem, quâ quid quicque ſit, aperitur. Peſtem autem varii variè definiunt, non tamen omnes pari felicitate ac dexteritate, quandoquidem multorum definitiones latiores aut ſtrictiores exiſtunt ſuo definito; quorundam, obſcuritatum ac perplexitatum velo adeò ſunt contectæ ac involutæ, ut Oedypo quodam ad eas intelligendas opus eſſe videatur; aliorum tandem alio laborant vitio. Nos igitur, in quantum pote, perſpicuitati ſtudẽtes, perfectiſſimam omnium, uti ſperamus, trademus definitionem, præmiſsâ tamen prius illâ, quam ſchola Hermeticorum propriè ſibi vendicat. Hermetici igitur Philoſophi ac Medici, Peſtem definiunt, quod ſit *Morbus Aſtralis, igneus ac contagioſus, qui venenato ſuo vapore, ſeu ſpiritu Mercuriali, Arſenicali aut Napellino, corporis meatus ſubintrans, citiſſimè omnium ſpirituum principalia ſubjecta, Cor ſcilicet, Cerebrum & Caput occupat, & invadit, eaq; malignitate & acuitate ſuâ inficit, corrumpit, ac diſſolvit, ac tandem ſulphuris accenſi adminiculo, ſal ſub auribus, alis ac inguinibus coagulando, varia apoſtematum genera, ut ſunt, bubones, ac Carbunculos producit ac protrudit.* A quâ Definitione non longè recedit *Paracelſus lib. 2. de Tartaro ca. 3.* Hiſce verbis, quamvis obſcurioribus, Peſtem deſcribens: Peſtis nil aliud eſt, quàm Aër Arſenicalis incluſus, quod ſpiritus Arſenicalis

Definitio Peſtis, ſecundum Hermeticos.

Definitio Paracelſi.

Digitized by Google

lis ab Yleydo, hoc eſt, ſpiritu Elementali ad tartarum ceſſit, tunc eſt natura Arſenici urere, incendere, tumeſcere, ſicut fit in peſte, ubi primò corpus incaleſcit, ac calor repente magis ac magis intenditur, quem ſitis ſequitur, & dum tartarum ab Arſenico ſeparatur, facit paroxyſmum febrilem, unde calore & frigore corpus concutitur, venenum Arſenicale aſcendit, facit apoſtemata, delirium cauſat, ſomnum nonnunquam narcoticum introducit, aliaque ſymptomata, juxtà organorum alterationem, intenſionem ac receſſum gignit. Nos verò Dogmaticorum veſtigiis inſiſtentes, & memores, quæ ſcripſit *Ariſtot. lib. 4. Phyſic. cap. 4. text. 31.* illas nimirùm optimas haberi definitiones, quæ definiti naturam ad amuſſim explicant, omniumque quæ in re definita contingunt, cauſam reddunt, tandemque cuncta dubia explicant ac diſſolvunt. Peſtem definimus eſſe, *Morbum communem ſeu Epidemium, acutiſſimum, contagioſum & pernicioſum, qui occultâ ſuâ malignitate, ac ſpiritali veneno, vel in Aëre, ob variorum μιασμάτων & viroſarum exhalationum, à ſuperioribus vel ſublunaribus corporibus excitatarum, ſuſceptionem, concepto, ac per inſpirationem poſteà attracto; vel occulto quodam incognitoq́; modo in noſtris corporibus genito, Cor, vitæ arcem ac domicilium ſpirituum, ἀθρόως invadit ac inficit, omnem ipſius facultatem, ut & reliquias totius corporis vires confeſtim proſternendo, putredinem ac febrem cauſando & excitando, tandemq́; plerumq́; Bubonem ſeu Carbunculum, aliaq́; ſæviſſima ac periculoſiſſima ſymptomata inducendo.* Vel breviùs ſic: Peſtis eſt morbus Epidemius contagioſus ac venenatus, occultâ veneni ſui qualitate, è diametro vitæ humanæ contraria, Cor affligens, ejusque τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ſpiritusque diſſipans ſeu depaſcens, ac poſtremò omnis generis lethalia ſymptomata ſæpè inducens. Hæ duæ definitiones, niſi fallimur, naturam atque eſſentiam Peſtis, differentiam ejus ſpecificam, cauſam ſeu modum generationis, ſubjectum in quo hæret, pluraque alia acuratiſſimè exprimunt, quæ ſingula nunc ordine conſiderabimus.

Definitio perſpicua.

Brevior definitio.

CAPUT III.

Ad quodnam Genus morbi Peſtis ſit referenda.

PEſtem reverà eſſe morbum, nullus unquàm fuit, qui in dubium revocavit, & certè qui id negaret, ſenſus pœnâ dignus eſſet, Ná

cum

Digitized by Google

cùm morbus ſecundum *Gal. lib. de morb. diff. ca. 2. & cap. 1. lib de differ. ſympt.* ſit ac dicatur. διάθεσις παρὰ φύσιν, ἐνεργείας ἐμποδιστικὴ πρώτως, id eſt, conſtitutio præter naturam, à qua actio primum & immediatè læditur; In Peſte autē, omnibus manifeſtiſſimum ſit, illam non unam tantummodò corporis actionem, ſed omnes ſimul, ut ex infrà dicendis pateſcet, inſigniter lædere, idcircò neceſſariò concludendū indè erit, Peſti nomen morbi competere. Cum autem triplicia ſumma ſint morborum genera, unum, partium ſimilarium dyſcraſia ſeu intemperies, quibus partium naturalis illa, quam ex primis qualitatibus habent, temperies læditur. Alterum, partium organicarum mala compoſitio ſeu conformatio, quibus partium organicarum, magnitudo, figura, numerus & ſimilia vitiantur. Tertium, utriſque commune, unitatis ſcilicet, quibus partium unitas & continuitas evertitur, ſolutio, ideò ad quodnam horum Peſtis ſit referenda, nunc diſpiciendum. Primum genus, *Intemperiem* quod attinet, quâ nimirum per exceſſum primarum 4. qualitatum nativum alicujus partis temperamentum & actiò vitiatur, illi Peſtem nemo rectè accenſebit. 1. Quia nulla intemperies citò fit & generatur, ſed ſenſim tantùm ac ſucceſſivè ſuboritur atque invaleſcit: id quod in peſte minimè fieri videmus, ſiquidem ea nonnunquā adeò repentè hominem invadit, corripit ac proſternit, ut antequam ſe ægrotare putet, mors præ foribus victrix adſtet, ac triumphum meditetur. 2. Quia nulla intemperies ſive ſimplex ſive cōpoſita, per ſe contagioſa exiſtit, & per contactum de uno corpore in aliud trāſfertur. At Peſtem quis non fatebitur, affectum eſſe, omnium quotquot ſunt, contagioſiſſimum, cujus pernities ac malignitas citò in plurimos diffunditur, exitum ac internecionem afferens. 3. Quia nulla intemperies, tām validæ activitatis unquàm eſſe poteſt, ut paucorum menſium, dierum vel horarum ſpatio, aliquot centena vel millena hominum mactet ſeu juguletſ; id quod de Peſte minimè negandum eſſe, ſupra adducta exempla & hiſtoriæ plus quam ſatis teſtatum faciunt. 4. Quia nulla non intemperies, contrariâ ſibi qualitate tollitur ac profligatur, frigida nimirùm calidis, & hæc viciſſim frigidis, humida ſiccis, & ſicca humidis. At Peſtis nunquàm rectè curabitur iis, quæ evidenti ſolùm qualitate operationes ſuas perficiunt, verùm alexiteria ſpecifica, ſeu occultâ ſubſtantiâ agentia pharmaca neceſſariò hic requiruntur.

Peſtis non eſt intemperies.

runtur. 5. Quia nullæ intemperiei dici poteſt ineſſe τὸ θεῖόν τι cujus ratio ſit inexplicabilis: At neceſſitas Hippocratem 1. Prognoſt. aliosque ejus ſucceſſores adegit hoc de Peſte fateri, quod nimiùm ei ὑπερφυσικόν τι ſeu aliquid divini inſit, cujus cognitio, humanæ menti ſeu intellectui ſit ſuperior. 6. Quia nulla non intemperies methodo therapeuticæ eſt ſubjecta. At Peſtis ut cæterorum venenatorum affectuum ἰατρεῖαι extrà methodum conſiſtunt, nec ad illam propriè pertinent, teſte *Galeno lib. 1. de differ. morb.* Ergò ex his nunc concludendum, Peſtem in genere intemperierum non eſſe ponendam. Nunc ad *alterum genus* tranſeamus, quod eſt partium organicarum, & conſiſtit in quadruplici differentiâ, nimiùm vel in malâ conformatione; vel magnitudine auctâ ſeu diminutâ: numero excedente ſeu deficiente: ac ſitu non naturali depravato. Videamus nunc utra harum Peſti competat. *Non prima.* Quia vix ullius membri figura naturalis, in hac lue infectis ità vitiatur, pervertitur ac immutatur, ut actiones illius impediat, quòd ſanè fieret, ſi ea, quæ recta ſunt, curvarentur, vel quæ curva, recta evaderent, ſed plærumque eandem figuram, quàm anteà habuerunt, in morbo quoque retinent: Præterea meatuum aut cavitatum dilatationem ac anguſtiam, (quæ ad alteram malæ conformationis ſpeciem pertinet) quod attinet, illa vel obſcurè admodum, vel nullo penitus modo in hacce Lue contagiosâ conſpiciuntur. *Non ſecunda.* Quia in Peſte, partem ſeu membrum aliquod corporis, vix ac ne vix quidem adeò ſuprà debitum naturæ modum excreſcere, vel infrà hunc ſubſiſtere videmus, ut planè omnem ſuam naturalem actionem amittat. *Non Tertia.* Quia Peſtis neque exuperantiam aliquam rerum non neceſſariarum, aut toto genere præter naturam, ſecum adfert, neq; defectum alicujus rei naturalis inducit. *Non quarta* denique ſeu ultima. Quia omnes partes in hoc affectu venefico, ità ſitum ſuum naturalem retinent, ut ne minimum quidem à loco ſuo convenienti, quemadmodum fit in luxationibus, herniis, procidentia uteri &c. receſſiſſe cernantur. Ex his igitur apparet, Peſtem inter morbos Organicos, neutiquàm referendam. Supereſt *tertium genus*, ſolutæ nimirùm unitatis, ad quam pertinent, ratione quidem ſubjecti, in partibus carnoſis, vulnus & ulcus: in oſſibus, fiſſura, κάταγμα, caries. Et in Organicis, ἀποσπάσματα. Nullum autem horum vitiorum Peſtis ſecum

Peſtis non eſt morbus Organicus.

Peſtis non eſt unitatis ſolutio.

cum

Digitized by Google

cum adfert. Non vulnus: quia deeſt cauſa externa, quæ ſecet, incidat aut pungat. Non fiſſuram aut fracturam, quia deſtituitur corpore aliquo valido & duro irruente. Non denique ἀπόσϖασμα; quia nullæ adſunt cauſæ replentes, contrahentes & diſtendentes. Et quamvis de ulcere, ex peſtilentium bubonum ſeu anthracum rupturâ ſeu apertione ſæpè genito, ac in corpore relicto, videatur aliqua ſubeſſe difficultas, ſciendum tamen, ulcera ejuſmodi nec in omni peſte, nec in omnium corporibus, hac lue laborantibus, ſemper & ubique reperiri, imò plures ex hac vita abripi, in quibus nec antè, nec poſt mortem, ullum Apoſtematis aut ulceris veſtigium appareat. Cum igitur in nullo dictorum morborum genere, Peſtis ſit reponenda, non immeritò hic dubitatur, quônam tandem, & ad quam claſſem illa propriè ſit referenda? Sanè ſi rem, ad Rationis trutinam exactiùs examinemus, & ipſam veritatis ἀκρίβειαν ſectemur, facilè deprehendemus, triplicem illam morborum diviſionem, à nobis, ſecundum vulgarem ſententiam, allatam, & primò à Galeno traditam, poſterorumque Medicorum calculo approbatam, haudquaquàm ſufficientem, ſed multis in partibus, adhuc mancam eſſe & mutilam, cum

Peſtis referenda inter morbos totius ſubſtantiæ.

in illâ, non ſolùm, qui materiæ vitio contingunt morbi, omiſſi, verùm etiam occulti & venenati morbi, quos totius ſubſtantiæ neoterici vocant, & propriè ſimilaribus inhærent partibus, ſicco planè pede præteriti fuerint. Dari autem reverà tales morbos, tàm in materiâ, quàm in formâ ſimilarium conſiſtentes, non difficilè erit hâc ratione demonſtrare:

Dari morbos totius ſubſtātiæ probatur.

In quibus ſanitas partium conſiſtit, in iiſdem quoque morbus reperitur.

At ſanitas ſimilarium partium, non conſiſtit ſolùm in debitâ temperamenti proportione, verùm etiam in juſtâ materiæ moderatione, ac aptâ convenientiâ formæ.

Ergò neceſſum eſt, ſimilarium morborum non unum tantùm genus (quod Galenus & ejus aſſeclæ, *Fuchſius* ſcilicet, lib. 3. inſtit. ſect. 1. ca. 4. *Marcellus Capra* lib. de morb. pandem. *Montaltus* de hom. ſano lib. 2. cap. 9. *Maſſaria* de abuſu veſic. & alii volunt) ſed 3. potius genera conſtitui, unum ſc. temperamenti, ſecundum materiæ, tertium formæ ſeu totius ſubſtantiæ. Exemplo res fiet clarior. Ponamus, ventriculum laborare ſumma imbecillitate concoquendi cibos, Imbecillitas hæc provenire poteſt ob

Hhhh tri-

Digitized by Google

triplices cauſas (de organicis ac communibus morbis ſermo nunc nobis non eſt) 1. Ob aliquam inſignem intemperiem, velut ex largo aquæ frigidæ potu, aut immoderato frigidorum alimentorum eſu; vel ex ingurgitatione vinorum generoſiſs. aut aromatum, aliarumq; rerum calidiſſimarum ingluvie, hæ enim 2. qualitates (ut reliquas taceamus) omnium potentiſſimæ ſunt, extinguendi calorem nativum ventriculi, eumque imbecillum reddendi. 2. Ob uſum relaxantium ac pinguium, veluti ex nimia olei, butyri, aliorumque pinguium aſſumtione, quibus tunicæ ventriculi membranoſæ tandem plus juſto relaxantur, mollioresq;, humidiores ac rariores efficiuntur. 3. Ob alienas quaſdam, ſingulares, & occultas qualitates, à primis illis longè diſtantes, nec cum iis quicquam commune habentes, veluti ex aſſumptione philtri, alteriusve poculi venenati, quo tota ipſius ventriculi ſubſtantia ità afficitur, affligitur atque debilitatur, ut munere ſuo, in conficiendo alimento poſthac neutiquam ritè fungi valeat. Et hanc diſtinctionem nec ipſe Galenus ignoraſſe videtur, ſiquidem ille libr. 2. ad Glaucon: ca. 2. immoderatè laxantia robur ſolvere, refrigerantia calorem extinguere, & qualitates extraneas vim ac facultatem debilitare, ſcriptum reliquit: quo ſanè in loco, 3. morborum genera in ſimilaribus, manifeſtè ſedibus diſcludit. Verùm omiſſis nunc materiæ morbis, utpotè inſtituto noſtro minimè congruentibus, de illis tantùm, qui formæ ſeu totius ſubſtantiæ dicuntur, verba aliqua faciemus. Vocamus autem cum *Fernelio*, totam rei ſubſtantiam inſitum calorem, facultates ac formam, quæ junctim perfectionem & integritatem, quâ res unaquæque conſiſtit, conſtituunt. Hæc quoties immutatur, & de perfectione recedit, res tota continuò perfringitur, ipſaq; illius diſceſſio, morbus eſt totius ſubſtantiæ. Ad hanc rem autem, meliùs declarandam, ſciendum, ſoli formæ à Philoſophis, tribui omnis actionis principium, & ab eâ ſolâ cunctas prodire operationes. Nam ſicuti paſſiva potentia, eſt eſſentia materiæ primæ: ita activa erit eſſentia formæ. Eadem igitur erit eſſentia potentiæ & formæ, & ſic per conſequens, tota virtus operandi erit in formâ, ab eâque immediatè illa fluit. Quandò igitur contingit, impedimentum aliquod Formæ objici, quo minus illa liberè operari, ſuaſve perficere queat actiones, tunc oritur morbus, qui formæ propriè exiſtimandus erit. A

Eor-

Digitized by Google

Formâ autem multas promanare actiones, ab actionibus temperamenti longè diverſas, quamvis id infinitis ferè Exemplis demonſtrari proclive eſſet, hoc tamen unicum à ſtruthiocamelo ſumptum, in medium adduxiſſe ſufficit. Hic enim, (ſi fides aliqua rerum naturalium ſcriptoribus) ferrum deglutire, deglutitumque concoquere, & in corporis ſui alimoniam convertere dicitur, non ſanè ratione caloris Elementaris, aut inſiti temperamenti (ſic enim Leo, omnium calidiſſimum animal, ferrum quoque concoqueret) ſed totius Eſſentiæ, ſeu inſitæ formæ naturâ ac proprietate. Eodem modo & partes ſimilares corporis noſtri, alimentum alliciunt, retinent & concoquunt, non temperamenti aut caloris elementaris virtute, ſed totâ ſubſtantiâ ſua, ſpetie ac forma, quemadmodum eleganter hac de re diſſerit *Fernelius lib. 2. de abd. rer. cauſ. cap. 9.* Deindè morbi totius ſubſtantiæ ſic quoque adſtruuntur.

Si dentur agentia quædam, corpus noſtrum, præter naturam afficientia, non manifeſtà ſed occultà qualitate quâdam, non erit abſurdum, ab ejuſmodi cauſis univocos etiam effectus oriri, morbos ſc. occultos, qui totius ſubſtantiæ vocantur. At antecedens verùm, ex ipſius Gal: teſtimonio, lib. 11. ſimpl. medic. fac. Penelopem repræhendentis, quod ambitioſè omnia ad cauſas manifeſtas, adducere conetur. Ergò & conſequens. Ex his igitur nunc luce meridianâ clariùs eluceſcit, haut inconſideratâ ratione, Galenum aliosque ejus ſequaces, reprehendi poſſe, quod parciùs, quàm par fuerit, partium ſimilarium morbos diſtinxerint, quandoquidem certum, ut modò demonſtravimus, harum ſubſtantiarum ſimilarium morbificas διαθέσεις non omnes à ſolis illis manifeſtis, ſenſibusque cognitis qualitatibus ſeu intemperiebus, ſivè eæ ſint ſimplices, ſivè compoſitæ, dependere, ſed quaſdam etiam à dyſcraſiis illis occultis, quibus ipſa tota κρᾶσις, modo quodam incõprehenſibili ἄτονος, languida, & prorſus inefficax efficitur, & quas nemo ſanæ mentis ad aliquam τῶν φανερῶν ποιοτήτων revocabit, provenire. Ac ſanè mirum videri debet, Galenum hujus differentiæ ita prorſus oblitum fuiſſe, cum tamen illius, multis aliis in locis non obſcuram facit mentionem, veluti libro 5. ſimpl. medic. cap. 1. & 18. ubi qualitates omnes in primas & manifeſtas, & eas, quæ à totâ dependent ſubſtantiâ dividit. Et in lib. 2. ad Glauc. qualitates ex totâ prodeuntes ſub-

ſtantia ἀνωνύμως vocat: Ibidemque νοσερὴν ἀπόκρισιν affirmat magis totius ſubſtātiæ proprietate, quàm manifeſtâ qualitate nocere. Deniq; quod medicamenta totis ſubſtantiis, morbos ſimiliarium partium pellentia, inveniri aſſeverat. Quæ ſi vera ſint, cum nulli non conſtet, omnem actionem procedere à contrariis, ſub uno eodemque genere comprehenſis, neceſſe omninò erit, ut qualitatibus ſuis, qualitates noſtri corporis, & tota ſubſtantia, totam partium ſubſtantiam primò afficiat, hoc autem, quâ ratione dicemus, poſſe contingere, niſi quoſdam totius ſubſtantiæ morbos revera exiſtere, lubentes fateamur. Verùm cum diſceptatio hæc de ejuſmodi morbis prolixior ſit, quàm ut præſenti conveniat inſtituto, idcircò telam illius abrumpentes, & ad alia quæ explicanda reſtant, tranſeuntes, pro capitis hujus concluſione, hæc ſaltem notaſſe ſufficit, nimirum, ultrà tria illa morborum genera, à Gal. tradita, quartum quoque neceſſariò eſſe admittendum, morbos nimirum totius ſubſtantiæ, & inter hos poſtremos Peſtilentem luem eſſe collocandam.

(∴)

CAPUT IV.

Peſtem eſſe morbum communem & Epidemium.

DEmonſtrato itaq; antecedenti Capite, Peſtem eſſe morbum, & quidem talem morbum, ad totam (ut vocant) ſubſtantiam pertinentem, ulteriùs nunc progrediendum, reliquaque verba definitionis penſiculatiùs examinanda. Diximus autem primò, *Peſtem* eſſe *morbum Communem*. Ad quod meliùs intelligendum, 1. quid morbus communis ſit, 2. à quâ cauſâ excitetur, & 3. tandem, quæ ejus exiſtant differentiæ, breviter exponendum. Sunt autem primò Morbi communes illi, quicunq; à communi cauſâ morbificâ proficiſcentes, in omnes cujuſvis ætatis, ſexus, ac temperamenti homines ſæviunt, populariterque graſſentur, vel quia eâ ſint naturâ prædititi, ut ſe celeritèr diffundere in alios, ſeque veluti multiplicare poſſint, quod idem eſt, quod alii dicunt, Morborum alios actu, alios potentiâ communes exiſtere, qui enim à communi dependent cauſa, & ab ea foventur, illi actu ferè ſunt communes, & uno eodemque tempore, plures invadunt: potentia autem in multis inſunt, qui tali prædit*i*

Morbus communis quid.

diti ſunt naturâ, ut quamvis unum aliquem ſolum nunc affligant, ocyùs tamen ad alios plures contagio ſerpere poſſint. Cauſam deindè horum morborum, quod attinet, nemo non videt, illam quoque eſſe communem, ſiquidem conſtans omnium philoſophantium aſſertio, effectum communem, præſupponere quoque cauſam communem. Ea autem duplex exiſtere poteſt, nimirum, vel aëris ambientis, quo omnes ad ſanitatis noſtræ tutelam & conſervationem indigemus, adverſaria quædam ac perniciosa qualitas, teſte *Gal. in com. lib. 2. de nat. hom. tex. 3.* vel aqua putris, aut cibus potusque valdè vitioſus, undè & idem autor ex ſemiputrido tritico, morbum cōmunem exortum, aſſeruit, Et *Thomas Eraſtus, Epiſt medic. 7.* refert, ante paucos annos celebratas fuiſſe in quodam loco nuptias, à quibus, cum propter æſtum carnes putreſcere cæpiſſent, omnes illos, qui eas eſitaſſent communi morbo correptos, & eo quoque tandem confectos fuiſſe. Poſtremò Morborum communium duplex eſt differentia. Alij enim dicuntur Endemii, alii Epidemii. *Ενδημοι ἢ ἐνδήμιοι καὶ ἐπιχώριοι* Latinis patrii, uni plerumque regioni ſunt natalitii, proprii, vernaculi, indigena, & peculiares, & rarò vel nunquam alias invadunt provincias in iisque ſe produnt, quia unicuique regioni ex ſoli & aquæ naturæ, ex ſitu & flatibus quibus jactatur peculiaris ineſt conſtitutio ſuaque proprietas, ſic 1. Gutturis tumor Bronchocele dictus, Carinthiis & Styriis ceteriſque Alpinarum regionum incolis ut & quibuſdam Hiſpaniæ provinciis familiaris eſt, quo qui laborant, gutturoſi vulgò dicuntur, non quod hoc vitium in aliis regionibus prorſus non inveniatur, (ſiquidem *Franc. Valeriola lib. 3. loc. com. cap. 2.* & *Quercetano in lib. de Peſte cap. 1.* teſtibus, hic affectus, necapud Allobroges in ea parte, La val de Lucerno dicta, nec apud quoſdam Sabaudos, in provinciâ nimirum de Foiſſignii & Vallaii, planè exiſtit incognitus) ſed quod apud illos frequentiſſimè naſcatur, vel ob communem omnibus loci naturam, vel aeris qualitatem, vel aquarum glacialium ac nivalium uſum, vel denique vivendi conſvetudinem. 2. Sic *Scorbutus*, antiquis, ut putatur, incognitus, gingivarum carnes depaſcens, ac oſſium quaſi compagem ſolvens, morbus eſt peculiariſſimus, locis imprimis maritimis ſeptentrionalibus, ut Belgio, Daniæ, Nordvegiæ, Sveciæ &c. teſte *Balduino Ronſæo*, *Alberto Cranzio in Saxon. deſcript.* *Joanne Langio in*

Cauſa morborū communium.

Differentia morbor. commun. Endemii morbi.

1. Bronchocele.

De omnibus hiſce morbis copiosè diſſerit H. Reuſnerus Exercit. 1. de Scorbuto.

2. Scorbutus.

Digitized by Google

Epiſt. medic. Olao Magno lib. 6. Dodonao obſerv. cap. 33. Eugaleno, & Reuſnero in lib. de Scorbuto, & aliis, quem tamen aliæ regiones prorſus ignorant, adeò ut in Italia, Gallia &c. facilius tibi ſit invenire nigrum Cygnum ſeu corvum album, quàm hunc morbum. 3. Ita in quodam Indiæ tractu, ultrà Calecutium, Emporium totius Aſiæ nobiliſſimum, tradente *Ludovico Romano, lib. navigat. ſuar. cap. 38* communi quodam morbi genere, *Puà*, dicto, laboratur, Gallico haut multum diſſimili, à quo tamen circumjacentes provinciæ, dicuntur eſſe immunes. Americam incolentibus morbus Ton dictus vernaculus eſt, qui digitos pedum exedit animalculi inſtar ſub unguibus ſe inſinuans. 4. Simili modo, Anno 1577. nova lues in Moraviâ exorta eſt, dicta *Brunus Gallicus*, qui nulla alia loca, quàm ſolum Brunæ oppidum (à quâ originem traxit) invaſit atque afflixit. 5. Sic quoque Endemius, plurimisque familiis quaſi hæreditarius morbus fuit ille, qui antè paucos annos, ſolos Weſtphalos, Geldros & Friſios exercuit, quem *Varos currentes*, ſeu vulgari idiomate, die lauffenden Warent/ indigitarunt, de quibus extat Epiſtolá quædam *Henrici à Braa* Medici Campenſis ad P. Foreſtum, circa finem lib. 2. obſervat. Foreſti, & *Joan. Wierus* quoque in quodam ſuo libello germanico, eoſdem accuratiſſimè deſcripſit. 6. Paritèr & inter Endemios morbos, & hic ponendus erit, qui deſcribitur *à Levino Hulſio, lib. 7. navigat. Hollandic. cap. 48.* ubi in medio regionis Guineæ, dicit eſſe urbem ac propugnaculum inſigne, à Luſitanis extructum, quod Minam vocant, Hunc locum præter navigantes, tùm incolæ, tùm exteri ſeu peregrini, omnes ferè, peculiari quodam verminoſo morbo corripiuntur, adeò ut ſic affecti præ doloris atrocitate, nunquàm non iſti morbo, ob vermes ſubcutaneos exteriores tantum partes, & ex his carnoſiores imprimis, infeſtantes ac quaſi erodentes, conjuncto, neque ambulare, ſedere, ſtare aut cubare queant, imò quandoque mente prorſus moveantur, inſuper hoc addens dictus Autor, incolas ipſos, qui Negri dicuntur, hujus mali ſævitiam nullo modò effugere poſſe, cum tamen alii ipſorum vicini, vix 25 milliaribus à dicto Minæ oppido, verſus ſeptentrionem magis habitantes, ab illo prorſus immunes exiſtant, & nil quicquam mali indè patiantur. Hujus morbi etiam meminit *Joan. Hugo Linſchottius in Itiner. ſuo*, Item *Thomas à Vega, comm. ad lib. 6. Gal.*

Pua morbus.

Brunus Gallicus.

Vari.

Dracunculi.

Gal. de loc. aff. Amatus Luſitanus in obſ. & cur. ſuis medic. & plures alii. 7. Ita & *Plica*, qua capilli capitis, ceu glutine quodam inviſcati, mirè contorquentur, & invicem complicantur, inter morbos Endemios referenda erit, cum præter ſolos Sarmatas ac Polonos, nullæ aliæ nationes illâ infeſtentur; de quâ quidem eruditè commentatus eſt *Hercules Saxonia*, in libro peculiari, & *Joan. Thomas Minadous*, ambo Profeſſores Paravini celeberrimi. 8. Sic in catalogum Endemiorum referenda quoque ſunt: *Elephantiaſis*, Ægyptiis quodammodo propria, teſte *Lucretio lib 6.* Sic Aſiaticis Lichen: Judæis lepra: Tectoſagis Hydrocele: Genevenſibus Catharr. Luſitanis Phtiſis: Vaſconibus gibbus. Tranſylvanis Varen: Veneris Hæmorrhoidis: Toloſanis Dyſenteriæ: Florentinis Epilepſiæ: Pariſienſibus Herniæ: Appulis icterus: Parthis gravis oris halitus: Tridentinis Pleuritides ſunt familiares. Item febris hemitritæa, & ophthalmiæ, quorum hæ olim Achaiam peculiariter exercebant, illa verò Romanos tantum affligebat, nec non plures alii morbi, quos conſultò hic omittimus. *Epidemii* verò morbi dicuntur, qui uno eodemque tempore, plures homines ſimul adoriuntur, nec uni tantum alicui loco (quo ab Endemiis differunt) ſunt affixi, ſed longè lateque ſeſe diffundunt ac propagant. Hi duorum ſunt generum. Alii commune nomen retinentes, vocantur Mites, quod etſi plures ſimul invadant ac dejiciant, non omnes tamen peſſundent, ſed paucos ſaltem interimant, hujus generis ſunt variolæ & morbilli, item catharrus & tuſſis illa Epidemica, quæ Anno 1557. viguit, quâ etſi plurimi afficiebantur, nemo tamen mortem obibat, præter infantes, teſte *Vallerolâ* in append. locor. comm. cap. 2. It: *Hieron. Mercuriali*, & *Cratone* in quibuſdam Epiſt. medic. à Scholzio editis. Huc pertinent quoque diarrhææ, febris Pannonica, ſimileſque alii, certis quibuſdam annis, nunc hanc, nunc illam regionem infeſtantes. Alii verò dicuntur Maligni ac pernitioſi, plurimos, quos corripiunt, necantes, inter quos Peſtis ab omnibus refertur. Sic ut cuivis indè nunc manifeſtum evadat, Peſtem eſſe morbum Epidemicum valdè malignum, ex quo pauci, contagio ejus infecti, eluctantur, plurimi verò miſerè occumbant ac intereant.

Plica. *Elephantiaſis.* *Hemitritæos.* *Epidemii morbi.*

CA-

CAPUT V.

Peſtem eſſe morbum acutiſſimum & pernicioſum.

ALterum attributum, ſuprà in DefinitionePeſti aſſignatum, fuit hoc, quod etiam ſit morbus Acutiſſimus. Ad quod Epitheton declarandum, omninò opus erit, ut quid 1. nomine acutorum morborum intelligamus, 2. & quæ deindè illorum ſint differentiæ, breviter nunc doceamus. Dicuntur autem propriè morbi acuti, qui celeriter & cum vehementiâ hiſtoriam ſuam abſolvunt, ſive, qui per 4. univerſalia morborum tempora, celeri motu percurrunt, ac proindè cum periculo agunt. Horum autem non una eſt ratio, ſed magna latitudo, multiplexque varietas, prout mutatio magis vel minus vehemens ac velox eſt. Quò enim mutatio major ac vehementior, eò morbus acutior. Proindè morbi acuti à Medicis dividuntur in peracutos, acutos ſimpliciter, & acutos ἐκ μεταπτώσεως. Deinde Peracuti in exquiſitè peracutos, & non exquiſitè. Acuti ſimpliciter dicti, plerumque ad 14. aut ad ſummum 20. diem protrahuntur, intra quod tempus, ægrotanti vel ſalutem vel mortem afferunt, in ho-

Morbi Acuti qui.

Differentia Acutorum morborum.

Acuti.

rum cenſu ſunt, Pleuritis, Peripneumonia, Lethargus, Cauſos. At acuti ἐκ μεταπτώσεως, id eſt, decidentiâ ſeu degeneratione, ad 27. aut 30. diem perveniunt, vel ad ſummum 40. finiuntur, hunc ſi ſuperant, tunc non amplius acuti, ſed chronici ſeu diuturni vocantur. Non exquiſitè peracuti, ad 7. plærumque diem extenduntur, in quorum albo ſunt Angina, Tetanus, Cholera, Iliaca paſſio &c. Tandem exquiſitiſſimè peracuti ſunt, qui vehementiſſimè ac velociſſimè, vel ad vitam vel ad mortem moventur, ſive qui ad ſtatum & criſin citiſſimè tendunt, id quod fit tertio vel ad ſummum quarto die, in quorum claſſem referuntur. Sudor Anglicus, Apoplexia, ac Peſtis. Ex quibus nunc perſpicue eluceſcit, non abſque ratione nos Peſtem definiiſſe morbum non ſimpliciter acutum, ſed peracutiſſimum, cum nulli alii dentur, majori celeritate ad finem properantes, citiusq; hominem jugulantes, quàm ipſiſſima hæc dira Lues.

Acuti ex decidẽtia.

Peracuti non exquiſitè.

Peracuti exquiſitè.

Deindè ſubjunximus vocabulum *Pernicioſus*, quod nimirum Peſtis ſit etiam ὀλομένη νῦσος, id eſt, morbus pernicioſus, idque non tantum autoritate & Exemplo *Galeni*, qui Peſtem definiens *lib. 1. Acut. text. 9.* eam dicit eſſe Epidemiam pernicioſam, verùm etiam ratio-

Eſt etiam pernicioſ9 morbus Peſtis.

Digitized by Google

Triplici ratione Peſtis eſt pernicioſa ratione & experientiâ. Et *rationem* quidem quod attinet, triplici potiſſimum modo Peſtis perniciem & exitium corpori adfert. 1. Malignam ſeu venenatam qualitatem ſuam cordi communicando, Illa autem qualitas planè ſpiritalis exiſtit, id quod ex eo fit manifeſtum, quod promptiſſimè velociſſiméque ad interiora corporis penetret, præcipuè verò ad ipſum cor, cujus ſpiritibus permixta, ſæpè paucarum horarum ſpatio, hominem anteà probè ſanum, occidit. 2. Occulto ſuo Veneno, ſpiritibus vitalibus adverſando, eos diſſipando, ac tandem ipſum animæ proprium inſtrumentum, nempè calorem nativum, primogenito humido inhærentem, corrumpendo, proſternédo, penitusq; tandem extinguendo. Quamvis autem hoc & cæteris venenis omnibus ſit commune, principaliter tamen. peſtilenti veneno id videtur eſſe tribuendum, cum ejus actio & admirabilis valdè ſit, & ſingulare quiddam, ab aliis diſtinctum, omninò habeat. 3. Agmen multorum periculoſiſs. ſymptomatum inducendo, ut ſunt, delirium, Vigiliæ, capitis dolores, febris ardentiſſima, ſyncope, vomitus, diarrhææ &c. de quibus infrà, quorum vel unicum ſaltem ſæpè ad interimendum hominem ſufficit, nedum ubi vel omnia ſimul, vel major ſaltem eorum pars conſociata reperiuntur. Deindè ad *Experientiam* ſi transeamus, quis quæſo in rebus hiſtoricis adeò hoſpes eſt, cui non lectione cognitum ſit, quanta pernities ſæpè numerò generi humano Peſte illata fuerit, nam præter ſuperiora exempla, in Proœmio hujus libri à nobis citata. *Dion. & Xiphilinus* prodiderunt, regnante Commodo Imperatore, pernicioſiſſimum hoc Peſtis venenum, tantam ſtragem in Italia edidiſſe, ut Romæ quotidiè 2000 hominum morerentur, Sic *Procopius lib. 11. de bello Perſico*, & *Agathias lib. 5. hiſtor.* referunt, Byzantij & in finitimis locis, regnante Juſtiniano Imperatore, tantam vim ac ſævitiam peſtis fuiſſe, ut ſingulis diebus 5000. interdùm etiam 10000. hominum ſepulturæ mandarentur. *Nicephorus lib. 17. hiſtor. Eccleſ. initio cap. 17.* Peſtis (inquit) ex Æthyopiâ, univerſum propè pervaſit orbem, ità ut neminem ferè hominem ejus temporis intactum reliquerit. Quædam civitates ab ea lue adeò fuere occupatæ, ut vacuæ protſus ab incolis fuerint. *Annales* quoque *Franciæ* referunt, Anno 1374. Peſte per univerſam Galliam & Germaniam graſſante, penè tertiam partem humani generis eâ conſumtam fuiſſe; Ita *Quercetanus in Alexicaco cap. 4.* *Experientia.*

Iiii ſcribit,

ſcribit, Anno ſalutis 1400. paucis diebus Florentiæ, Peſte 30000. hominum è vivis exceſſiſſe. Quod ſi nunc ad noſtra tempora acceſſerimus, quantas perſæpè clades hiſce in regionibus Peſtis ediderit, Majores noſtri, & eorum poſteri non ſine ingenti luctu recordantur. Ex quibus patet, quod ſi is morbus, omnium maximè lethalis & exitioſus ſit habendus, qui fulminis inſtar, uno momento, vitalia univerſi corporis elementa percellit ac ſyderat, plurimosque truculenter jugulet, Peſtem omnium & pernicioſiſſimum & θανατηφόρον maximè eſſe cenſendum.

CAPUT VI.

Peſtem eſſe morbum Contagioſum.

Ultimum Epithethon, Peſti in definitione aſſignatum, fuit quod illa ſit Morbus quoq; contagioſus, quo quidem differentiam ejus ſpecificam innuere voluimus, ſiquidem inter omnes conſtat Medicos, proprium quaſi characterem Peſtis eſſe contagium, nec unquam obſervatum fuiſſe, Peſtem aliquam ex naturalibus cauſis productam, contagione caruiſſe, vnde & *D. Baſilius in homiliâ ſuper Pſal. 14. Davidis* ait, ab omnibus tam philoſophis, quàm medicis hoc Peſti ſingulariter tributum eſſe, ut ſit contagioſa, ac uno infecto polluatur & alter. Et ſanè Definitione contagii hic ſub examen revocata, eique adjuncta ſimul experientiâ, manifeſtum omninò fiet, eos, quibus converſario aliqua cum ægrotis interceſſit, longè citiùs labem peſtiferam contrahere, quàm alios, ab eorum conſortio procul remotos, longoque intervallo diſſitos, nec id abſque ratione. Si enim ad contagium, ſummam requiris putredinem, illam, ſi uſquàm alibi, in Peſte reperies infeſtiſſimam: Si vapo é calidum exigis, is è vivo corpore, nō ſolùm per expirationem, verùm etiam per tranſpirationem, quin exeat, nihil vetat: ſi tenuem, acrem & malignum poſtulas, alius eſſe nequit, qui celerrimè & velut in ictu oculi, in vitæ propria domicilia ſe ingerit, vires ita aggreditur, ut breviſſimâ commiſsâ pugnâ, ſuccumbant: ſi denique tenacem deſideras, ejuſmodi procul dubio eſt, quem efficaciſſimis pharmacis, alvum, ſudorem vel urinam cientibus, item phlebotomia, cucurbitulis, aliiſq; præſidiis, vix imò ne vix quidem expellere poſſibile eſt, qui etiamſi vi plurima ejiciatur, (quod tamen rarum eſt) ſemper ſpolia ſecum aufert, humores ſcilicet & ſpiritus, quibus,

bus penitus agglutinatus eſt. Hæc univerſa ſi admittantur, ſanè vel noſtram ſententiam egregiè confirmabunt, vel aliud excogitandum, quod contagio neceſſarium cum ſit, in Peſte nequaquàm appareat. Verùm hîc obſtrepant nobis nonnulli, ita argutantes: 1. Si Peſtis eſſet morbus contagioſus, tunc ſanè omnes eos, qui ægris converſantur, promiſcue corriperet, At conſequens falſum: Quia teſtatur experientia, medicos Chirurgicos, verbi miniſtros, & complures alios impunè ſæpè ægros accedere, omnis generis officia præſtare, adeòque manus frequenter admovere. Ergò & antecedens.

Objectio 1

Reſponſio.

Reſpondemus: Quod non omnes inficiantur, cauſam non eſſe, abſentiam contagii, ſed triplicem potiſſimum hujus rei aſſignari poſſe rationem. 1. Eſt, imbecillitas agentis, ſi ſcilicet virus peſtilentiale vel remediis alexiteriis intrò aſſumtis, vel calore aut frigore externo intenſiore, vel ignis accenſione, ac ſuffimigiis variis, hebetatum ac retuſum fit. 2. Indiſpoſitio patientis, quandò ſcil. in corpore ejuſmodi nullus fomes pravorum humorum, ex inſigni quâdam cacochymiâ reſiduorum, adſit, in quibus contagium ſtabuletur, vel ſi tale corpus ſecretâ quâdam & effatu difficili proprietate, minus ad Peſtis ſeminaria ſuſcipienda proclive ſit. 3. Defectus moræ convenientis, ſi enim contagium & infectio diſſeminari debet, opus eſt, certâ morâ, calore ſuſcitante, & quâdam agitatione, hæc enim ſi deficit, nulla infectio fieri poteſt. Nàm ad cujuſcunque rei actionem debitam ac legitimam, hæc quatuor potiſſimum requiri, *Petrus Aponenſis differ. 94.* aliique Philoſophi ὁμοψύχως teſtantur. 1. Agentis fortitudo, quoniam à proportione minoris æqualitatis aut inæqualitatis, non ſequitur actio, ſed à proportione majoris inæqualitatis, nàm parva ſcintillula ignis, magnum lignum cõburere nequit, neq; parvus ventus, navim impellere poteſt. 2. Paſſi diſpoſitio, nam non quodlibet agit in quolibet, ſed determinatum in determinato. Agens ergò cum vult agere, nec patiens ad id ſit diſpoſitum, nec actio nec paſſio ulla contingit. Nam magnes attrahit ferrum, cum ſit purum ac præparatum, rubiginoſum verò, aut Oleo ☿ alteratum ſeu imbutum, tunc vis attractricis debilitatur, ſicque actio deſinit. 3. Contactus, Ignis enim hominem calefacere nequit, ſi is ab illius caliditate non tangatur, nec magnes ferrum attrahere, niſi formaliter vel virtualiter illud tangat. 4. Mora conveniens, Nam

Ad actionem rei 4. requiruntur.

ſi poſueris lignum parvum in igne quantumvis magno,& immediatè illud ab eo amoveris, non comburetur, & contrà ſi in parvo igne lignum ponatur, & in eo aliquam moram trahat, abſque dubio concremabitur.

2. Objectio.

2. Deindè ita inſtant: ſi ſanitas unius corporis, alteri nullo modo ſit communicabilis,vel halitus illi, è ſano corpore emanantes, aliis, morbifico aliquo effectu detenti, non poſſint eſſe ſaluti, aut priſtinum afferre iiſdem corporis ac virium robur;utique nec ulli morbo, ſive ſit Peſtis,ſive alio nomine appelletur, hoc videbitur privilegium concedendum,ut diſſeminatis de ſe vaporibus noxiis, eoſdem per contactum in ſanos tranſportare,eosque ſimili ægritudine inficere poſſit.

Reſponſio. Ex Eraſto in diſp. de Contagio,Theſ. 47.& 48.

Reſp: Non mediocria extremis, ſed extrema extremis in curationibus ſolent opponi, nec mediocritas exceſſum, ſed exceſſus vincit mediocritatem, Morbum autem exceſſum eſſe, ſanitatem verò in mediocritate conſiſtere,extra dubium eſt. Undè morbidæ expirationes,excedentem in ſe habentes qualitatem, mediocritatem poſſunt corrumpere; ſalubres verò quarum potentia eſt remiſſior, morbos tollere ac extirpare non valent. Adde quod ex ſanis corporibus emanantes ἀπόῤῥοιαι, non ſic omnem corporum, cujus ſunt effluvia,poſſident facultatem, quomodo putridæ ἀποκρίσεις & excretiones, totam putrefactæ ſubſtantiæ potentiam & proprietatem continent, quippè ſeminis rationem habent hæ, quod de illis judicari non poteſt,nihil enim poſſunt aliud,quàm tepidè calefacere. Inſuper non ſimpliciter verum eſt, unius ſanitatem, alteri nihil prorſus commodare poſſe, quid enim obſtat, quo minùs homo aliquis egregiè ſanus,halitus fundat perindè temperatos, atque æger intemperatos? Quid impedit, quo minus, quemadmodum hi integros ſpiritus depravent, ità illi vitioſos corrigant? Certum eſt, citiùs valetudinem bonam recuperare illos, qui cum ſanis ac benè habitis vivunt, quàm cum ægrotantibus ac aſſiduè languentibus. Cur Galenus conſulit iis,qui imbecilli ſunt ventriculo,boni habitus puellum pectori admovêre, quod Davidem Regem, jam ſenem feciſſe legimus, ſi nihil planè opis, ſvaves ac temperati halitus adferant? Cur temperatæ caliditatis fomenta, ſtomachi infirmitati, ſuccurrunt, niſi quia calorem inſitum fovent? Minimè itaque ſibi perſvadendum, ſanitatem penitus otio torpêre,eò quod ſanos ab ægris promtiùs inquinari, quàm hos ab illis.

lis meliores reddi conſpiciamus.

3. Objectio 3. Tandem contradicentes, Autoritatem *Hippocr. & Procopij* nobis opponunt,quaſi *hic lib.2. de bello Perſico* affirmaverit, Peſtem Conſtantinopoli ſævientem, aliquandò fuiſſe abſque contagio: *Ille* verò *in libris ſuis Epidemicis*, Epitheti hujus, nullam prorſus mentionem fecerit, imò nec Gal. in definienda iſtâ Lue,Contagii voce uſus fuerit.Quibus quidem reſponſi loco,duplicem ſolutionem afferimus, generalem unam, alteram

Reſponſio. ſpecialem. *1. Generaliter* dicimus, omnem illam argumentandi rationem,ab autoritatibus ſimpliciter ductam, ſeclusâ omni ratione ac experientia, non tantùm eſſe invalidam, ſed etiam vitioſam, punctumque aliquod non mereri, & ob id rejiciendam, naucique faciendam. Nunc autem vel unica ſaltem experientia, ſufficientem potis eſt facere fidem, inter omnia morborum genera, quibus corpora noſtra infeſtantur, nullum magis contagioſum ipsâ Peſte exiſtere,Et Ratio quoque idem convincit, nam quod contactu ſuo aliud corpus poteſt inficere aut inquinare,illud contagioſum dicitur. At Peſtifera lues hoc facit. Ergò &c. *2.Specialitèr* reſpondemus, & primò quidem ad autoritatem Procopii, eam tanti non eſſe,ut ob id à communi & ab omnibus hactenus receptâ opinione recedamus, ſiquidem illi tanquam Hiſtorico, vera forſan Eſſentia ac natura Contagii incognita vel non obſervata fuit,aut dicendum, illam Peſtem à Procopio deſcriptam, minùs contagioſam, quàm cæteras fuiſſe, & ſic reſpectu aliarum,& per comparationem ergà reliquas non contagioſa dici meruerit, quod tamen, contagionem à Peſte non tollit ac ſeparat, cum præſertim magis & minus non faciunt mutari ſpeciem, Deindè Hippocr. & Gal. quod attinet, etiamſi in ſcriptis illorum vox contagiī expreſsè non inveniatur,dubitandum tamen nõ eſſe,quin iidem, naturam illius optimè cognitam ac perſpectam habuerint,contagiumque pro individuo quaſi Peſtis comite agnoverint.Hippocr.enim in lib. de flatibus, Græcam vocem, μιάσματα ponit,quæ dicit eſſe naturæ inimica,&perconſequens,contagii à nobis propoſiti, ſeminaria. Galenus quoque in lib.1.de differ.febr. cap. 2. de Peſte loquens, itâ ait: Cum Peſte correptis inhabitare lubricum, minimèque tutum, periculum enim eſt, ne concipiatur, ut ſcabies & lippitudo.At nunc lippis & tonſoribus notiſſimum eſt, Scabiem & lippitudinem, contagioſos eſſe affectus, & non infrequen-

runtur. 5. Quia nullæ intemperiei dici poteſt ineſſe τὸ θεῖον τι cujus ratio ſit inexplicabilis: At neceſſitas Hippocratem 1. Prognoſt. aliosque ejus ſucceſſores adegit hoc de Peſte fateri, quod nimirùm ei ὑπερφυσικόν τι ſeu aliquid divini inſit, cujus cognitio, humanæ menti ſeu intellectui ſit ſuperior. 6. Quia nulla non intemperies methodo therapeuticæ eſt ſubjecta. At Peſtis ut cæterorum venenatorum affectuum ἰατρεῖαι extrà methodum conſiſtunt, nec ad illam propriè pertinent, teſte *Galeno lib. 1. de differ. morb.* Ergò ex his nunc concludendum, Peſtem in genere intemperierum non eſſe ponendam. Nunc ad *alterum genus* transeamus, quod eſt partium organicarum, & conſiſtit in quadruplici differentiâ, nimirùm vel in malâ conformatione; vel magnitudine auctâ ſeu diminutâ: numero excedente ſeu deficiente: ac ſitu non naturali depravato. Videamus nunc utra harum Peſti competat. *Non prima.* Quia vix ullius membri figura naturalis, in hac lue infectis ità vitiatur, pervertitur ac immutatur, ut actiones illius impediat, quòd ſanè fieret, ſi ea, quæ recta ſunt, curvarentur, vel quæ curva, recta evaderent, ſed plærumque eandem figuram, quàm anteà habuerunt, in morbo quoque retinent: Prætereà meatuum aut cavitatum dilatationem ac anguſtiam, (quæ ad alteram malæ conformationis ſpeciem pertinet) quod attinet, illa vel obſcurè admodum, vel nullo penitus modo in hacce Lue contagioſà conſpiciuntur. *Non ſecunda.* Quia in Peſte, partem ſeu membrum aliquod corporis, vix ac ne vix quidem adeò ſuprà debitum naturæ modum excreſcere, vel infrà hunc ſubſiſtere videmus, ut planè omnem ſuam naturalem actionem amittat. *Non Tertia.* Quia Peſtis neque exuperantiam aliquam rerum non neceſſariarum, aut toto genere præter naturam, ſecum adfert, neq; defectum alicujus rei naturalis inducit. *Non quarta* denique ſeu ultima. Quia omnes partes in hoc affectu venefico, ità ſitum ſuum naturalem retinent, ut ne minimum quidem à loco ſuo convenienti, quemadmodum fit in luxationibus, herniis, procidentia uteri &c. receſſiſſe cernantur. Ex his igitur apparet, Peſtem inter morbos Organicos, neutiquàm referendam. Supereſt *tertium genus*, ſolutæ nimirùm unitatis, ad quam pertinent, ratione quidem ſubjecti, in partibus carnoſis, vulnus & ulcus: in oſſibus, fiſſura, κάταγμα, caries. Et in Organicis, ἀποσπάσματα. Nullum autem horum vitiorum Peſtis ſecum

Peſtis non eſt morbus Organicus.

Peſtis non eſt unitatis ſolutio.

cum

cum adfert. Non vulnus: quia deeſt cauſa externa, quæ ſecet, incidat aut pungat. Non fiſſuram aut fracturam, quia deſtituitur corpore aliquo valido & duro irruente. Non denique ἀπόσπασμα; quia nullæ adſunt cauſæ replentes, contrahentes & diſtendentes. Et quamvis de ulcere, ex peſtilentium bubonum ſeu anthracum rupturâ ſeu apertione ſæpè genito, ac in corpore relicto, videatur aliqua ſubeſſe difficultas, ſciendum tamen, ulcera ejuſmodi nec in omni peſte, nec in omnium corporibus, hac lue laborantibus, ſemper & ubique reperiri, imò plures ex hac vita abripi, in quibus nec antè, nec poſt mortem, ullum Apoſtematis aut ulceris veſtigium appareat. Cum igitur in nullo dictorum morborum genere, Peſtis ſit reponenda, non immeritò hic dubitatur, quônam tandem, & ad quam claſſem illa propriè ſit referenda? Sanè ſi rem, ad Rationis trutinam exactiùs examinemus, & ipſam veritatis ἀκρίβειαν ſectemur, facilè deprehendemus, triplicem illam morborum diviſionem, à nobis, ſecundum vulgarem ſententiam, allatam, & primò à Galeno traditam, poſterorumque Medicorum calculo approbatam, haudquaquàm ſufficientem, ſed multis in partibus, adhuc mancam eſſe & mutilam, cum

Peſtis referenda inter morbos totius ſubſtantia.

in illâ, non ſolùm, qui materiæ vitio contingunt morbi, omiſſi, verùm etiam occulti & venenati morbi, quos totius ſubſtantiæ neoterici vocant, & propriè ſimilaribus inhærent partibus, ſicco planè pede præteriti fuerint. Dari autem reverà tales morbos, tàm in materiâ, quàm in formâ ſimilarium conſiſtentes, non difficilè erit hâc ratione demonſtrare:

Dari morbos totius ſubſtātia probatur.

In quibus ſanitas partium conſiſtit, in iiſdem quoque morbus reperitur.

At ſanitas ſimilarium partium, non conſiſtit ſolùm in debitâ temperamenti proportione, verùm etiam in juſtâ materiæ moderatione, ac aptâ convenientiâ formæ.

Ergò neceſſum eſt, ſimilarium morborum non unum tantùm genus (quod Galenus & ejus aſſeclæ, *Fuchſius* ſcilicet, lib. 3. inſtit. ſect. 1, ca. 4. *Marcellus Capra* lib. de morb. pandem. *Montaltus* de hom. ſano lib. 2. cap. 9. *Maſſaria* de abuſu veſic. & alii volunt) ſed 3. potius genera conſtitui, unum ſc. temperamenti, ſecundum materiæ, tertium formæ ſeu totius ſubſtantiæ. Exemplo res fiet clarior. Ponamus, ventriculum laborare ſumma imbecillitate concoquendi cibos, Imbecillitas hæc provenire poteſt ob

Digitized by Google

Formâ autem multas promanare actiones, ab actionibus temperamenti longè diverſas, quamvis id infinitis ferè Exemplis demonſtrari proclive eſſet, hoc tamen unicum à ſtruthiocamelo ſumptum, in medium adduxiſſe ſufficit. Hic enim, (ſi fides aliqua rerum naturalium ſcriptoribus) ferrum deglutire, deglutitumque concoquere, & in corporis ſui alimoniam convertere dicitur, non ſanè ratione caloris Elementaris, aut inſiti temperamenti (ſic enim Leo, omnium calidiſſimum animal, ferrum quoque concoqueret) ſed totius Eſſentiæ, ſeu inſitæ formæ naturâ ac proprietate. Eodem modo & partes ſimilares corporis noſtri, alimentum alliciunt, retinent & concoquunt, non temperamenti aut caloris elementaris virtute, ſed totâ ſubſtantiâ ſua, ſpecie ac forma, quemadmodum eleganter hac de re diſſerit *Fernelius lib. 2. de abd. rer. cauſ. cap. 9.* Deindè morbi totius ſubſtantiæ ſic quoque adſtruuntur.

Si dentur agentia quædam, corpus noſtrum, præter naturam afficientia, non manifeſtâ ſed occultâ qualitate quâdam, non erit abſurdum, ab ejuſmodi cauſis univocos etiam effectus oriri, morbos ſc. occultos, qui totius ſubſtantiæ vocantur. At antecedens verùm, ex ipſius Gal: teſtimonio, lib. 11. ſimpl. medic. fac. Penelopem repræhendentis, quod ambitioſè omnia ad cauſas manifeſtas, adducere conetur. Ergò & conſequens. Ex his igitur nunc luce meridianâ clariùs eluceſcit, haut inconſideratâ ratione, Galenum aliosque ejus ſequaces, reprehendi poſſe, quod parciùs, quàm par fuerit, partium ſimilarium morbos diſtinxerint, quandoquidem certum, ut modò demonſtravimus, harum ſubſtantiarum ſimilarium morbificas διαθέσεις non omnes à ſolis illis manifeſtis, ſenſibusque cognitis qualitatibus ſeu intemperiebus, ſivè eæ ſint ſimplices, ſivè compoſitæ, dependere, ſed quaſdam etiam à dyſcraſiis illis occultis, quibus ipſa tota κρᾶσις, modo quodam incóprehenſibili ἄτονος, languida, & prorſus inefficax efficitur, & quas nemo ſanæ mentis ad aliquam τῶν φανερῶν ποιοτήτων revocabit, provenire. Ac ſanè mirum videri debet, Galenum hujus differentiæ ita prorſus oblitum fuiſſe, cum tamen illius, multis aliis in locis non obſcuram facit mentionem, veluti libro 5. ſimpl. medic. cap. 1. & 18. ubi qualitates omnes in primas & manifeſtas, & eas, quæ à totâ dependent ſubſtantiâ dividit. Et in lib. 2. ad Glauc. qualitates ex totâ prodeuntes ſub-

Digitized by Google

ſtantia ἀνωνύμως vocat: Ibidemque νοσερὴν ἀπόκρισιν affirmat magis totius ſubſtãtiæ proprietate, quàm manifeſtâ qualitate nocere. Denique quod medicamenta totis ſubſtantiis, morbos ſimiliarium partium pellentia, inveniri aſſeverat. Quæ ſi vera ſint, cum nulli non conſtet, omnem actionem procedere à contrariis, ſub uno eodemque genere comprehenſis, neceſſe omninò erit, ut qualitatibus ſuis, qualitates noſtri corporis, & tota ſubſtantia, totam partium ſubſtantiam primò afficiat, hoc autem, quâ ratione dicemus, poſſe contingere, niſi quoſdam totius ſubſtantiæ morbos revera exiſtere, lubentes fateamur. Verùm cum diſceptatio hæc de ejuſmodi morbis prolixior ſit, quàm ut præſenti conveniat inſtituto, idcircò telam illius abrumpentes, & ad alia quæ explicanda reſtant, tranſeuntes, pro capitis hujus concluſione, hæc ſaltem notaſſe ſufficit, nimirum, ultrà tria illa morborum genera, à Gal. tradita, quartum quoque neceſſariò eſſe admittendum, morbos nimirum totius ſubſtantiæ, & inter hos poſtremos Peſtilentem luem eſſe collocandam.

(∴)

CAPUT IV.

Peſtem eſſe morbum communem & Epidemium.

DEmonſtrato itaq; antecedenti Capite, Peſtem eſſe morbum, & quidem talem morbum, ad totam (ut vocant) ſubſtantiam pertinentem, ulteriùs nunc progrediendum, reliquaque verba definitionis penſiculatiùs examinanda. Diximus autem primò, *Peſtem* eſſe *morbum Communem*. Ad quod meliùs intelligendum, 1. quid morbus communis ſit, 2. à quâ causâ excitetur, & 3. tandem, quæ ejus exiſtant differentiæ, breviter exponendum. Sunt autem primò Morbi communes illi, quicunq; à communi causâ morbificâ proficiſcentes, in omnes cujuſvis ætatis, ſexus, ac temperamenti homines ſæviunt, populariterque graſſentur, vel quia eâ ſint naturâ præditi, ut ſe celeritèr diffundere in alios, ſeque veluti multiplicare poſſint, quod idem eſt, quod alii dicunt, Morborum alios actu, alios potentiâ communes exiſtere, qui enim à communi dependent causa, & ab ea foventur, illi actu ferè ſunt communes, & uno eodemque tempore, plures invadunt: potentia autem in multis inſunt, qui tali præditi,

Morbus communis quid.

diri ſunt naturâ, ut quamvis unum aliquem ſolum nunc affligant, ocyùs tamen ad alios plures contagio ſerpere poſſint. Cauſam deindè horum morborum, quod attinet, nemo non videt, illam quoque eſſe communem, ſiquidem conſtans omnium philoſophantium aſſertio, effectum communem, præſupponere quoque cauſam communem. Ea autem duplex exiſtere poteſt, nimirum, vel aëris ambientis, quo omnes ad ſanitatis noſtræ tutelam & conſervationem indigemus, adverſaria quædam ac pernicioſa qualitas, teſte *Gal. in com. lib. 2. de nat. hom. tex. 3.* vel aqua putris, aut cibus potuſque valdè vitioſus, undè & idem autor ex ſemiputrido tritico, morbum cõmunem exortum, aſſeruit. Et *Thomas Eraſtus, Epiſt. medic. 7.* refert, ante paucos annos celebratas fuiſſe in quodam loco nuptias, à quibus, cum propter æſtum carnes putreſcere cæpiſſent, omnes illos, qui eas eſitaſſent communi morbo correptos, & eo quoque tandem confectos fuiſſe. Poſtremò Morborum communium duplex eſt differentia. Alij enim dicuntur Endemii, alii Epidemii. *Ενδημοι ἢ ενδήμιοι καὶ ἐπιχώριοι* Latinis patrii, uni plerumque regioni ſunt natalitii, proprii, vernaculi, indigena, & peculiares, & rarò vel nunquam alias invadunt provincias in iiſque ſe produnt, quia unicuique regioni ex ſoli & aquæ naturæ, ex ſitu & flatibus quibus jactatur peculiaris ineſt conſtitutio ſuaque proprietas, ſic 1. Gutturis tumor Bronchocele dictus, Carinthiis & Styriis ceteriſque Alpinarum regionum incolis ut & quibuſdam Hiſpaniæ provinciis familiaris eſt, quo qui laborant, gutturoſi vulgò dicuntur, non quod hoc vitium in aliis regionibus prorſus non inveniatur, (ſiquidem *Franc. Valeriola lib. 3. loc. com. cap. 2.* & *Quercetano in lib. de Peſte cap. 1.* teſtibus, hic affectus, nec apud Allobroges in ea parte, La val de Lucerno dicta, nec apud quoſdam Sabaudos, in provinciâ nimirum de Foiſſignii & Vallaii, planè exiſtit incognitus) ſed quod apud illos frequentiſſimè naſcatur, vel ob communem omnibus loci naturam, vel aeris qualitatem, vel aquarum glacialium ac nivalium uſum, vel denique vivendi conſvetudinem. 2. Sic *Scorbutus*, antiquis, ut putatur, incognitus, gingivarum carnes depaſcens, ac oſſium quaſi compagem ſolvens, morbus eſt peculiariſſimus, locis imprimis maritimis ſeptentrionalibus, ut Belgio, Daniæ, Nordvegiæ, Sveciæ &c. teſte *Balduino Ronſæo*, *Alberto Cranzio in Saxon. deſcript.* *Joanne Langio in*

Cauſa morborũ communium.

Differentia morbor. commun.

Endemii morbi.

1. Bronchocele.

De omnibus hiſce morbis copioſè diſſerit H. Reuſnerus Exercit. 1. de Scorbuto.

2. Scorbutus.

Digitized by Google

Epiſt. medic. Olao Magno lib. 6. Dodonæo obſerv. cap. 33. Eugaleno, & Reuſnero in lib. de Scorbuto, & aliis, quem tamen aliæ regiones prorſus ignorant, adeò ut in Italia, Gallia &c. facilius tibi ſit invenire nigrum Cygnum ſeu corvum album, quàm hunc morbum.

Pua morbus.

3. Ita in quodam Indiæ tractu, ultrà Calecutium, Emporium totius Aſiæ nobiliſſimum, tradente *Ludovico Romano, lib. navigat. ſuar. cap. 38* communi quodam morbi genere, *Puà*, dicto, laboratur, Gallico haut multum diſſimili, à quo tamen circumjacentes provinciæ, dicuntur eſſe immunes. Americam incolentibus morbus Ton dictus vernaculus eſt, qui digitos pedum exedit animalculi inſtar ſub unguibus ſe inſinuans.

Brunus Gallicus.

4. Simili modo, Anno 1577. nova lues in Moraviâ exorta eſt, dicta *Brunus Gallicus*, qui nulla alia loca, quàm ſolum Brunæ oppidum (à quâ originem traxit) invaſit atque afflixit.

Vari.

5. Sic quoque Endemius, plurimiſque familiis quaſi hæreditarius morbus fuit ille, qui antè paucos annos, ſolos Weſtphalos, Geldros & Friſios exercuit, quem *Varos currentes*, ſeu vulgari idiomate, die lauffenden Varen/ indigitarunt, de quibus extat Epiſtolâ quædam *Henrici à Bras* Medici Campenſis ad P. Foreſtum, circa finem lib. 2. obſervat. Foreſti, & *Joan. Wierus* quoque in quodam ſuo libello germanico, eoſdem accuratiſſimè deſcripſit.

Dracunculi.

6. Paritèr & inter Endemios morbos, & hic ponendus erit, qui deſcribitur *à Levino Hulſio, lib. 7. navigat. Hollandic. cap. 48.* ubi in medio regionis Guineæ, dicit eſſe urbem ac propugnaculum inſigne, à Luſitanis extructum, quod Minam vocant, Hunc locum præter navigantes, tùm incolæ, tùm exteri ſeu peregrini, omnes ferè, peculiari quodam verminoſo morbo corripiuntur, adeò ut ſic affecti præ doloris atrocitate, nunquàm non iſti morbo, ob vermes ſubcutaneos exteriores tantum partes, & ex his carnoſiores imprimis, infeſtantes ac quaſi erodentes, conjunctò, neque ambulare, ſedere, ſtare aut cubare queant, imò quandoque mente prorſus moveantur, inſuper hoc addens dictus Autor, incolas ipſos, qui Negri dicuntur, hujus mali ſævitiam nullo modo effugere poſſe, cum tamen alii ipſorum vicini, vix 25 milliaribus à dicto Minæ oppido, verſus ſeptentrionem magis habitantes, ab illo prorſus immunes exiſtant, & nil quicquam mali indè patiantur. Hujus morbi etiam meminit *Joan. Hugo Linſchottius in Itiner. ſuo*, Item *Thomas à Vega, comm. ad lib. 6. Gal.*

Digitized by Google

Gal. de loc. aff. Amatus Luſitanus in obſ. & cur. ſuis medic. & plures alii. 7. Ita & *Plica*, qua capilli capitis, ceu glutine quodam inviſcati, mirè contorquentur, & invicem complicantur, inter morbos Endemios referenda erit, cum præter ſolos Sarmatas ac Polonos, nullæ aliæ nationes illâ infeſtentur; de quâ quidem eruditè commentatus eſt *Hercules Saxonia*, in libro peculiari, & *Joan. Thomas Minadous*, ambo Profeſſores Patavini celeberrimi. 8. Sic in catalogum Endemiorum referenda quoque ſunt: *Elephantiaſis*, Ægyptiis quodammodo propria, teſte *Lucretio lib 6.* Sic Aſiaticis Lichen: Judæis lepra: Tectoſagis Hydrocele: Genevenſibus Catharr. Luſitanis Phtiſis: Vaſconibus gibbus. Tranſylvanis Varen: Venetis Hæmorrhoidis: Toloſanis Dyſenteriæ: Florentinis Epilepſiæ: Pariſienſibus Herniæ: Appulis icterus: Parthis gravis oris halitus: Tridentinis Pleuritides ſunt familiares. Item febris hemitritæa, & ophthalmiæ, quorum hæ olim Achaiam peculiariter exercebant, illa verò Romanos tantum affligebat, nec non plures alii morbi, quos conſultò hic omittimus. *Epidemii* verò morbi dicuntur, qui uno eodemque tempore, plures homines ſimul adoriuntur, nec uni tantum alicui loco (quo ab Endemiis differunt) ſunt affixi, ſed longè lateque ſeſe diffundunt ac propagant. Hi duorum ſunt generum. Alii commune nomen retinentes, vocantur Mites, quod etſi plures ſimul invadant ac dejiciant, non omnes tamen peſſundent, ſed paucos ſaltem interimant, hujus generis ſunt variolæ & morbilli, item catharrus & tuſſis illa Epidemica, quæ Anno 1557. viguit, quâ etſi plurimi afficiebantur, nemo tamen mortem obibat, præter infantes, teſte *Valleriolâ* in append. locor. comm. cap. 2. It: *Hieron. Mercuriali*, & *Cratone* in quibuſdam Epiſt. medic. à Scholzio editis. Huc pertinent quoque diarrhææ, febris Pannonica, ſimileſque alii, certis quibuſdam annis, nunc hanc, nunc illam regionem infeſtantes. Alii verò dicuntur Maligni ac pernitioſi, plurimos, quos corripiunt, necantes, inter quos Peſtis ab omnibus refertur. Sic ut cuivis indè nunc manifeſtum evadat, Peſtem eſſe morbum Epidemicum valdè malignum, ex quo pauci, contagio ejus infecti, eluctantur, plurimi verò miſerè occumbant ac intereant.

Plica. *Elephantiaſis.* *Hemitritæos.* *Epidemii morbi.*

CAPUT V.

Peſtem eſſe morbum acutiſſimum & pernicioſum.

Alterum attributum, ſuprà in Definitione Peſti aſſignatum, fuit hoc, quod etiam ſit morbus Acutiſſimus. Ad quod Epitheton declarandum, omninò opus erit, ut quid 1. nomine acutorum morborum intelligamus, 2. & quæ deindè illorum ſint differentiæ, breviter nunc doceamus. Dicuntur autem propriè morbi acuti, qui celeriter & cum vehementiâ hiſtoriam ſuam abſolvunt, ſive, qui per 4. univerſalia morborum tempora, celeri motu percurrunt, ac proindè cum periculo agunt. Horum autem non una eſt ratio, ſed magna latitudo, multiplexque varietas, prout mutatio magis vel minus vehemens ac velox eſt. Quò enim mutatio major ac vehementior, eò morbus acutior. Proindè morbi acuti à Medicis dividuntur in peracutos, acutos ſimpliciter, & acutos ἐκ μεταπτώσεως. Deinde Peracuti in exquiſitè peracutos, & non exquiſitè. Acuti ſimpliciter dicti, plerumque ad 14. aut ad ſummum 20, diem protrahuntur, intra quod tempus, ægrotanti vel ſalutem vel mortem afferunt, in horum cenſu ſunt, Pleuritis, Peripneumonia, Lethargus, Cauſos. At acuti ἐκ μεταπτώσεως, id eſt, decidentiâ ſeu degeneratione, ad 27. aut 30. diem perveniunt, vel ad ſummum 40. finiuntur, hunc ſi ſuperant, tunc non amplius acuti, ſed chronici ſeu diuturni vocantur. Non exquiſitè peracuti, ad 7. plærumque diem extenduntur, in quorum albo ſunt Angina, Tetanus, Cholera, Iliaca paſſio &c. Tandem exquiſitiſſimè peracuti ſunt, qui vehementiſſimè ac velociſſimè, vel ad vitam vel ad mortem moventur, ſive qui ad ſtatum & criſin citiſſimè tendunt, id quod fit tertio vel ad ſummum quarto die, in quorum claſſem referuntur. Sudor Anglicus, Apoplexia, ac Peſtis. Ex quibus nunc perſpicue eluceſcit, non abſque ratione nos Peſtem definiiſſe morbum non ſimpliciter acutum, ſed peracutiſſimum, cum nulli alii dentur, majori celeritate ad finem properantes, citiusq́; hominem jugulantes, quàm ipſiſſima hæc dira Lues.

Morbi Acuti qui.

Differentia Acutorum morborum.

Acuti.

Acuti ex decidētia.

Peracuti non exquiſitè.

Peracuti exquiſitè.

Deindè ſubjunximus vocabulum *Pernicioſus*, quod nimirum Peſtis ſit etiam ὀλομένη νόσος, id eſt, morbus pernicioſus, idque non tantum autoritate & Exemplo *Galeni*, qui Peſtem definiens *lib. 1. Acut. text. 9.* eam dicit eſſe Epidemiam pernicioſam, verùm etiam ratio-

Eſt etiam pernicioſus morbus Peſtis.

Triplici ratione Peſtis eſt perniciosa

ratione & experientiâ. Et *rationem* quidem quod attinet, triplici potiſſimum modo Peſtis perniciem & exitium corpori adfert. 1. Malignam ſeu venenatam qualitatem ſuam cordi communicando, Illa autem qualitas planè ſpiritalis exiſtit, id quod ex eo fit manifeſtum, quod promptiſſimè velociſſiméque ad interiora corporis penetret, præcipuè verò ad ipſum cor, cujus ſpiritibus permixta, ſæpè paucarum horarum ſpatio, hominem anteà probè ſanum, occidit. 2. Occulto ſuo Veneno, ſpiritibus vitalibus adverſando, eos diſſipando, ac tandem ipſum animæ proprium inſtrumentum, nempè calorem nativum, primogenito humido inhærentem, corrumpendo, proſternẽdo, penitusq́; tandem extinguendo. Quamvis autem hoc & cæteris venenis omnibus ſit commune, principaliter tamen, peſtilenti veneno id videtur eſſe tribuendum, cum ejus actio & admirabilis valdè ſit, & ſingulare quiddam, ab aliis diſtinctum, omninò habeat. 3. Agmen multorum periculoſiſs. ſymptomatum inducendo, ut ſunt, delirium, Vigiliæ, capitis dolores, febris ardentiſſima, ſyncope, vomitus, diarrhææ &c. de quibus infrà, quotum vel unicum ſaltem ſæpè ad interimendum hominem ſufficit, nedum ubi vel omnia ſimul, vel major ſaltem eorum pars conſociata reperiuntur. Deindè ad *Experientiam* ſi tranſeamus, quis quæſo in rebus hiſtoricis adeò hoſpes eſt, cui non lectione cognitum ſit, quanta pernities ſæpè numerò generi humano Peſte illata fuerit, nam præter ſuperiora exempla, in Procemio hujus libri à nobis citata. *Dion. & Xiphilinus* prodiderunt, regnante Commodo Imperatore, perniciosiſſimum hoc Peſtis venenum, tantam ſtragem in Italia edidiſſe, ut Romæ quotidiè 2000. hominum morerentur, Sic *Procopius lib. 11. de bello Perſico*, & *Agathias lib. 5. hiſtor.* referunt, Byzantij & in finitimis locis, regnante Juſtiniano Imperatore, tantam vim ac ſævitiam peſtis fuiſſe, ut ſingulis diebus 5000. interdùm etiam 10000. hominum ſepulturæ mandarentur. *Nicephorus lib. 17. hiſtor. Eccleſ. initio cap. 17.* Peſtis (inquit) ex Æthyopiâ, univerſum propè pervaſit orbem, ità ut neminem ferè hominem ejus temporis intactum reliquerit. Quædam civitates ab ea lue adeò fuere occupatæ, ut vacuæ prorſus ab incolis fuerint. *Annales* quoque *Franciæ* referunt, Anno 1374. Peſte per univerſam Galliam & Germaniam graſſante, penè tertiam partem humani generis eâ conſumtam fuiſſe; Ita *Quercetanus in Alexicaco cap. 4.*

Experientia.

ſcribit, Anno ſalutis 1400. paucis diebus Florentiæ, Peſte 30000. hominum è vivis exceſſiſſe. Quod ſi nunc ad noſtra tempora acceſſerimus, quantas perſæpè clades hiſce in regionibus Peſtis ediderit, Majores noſtri, & eorum poſteri non ſine ingenti luctu recordantur. Ex quibus patet, quod ſi is morbus, omnium maximè lethalis & exitioſus ſit habendus, qui fulminis inſtar, uno momento, vitalia univerſi corporis elementa percellit ac ſyderat, plurimosque truculenter jugulet, Peſtem omnium & pernicioſiſſimum & θανατηφόρον maximè eſſe cenſendum.

CAPUT VI.

Peſtem eſſe morbum Contagioſum.

ULtimum Epithethon, Peſti in definitione aſſignatum, fuit quod illa ſit Morbus quoq; contagioſus, quo quidem differentiam ejus ſpecificam innuere voluimus, ſiquidem inter omnes conſtat Medicos, proprium quaſi characterem Peſtis eſſe contagium, nec unquam obſervatum fuiſſe, Peſtem aliquam ex naturalibus cauſis productam, contagione caruiſſe, vnde & *D. Baſilius in homiliâ ſuper Pſal. 14 Davidis* ait, ab omnibus tam philoſophis, quàm medicis hoc Peſti ſingulariter tributum eſſe, ut ſit contagioſa, ac uno infecto polluatur & alter. Et ſanè Definitione contagii hic ſub examen revocata, eique adjuncta ſimul experientiâ, manifeſtum omninò fiet, eos, quibus converſatio aliqua cum ægrotis interceſſit, longè citiùs labem peſtiferam contrahere, quàm alios, ab eorum conſortio procul remotos, longoque intervallo diſſitos, nec id abſque ratione. Si enim ad contagium, ſummam requiris putredinem, illam, ſi uſquàm alibi, in Peſte reperies infeſtiſſimam: Si vapo è calidum exigis, is è vivo corpore, nō ſolùm per expirationem, verùm etiam per tranſpirationem, quin exeat, nihil vetat: ſi tenuem, acrem & malignum poſtulas, alius eſſe nequit, qui celerrimè & velut in ictu oculi, in vitæ propria domicilia ſe ingerit, vires ita aggreditur, ut breviſſimâ commiſsâ pugnâ, ſuccumbant: ſi denique tenacem deſideras, ejuſmodi procul dubio eſt, quem efficaciſſimis pharmacis, alvum, ſudorem vel urinam cientibus, item phlebotomia, cucurbitulis, aliiſq; præſidiis, vix imò ne vix quidem expellere poſſibile eſt, qui etiamſi vi plurima ejiciatur, (quod tamen rarum eſt) ſemper ſpolia ſecum aufert, humores ſcilicet & ſpiritus, quibus,

bus penitus agglutinatus eſt. Hæc univerſa ſi admittantur, ſanè vel noſtram ſententiam egregiè confirmabunt, vel aliud excogitandum, quod contagio neceſſarium cum ſit, in Peſte nequaquàm appareat. Verùm hîc obſtrepant nobis nonnulli, ita argutantes: 1. Si Peſtis eſſet morbus contagioſus, tunc ſanè omnes eos, qui ægris converſantur, promiſcuè corriperet, At conſequens falſum: Quia teſtatur experientia, medicos Chirurgicos, verbi miniſtros, & complures alios impunè ſæpè ægros accedere, omnis generis officia præſtare, adeòque manus frequenter admovere. Ergò & antecedens.

Objectio 1

Reſponſio.

Reſpondemus: Quod non omnes inficiantur, cauſam non eſſe, abſentiam contagii, ſed triplicem potiſſimum hujus rei aſſignari poſſe rationem. 1. Eſt, imbecillitas agentis, ſi ſcilicet virus peſtilentiale vel remediis alexiteriis intrò aſſumtis, vel calore aut frigore externo intenſiore, vel ignis accenſione, ac ſuffimigiis variis, hebetatum ac retuſum fit. 2. Indiſpoſitio patientis, quandò ſcil. in corpore ejuſmodi nullus fomes pravorum humorum, ex inſigni quâdam cacochymiâ reſiduorum, adſit, in quibus contagium ſtabuletur, vel ſi tale corpus ſecretâ quâdam & effatu difficili proprietate, minus ad Peſtis ſeminaria ſuſcipienda proclive ſit. 3. Defectus moræ convenientis, ſi enim contagium & infectio diſſeminari debet, opus eſt, certâ morâ, calore ſuſcitante, & quâdam agitatione, hæc enim ſi deficit, nulla infectio fieri poteſt. Nàm ad cujuſcunque rei actionem debitam ac legitimam, hæc quatuor potiſſimum requiri, *Petrus Aponenſis differ. 94.* aliique Philoſophi ὁμοψύχως teſtantur. 1. Agentis fortitudo, quoniam à proportione minoris æqualitatis aut inæqualitatis, non ſequitur actio, ſed à proportione majoris inæqualitatis, nám parva ſcintillula ignis, magnum lignum cōburere nequit, neq; parvus ventus, navim impellere poteſt. 2. Paſſi diſpoſitio, nam non quodlibet agit in quolibet, ſed determinatum in determinato. Agens ergò cum vult agere, nec patiens ad id ſit diſpoſitum, nec actio nec paſſio ulla contingit. Nam magnes attrahit ferrum, cum ſit purum ac præparatum, rubiginoſum verò, aut Oleo ☿ alteratum ſeu imbutum, tunc vis attractricis debilitatur, ſicque actio deſinit. 3. Contactus, Ignis enim hominem calefacere nequit, ſi is ab illius caliditate non tangatur, nec magnes ferrum attrahere, niſi formaliter vel virtualiter illud tangat. 4. Mora conveniens, Nam

Ad actionem rei 4. requiruntur.

ſi po-

ſi poſueris lignum parvum in igne quantumvis magno, & immediatè illud ab eo amoveris, non comburetur, & contrà ſi in parvo igne lignum ponatur, & in eo aliquam moram trahat, abſque dubio concremabitur.

2. Objectio. 2. Deindè ita inſtant: ſi ſanitas unius corporis, alteri nullo modo ſit communicabilis, vel halitus illi, è ſano corpore emanantes, aliis, morbifico aliquo effectu detenti, non poſſint eſſe ſaluti, aut priſtinum afferre iiſdem corporis ac virium robur; utique nec ulli morbo, ſive ſit Peſtis, ſive alio nomine appelletur, hoc videbitur privilegium concedendum, ut diſſeminatis de ſe vaporibus noxiis, eoſdem per contactum in ſanos tranſportare, eoſque ſimili ægritudine inficere poſſit. *Reſponſio. Ex Eraſto in diſp. de Contagio, Theſ. 47. & 48.* Reſp: Non mediocria extremis, ſed extrema extremis in curationibus ſolent opponi, nec mediocritas exceſſum, ſed exceſſus vincit mediocritatem, Morbum autem exceſſum eſſe, ſanitatem verò in mediocritate conſiſtere, extra dubium eſt. Undè morbidæ expirationes, excedentem in ſe habentes qualitatem, mediocritatem poſſunt corrumpere; ſalubres verò quarum potentia eſt remiſſior, morbos tollere ac extirpare non valent. Adde quod ex ſanis corporibus emanantes ἀπόρροιαι, non ſic omnem corporum, cujus ſunt effluvia, poſſident facultatem, quomodo putridæ ἀποχωρήσεις & excretiones, totam putrefactæ ſubſtantiæ potentiam & proprietatem continent, quippè ſeminis rationem habent hæ, quod de illis judicari non poteſt, nihil enim poſſunt aliud, quàm tepidè calefacere. Inſuper non ſimpliciter verum eſt, unius ſanitatem, alteri nihil prorſus commodare poſſe, quid enim obſtat, quo minùs homo aliquis egregiè ſanus, halitus fundat perindè temperatos, atque æger intemperatos? Quid impedit, quo minus, quemadmodum hi integros ſpiritus depravent, ità illi vitioſos corrigant? Certum eſt, citiùs valetudinem bonam recuperare illos, qui cum ſanis ac benè habitis vivunt, quàm cum ægrotantibus ac aſſiduè languentibus. Cur Galenus conſulit iis, qui imbecilli ſunt ventriculo, boni habitus puellum pectori admovêre, quod Davidem Regem, jam ſenem feciſſe legimus, ſi nihil planè opis, ſvaves ac temperati halitus adferant? Cur temperatæ caliditatis fomenta, ſtomachi infirmitati, ſuccurrunt, niſi quia calorem inſitum fovent? Minimè itaque ſibi perſvadendum, ſanitatem penitus otio torpêre, eò quod ſanos ab ægris promtiùs inquinari, quàm hos ab illis,

lis meliores reddi conſpiciamus.

3.Objectio 3. Tandem contradicentes, Autoritatem *Hippocr. & Procopij* nobis opponunt,quaſi *hic lib.2. de bello Perſico* affirmaverit, Peſtem Conſtantinopoli ſævientem, aliquandò fuiſſe abſque contagio: *Ille* verò *in libris ſuis Epidemicis*, Epitheti hujus, nullam prorſus mentionem fecerit, imò nec Gal. in definienda iſtâ Lue,Contagii voce uſus fuerit.Quibus quidem reſponſi loco,duplicem ſolutionem afferimus, generalem unam, alteram

Reſponſio. ſpecialem. 1. *Generaliter* dicimus, omnem illam argumentandi rationem,ab autoritatibus ſimpliciter ductam, ſeclusâ omni ratione ac experientia, non tantùm eſſe invalidam, ſed etiam vitioſam, punctumque aliquod non mereri, & ob id rejiciendam, naucique faciendam. Nunc autem vel unica ſaltem experientia, ſufficientem potis eſt facere fidem, inter omnia morborum genera, quibus corpora noſtra infeſtantur, nullum magis contagioſum ipsâ Peſte exiſtere,Et Ratio quoque idem convincit, nam quod contactu ſuo aliud corpus poteſt inficere aut inquinare,illud contagioſum dicitur. At Peſtifera lues hoc facit. Ergò &c. 2.*Specialitèr* reſpondemus, & primò quidem ad autoritatem Procopii, eam tanti non eſſe,ut ob id à communi & ab omnibus hactenus receptâ opinione recedamus, ſiquidem illi tanquam Hiſtorico, vera forſan Eſſentia ac natura Contagii incognita vel non obſervata fuit,aut dicendum, illam Peſtem à Procopio deſcriptam, minùs contagioſam, quàm cæteras fuiſſe, & ſic reſpectu aliarum,& per comparationem ergâ reliquas non contagioſa dici meruerit, quod tamen, contagionem à Peſte non tollit ac ſeparat, cum præſertim magis & minus non faciunt mutari ſpeciem, Deindè Hippocr. & Gal. quod attinet, etiamſi in ſcriptis illorum vox contagii expreſsè non inveniatur,dubitandum tamen nō eſſe,quin iidem, naturam illius optimè cognitam ac perſpectam habuerint,contagiumque pro individuo quaſi Peſtis comite agnoverint.Hippocr.enim in lib. de flatibus, Græcam vocem, μιάσματα ponit,quæ dicit eſſe naturæ inimica,&perconſequens,contagii à nobis propoſiti, ſeminaria. Galenus quoque in lib.1.de differ.febr. cap. 2. de Peſte loquens, ità ait: Cum Peſte correptis inhabitare lubricum, minimèque tutum, periculum enim eſt, ne concipiatur, ut ſcabies & lippitudo.At nunc lippis & tonſoribus notiſſimum eſt, Scabiem & lippitudinem, contagioſos eſſe affectus, & non infrequenter:

ter per contactum aliis communicatu, Quid ergò aliud indè concludendum, quàm nec Hipp. neque Galenum neſciiſſe, Peſti propriè hoc Epithethon competere. Manet ergò firma & inconcuſſa noſtra Aſſertio, Peſtem perpetuò eſſe contagioſam, magis tamen vel minus, prout venefica qualitas perniciosior ſæviorque vel mitior, ejuſdemque qualitatis vehiculum, quo propagatur, vel craſſius & vaporoſum duntaxat, vel tenuius ac ſpiritale magis exiſtit. Unde & Philoſophus libr. 1. Probl. ſect. 7. meritò pronunciavit, Peſtem ſolam eſſe maximè contagioſam. Verùm cum in hanc de Contagii diſputationem inciderimus, idcircò ad eruendam diligentiori indagine ejus naturam, alioquin abſtruſam valdè multisque perplexitatibus involutam, operæ precium judicavimus, ſequens Caput integrum illius tractationi & enucleationi deſtinare.

CAPUT VII.

De Naturâ Contagii.

NE igitur ἀμεθόδως in hâc doctrinâ procedamus, vel lectori, prolixiori illius tractatione tædium ac moleſtiam aliquam adferamus, idcircò rem in pauca contrahentes, de ſequentibus capitibus, quantum quidem fieri poteſt breviſſimè, acturi ſumus. 1. Nominis ſignificationem expediemus. 2. Rei definitionem proponemus. 3. Requiſita ſeu cauſas contagii inveſtigabimus. 4. Ejuſdem differentias indicabimus. 5. Tandemque num omne contagium in putredine conſiſtat, explicabimus.

1. Nominis ſignificatio.

Vocabulum Contagii (cum de morbis ſermo eſt) quatuor modis uſurpatur; monènte *Thomâ Eraſto* & aliis. 1. Enim pro morbo interdum per contagium contracto ponitur, non rarius, pro ipsâ morbi ab uno ad alium tranſitione, ſive pro ipſamet inquinatione accipitur. Verùm hac ſignificatio, cum maximè impropria ſit, idcircò illam hic rejicimus. 2. Sumitur ſecundum Capivaccium pro Seminario, quod in aëre ſparſum volitat, vel veſtibus, aliisque rebus adhæret. 3. Pro ipsâ morbi communicatione ſeu transfuſione ac motione, quâ morbus ſe ex uno corpore in aliud, diffundit. 4. Tandem magis propriè pro vi & qualitate certorum morborum, per quam ſe extra ſubjectum ſuum effundere, inque alia ingerere apti ſunt.

2. De-

2. Definitio Contagij.

Eſt autem Contagium, ſi rei naturam diligenter expendamus, ſecundum *Fracaſtorium*, nihil aliud, quàm infectiò aut maligna qualitas, de uno ſubjectò in aliud tranſiens. Tùm enim profectò contagionem irrepſiſſe, factamque eſſe dicimus, cùm ſimile quoddam vitium in alterum translatum eſt. Vel ſi preſſiùs contagionis naturam exprimere velimus, Contagio eſt corporis ſeu compoſiti quædam corruptio ei ſimilis, à quo primum manavit, quæ infectione in particulis communicatâ, ex uno in aliud tranſit. Quâ quidem deſcriptione, aptiſſimè contagii natura exprimitur, ut in quo genere & differentiis propriis, tota ipſius eſſentia conſtituatur. Corruptio enim hic vice generis ponitur, cum non omnis corruptio contagio ſit, ut omnibus patet, aliàs omnes morbi dicerentur contagioſi, cum hi ſanitatem corrumpant, omnis tamen contagio, corruptio quædam ſit ejus, cui inhæret, fieri autem ſimile ei, à quo primum exorta eſt, & ab uno in aliud tranſire, infectione in partibus communicatâ, differentiæ loco ſunt. Ob id autem fit ſimilis in eo, qui inficitur, corruptio, atque in eo qui infectionem intulit, quod idem in utroque ſeminarium inſit, eandem corrumpendi facultatem habens. Infectum autem vocamus id, non quod omninò corruptum ſit, ſed quod putrefactione in ſenſibilibus partibus obortâ, ad corruptionem tendit. Undè patet, ſi quod vitii in uno eodemque corpore genitum, aliis ejuſdem partibus communicetur, ut in gangrænâ & ſphacelo fieri videmus, contagionem non fieri, ſed neceſſe eſſe, ut ejus ſeminarium in aliud corpus transferatur. Præterea hinc diſcendum, Contagium, nec morbum, nec ſymptoma, ſed morbi cauſam eſſe, utpotè in quo halitus quidam teter, noxiuſvè vapor, aut ſpiritus aliquis virulentia vel malignitate præditus, aut aliud aliquod contagioſæ luis ſeminarium ab ægro in corpus ſanum influat, illudque ſuo adventu & participatione contaminet, ut tradit Nicolaus Bocangelinus.

3. Cauſæ ſeu Requiſita Contagij.

Ad Contagium 4. potiſſimum requiruntur, ſeu quatuor præcipuæ ſunt Contagionis cauſæ, 1. Aſtralis impreſſio, ſeu Aëris corruptio ac vitiatio, vel à ſolo qualitatum exceſſu, aut à commixtione putridorum & venenatorum vaporum, qui ita cum eo commiſcentur,

tur, ut ſicuti in reſpiratione nullatenus ſeparari queunt, ſic univerſum reſpirantium genus, labe ſuâ neceſſariò conſpurcent atque inficiant. Hoc *Galen. lib. de Ther. ad Piſon* his verbis viſus eſt expreſſiſſe: Peſtis (inquit) haut paucos interimit, ſed civitates quoque totas depaſcens, malè conficit, quippe (ſubdit) prava quædam Aëris ad corruptionem prompta mutatio efficitur, & homines, cum reſpirationis neceſſitate periculum evitare nequeant, ipſum Aërem, velut venenum quoddam ad ſe per os attrahunt. 2. Putrefactio in aliquo humore vel materia, quam præcedunt internæ obſtructiones, & plenitudines cacochymicæ. Quandò igitur ejuſmodi putredo humorum, aliis corporibus communicatur, fit inde contagium, Et hoc cõtagium non ineptè materiale poteſt appellari. 3. Lentor fomitis, lenta enim, viſcida, & glutinoſa omnia hærent, nec integrè diſſolvuntur, undè per moram imprimunt. 4. Ut materia putrefacta cõſiſtat in corporis ſuperficie, cutaneisque locis adhæreat, ut in ſcabie, vel in ſuperficie lucida, ut in lippitudine: Tùm etiam ut in loco ſit poſita, quæ evaporare, & ad longinqua, mediante Aëre, perferri poſſit, unde pro varietate putrefacientis materiæ, varia quoque contagioſorum morborum genera producuntur.

4. Differentiæ Contagij.

Species ſeu Differentiæ Contagii, communiter in 3. Claſſes à Medicis diſtribuuntur. 1. Fit per ſolum contactum, hoc eſt, appropinquando propiùs ad eos, qui Peſte laborant, ita ut communicatio mali neceſſariò indè ſubſequatur, & hoc quidem propriè contagium dicitur, ratione videlicet illius, qui intercedit, mutui contactus. Contagia enim (ut inquit Fracaſtorius) per contactum ſolum afficiunt, cujus rei non obſcurum habemus Exemplum in pyris, pomis, aliisq; fructibus marceſcentibus, cum ſe invicem contingunt, quorùm uno putreſcente, mox qui contingun-tur, putredinem & ipſi ſeu corruptionem induant, undè *Juvenalis* --*Uva etenim livorem ducit ab uvâ*. Et Satyra eâdem (ſc. ſecunda) *Sicut grex totus in agris, unius ſcabie cadit, & porrigine porci &c.* Probat idem quoque & ratio. Contagium enim alteratione indiget, Alteratio autem fit contactu. Ergò & contagium inducitur contactu. Item & nominis Etymologia id confirmat, vox enim contagii derivatur ab antiquo verbo Contago, quod idem eſt ac contango, Ergò hinc contactus ſeu contagium. 2. Fit per fomi-

fomitem, Fomes autem id dici jure poteſt, quodcunque ſeminaria contagionis in ſeipſum excipere, exceptaque diu retinere poteſt, ac per hæc ipſa retenta & conſervata ſeminaria inficere:ut lana, Marſilius Antid. Epid. cap. 24. Ut ignis oleum, ſic nutrimentum veneni peſtiferi eſt lana, & quidem ita onutrit lana hoc venenum, ut non modo conſervet ipſum, ſed & augmentet ac fortificet, linum, lintèamina, goſſypium, ligna, ſtragulæ, integumenta, & hujuſmodi alia, quæ incorrupta quidem ipſa exiſtentia, conſervare nihilominùs apta, prima contagionis ſeminaria, & per ipſa afficere, nam in iis lectulis, veſtibus, lignis, & id genus aliis, quæ Phthiſici vel peſtilentes contactu ſuo affecère, ſæpiſſimè viſum fuit, virus illud, per 2. vel 3 annos ſervatum, ut Fracaſtorius lib. 1. de Contag. cap. 10. ſcribit. Non autem omnia idonea ſunt, ut fomes fiant, ſed ea ſolum, quæ foraminulenta, rara, mollia, laxa, calida, poroſa, humida ac lenta ſunt, in iis enim tantùm contagionum ſeminaria condi, conditaque ſervari diutiùs poſſunt, quamobrem, quæ vehementer dura, compacta, ſolida, nec poroſa exiſtunt, qualia habentur, ferrum, lapides, aurum, mineralia &c. minimè apta ſunt, ut fomites Contagii fiant. 3. Contagii ſpecies dicitur fieri per diſtans, utpotè cujus venenum (*ut dicit Quercetanus*) tantæ ſubtilitatis exiſtit, ut ad ſui communicationem, actualem cōtactum minimè requirat, verùm per ſpatium ſatis diſtans, communicari poſſit, ut accidit in vaſta illa Peſtilentia, quæ ex Aſia in Europam translata, multa millia trucidavit. Exemplo etiam eſt Peſtis Athenienſis, quam Lucretius deſcribit. Hujus generis etiam ſunt lippitudines quædam, quibus, qui laborant, alios quoque in ſe ſpectantes, inficere ſolent, undè *Ovidius lib. 2. de remed. Amoris.* Dum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi, multaque corporibus tranſitione nocent. Cauſæ verò tam ſubtilis penetrationis (*ut idem docet Quercetanus*) ſunt, tùm propagatio ſeu generatio ejus ex humoribus jam corruptis & infectis, qui paulatim, ut contiguos ſibi alios pari labe inficiunt, ſic tandem per quandam digeſtionem, in miram ſubtilitatem elevantur: tùm inevitabilis ejus ſimul cum ambiente, cui permiſcetur, Aëre, inſpiratione & tranſpiratione intrà corpus noſtrum attractio. Ex his igitur tribus Contagionum generibus patet, primum, quod ſolo contactu propagatur, omnium maximè languidum eſſe; ſecundùm, quod per fomitem incipit, gravius: tertium

verò, quod ad diſtans corripit, perniencioſiſſimum, quippè in tenui ac vaporoſâ ſubſtantiâ coſiſtens, & ſpiritibus magis conveniens. In iis verò, quæ ſingulis 3. modis communicantur, plus imminere periculi, à proximo contactu, quàm lõginquo, & ab hoc, quam à fomite, ſi præſertim hic jamdudum conceperit mali ſeminaria. Undè apparet, totam Contagii rationem, non niſi in morbi per ſeminaria, communicatione conſiſtere.

5. *Num omne Contagium in putredine conſiſtat?*

Acerrima inter Medicos hûc uſque agitata eſt Controverſia, num ſcilicet Contagium ab occulto & ſublimiori principio, quàm ſunt Elementa, (ut vult Fernelius & Valleriola) an verò à manifeſto, Putredine nimitùm, (ut ſentit Eraſtus, Augenius, Septalius, cæteriq; Medici ferè omnes) ortum ducat nec ne? Nos poſteriori ſententiæ adſtipulantes, ſtatuimus, Contagionem omnem, in putredine tanquàm in proprio ſuo ſubjecto ſubſiſtere, Ratio 1. quod in externis, ſola putreſcentia, videmus vicina corrumpere, putredinis communicatione, ſicut in fructibus apparet. 2. Quod in omni contagione putredo cernitur, ſicut inductione oſtendi poſſit. 3. quod nullus, quantumvis pernitioſus morbus, dum modò expers ſit putredinis, contagione in alios proſerpit. 4. Quod in omni contagio fit corruptio ſubſtantiæ, non ſecundum totum, ſed ſecundum partem, idque ſenſim, at talis corruptio eſt putredo. Verùm huic ſententiæ contradicunt ſequentes rationes: 1. Si contagio omnis in putredine conſiſteret, tunc ſequeretur, in quibus morbis putredo eſſet, in iiſdem quoque contagium neceſſariò debere reperiri. At conſequens falſum, ſiquidem febres omnes, ſivè intermittentes ſive continuæ, teſte Galeno, oriuntur à putredine, quas tamen nemo contagioſas dixerit. *Reſp.* ad Minorem, nos nullam planè putredinem in dictis febribus agnoſcere, ſed tantùm humorum quandam præter naturalem excalefactionem ſeu ebullitionem, vel ut Hermetici loquuntur, ſulphuris accenſionem, illud enim inflammatum ſeu humores excalefacti caliditate ſuâ ignea poſteà generant febrim, id quod præter autoritatem *Hippoc. lib. 1. & 4. de morb.* docentis, humores per febres humorales, quatenus febres accendunt in vaſis οὐ σήπεται, ἀλλ' ἐκκαίεται, confirmant & ſequentes rationes. 1. Enim ſi illæ febres orirentur ex humorum putredine, ſequeretur, eas quoque ſtipa-

Objectio 1.

Reſponſio.

ſtipatas eſſe debere, talibus ſymptomatibus, ad humorum putredinem, propriè ſubſequi conſveſcentibus, verùm poſteriùs falſum, Ergò & prius; Docet enim experientia, quod ubi in aliquâ parte corporis, quantumvis extrema & longè à corde remota, oritur aliqua putredo, (ut in gangræna & ſphacelo) ſtatim ex illa putredine, graviſſima ſuboriantur Symptomata, caſus videlicet vitalis facultatis, ſyncope, pulſus debilitas, totius corporis refrigeratio, &c. Quanto ergo majora ac atrociora ſuccederent ſymptomata, ſi in aliqua dictarum febrium, aliàs per ſe minimè mortiferarum, ſemper inſignis humorum vigeret putredo, in vel extra vaſa, cum ejuſmodi putredo non ſolum major, ſed etiam in partibus, Cordi magis vicinis conſiſteret, quàm ſi ſaltem externa membra, ut manus vel pedes occupaſſet. Cum igitur nullum talium ſævorum ſymptomatum in febribus illis conſequi videamus, fatendum indè, putredinem nullam intermittentibus vel ſynochis ineſſe.

2. Obje-ctio.

2. Quod ſæpè numerò in ſæviſſimis Peſtilentiis, ſanos alioquin homines derepentè concidere videamus, in quibus nulla putredo, aut obſtructio & corruptela humorum exiſtit, Tanta enim vis eſt morbi, tanta contagionis, ut non rarò, uno aut altero die, plures cōcidant, qui ſe ſanos eſſe, alioquin arbitrantur, quos poſt 6, 8, vel 12. horas de medio ſublatos videas, uti in Ephemeris peſtilentibus, in quibus nulla putredo ſubeſt, interdum experiri licet. *Reſpondemus* cum *Augenio in 2. Tomo conſult. & Epiſt.* Semina illa contagii, prout ab unâ magis, quàm ab alterâ materiâ duxerint originem, efficere effectus in materiâ præparatâ & analogâ varios, nam quæ prodeunt ex ſolidis partibus, admodum diuturnam: quæ ex humoribus, breviorem: at quæ ex putrefactâ ſpirituum parte, vel potiùs corruptâ, profecta ſunt, breviſſimam affectionem invehunt. Pone, ex ſpiritibus effluxiſſe ſeminarium, hoc ſpiritus conſimiles afficiet tempore breviſſimo, & ratione quadam admirabili, ut qui ſani videbantur, optimeque diſpoſiti, videantur repentè è medio ſublati quaſi quodam miraculo, hæc etſi videbantur ſana, talia tamen non erant ſimpliciter dicenda ob analogiam ad Peſtis ſeminarium. *Reſponſio.*

3. Si in putredine Contagio conſiſteret, ſublatâ putredine remediis propriis, oporteret quoq; vim contagii aufferri. At hoc non videmus fieri, niſi enim alexipharmacis adverſus contagii ſemina- *3. Objectio*

ria pugnes, nihil omninò proficies. *Reſponſio.* Ergo &c. *Reſp.* Contagionem non in quâvis putredine conſiſtere, ſed ſolummodò in eâ, à quâ ſcilicet evaporatio ſordida, lenta ac glutinoſa procedit, quæ evaporatio ſi deſit, nec putredo quoque quàm magna etiam atque excellens aliàs ſit, contagioſa unquam erit, hâc igitur ſublatâ, non quibuslibet vulgaribus, ſed tantummodò convenientibus ſuis & appropriatis remediis, quis dubitet, peſſum quoque iturum Contagium? Prætereâ, apud omnes in confeſſio eſt, pharmaca alexiteria tali naturâ eſſe prædita, ut non tantùm venenatæ qualitati corpori impreſſæ, contrarientur, ſed ſingularem quoque vim poſſideant putredinem inhibendi, eamque radicitùs quaſi extirpandi, idque ob exiccandi facultatem inſignem quæ in illis viget. Putredine ergò per alexipharmaca evictâ ac domatâ, Contagium, quomodò conſiſtat, non video. Et tantùm de naturâ Contagij in præſentiatum dicta ſufficiant, plura qui cognoſcere cupit, conſulat *Fracaſtorium*, qui omnium doctiſſimè hanc materiam, libris aliquot perſecutus eſt, ita ut illi nihil ampliùs ferè addi poſſe videatur.

(∴)

CAPUT VIII.

Cor eſſe principale ſubjectum Peſtis.

CUm ſuprà à nobis dictum ſit, Peſtem eſſe morbum, morbus autem omnis, ſi ſubſiſtere debet, certum aliquod ſubjectum, ſeu partem corporis, cui inhæreat, requirat, idcircò haut abs re fore arbitramur, ſi de Peſtis ſubjecto quoque ζήτημα ſeu quæſtionem hîc inſtituamus. Sanè venenatæ hujus luis naturam ac proprietatem, ſeu vires & effectus, recto oculo contemplantes, licet non inviti fateri cogamur, in ſtructurâ corporis humani universâ, nullum ferè membrum, nullum viſcus, nullam particulam reperiri, quæ hoſtiles ejus inſultus ac ſævam truculentiam non experiatur, aut ab illius tyrannide uſquequaque perſiſtat libera ac immunis, nihilominùs tamen, ſi mentem præcipuè, ad principale illud viſcus, vitam ac vigorem reliquis omnibus impertiens, Cor nimirum flectamus, neceſſe habemus fateri, nullum magis atque iſtud affligi, ac peſtifero veneno infici ac corrumpi, ac proindè pro principali ſubjecto habendum eſſe, id quod præter *Avicennæ* autoritatem tract. 2. de viribus cord. cap. 9. &

&lib.4.Can.1.tract.4.ca.1 ſequentes etiam probant rationes. 1.Si omnium venenorum proprium ſit, primò ac principaliter petere ac lædere Cor, utique nec peſtilenti quoque veneno, ejuſmodi deneganda erit proprietas. At verum prius. Ergò & poſterius. Antecedens confirmatur, quia cum venenum dicatur id eſſe, quod naturæ ac vitæ humanæ, è diametro contrarietur, eſſentiam nimirum caloris nativi corrumpendo, vel ipſius copiam imminuendo, aut ipſum ἔμφυτον θερμὸν inquinando ac cõſpurcando, ſeu eidem motum naturalem aufferendo: omnium autem Medicorum unanimi conſtet ſuffragio, Calorem nativum, in nullâ aliâ parte corporis, vel uberiorem ſeu abundantiorem, vel acriorem ſeu intenſiorem, quàm in ipſa cordis ſubſtantiâ reperiri, idcircò ſi venena illum corrumpere debent, ſicque hominem vitâ privare, neceſſarium omninò erit, ut relinquendo cæteras partes, primò omnium in ipſum Cor, ceu vitæ arcem, & propriam caloris inſiti, ac vitalis ſpiritus ſcaturiginem, impetum faciant, illudque qualitate ſua malignâ hoſtiliter oppugnent, tandemq; prorſus expugnent, quo expugnato; facilior & expeditior de reliquis partibus, erit victoria. Undè & *Jacobus Grevinus lib.1.cap. 1.de Venenis* ſcribit: Hoc (inquit) pro explorato habere oportet, etiamſi venena uni corporis particulæ, bellum inferant, perpetuò tamen cordi, ſi non in principio, in fine tamen pertinaciter adhærere. Nam cum conſtat, venena conſpiraſſe veluti in omnimodam corporis humani everſionem, veriſimile eſt, illis ultimum hunc ſcopum eſſe propoſitum, ut principem arcem, in qua vita ſuam ſedem poſſidet, evertant & deſtruant, ſed antequàm eò perveniant, partes illi ſubjectas primùm deſtruere conantur. Verùm adſunt hîc nonnulli moroſiores Cenſores, deſertæ veritatis nos accuſantes, falſumque omninò clamitantes, venena omnia ſemper primò ac per ſe Cor petere atque lædere, cum plura in venenorum cenſu reperiantur, quæ non primùm ac directè ad ipſum Cor, ſed ad alias partes, ferantur, easque lædunt, ut lepus marinus præcipuè Pulmonibus, Cantharides Veſicæ, Opium & hyoſciamus Cerebro infeſta exiſtunt, &c. Quibus reſpondemus, Aſſertionem noſtram, venena nimirum perpetuò Cor, tanquam proprium ſubjectum lædere, minimè à veritate deflectere, ſed eidem optimè conſentire. Nam cum venena, poſt Cordis læſionem, alias quoque partes ei vicinas vel ſubjectas lædant, hinc accedit,

Ratio. *Objectio.* *Solutio.*

Digitized by Google

quod aliqua illorum, naturæ ſuæ ſingulari quâdam proprietate, poſt Cordis læſionem, lædant etiam certam aliquam partē, & quæ ſunt hujuſmodi, ſolent effectus ſuos priùs oſtendere in parte, quàm ſecundariò tentant, quàm in tentatâ principaliter. *Sed inſtes*: Si hoc verum ſit, quomodo fieri poteſt, ut lepus marinus, vel cantharides &c. tot pertranſeant partes, antequam ad Cor perveniant, & eas priùs non offendant quàm Cor? *Reſp.* In quacunque corporis parte, inſignem ſpirituum vitalium copiam reperiri, quibus cum maximè adverſentur venena, accidit, ut illi hæc, tanquàm inimica, & ipſorum naturæ pernitiem molientia, effugientes, ad Cor, velut ad propriam ſuam ſedem ſe recipiant, illudque inſigniter lædant, ac eâdem, quâ ipſi ſunt infecti, malignâ qualitate afficiant. Nec valet hîc cavillari: Si ſpiritus vitales infecti ad Cor ſtatim percurrunt, ratione conſentaneum videtur, ut priuſquàm illud inficiant, partes intermedias contaminent. *Reſp.* Licet ſpiritus infecti alias partes pertranſeant, antequam ad Cor perveniant, tamen minimè ita illæ afficiuntur, atque Cor, ſiquidem omne agens, dum in termino eſt ac firmum eſt, fortius atque efficacius agit, quàm in tranſitu ac motu, ut doctiſſimè

Inſtantia.

Reſponſio.

Mercurialis l.1.de Venenis loquitur.

2. Cujus partis functiones in morbo aliquo, primò omnium maximeque vacillant ſeu labeſcunt, illa pars pro vero morbi ſubjecto erit habenda. At cordis functiones, in Peſte, præ reliquis primò omnium, maximeque ceſpitant ac collabuntur. Ergo &c. Major propoſitio confirmari poteſt inductione læſionis, præcipuarum, corporis partium, functionum, Et primò quidem Capitis quod verum ab omnibus habetur ſubjectum Apoplexiæ, Epilepſiæ, Vertiginis, Lethargi, aliorumque ſimilium morborum, quia hi primò omnium, facultates ſeu actiones ejus lædunt, nimirum vel diminutè ſeu depravatè, vel ablatè, &c. Sic cum in syncope & palpitatione, manifeſtè Cordis functiones præ reliquis lædantur, idcircò non immeritò, Cor pro ſubjecto proprio ejuſmodi affectuum, ab omnibus Medicis ſtatuitur: Idem judicium eſto de Pulmonum, Ventriculi, Epatis, Lienis, Renum ac Uteri læſis functionibus, quæ ſingula, certorum ac peculiarium morborum adæquata ſunt ſubjecta. Minorem propoſ. quod attinet, illa operoſâ probatione haud indiget, ſiquidem nulli non evidentiſſimum eſſe poteſt, peſtiferâ contagione pollutis, omnium maximè Cor, nefandi hoſtis

2. Ratio.

ſtis tyrannide perculſum, tremere ac palpitare, Vitalis facultatis robur inſigniter concidere, pulſum eſſe exilem, contractum, obſcurum ac infirmiſſimum, oppreſſi ſcilicet Cordis deſignantem miſeriam, Reſpirationem difficilem atque impeditam, nec non de Cordis dolore, anguſtiâ, compreſſione & ſimilibus, iiſdem ſemper magnam quandam eſſe querimoniam. *Verùm inferat hic quis*: Si ſemper in Peſte primò cor afficeretur, ſequeretur neceſſariò, materiæ noxiæ decubitum ſemper fore ad axillas, quæ glandulæ ſunt, expurgando cordi dicatæ. Jam verò & parotides cernuntur in hac lue, & ingvinum tumores. Ergò hæc indicant, interdum & Cerebrum & Epar affici.

Objectio

Reſponſio. *Reſp.* Nos minimè negare, in Peſte interdum Cerebrum quoque vel Epar graviter affici, ſed non primariò, verum ſecundariò, poſt læſum ſcilicet cor. Quod verò nonnunquam ad ingvina vel ad aures venenum protrudatur, & non ſemper in glandulas axillarum decumbat, id ideò fit, quod forſan illa loca ſunt imbecilliora iis, quæ juxta Cor exiſtunt, nam quamvis omnes glandoſæ partes per ſe & natura ſua admodum debiles ſint, una tamen altera majori imbecillitate quandoque laborare poteſt, adeò ut mirandum non ſit, modò ad has modò ad illas partes, virus peſtiferum, à naturæ robore eructari & expelli. Præterea dictæ noſtræ ſententiæ obſtare quoque videtur autoritas & teſtimonium *Ambroſij Paræi, in lib. de Peſte* de ſe ipſo in hunc modum ſcribentis: ſe nimirùm in aperto lectulo, in quo Peſte correptus decumbebat; fœtidiſſimum ſenſiſſe odorem, elatum è bubone peſtilenti, qui ita Cerebrum oppreſſerit, ut prolapſus in terram, animo liquerit, ſine ullo cordis dolore, aliovè ſymptomate, quod Cor vel Ventriculum affectum demonſtraret, tandem tamen, recollectis viribus ſe ſurrexiſſe, Cerebrumque ejus, auram illam contagioſam, tàm violenter ſternutatione excuſſiſſe, ut hæmorrhagia narium ſecuta fuerit, quæ cerebri expultrix facultas, niſi ita valida fuiſſet, procul dubiò ſe vitam cum morte commutaſſe, ex quibus aliquis inferre poſſit, Peſtis venenum, non ſemper primariò Cor petere, ſed interdum ad Cerebrum, interdum ad aliam corporis partem prorepere, nullâ manifeſtâ læſione Cordi communicatâ, Sed ad hanc inſtantiam *reſpondemus* dupliciter. 1. Ab uno ſingulari, non exactè diſcuſſo, obſervationem non niſi erroneam ineptè extrui, & ob unius vel alterius Exempli in contrarium adducti,

Alia Inſtantia.

Reſponſio.

Digitized by Google

ducti, poſitionem, Regulam communem non protinus mutandam vel evertendam. 2. Dicimus Paræum ſibi ipſi contradicere, dum ſcribit, Cor nullo dolore, vel alio ſymptomate fuiſſe affectum, & tamen fatetur, ſe animo deliquiſſe. Quomodò igitur animo linquere potuit, niſi maligna qualitas illius auræ Cordi ejusque ſpiritibus fuerit communicata? Eſt enim deliquium animi non Cerebri ſed Cordis affectus & oritur, vel à reſolutis ſeu diſſipatis, vel inquinatis aut ſuffocatis ejus ſpiritibus. Et quamvis non ſimus neſcij, nonnullos hîc diſtinguere inter λειποθυμίαν, λειποψυχίαν & συγκοπὴν, nec velle, ut inter ſe hæc nomina confundantur, attamen cum Hipp. & Gal. illis indiſcriminatim uſi fuerint, & unum pro altero ſumſerint, ut patet 23 aph. lib. 1. & 8. lib. 7. & lib. 1. de art. cur. ad Glaucon. ut & 12. meth. med. idcircò hinc concludendum, prædicta nomina hautquaquam diſtinctos affectus conſtituere, ſed pro uno eodemque accipi debere, nec niſi accidentaliter tantùm, ſecundum ſcilicet magis ac minus differre: nam omnes non ſolùm ab unâ eàdemque causâ excitantur, verùm etiam eandem partem affectam, Cor ſc. habent, & ſimilibus ſe produnt ſymptomatibus, adeò, ut quicquid de uno dicitur, de reliquis quoque dictum putandum ſit, nam nihil aliud per ea nomina ſignificare volumus, quã animi defectum; per animum intelligentes ipſam animam animoſam, quæ ex Galeno decreto, ſedem in Corde habet, cum itaque deficit animoſitas, ex quacunque etiam causâ ortum habeat, λειποθυμία aut λειποψυχία, aut syncope appellatur. Ex quibus liquidò nunc patet, Paræi autoritatem nihil quicquam adverſari noſtræ ſententiæ, ſed eam potius confirmare, dùm nimirum animi deliquium, quod paſſus fuit, non obſcurum argumentum præbuit, Cor ac ſpiritus vitales in illo, non parvam læſionem ſuſtinuiſſe. Quod verò tandem aura illa venenata per ſternutationem vi expultricis Cerebri excuſſa fuerit, ſatis arguit, à corde, ceu naturâ robuſto, leviterq; priùs animi deliquio tentato, auram illam malignam, unà cum parte ſpirituum vitalium infectorum, per arterias carotidas, in Cerebrum propulſam fuiſſe, qui cum animalibus ſpiritibus permixti, hos ſimiliter labe ſuà coinquinarint, undè facultas Cerebri excitata, tandem vaporem illum venenatum, per ſternutationem foràs protruderit, ſicque eum à mortis periculo liberarit. Ex his igitur nunc apparet, cum vitalis actio, utpotè cordi propria

pria

Digitized by Google

propria in Peſtilenti lue infectis nunquàm non affligatur ac ceſpitet, vitaque ipſa in anguſto ſit poſita, idcircò venenum peſtiferum, primariò & principaliter ipſum Cor, utpote in quo viræ fons recumbit, impetere ac lædere, & poſt hoc malignitatem ſuam, per alias quoque totius corporis partes diffundere, cujus pernicitate, 3 illæ ſubſtantiæ, (ut Hermetici loquuntur,) in ſanguine contentæ, Sal, Sulphur & Mercurialis liquor poſteà exardeſcunt, commoventur ſimul ac inquinantur, ac inquinatæ virus etiam ſuûm particulatim exerunt, neceſſe eſt ſtatuamus. Nam ex mercurialibus humoribus inquinatis, expurgationemque ſui per emũctoria molientibus, oriuntur in adenis ac glandulis tumores, bubones, &c. A fuliginibus verò & ſpiritibus ſalium ſepticis, prout variis in locis hærent, carbunculi & anthraces varii Peſtilentes ubique eſfloreſcunt, atteſtante Quercetano in Tettate cap. 6.

CAPUT IX.

Quâ vi ſeu qualitate, venenum Peſtis, Cor aliasq; partes afficiat ac inficiat.

INveſtigato præcedenti Capite, principali hujus luis contagioſiſſimæ ſubjecto, operæ precium nunc erit demonſtrare, Quâ vi ſeu qualitate, Peſtis venenum, Cor ejusque ſpiritus lædat atque afficiat. Ad quam quidem rem explicandam, tenendum, Actionem hujus veneni planè eſſe ſpiritalem, & in eo cum cæteris venenis corporalibus, ſeu ex animalium, vel mineralium, ſeu vegetabilium familiâ deſumtis, convenientiam maximam habere, quod non exceſſu aliquo primarum 4. qualitatum Elementalium, ſed potiùs ſingularis cujuſdam abſtruſæ, occultæ & imognitæ virtutis potentiâ ac proprietate τὴν οὐσίαν τοῦ θερμοῦ ἐμφύτου, oppugnet ac labefactet, ſicque inſignem læſionem corpori inferat; id quod tali includimus ratiocinio:

Si læſio illa, quæ corpori humano contingit, à cæteris Venenis omnibus, neutiquàm dici poteſt dependere ab aliquâ 4. vulgarium qualitatum, ſed potiùs adſcribenda videtur, occultæ cuidam & ſpecifica proprietati: Utiq; & idem de Peſtilentis veneni læſione, corpori communicatâ, aſſerendum erit. At verum prius. Ergò & poſterius.

Antecedens confirmatur: 1. Enim, ſi venenorum omnium actiones comparemus cum Elementorum & reliquorum, quæ ad-

 minicu-

miniculo 4. primarum qualitatum operationes ſuas dicuntur peragere, actionibus, ſanè diverſitatem longè maximam, totoque genere diſcrepantem inveniemus. Nam quæ à qualitatibus primis fit alteratio & læſio, tantarum virium non eſt, ut hominem ſubitò vitâ privare poſſit, cujus tamen rei ſpecimen, plurima venena non rarò nobis exhibent. Morſus enim Aſpidis, *teſte Gal.* illicò interficit, quod magno ſuo malo, vitæq; extremo diſpendio, expertus eſt quidam Ceretanus, de quo *Matthiolus comm. in lib. 6. Dioſc.* ſcribit, illum, poſtquam in digito ab aſpide morſus fuiſſet, 4. horarum ſpatio, cum ſæviſſimis accidentibus, vitam cum morte commutaſſe. Undè Galenus, hunc Alexandriæ morem fuiſſe ait, ut eorum, quos mitiore morte perire voluerint, pectoribus Aſpides applicarentur, quo ſubito momento vita decederet. Sic ictus ſcorpionum, ſæpè paucarum horarum ſpacio (niſi maturè huic veneno obviam eatur) hominem interimit. Idem præſtat & Aconitum, de quo *Plinius lib. 27. cap. 2.* ejus venenum adeò pernitioſum, ut tactis quoque genitalibus fœminini ſexus, eôdem die inferat mortem. Item Arſenicum, cujus exhibitione, vetulam quandam, proprium maritum illicò ſuſtuliſſe, ſcribit *Wierus lib. 3. de præſtig. cap. 35.* Nec non Auripigmentum, Sublimatum, Napellus, Rhododendron, & alia. 2. Præthereà ſi alteratio, quam venena inducunt, ſolùm à primis manifeſtis qualitatibus proficiſceretur, cura quoque inſtituenda eſſet medicamentis, per ſolas ejuſmodi qualitates manifeſtas & quidem contrarias, operantibus. At poſterius facere non minùs abſurdum quàm ineptum erit. Ergo & prius. Venena enim non aliter, quã alexipharmacis, peculiari proprietate agentibus, expugnantur, & è corpore ejiciuntur, ut nulli nõ, qui vel à primo limine Medicinam ſalutarit, cognitum eſt. Verùm hîc aliquis forſan in nos inſurgens dicat: Multa nimirum haberi venena, quorum actio neutiquàm occultæ cuidam potentiæ, ſeu ſpecificæ formæ adſcribenda, ſed manifeſtæ omninò tribuenda qualitati, ut patet in Opio, Cicuta, Euphorbio, Sublimato & aliis, quorum duo priora, cum quartum ferè frigiditatis excedunt gradum, corpus ſummè refrigerando, ac ſpiritus congelando, ſicque calorem nativum inſtar glaciei extingvendo, interficere dicuntur; poſteriora verò duo, cum in quarto caliditatis gradu ſit conſtituta, idcircò inflãmmando, exiccando ac depopulando humidum radicale, nec non inte-

Inſtantia.

interiora corporis erodendo, exitium ſeu mortem afferre creduntur. *Reſponſio.* *Sed reſpondemus*, nos quidem minimè inficias ire, hæc ut & quamplurima alia venena, omni quatuor primarum qualitatum Elementarium exceſſu planè privari ac deſtitui, actiones tamen ſeu operationes eorundem, à dictis qualitatibus immediatè dependere ſeu proficiſci, hoc eſt, quod negamus; Siquidem omnia venena, quemadmodum dictum, vires ſuas exerunt, explicant & exercent, per cœcam, abditam & latentem quandam proprietatem, à formâ ipſorum ſpecifica promanantem; quæ quidem forma interdum uti videtur, qualitatibus evidentibus, tanquàm organis, interdum verò obſcuro, aut nullo planè modò iiſdem utitur. Quia ſi ſolæ qualitates manifeſtæ poſſent abſque ſpecificâ proprietate agere, procul dubio id præſtarent alia quoque corpora, inſigni aliqua caliditate vel frigiditate prædita, quod tamen minimè illa facere videmus, ſiquidem lactuca, portulaca, ſempervivum, nitrum, Cryſtallus, Sal Saturni, &c. proximè ſummum frigiditatis gradum attingunt, nec tamen inſtar Opij aut cicutæ, ullum detrimentum (niſi forſan immoderatiùs ingeſta) corpori humano inferunt; quemadmodum & tutò & ſine ullâ læſione intrà corpus aſſumuntur, inque quotidianum ferè uſum veniunt, Piper, Zingiber, Sinapi, Pyrethrum, Allium, Lepidium &c. quæ tamen corpora eſſe calidiſſima, & hâc qualitate tantùm non cum Euphorbio, aliiſque venenis calidis certare, apud omnes in confeſſo eſt. Rectè igitur *Scaliger*, poſtquàm *ſect. 8. Exercit. 218.* affirmarat, omnia ad qualitates manifeſtas deducere, ſummam eſſe impudentiam, ſtatim venenorum exemplum ſubjungit, quæ diverſas, ab Elementorum qualitatibus obtinere proprietates dicit, ità ut lateant animos temperatos, illudantque curioſis. Et quamvis nonnulli occultas proprietates omnes longè præſcribant, ignaviæque accuſent eos, qui, ut aliarum rerum, ita & venenorum effectum ad ejuſmodi qualitates referant, & exiſtiment, in reddendis cauſis rerum naturalium ad occultarum qualitatum aſylum confugere, nihil eſſe aliud, quàm inſcitiam aut ignorantiam ſuam fateri: tamen ſatiùs eſſe arbitramur, in rebus obſcuris atque abſtruſis, quarum ex manifeſtis qualitatibus, nulla vera ac firma cauſa reddi poteſt, ad occultas proprietates, quæ reverà dantur, atq; effectibus ſe produnt, cõfugere, quàm falſi aliquid aſſerere, atque effectus alicujus falſam & fictam

fictam cauſam defenſare. Et ut libentèr fatemur, extremè ignavi eſſe, in cauſarum, quæ intellectui noſtro perveſtigabiles ſunt, inquiſitione, deficere; ità temerarij eſſe judicamus, rerum abditiſſimarum arcana perrimari, & in naturam quaſi injurij, pro veris occultis, falſas manifeſtas reponere velle. Ex quibus nunc manifeſtum evadit, ut cætera venena omnia, ita in ſpecie, virulentiam quoque peſtilentem, non manifeſtâ aliquâ, caloris, frigoris aut alterius qualitate, ſed occultâ, incognitâ & abſtruſâ quâdam proprietate, vitali principio contrariante, Cor primò, & deindè alias quoq; totius corporis partes afficere, lædere atque immutare. Quod optimè quoque intellexiſſe videtur doctiſſimus ille *Quercetanus*, qui in Alexicaco ſuo, peculiarem illam vim ac proprietatem, quâ venenum Peſtilens corpori noſtro adverſatur, & calori nativo reſiſtit, deſcripturus, obque oculos poſiturus, illi non aliquem, caliditatis, humiditatis, ſiccitatis, aut frigiditatis exceſſum (quem hîc planè explodimus) adſcribit, verùm eidem potius, ſpirituum quorundam Arſenicalium ſeu Napellinorum naturam aſſignat & attribuit, quorum virtute ſeu adminiculo, potens admodum hoc venenum efficitur, ad naturam corporis noſtri quovis modo corrumpendam ac deſtruendam. Et ſanè ſi rem æquâ mentis ſtaterâ examinemus, haut incongruè venenum Peſtis. Arſenici aut Napelli malignitati poterit à nobis comparari in his 5.

Convenientia Peſtilentis veneni cū Arſenico vel Napello. conſiſtit in 5. rebus

1\. *1. In modo operandi*: Quia ſicuti Arſenicum ac Napellus, minimè agunt qualitate manifeſtâ, puta calore intenſiore, cauſtico ſeu adurente, vel frigore ſtupefaciente ſeu congelante, ſed potiùs occultâ quâdam natura, ac maligna proprietate, humoribus in corruptelam abductis aut depravatis, vitam depopulentur: Ità Peſtis quoque venenum, non aliquâ dictarum qualitatum evidentium, ſed latenti potiùs malignitate, inducendo putredinem ac ſpiritus, humoreſque corporis noſtri corrumpendo, ac fœdè contaminando, noſtræ vitæ primordia demolitur; Undè & *Reimundus Mindererus* quoque in lib. de Peſte cap. 3. Venenum Peſtilens, ſola ferè putrefaciendi vi, quâ & ſpiritus corporis partim ſuffocando jugulat, partim corrumpendo delet, & humores inſigni depravatione factâ atque inteſtino damno pernicioſos reddit, ac demum ſolidam quandoque cordis ſubſtantiam devaſtat, nocère, eruditè ſcripſit.

2\. *2. In velocitate intoxicandi.* Nam ſicuti Napelli radix (quæ cæteras partes malignitate longè

longè ſuperat) vel exterioribus ſolùm digitis leviter attrita (ut ſcribit *Quercetanus cap.6.de Peſte*) per eoſdem, ob innumeras nervorum, venarum & arteriarum propagines, quodammodò eò deſinentes, viâ factâ ad cor, reliquaque nobiliora viſcera, corpus poteſt venenare atque inficere: Ita quoque ſi unius Peſte infecti ſudantem aliquâdiu detinueris ac compreſſeris manum, quàmprimùm te contagio infectum ſenties. 3. *In celeritate interimendi.* Quia ſicut hæc venena, Arſenicum ac Napellus, in paucâ doſi exhibita ſeu aſſumta, paucarum horarum ſpacio hominem poſſunt jugulare ac enecare: Ità & peſtis venenum ſi validum ſit, vel in minimâ quantitate per inſpirationem attractum, parvo temporis intervallo, ingentem hominum multitudinem miſerabiliter (ut ex ſuprà adductis hiſtoriis patet) poteſt conficere. Undè *Prothaſius Rovellus*, Cardani coætaneus & amicus refert Anno 1524. Peſte crudeliter Mediolani ſæviente, benè valentes ac robuſtos hàc correptos, intrà 6. vel 8. horas expiraſſe. Et *Spangenbergius in Chron.* ut & *Joan. Funccius in Chronolog.* memorant, Anno 1348. Peſtem Erfordiæ graſſantem, circa diem Laurentij, ſpatio 24. horarum, 1500. homines enecaſſe. *Antonius Portus quoque lib.3 de Peſte, cap. 8.* ſcribit, Anno 260. Romæ unâ tantum die, ad 5000. hominum Peſte extincta fuiſſe. Item *Michael Saxo, in vitâ Maximiliani II. Imperat.* prodidit, Anno 1563. tantam Peſtilentiam viguiſſe per Angliam, ut unica die 1800. illa extincta fuerint. Nec non *Galeatius Capella* annotavit *lib.8.* Anno 1528. Neapoli in exercitu Gallorum, menſtruo tantummodo ſpacio, 21000. hominum Peſte crudeliter abrepta fuiſſe. 4. *In ſævitiâ ſymptomatum*: Sicut enim eorum, qui Arſenicum vel napellum hauſerunt, frons ſudore gelido madeſcit, totusq; externus corporis habitus quodammodò glacialis, frigoribusque rigens, intrinſecæ verò partes, æſtu maligno conflagrantes percipiuntur: Oculi quoque ipſorum truces, facies livida, lingua exiccata & nigra, arteriarum pulſus interceptus, Cor denique oppreſſum, omnesque Cerebri ſenſus turbati, comitantibus lipothymiis, ſyncope, ac cordis palpitatione: Ita Peſtem, paria quoque ſecum adferre ſymptomata, tùm quotidiana confirmat experientia, tùm ex infrà dicendis quoque fiet manifeſtum. 5. *In apparentiâ quorundam externorũ effectuum.* Quemadmodum enim corporeum Arſenicum, ob Sal ſuum ſepticum minerale, cutem & carnem noſtram, con-

contactu ſuo, quàm promtiſſimè exulcerat & cauteriſat: Sic & cauteria, quæ Peſtis, corporibus infectorum, ſub formâ anthracum, bubonum, macularum, puſtularumque inurere ſolet, Salis ejus Arſenicalis ſeptici, certi indices exiſtunt. Concludentes igitur dicimus, qualitatem illam ſeu proprietatem, per quam Peſtiferum venenum operatur, occultam, ſenſibusque noſtris planè imperveſtigabilem eſſe, idque tantò magis, cum Peſtis, uniformem veneni ſpeciem non ſemper ſecum devehens, eandem quoque non ſemper idæam repræſenſet, ſed experientia id monſtrante, invadendi perſæpè modo, tum & ſymptomatum, nunc horum, nunc illorum aſſociatione variet; Non incommodè tamen, melioris intellectus gratia, illam proprietatem, per virulentiæ Arſenicalis, Napellinæ ſeu Aconitalis epithethon exprimi poſſe, id quod confirmat quoque *Mindererus de Peſte cap. 3* Venenum Peſtis (ait) adeò varium ac diverſum, ut ſingulæ propemodum Peſti ſit juncta peculiaris malitia, inferendæ neci ſufficiens, undè venenum hoc modò Dypſadis, mòdò Viperæ, modò Cicutæ, modò Napelli aut alterius exhibiti toxici naturam æmulatur, cui in curatione, ſingulari cura attendendum.

CAPUT X.

Num Peſti ſemper ſit conjuncta Febris, nec ne?

Ardua, multisque difficultatibus involuta inter Medicos agitatur quæſtio, multorum ingenia exercens ac defatigans; ***Num ſc. Peſtis ſemper ſecum habeat conjunctam febrim nec ne?*** Sunt enim nonnulli, pertinaciter id negantes, cõtrà verò alii, conſtanter contrarium tuentes. Nos ut ordine procedamus, utriuſque partis rationes ſeu argumenta breviter in medium afferemus, & quænam plus roboris habeat, ac veritati propiùs accedat, exactiori Rationis trutinâ ponderabimus.

Negativa.

Qui igitur negant, Febrem, individuam Peſtis eſſe comitem, triplici præſidio muniti, intrepidè in aciem prodeunt, Autoritate nimirum, Ratione, & Experientiâ. ***Autoritates.*** *1.* ***Autoritatem*** quod attinet, adducunt *Hipp.* qui *lib. 3. Epid. 3.* in ſtatu peſtilenti, multa partim cum, partim ſine febribus accidiſſe narrat, & *Galen. 3. Epid ſect. 3. com. 158.* inquit: Cum mortales vel citra febrim Peſtis corripit &c. Item *lib. 9. ſimpl. & in explicatione 6. Epid. 2.* Bolum

Bolum Armenum cum vino lymphato exhibet Peſte correpto cum febre, contrà verò ſi abſit febris cũ meraco propinat *Rhaſis quoque 17. cont.ca.6.* diſtingvit inter morbum Epidemialem, & febrem Epidemialem, Et *Haly lib.5 cap.2. theor.* expreſſis verbis docet, quamplurimos peſtilentiales, febri tamen minimè concomitatos, conſpici morbos. 2. Adducunt quoque *Rationes* ſeu Syllogiſmos;

Ratio. 1. *Si omnem Peſtem comitaretur febris, neceſſarium quoque eſſet, omni Peſti ſemper adeſſe putredinem (Putredo enim eſt cauſa Efficiens febrium, præſertim continuarum, & hæ ſemper præſupponunt internam humorum corruptionem ſeu putredinem)*

At illa non ſemper adeſt. Ergò nec febris.

Minoris probatio: Quia in plurimis, peſtiferâ labe infectis, nulla cõſpicua eſt aliqua putredinis nota, id quod teſtantur, tùm ipſæ urinæ, non turbidæ, craſſæ ac perturbatæ, ſed claræ, tranſparentes, citrinæ, laudabiles, & planè ſanorum urinis ſimiles, tùm quoq; proſperæ ac felicis medicationis ratio, quia ſæpenumero, exhibito uno aut altero ſaltem ſudorifero, ſecundo vel tertiò die, imò interdum paucarum horarum ſpacio, depulsâ ac contritâ malignitate, à vitæ præſentaneo periculo liberantur, ac ſanitati priſtinæ reſtituuntur, quod ſanè tàm citò fieri non poſſet, ſi inſignis atque excellens putredo in illorum corporibus vigêret, ſiquidem hanc levi aliquo hydrotico, tàm ſubitò profligare ſeu emendare, in Medici manu ac poteſtate non eſſe, febrium ardentiſſimarum, ut & Gangrænæ, aliorumq; putridorum affectuum, in multos dies vel ſeptimanas protracta curatio, ſatis ſuperque teſtatum facit.

2. *Si Peſtis venenum inſpiratione attractum, ſemper & ubique febrem, tanquam effectum produceret, hancq; ſibi comitem haberet, utiq; & cætera venena intra corpus exhibita, idem quoque deberent facere, & ſemper febrem excitare.* (Ratio connexi, Quia tùm Peſtis, tùm reliqua venena & in malignitate, & modo læſionis, atque eorundem ferè ſymptomatum inductione inter ſe convenire videntur.) 2.

At conſequens falſum. Siquidem plurima venena habētur ac reperiuntur (ut videre eſt apud Dioſcor. lib. 6. in deſcriptione venenorum) *ad quorum ſumptionem ſeu exhibitionem, nulla unquàm Febris ſequitur ſeu ſuccedit. Ergò & antecedens.*

3. *Si Febris ſemper individua Peſtis comes ſtatueretur, ſequeretur nullam* 3.

lam Peſtem ſubitò ac quaſi in momento, hominem poſſe corripere ac interficere. (Ratio: Quia impoſſibile videtur, ullam febrem tàm citò ac ſubitò poſſe exoriri, cum enim illa ſit ex genere intemperierum præternaturalium, nulla autem intemperies, atteſtante Hipp. & Gal. citò fiat, ſed ſucceſſivè tantùm generetur: prætereaque nulla tàm repentina putredo, ex quà febris producatur, in corpore exiſtere, aut ab homine excogitari poſſit, idcircò nec febris quoq; ulla, quæ Peſtilenti veneno, immediatè ſe conjungat, adeò repentè & in momento quaſi ſuboriri poteſt.)

At conſequens falſum, ipſâ atteſtante experientiâ. Ergò & antecedens.

Experientia. 3. Tandem *Experientiam* quoque allegant, dicentes, compertum haberi, Peſtes quaſdam tantà violentià homines adortas eſſe, ut protinus ipſos è medio ſuſtulerint, antequam febrili paroxyſmo quicquam concederetur temporis, id quod annotavit *Jacobus de Partibus* in Peſte, quæ ſua ætate inſtar Baſiliſci infernalis, dimidiam hominũ partem demeſſuit: Et *Valleriola* in locis communi in aliâ, quæ Anno 1534 Galliam Narbonenſem afflixit, ubi repentè inſtar ſyderatorum, qui Peſte correpti fuerunt, concidêre cum alioqui nec pulſus, nec urinæ neque alia, de ullo teſtarentur febrili calore. Confirmat id quoque *Alexander Benedictus in lib. de febr. peſtil cap. 2.* ità ſcribens: Hoc malum (ſc. Peſtis) miſerabile, mortalibus ità evenit ſubitò ut plurimi ſine febre, inter domeſticas aut forenſes actiones, vel publica negotia, 10. horarum ſpacio, quidam 20. ſine urinæ pulſusque certo ſigno, in templis, in viâ, ex inſperato raperentur. Item *Foreſtus lib. 6. obſerv. 10.* vidimus (inquit) anthracem habentes, in membris ignobilioribus, ſine febre, qui & vix decumbebant, & facilimè ab initio reſtituebantur; alios rurſus ſpectavimus, qui ſubitò ſimul extingvebantur, cum ab initio nequaquàm febricitare aut malè habere viderentur. Item *Alexander Maſſaria lib. 2. de Peſte.* In hac noſtrà Peſte, non ſolùm noſtro, ſed aliorum quoque graviſſimorum hominum teſtimonio, ſine ulla febri plærique interierunt. Mercatus lib. 7. de febr. Peſtil. etiam adſerit, dati Peſtilentem conſtitutam abſque febri, non minus quàm putredinem aliam reperiri citra febrem. Nã ſeptica medicamenta pariẽ putrefaciunt, diſſipata ejus ſubſtantia citra ullam febrem, quod pari lege Peſtilentem conſtitutionem efficere poſſe, experimento quotidiano in catharro & dyſenteriâ peſtil. cõperimus. Aſſir-

Affirmativa.

Quod ad Eſſentiam rei pertinet, id à re nunquam ſeparari poteſt Sed Febris ad Eſſentiam Peſtis pertinet. Ergò.

Contrà verò affirmativam tuentes, hiſce acutis validisq; argumentorum telis ſeu machinis inſtructi, in pugnam deſcendunt.

Ratio. 1. *1. Omni morbo acuto conjuncta eſt febris continua.*

At Peſtis eſt morbus acutus, imò peracutiſſimus, (ut cap. 5. demonſtravimus)

Ergò illi conjuncta eſt febris.

Major probatur autoritate *Gal. 3. de diffic. reſpir. cap. 9.* ità ſcribentis: Sunt autem acuti morbi, qui omninò cum febribus continuis fiunt, velut ipſe *Hipp. in lib. de victu acut. com. 1. text. 8.* oſtendit dicens: Sunt itaque hi acuti, pleuritis, peripnevmonia, phrenitis, cauſos & alii, quorum febres omninò ſunt continuæ. Item *Gal. lib. 1. aphor. com. 3.* Si propter inflammationes aut febres, quæ ſemper comitantur morbos acutos &c. Et *lib. 3. de diebus decret. cap. 13.* Acuti morbi, ut Hipp. deſcribebat, cum febre continuâ evenientis, accidens neceſſariò erit &c. Vide & locum 1. *Epid. ſect. 3. tex. 3.* Quamvis autem dicta propoſitio pati videatur inſtantiam aliquam in eo, quod Apoplexia, Syncope, Cholera, Tetanus, Iliaca paſſio ac epota venena, ſimilesque aliæ paſſiones, quas nullus non autorum Claſſicorum inter acutos retulit morbos, adeò nullâ ſtipatæ aut comitatæ ſint febre, quin potiùs aliquæ earum, illâ ſuperveniente curentur, teſte *Hipp. 4. aph. 57.* Hæc tamen ἔνστασις facilè ſolvitur, allatâ diſtinctione morborum acutorum in communiter ac propriè ſic dictos. Nam communiter morbi acuti dicuntur ij, qui non ſolùm celeriter ſua percurrunt tempora, verùm etiam ſimul periculum conjunctum habent. Brevitas enim ac velocitas motus abſque periculo, docente *Galeno 3. de diebus decretor. cap. 13.* non facit acutiem in morbis, aliàs enim Ephemera ſimplex, quæ 24. horarum ſpacio terminatur, acutus morbus dicenda eſſet. Atque in hâc latiore ſignificatione, ſi morbus acutus accipiatur, non negamus, multos eſſe acutos morbos, nullam febrem conjunctam habentes, è quorum genere ſunt ſupradicti, qui omnes ſunt periculoſi, & citò vel ad ſalutem vel ad mortem deſinunt. Propriè verò ſolùm dicuntur Acuti, qui, ut docet *Gal. 2. aphor. 19.* celeritati ſtatus etiam magnitudinem conjunctam habent, & prætereà critice citò ſolvi poſ-

Morbi acuti vel communiter vel propriè ita dicuntur.

poſſunt:Hi enim morbi acuti à prioribus eò differunt,& præ reliquis hoc habent peculiare,quod oriuntur à materia, quæ πεπασμὸν ſeu coctionem illam, cujus ſæpè Hipp. meminit, in morbis poſtulat, & propterea criticè plærumque ſolvi ſolent. Atqui cum morbi, qui à tali materiâ oriuntur,& criticè ſolvuntur,non ſint ſine febribus, idcircò rectè febrem continuam habere dicuntur,& eâ de causâ *7. aphor. 5.* morbi acuti dicuntur, quorum febres ſunt continuæ.

2. Ratio.

2. Ad omnem excellentem putredinem, in vaſis præſertim majoribus juxta Cor conſiſtentem, neceſſariò ſequitur Febris.

At in Peſte adeſt excellens ejuſmodi putredo. Ergo &c.

Major confirmatur. Cum enim per putredinem, ſemper caliditas præternaturalis inducatur, idcircò quis dubitabit, ſangvine vel aliis humoribus, in locis corde vicinis putrefactis,& ab iiſdem, pravis ac malignis vaporibus, cor ſpiritusq; vitales laceſſentibus,excitatis,indè non ſubſequi aut accendi febrim? Minor probatur. 1. hoc proſyllogiſmo: *Ubi contagium, ibi putredo*, Ratio:quia omnis contagio, ut cap.7. diximus, in quadam putrefactione,ceu proprio ſubjecto funditur,ut explicat quoque Gal. lib. de differ.febr.per exempla ſcabiei, lepræ,lippitudinis &c. *At Peſtis eſt morbus contagioſus, nemine refragante. Ergo &c.* 2. Probatur ipſo putredinis effectu, in eorum, qui Peſte infecti fuēre,corporibus,manifeſtè ſenſibus conſpicuo, hic autem eſt,ſumma naturæ fatiſcentis exolutio: Cordis frequens deliquium ſeu palpitatio, pulſus ingens langviditas,anhelitus marcidi expiratio, ſudoris fœtidiſſimi expulſio,poſtularum tetrarum,ac fœtidiſſimorum ulcerum generatio, humorum putridorum & venenatorum in bubonibus ſeu anthracibus collectio,ſanguinis ſæpè ſummè corrupti per venæ ſectionem eductio,tandemque humorum graviſſimorum, peſſimeq; olentium per alvum aut vomitum excretio ſeu dejectio, quæ ſanè omnia non obſcuram,inſignis putredinis præbent indicationem,eamq; neceſſariò præſupponunt. 3. Præterea ſi Peſtilentis veneni natura, non ſolùm ſummæ malignitatis verùm etiam excellentis cujuſdam putredinis ſit particeps,idcircò quid miri,ſi illud per inſpirationem attractum,celeritèr humores ac ſpiritus aggrediendo,eoſdem ſimili quoq; quâ ipſum præditum eſt putredine, afficere ac inquinare poſſit, cum, ut vulgare habet axioma, omne quod à putrido tangitur, ipſum quoque facilimè in putredinem

nem abeat; Et Maxima quædam fit philoſophorum: *Omne agens ideircò agere, in paſſum, ut ſuam introducat formam.* Nunc autem agens (ut diximus) eſt virus peſtilens, ſummè putridum, paſſum verò cor, idcircò aër ille venenatus ac putridus inſpiratus, conabitur introducere ſuam formam, quæ eſt putredo. 4. Denique ſtabilitur etiam hæc propoſitio autoritate atque teſtimonio omnium ferè Medicorum, tùm veterum tùm recentium, unanimi ore affirmantium, in Peſte ſemper excellentem vigêre putredinem, 1. *Horatius Augenius enim Tomo 1. lib. 4. Epiſt. 1.* ſcribit, ſupponere oportet, Peſtilentes febres omnes putredinem continere, imò hàc aliquid majus, corruptionem ſcilicet ſubſtantiæ, quam alii excellentem putredinis gradum vocandum eſſe dixerunt, 2. *Fracaſtorius lib. 2. de morb. contag cap. 3.* aſſerit, Peſtilentem febrem, ſordidæ & profundæ putrefactionis includentem ſeminaria, acutiſſimæ contagionis 3. *Jordanus tract. 1. de Peſtis phenom. cap. 4.* Eſſentiam febris peſtilentis in calore acri ſtatuit, intima horribili incendio premente viſcera, qui generatur in nobis à maligna putredine. 4. *Euſtachius Rudius, lib. de febr. cap 20.* febris peſtilentis eſſentiam, putredinem eſſe dicit rei venenatæ, cor inſigniter lædentis. 5. *Antonius Portus lib. de peſte.* Putredinem ex quâ Peſtis oritur, largam, profundam, ſordidam, concluſam, ad minima elaboratam, & in lentore conſtitutam, ſtatuit. 6. *Marcellus Capra*, peculiarem terminum, & gradum putredinis inexplicabilem in Peſte exiſtere, affirmavit.

3. *Ubi effectus caloris febrilis, manifeſtè ſe exerunt ac produnt, ibi de febris præſentia non erit dubitandum,*

At in Peſte correptis, effectus caloris febrilis ſemper ſe exerit. Ergò, &c.

Aſſumptum ipſa videtur confirmare experientia, ſiquidem quotquot hac lue infecti, Medicis curandi offeruntur, lamentabili voce, de ingenti quodam æſtu, interiora corporis acriter perurente, viſceraq; omnia quaſi torrente, nec non de immani ac inextingvibili ſiti vigiliis ferè continuis, capitis dolore imprimis acuto & gravi, paraphrenitide inſigni, lingvæ ac faucium extremâ ariditate ac ſiccitate, aliiſq; ejuſmodi accidentibus, febrem malignam immediatè conſequentibus, apud eos, qui curam illorum gerunt, querimoniam inſtituere audiuntur.

OPINIO NOSTRA.

Adductis in utramque partem

rationibus & argumentis, nunc, quæ noſtra in hâc controverſiâ ſit ſententia, breviter aperiendum, Sentimus itaq;, quamvis quæ pro parte negante, ſuprà in medium allata fuêre, veritatis aliquam ſpeciem habere videântur, illa tamen tanto pondere minus eſſe prædita, ut ob id à veriori ſententiâ recedere aut ſeceſſionem facere nos cogant, quin potiùs affirmativam, utpote probabiliorem ac firmiorem amplectendam ac retinendam hîc eſſe, judicemus, idq; tantò magis, cum & Rationem & Experientiam ipſam, ſuffragantem habeamus. *Rationem* quidem hoc modo, ſi originem hujus luis penſi habeamus, quàm à putredine pendere, omnes Medici libenter fatentur, hæc autem cum juxta decretum philoſophorum, non abſque præternaturali calore conſiſtat, idcircò neceſſariò calor ille, jam dictæ cōjunctus putredini, ac ſangvinem, ſpiritus ac humores pervadens, hâc ipſa caloris naturalis limites tranſgredi, & plus quàm par eſt, incaleſcere faciet, qui deindè calor, hâc putredine indutus, non niſi febrilis erit cenſendus. Deindè ſi tranſimus ad *Experientiam*, illa ſanè apertiſſimum facit, quotquot unquam perniciosiſſimum Peſtis venenum afflavit ac infecit, eos omnes à prægreſſo horrore, ſimul febrili calore, malignoque æſtu obſeſſos fuiſſe, qui graviter illos exercuit, atque victoriam inter morbum & naturam ambiguam valdè fecit, quod confirmat *Mindererus de Peſte cap.6.* Magna pars (ait) eorum, qui Peſte corripiuntur, primâ ſtatim invaſione horrorem ſentiunt, quem poſtea nunc citiùs nunc tardiùs calor excipit, non aliter, quàm in tertianis aut putridis febribus aliis fieri aſſolet, quæ tamen febrilis invaſio, mali propagatione, poſtmodum, nullis ſtatis interſtitiis diſtincta continuatur. Et dato, quod Peſte correpti ſtatim primâ vice non febricitent, progrediente tamen morbo, ſymptomatum vi, hoc eſt, vigiliarum, inediæ, dolorum, inquietudinum, & ſimilium accidentium inſultibus, in febres neceſſariò præcipitantur, undè *Crato in Epiſt. medic. 133.* putat, nullos in Peſte, abſque febre mori, Et *Felix Platerus in lib. de Febr.* Peſtilens (ait) venenum, cujuſcunque ſit generis, corpus ſubiens, febrem accendit peſtilentem, cum vix inveniatur Peſtis, licet in quibuſdam calor vix aliundè, quàm ex ſolo pulſu, deprehendatur, ſine febri exiſtens. Item *Antonius Portus lib. 1. de Peſte, cap. 3.* Quare concludendum videtur, Peſtilentem morbum, non ſolùm abſque febre dari non poſſe, ſed ipſam febrem communem.

munem eſſe, cum excellentiorem putredinem poſſidet. Nec non *Palmarius de febre peſtil. cap. 1.* Quoniam (inquit) febres verè peſtilentes, non ut reliquæ, vehementi caloris incendio, ſed venenatâ pernitie maximè urgent & afficiunt, idcircò nonnullis viſum eſt quoſdam in peſte, penitùs ſine febre eſſe, cum tamen reipsâ febricitent omnes, etiamſi plures priùs intereant, quàm venenatus calor cordi inſidens, in univerſas corporis partes fuerit effuſus.

Reſponſio ad Argumenta Contraria.

Tandem ordinis ratio poſtulat, ut ad argumenta contraria, febrem ſc. non ſemper Peſti conjunctam eſſe, negantia, nunc reſpōdeamus. Et 1. quidem *Hippocratis* autoritatem quod attinet, qui ſine febre, peſtilentes morbos advenire ſignificavit, dicendum, cum *Angenio Tom. 2. lib. 4.* Hippocratem ibi non locutum fuiſſe de morbis verè peſtilentibus, ſed in vniverſum, mentionem facere, omnium morborum, qui in eâ Peſte contingebant, quorum aliqui erant peſtilentes, aliqui non, ut enim ſine peſtilenti conſtitutione, peſtilens contingere poteſt febris, ſic in peſtilentiâ morbus aliquis advenit minimè peſtilens. Ad *Galeni* verò locum *3. Epid. ſect. 3.* dicimus, ibi eum loqui de febre manifeſtâ, non de obſcurâ aut latente, ſiquidem certum, multos Peſte infici, qui tamen non evidenter ſentiunt ſe febrire. Ad alterum verò locum, *6. Epid. 12.* de bolo Armeno, ſciendum, ubi Gal. de boli exhibitione cum vino loquitur, eum intelligere præſervationem, quâ præcavet peſtem, contrà ſine vino ſi præbet, intelligere curationem, *Rhaſin* demum quod attinet, ille confundit Epidemialem cum peſtilenti, & in hoc deceptus eſt in lingvarum permutatione.

Ad autoritates reſponſio.

2. Nunc ordine examinandæ ſunt Rationes ſeu Argumenta. Et 1. quidem eorum quod attinet, negandò Minorem dicimus, omninò Peſti conjungi aliquam putredinem, ut clarè demonſtrat & evincit ſecundum argumentum partis affirmativæ. Et quæ pro confirmatione de urinis laudabilibus & ſanorum ſimilibus, afferuntur, quæ nullam putredinis notam exhibēt, *Reſpondemus.* Nos quidem minimè negare, interdum in uno vel altero, hâc contagioſâ lue polluto, tales cerni urinas ſcilicet in principio, cum putredo adhuc ſit ἐν τῷ γίνεσθ, & admodum lentè per corpus ſerpit, verùm in progreſſu morbi, cum illa ſit ἐν τῷ γεγονέναι, ac totam ſanguinis maſſam occupârit, labeq; ſuâ coinquinârit, tunc cer-

Ad argument. 1.

certum eſt, urinas ægrotantium non ampliùs claras ac pellucidas, ſed turbidas, craſſas, fætidas ac fæculentas apparêre. Et idem dictum putato de citâ medicatione, quæ nonnunquàm unius vel alterius ſudoriferi exhibitione in Peſte laborantibus, feliciter perficitur, ſi ſcilicet vel putredo ſpiritus tantùm corporis invaſerit, humores verò & ſangvinem nondum attigerit vel corruperit; vel ſi malignitas veneni major ſit, quàm ipſa putredo, hæcq; ab illâ ſuperetur, tunc certè diaphoretico aliquo appropriato, bis vel ter reiterato, interdum abſque ingenti difficultate, luis hujus peſtilentis virus, profligari ac diſſipari poterit.

Ad 2. argument. Ad 2. Rationem dicimus. Quamvis Peſtis & cætera venena in eo convenientiam aliquam habeant, quod occultâ & ſingulari quâdam proprietate cor petant, calorem ejus nativum jugulent, ſpiritusq; vitales diſſipent: in hoc tamen Peſtis venenum principaliter à reliquis differre videtur, quod cum illud ſit putridum valdè, & ex inſigni corruptione ac malignâ putrefactione aëreæ ſubſtantiæ non rarò generetur, idcircò, peculiarem quoque facultatem ac proprietatem σηπτικὴν, humores & ſpiritus corporis noſtri corrumpendi, & per illam corruptionem febrem excitandi, obtinet, id quod aliis venenis minimè itâ à naturâ conceſſum videtur, ſiquidem illa à nullâ putredine oriuntur, ſed naturalem planè naſcendi modum habent. Quis enim quæſo dicet, Arſenicum, Sandaracham, Aconitum, Napellum & alia id genus, ex putredine ſub terrâ factâ, coaluiſſe aut progerminaſſe? quis item aſſeret, tantam in viperis, ſcorpionibus, bufonibus, araneis &c. putredinem continuò præſtò eſſe ac vigêre, ut illa ſubindè novum venenum in iiſdem, quotidiè producat? Ergò cum iſta venena omnia ex nullo principio putrido, cum ſingulari pernicitate conjuncto, quemadmodum virus peſtilentiale, oriantur, (quamvis non negemus, nonnulla illorum vi ſeptica, quam maximè prædita eſſe) eapropter non mirandum, ſi ad illorum internam exhibitionem, vel externam applicationem, non ſemper febris ſubſequatur, quæ aliàs dubio procul excitaretur, ſi penderet ab eodem generationis principio, quo Peſtilens venenum dependere diximus, & pro cauſa efficiente, excellentem quendam putredinis gradum agnoſcerent. Cujus ſententiæ quoque eſſe videtur *Mindererus cap. 5. lib. de Peſte*, itâ ſcribens: Peſtis venenum nunquam agit

git

git ſine putredine, quia ab hàc, illud ſuam duxit originem, & putrefaciendo ac corrumpendo necat. Putrefactio verò in peſte non necaret, vel non tàm repentè, ſi ſimplex illa eſſet putredo, & non potius venenata.

Ad 3. argument. Ad 3. Rationem reſpondemus: Minimè impoſſibile eſſe, febrem aliquam ſubitò generari. Suppeditantur enim nobis in Practicorum libris paſſim multa Exempla, non obſcurè docentia, ſæpè vel ad levem, unius vel alterius horæ æſtivo tempore in ſole deambulationem, vel ad ingentem animi commotionem, excandeſcentiamque, vel ad validiorem corporis motum & exercitationem, repentinum febris alicujus inſultum ſubſecutum fuiſſe. Præterea cum venenum peſtilens ſit ſpiritale tenuiſſimumque, nihil obſtat, quo minus illud celeriter viſcera ac penitiores corporis receſſus ſubeundo ac percurrendo, paucarum horarum ſpacio, ſangvinem ac ſpiritus inflammare, ſicque febrem putridam ac malignam excitare poſſit. Peſtilens enim ſeminarium per aliquot dies in corpore circumferri poſſe, antequam vim ſuam exerat, hiſtoria cujuſdam Juvenis probat, Guil. Fabritius cent. 2. obſ. 34. Non enim quo momento virus hujus luis attractum corpus introire, eodem ſimul quoque animam ſeu vitam ipſam exire videmus, ſed illud ad minimum per aliquot horas in corpore commoratur ac latitat, antequam vel naturam proſternat ac ſuperet, vel ab ea ſuperetur ac vincatur. Intereà igitur temporis, quo venenum hoc ita ſerpit atque actuoſum exiſtit, nihil eſt quod obſtet atque impediat, quo minùs ex ſubita illa putredine, ſpiritibus ac humoribus communicata, febris aliqua accendi ac introduci poſſit.

Ad Experientiam. Tandem *Experientiam* quod ſpectat, qua probatum fuit, quaſdam Peſtes multos paucarum horarum ſpacio è vivis ſuſtuliſſe, antequàm ulli febrili accenſioni occaſio dari potuerit, *Reſpondemus*, eos mortuos fuiſſe febre peſtilenti Ephemerà, quod ille putredinis gradus, quo venenum hoc præditum fuit, ſingularem analogiam habuerit ad ſpiritus, non verò ità ad humores vel ſolidas partes, proptereà nihil miri, ſi ſpacio 24. horarum interierint. Nulla enim febris illos anteà fatigavit, idcircò adveniente ſtatim materia virulenta & corruptione in ſpiritibus, repentè moriuntur, atque hi mori ſine febre videntur, ob caliditatis præter naturam, moderationem, quæ ita non ſenſus ferit, aut in illos incurrit, quemadmodum

dum ille calor, quem maligna putredo in humoribus vel ſolidis partibus accendit. Deindè & hoc pro rato haberi debet, multos tempore Peſtis ſævientis, etiamſi ex non obſcuris inditiis ſe jam infectos eſſe, deprehendant atque intelligant, tamen ne forſan ſuſpicionem aliquam hujus rei apud concives ſuos concitent, aut negotia ſua, qua privata, quâ publica deſerere vel poſtponere neceſſe habeant; vel deniq; ne converſationem familiarium fugere ac vitare à Magiſtratu jubeantur, idcircò optimè ſanos ac valentes ſeſe fingentes, morbumq́; callidè ſimulantes, ſæpè in publicum prodeunt, templaque foraque frequentant, undè ſi vel ob injuriam inſpirati Aëris, vel propter nimium motum ac laborem corporis, aut animi aliquàm paſſionem, poſteà febris, quàm initio lentam, mitem ac moderatam ſentiebant, nimiùm adaugeatur, vireſq; ſumat majores, ut extemplò quaſi fulmine tacti corruant, aliisq; horribile ſpectaculum præbeant. Et hi quidem ſani videbantur, nudato tamen cadavere, in cōſpectum ſe dant, bubones, anthraces, in ingvinibus, pectore, pedibus, vel maculæ lividiſſimæ totius corporis, aliaq; pernicioſiſſima ſigna, quæ aliàs homine anteà exiſtente ſano, tàm ſubitò contingere minimè potuiſſent.

CAPUT XI.

De differentiis Peſtis, ſeu febrium peſtilentium.

EXplicatâ hactenus Peſtiferæ Luis Eſſentiâ, nunc ſecundum Dogmaticorum doctrinam differentias ejus non quidem ſpecificas, ſed duntaxat ſecundum magis minusq́; diſcrepantes, breviter inveſtigabimus. Sumuntur autem illæ differentiæ 1. à ſubjecto, 2. à morbo ipſo, 3. à cauſis ipſis, 4. à variis ſymptomatibus, & morbis conjunctis, 5. ab objectis, 6. à ſpacio quod occupat, 7. à duratione.

1. Differentia, à Subjecto.

Primò Subjectum Peſtis quod attinet, Cor ſc. de quo ſuprà cap. 8. diximus, cum ejus corpus totum, ut & cæterarum partium omnium, triplici conſtet ſubſtantiâ, ſolidâ nimirum, humidâ ac ſpirituosâ, idcircò fieri nequit, quin motu aliquo, certâq; ſucceſſione, tribus iſtis ſubſtantiæ portionibus, dyſcraſia inducatur, indeque triplex etiam differentia ejus cōſtituatur. 1. Quæ ortum ducit *ex ſpiritibus* putridis & corruptis, exiſtentibus in ventriculo cordis. Quoties enim maligna qualitas ſeu vapor peſtifer, ſive in aëre nos ambiente, ſive in *Ephemera Peſtilēs.*

noſtro

noſtro corpore, ex humorum inſigni quadam corruptione, genitus & excitatus, & vel per inſpirationem, vel arteriarum ſpiracula attractus, ſpiritibus vitalibus, ubique per totum corpus vagantibus, permiſcetur, (quod ob ſubſtantiæ *ἀναλογίαν* facilimè fieri poteſt) & ad cordis uſque interiores cavitates ſeu ventriculos delatus, inibi quoque contentorum ſpirituum craſin ſubitò excalefacit, corrumpit ac deſtruit, ſed nihilominus tamen cor tanto polleat ac inſtructum ſit robore, ut in ſpirituum diſſipatorum locum alios novos ſubindè regeneraro, horumque adminiculo, & ſolidam ſuam ſubſtantiam, & humores ac ſangvinem, tùm in ſubſtantiâ, tùm in ſinubus contentos, defendere ac cōſervare valeat, fit ſanè, ut quamdiu ita res ſe habet, Peſtis illa, Ephemeræ febri, quàm ſimul quidem ſecum jam intulit, quoque ſit ſimilima, Peſtiſque ob id diaria dicatur.

Diſtinctio Ephemeræ Peſtil. à Diariâ ſimpl. Quæ tamen in eo à febre Ephemerâ non peſtilenti diſtingvitur 1. quod in ſimplici Diaria, ſpiritus cordis ſolummodò plus juſto ſint excalefacti, in hâc autem peſtilenti, præter excalefactionem, corruptionis quoque labem induerint. 2. Prætereà, quamvis utraque hæc febris non diu duret, ſed breviſſimo temporis ſpatio periodum ſuam abſolvat: tamen Ephemera ſimplex plærumque exiſtit ſalutifera, nec ullum periculum minatur, cum vix compertum fuerit, aliquem ex tali febre (niſi forſan in putridam vel Hecticam tranſierit) vitam cum morte commutaſſe: Contrà verò peſtilens ferè nunquam non exitioſa ac extremè periculoſa exiſtit, ita ut pauci indè evadant, licet in totum non negemus, nonnullos, vel naturali cordis robore, à ſe omne venenum ſubitò repellente, adjutos, vel tempeſtivo alexiteriorum, proprietate ſpecificâ, virulentiæ ſeu malignitati peſtiferæ, reſiſtentium, uſu ſeu præſidio munitos, grave illius periculum feliciter effugiſſe, ſicque ad ſecurum & optatum ſanitatis portum tádem iterum perveniſſe. Cujus rei inſigne nobis ſuppeditat Exemplum, morbus ille Epidemicus, *Sudor Anglicus* dictus, qui ſpeciem Ephemeræ peſtilentis præ ſe tulit. Is enim, quamvis anno 1529. per totam Angliam & inferiorem Germaniam crudeliter ſæviens, multa millia hominum, ſpacio 24. horarum peſſum dederit, non tamen omnes hâc lue infeſtatos, in univerſum ſuccubuiſſe, ſed illorum plurimos, ſudoris potiſſimum expectatione ſibi conſulentes, eluctatos eſſe, & perfectè tandem revaluiſſe, præter illius ævi experientiam, teſtimo-

ſtimonia quoque multorum illuſtrium Medicorum, ut *Fracaſtorij, Joan. Caij, Gemmæ, Simonis, Rivierij,* aliorumque ſatis ſuperq; comprobant. Verùm enimverò, quamvis hæc de Ephemera peſtilenti ita ſe habeant, ſunt tamen nonnulli, ut *Petrus Aponenſis* & alij, qui talem febrem nullatenus dari cõtendunt ex eo, quod cum febris Peſtilens ſit morbus, & omnis morbus, partibus tantùm corporis viventibus inhæreat; ſpiritus autem in cenſum partium non veniant, idcircò illis nullum morbum, & per conſequens nec ullam febrem inhærere poſſe.

Objectio.

Reſponſio. Sed huic Objectioni occurretur, ſi corpus noſtrum & contentis & continentibus, & unumquodque membrum, duabus partibus, craſſiore ſc. & ſubtiliori conſtare dicamus. Craſſiore, ut ſunt Oſſa, carnes, viſcera &c. ſubtiliori, nempè ſpiritu vaporoſo: Eapropter, dum morbus ſpiritibus ineſſe dicitur, etiam membris & partibus animalis una incidere affirmatur.

Alia Inſtantia. *Sed pergunt ἀντιλεγεῖν.* At ſpiritus putreſcere non poſſunt. Ergo ex illis nulla febris generabitur. Antecedens probatur. 1. Si ſpiritus putreſcerent, neceſſe eſſet, eos ſeipſis effici calidiores: At nihil calidius datur aut reperitur in corpore noſtro ſpiritibus, Ergò nequeunt putreſcere.

Num ſpiritus putreſcant?

Reſp. Spiritus inter ea, quæ continet corpus noſtrum, quantiſper naturaliter affectum eſt, libenter largimur eſſe calidos, at hoc non impedit, quo minùs calidiores efficiantur & conſequenter putreſcant. Et calidiores eos ſe ipſis fieri, ſatis febres diariæ demonſtrant. Nec ſatis eſt, in corpore noſtro naturaliter habente, nihil eſſe calidius ſpiritibus, nam à rebus externis, utpotè, irâ, dolore, labore, calore Solis, aliiſq; ejuſmodi, illi inflammari, majoremque caliditatis gradum acquirere poſſunt. Prætereà nec illud omni ex parte veritati conſentit, putreſcentia ſemper fieri calidiora, etenim reperiuntur quædam putria, quæ minori caliditate ſunt prædita imputridis & incorruptis, id quod ſanguinis illa putrefactio, quâ in grumum vertitur, & ſemen corruptum ac putrefactum, quod ſymptomata, frigiditatis effectus, non caliditatis auctæ, ut in hyſtericis affectionibus frequenter apparet, patit, abundè comprobant.

2. Objectio. 2. Finis putreſcentium juxta Ariſtot. in lib. de gener. & corr. eſt converſio in pulverem ſeu cinerem, hunc autem præcedit ſumma attenuatio. Spiritus ergò non poterunt in cinerem verti, cum eò uſque attenuari ac rarefieri nequeant, priuſquam evaneſcant ac diſſipentur.

Reſponſio. *Reſp.* Major non eſt καθόλου. Ariſtoteles.

les enim hoc affirmavit de illis, quæ impropriè vocatâ putredine pereunt, non de illis, quæ propriè dictâ putredine, de qua nobis ſermo, corrumpuntur. 3. Quæ nunquam quieſcunt, ſed jugiter agitantur atque moventur, illa non videntur putredini eſſe obnoxia. At ſpiritus ſemper moventur. Ergo &c. *Reſp.* Major falſa eſt, mobilitas enim corporum, non impoſſibilitatem, ſed difficultatem ſaltem putredinis ſupponit atque inducit. Manet ergò firmum & inconcuſſum noſtrum hoc pronunciatum, ſpiritus nempè, putredinem quoque ſuſcipere poſſe, Quia omne corpus naturale mixtum, aptum eſt putreſcere: Spiritus autem ſunt corpora naturaliter mixta, ex tenuiori nimirùm calidiorique ſangvinis portione producta & generata. Ergo &c. Id quod confirmatur ab *Ariſt. 4. Meteor. cap. 1.* ubi docet, omnia, quæ non interimuntur vi, per putredinem venire ad interitum: Atque *in eodem cap. paulò infrà.* Omnia (inquit) poſſunt putrere præter ignem. Neminem autem arbitramur, ſpiritus, ignem dicturum. Et quamvis reſpectu aliorum contentorum noſtri corporis, igneæ videantur eſſe naturæ, nunquàm tamen in gradu illo caliditatis, quem ignis naturaliter obtinet, cum hoc conveniunt, ſed longè ab eo recedunt. Præterea ex *Gal. in lib. de util. reſp. & de uſu pulſus* conſtat, ſpiritus ex inſpirato aëre fieri, atque eſſe quoque aëre craſſiores. Ergò cum putrem Aërem ſæpius inſpiremus, non [illegible] ſpiritus in cordis cavernulis, cum putridis humoribus volutati atque permixti, quoque putreſcant. Huic tandem accedit *Experientia* ac ſenſus ipſe, omni rationum pondere, & argumen[illegible]rum cumulo ſuperior, quo Pe[illegible] correptos, ſæpè adeò putridum expirare ſpiritum percipimus, ut qui ab eo omnem putredinis labem abdicatam velit, ſtupidus planè, menteque captus videatur. Sciendum tamen, ſpiritus nomine nos hic non intelligere, ex omni parte purum ac ſyncerum ſpiritum, & à quacunq; vaporum tùm utilium tùm inutilium permiſtione alienum ac liberum (talem enim imaginatione potiùs concipere, quàm re ipsâ repetiri licet) ſed ejuſmodi ſpiritus, qui cum fuligine, aëre inſpirato, halitibusq; ex ſangvine elevatis, mixti ſunt & confuſi.

3. Objectio. *Reſponſio.*

2. Differentia quæ à Subjecto ſumitur, oritur *ex humoribus.* Quãdò enim ex permiſtione vel contactu veneni peſtiferi, ſangvis cæterique humores, vel in ipsâ cordis ſubſtantiâ, vel circa ipſam ac in venis

Febris putrida Peſtilens.

venis majoribus contenti, putredinem concipiunt, tunc generatur febris peſtilens putrida continua, quæ inter reliquas ſpecies & communiſſima & frequentiſſima eſt. Et quamvis *Petrus Salius in lib. de feb. peſt cap 10.* exiſtimarunt humores corporis non ſolùm intrà, verùm etiam extrà vaſa, circaque viſcera, quæ in inferiori reconduntur ventre, ubi ſentina & colluvies omnium excrementitiorum humorum exiſtit, in hâc lue putreſcere poſſint, idcircò non omnes ejuſmodi febres neceſſariò continuas, ſed quaſdam etiam intermittentes dicendas eſſe. Nos tamen hâc ipſius opinione ſusque deque habitâ, communem illam, & ab antiquis, ac neotericis Medicis receptam ſententiam, Peſtilentes nimirum putridas, omnes eſſe continuas, ut probabiliorem veriorem que ſequimur & amplectimur, interim non negantes, etiam extra cor, & extra venas, humores excrementitios varios, putredinis labem in Peſte concipere poſſe, ad illorũ tamen corruptionem febrem intermittentem ſequi, hoc eſt, quod infitiamur. Siquidem ſemper cum hujuſmodi humorum extrà vaſa conſtitutorum, putredine, conjuncta quoque eſt in hoc perniciosiſſimo morbo, ſangvinis aliorumque humorum intra vaſa, cordisq; ſinus, aliqua putredo: nec unquàm externi humores corrumpuntur, putredine internis ac ſangvini quoque non communicatâ. Cum igitur in Peſte, externa humorum putredo nunquam ſolitaria conſiſtat, citra illam internam, quam in venis, cordeque ipſo fieri diximus, idcircò, omnem ejuſmodi febrem, ad talem putredinem ſuccedentem, neceſſariò ſynochum ſeu continuam dicendam eſſe, concludimus. In hoc tamen obſervandum, putridam peſtilentem continuam, à cauſo, aliisque febribus putridis continuis differre 1. Quod in ſynochis putridis, putredo & corruptio minor ſit, quàm in Peſte. 2. Quod cauſos bilem putrefactam intrà vaſa propè cor habeat: Peſtilens verò ſynochus in ipſo corde putredinem foveat. 3. Quod cauſos non omnia ea habeat, quæ Peſtilens putrida, non enim carbunculi, bubones, puſtulæ in cauſo ſpectantur, quæ propriè peſtilenti ſynocho inſunt.

Differentia Peſtilentis putrida Synochi à Cauſone non peſtilenti.

3. Differentia, ortum ducit *ex corruptione & putredine ſubſtantiæ ipſius cordis*, Quandò nimirum venenum peſtilens adeò ſævum & atrox exiſtit, ut more ſuo cor adoriendo, non ſolùm ſpiritus vel humores, utpotè majorem aptitudinem ad putredinem habentes, ſed ipſam quoque ejus ſolidam ac carnoſam,

Hectica Peſtilens.

noſam,

noſam ſubſtantiam, malignitate ſuâ ac vi ſepticâ, totam obſidet, labefactat & corrumpit, inſitum illius calorem cōfeſtim extinguens, & ipſius influentis generationem prohibens, tunc generatur febris illa, quæ *Hectica peſtilens* vocatur, latenter plærumque ſerpens, atque ex inopinato hominem, exiguo temporis intervallo, perimens, ac præcipiti curſu ad mortem ducens. Nec eſt quod aliquis forſan opinetur, cor vivente homine, putredine nulla contaminari poſſe, cum *Gvilielmus Fabricius lib. 2. Obſervat. Chirurg. 27.* id apertè fateatur, hiſtoriam ponens cujuſdam agricolæ quadragenarij, cujus ſecto mox à morte cadavere, pericardium ſcatens pure ſanioſo, cui velut immerſum cor, magnâ ſui parte, ad utramque potiſſimum auriculam, partim exeſum, partim & marcidum viſebatur, inſuperque ab ipſo corde, Chirurgi manibus compreſſo, ſanioſa quædam materia exiliit. Et *Franciſcus Rota, de curatione vulner. ſcolpet. c. 23* ſcribit, ſe diſſecuiſſe cadaver quoddam, in quo pericardium totum ferè corruptum & cordis ipſius major pars putredine exeſa ac conſumta fuit. Rarò autem imò nunquam fere Hecticam hanc peſtilentem ſolam reperiri, aut per ſe conſiſtere, quin non putridam quoque ſemper ſibi conſociatam habeat, exiſtimamus, tùm quod humores, ratione humiditatis ſuæ proniores ac promptiores ſint ad putreſcendum, quàm cor ipſum, cujus corpus ex innatâ temperie ſiccius, durius, compactius ac ſolidius exiſtit: tùm etiam, quod putreſcente cordis ſubſtantiâ impoſſibile ſit, ſangvinem & humores in ventriculis ejus conſiſtentes, ab ejuſdem putredinis labe immunes conſervari poſſe, cum omne quod tangitur à putrido, id putridum quoque fiat, eoq; magis, quo contactum, ad putreſcendum habilius & aptius exiſtit, hocq; etiam faciliùs, cum pars ea patitur, per quam cæteræ omnes tùm reguntur, tum conſervantur. Frivola igitur eſt opinio illorum, aſſerentium, Hecticâ peſtilenti laborantium pulſum, ſimilem ſanorum pulſui eſſe, eoſque ne ſemel quidem ſentire, quod febricitent, imò ſe potiùs integrè ſanos putare. Licet enim (quod illis donemus) tales, hæcticæ caliditatem non percipiant, alterius tamen febris, putridæ nimirum, utpotè priori ſemper cōjunctæ, malignum æſtum ac moleſtiam non poſſunt non evidenter ſentire, à quâ pulſus ipſorum, magnoperè quoque alteratur atque mutatur. Hectica autem hæc Peſtilens, in hoc diſtingvitur ab alterâ vulgari non peſtilenti. 1. Quod in

Differentia Peſtilentis a putrida Synocha Cauſon non peſtilenti.

Hectica [pe]ſtilens

Differentia Febris hecticæ

Peſtilentis ab Hecticâ vulgari. in hac, ſolida & carnoſa cordis ſubſtantia non putreſcat, ſed duntaxat, plus juſto incaleſcat: in illâ verò, ut diximus, eadem non ſolùm incaleſcat, ſed & putredinem ac corruptionem induat. 2. Quod Hectica ſimplex per ſe conſiſtat, ſine conjunctâ putrida: Peſtilens verò hectica, neceſſariò, comitem individuam, ſynochum putridam ſibi adjungat. 3. Quod Hectica ſimplex ſæpè longo perduret tempore, antequam hominem in mortem præcipitet: Peſtilens verò hectica paucarum horarum ſpacio hominem jugulet. Et tantum de 1. Differentiâ.

2. *Differentia, à Morbo ipſo.*

Porrò altera differentia ab ipſo morbo, ſeu peſtilenti διαθέσει ſumitur, hanc enim in prava perniciosâq; δυσκρασίᾳ ſitam, unà cum calore putrido, principaliter cor affligere ſuprà diximus, Cujus tamen pernitiei ac pravitatis maxima exiſtit latitudo, cum alia major ac vehementior: alia minor ac mitior; alia deterior, alia minus maligna habeatur. Ex quo conſequitur Peſtem, ſeu febres peſtilentes, non omnes exiſtere uniformes, ſed alias ſæviores, alias mitiores dicendas. Sæviores quidem, ubi dominatur, ac primas quaſi tenet, venenata ac maligna qualitas: Mitiores autem ubi hæc eadem remiſſa eſt. Aliæ item majores, ubi ſcilicet plurimum viget caloris putridi, minores aliæ, cum putredo exigua ac remiſſa reperitur. Nam cum in Peſtilenti febre, duo potiſſimum ſpectentur, maligna nimirum ac venenata qualitas, & humorum putredo, idcircò, ſicut perniciosa illa qualitas, ut modò diximus; latitudinem aliquam habet, & modò major modò minor exiſtit, ita & putredo quoque, quæ nunc intenſior, nunc remiſſior eſſe poteſt. Undè ſi contingat, ut & qualitas illa peſtifera in ſummo ſit gradu, ſimulque copioſa adſit putredo, tunc ſæviſſima oritur febris peſtilens, in qua ratione quidem pravæ qualitatis vitalis facultas oppidò labefactatur, ratione autem ſummæ putredinis, & cæteræ virtutes inſigniter læduntur ac proſternuntur.

3. *Differentia, à Cauſis.*

Quod cauſas Peſtis attinet, ex his hæc differentia conſtituitur, quod nimirum alia peſtis ſit Interna, alia Externa. *Interna* quæ à corporis ſuccis pravis ac malignis, ſeu humoribus, inſignem putredinem ac corruptionem paſſis, enaſcitur, Cujus quidem cauſa eſt vel plethora ingens vel cacochymia, vel obſtru-

ſtructio, vel interna aliqua viſcerum labes. *Externa*, quæ vel ab intrà corpus aſſumptorum, eſculentorum nimirum vel poculentorum vitioſorum, pravaque ſeu aliena qualitate infectorum, uſurpatione: vel ab aëris corrupti, variorumque μιασμάτων inquinamentis alterati, & inſpiratione attracti: vel denique à contagij communicatione proficiſcitur, de quibus omnibus, latiùs in ſequenti Capite dicturi ſumus. Obiter tamen hîc notandum, *Paracelſicos*, paulò aliter Peſtem diſtingvere conſtituentes nimirum ejus quintuplices, ex quintuplicibus Entibus differentias. Quarum 1. ſumitur *ab Ente Deali*, cujus ſolum Deum autorem eſſe volunt, vel immediatè, ſine cauſarum ſecundarum concurſu, vel mediatè cum earundem adminiculo, hanc venenatam luem in genus humanum ad coercenda hominum flagitia, ex juſtâ indignatione, diſſeminantem. 2. *Ab Ente Aſtrali*, cujus cauſam exiſtere dicunt varios ſyderum aſpectus & configurationes; vel maleficorum Planetarum infauſtæ conjunctiones ac oppoſitiones. 3. *Ab Ente Pagoyco ſeu Magico*, quam operâ veneficorum, incantatorumque aliorumq; flagitioſiſſimorum hominum, nonnihil commercii cum Dæmone habentium, introduci ſtatuunt. 4. *Ab Ente Veneni*, quam per inſpirationem Aëris venenati, generari ac propagari affirmant. 5. *Ab Ente Naturæ*, quam per internam humorum in corpore corruptionem ac putredinem, naturam veneni induentem ſuboriri aſſerunt. Iidem quoque Paracelſi ſectatores, alio modo Peſtem diſtinguunt, dum nimirum aliam Peſtem pyromanticam ſeu igneam: aliam chaoſdam ſeu aëream, aliam undoſam, ſeu aqueam: aliam denique terrenam eſſe dicunt, ut videre eſt apud *Paracelſum in lib. de Peſtilitate*, quem conſulat, quicunque plura de hâc re cognoſcere cupit.

Ens Deale — *Ens Aſtrale.* — *Ens Pagoycum.* — *Ens Veneni.* — *Ens Naturæ.*

4. *Differentia, à Symptomatis & morbis conjunctis.*

Quartò ſi Symptomata, atque eos affectus, qui unà cum Peſte, hominem adoriuntur, corpusque ejus graviter exercent ac infeſtant, conſideremus, utiq; plures indè emergent differentiæ. Nullum enim periculoſum Symptoma, nullum exitialium morborum genus eſt, quod ex hac lue pernicioſiſſimà aut non conſequi, aut ſaltem cùm eàdem non conjungi poſſit. ut ob id *ab Hipp.* veriſſimè πολύμορφος, κακοήθης καὶ ὀλέθριος appellata ſit. Primò enim quoad *Symptomata*, illa omnia non niſi peſſi-

peſſima ac periculi plena habentur, ut ſunt delirium, vigiliæ, dolor capitis, Syncope, Palpitatio, Vomitus, diarrhææ, ſingultus, ſudores diaphoretici, & plura alia. A quibus omnibus, nonnulli Practicantium peculiares differentias, licet impropriè derivant, Peſtemq; hoc vel illo Symptomate comitatam appellant. Deindè *Morbos* quod attinet, qui Peſti frequenter ſe conſociant, illi quoque præſenti non carent periculo, ſuntque *vel interni*: ut Phrenitides: Epilepſiæ: Lethargi: Anginæ: Peripnevmoniæ: Pleuritides: Jecoris phegmone: oris ulcera maligna: Cordis morſus: Eryſipelata: Abſceſſus ac variæ putredines. *Vel externi*, in emunctoriis ſc. externis ut plurimum, non tamen ſemper conſiſtentes, ut Parotis peſtilens: Carbunculi: Bubones, vel in cæteris ſedibus quibuſcunque, ut Exanthemata, morbilli, & maculæ quædam verſicolores, rubræ, pallidæ, lividæ, puniceæ, virides, plumbeæ, nigricantes, quæ ut colore, ita quoque qualitate ac numero non exiſtunt uniformes, interdum enim latæ & majores, interdum minutæ ſeu contractæ viſui ſeſe offerunt, & aliquandò plures, aliquandò pauciores in corpore efflorеſcunt. Minimè tamen cum *Petro Salio, lib. de febr. peſtil. cap. 12.* haſce maculas pro vero, proprio, ac pathognomonico ſigno, Peſtilentium febrium habemus, quia quod παθογνωμονικὸν eſt, & ejuſmodi, ut morbi ſpeciem oſtendat, illud neceſſariò oportet morbum conſequi, & nunquam ab eo abeſſe; aliàs ſi pathognomonicon à morbo ſit ſeparabile, nec pariter cum illo invadat, pariterq; deſinat, tunc alterius ſigni naturam ac proprietatem induit, aliamque appellationem meretur. Nunc autem experientia locuples teſtis eſt, non in omnibus febribus peſtilentibus, haſce maculas conſpici ac reperiri, ſed multas iis expertes eſſe. Præterea petechiæ illæ ſanis quoque, aliisque febrium & morborum generibus, quandoque ſunt communes. Sanorum enim multi plethorâ affecti, ab exercitio concitatiori æſtuantes, ejuſmodi protrudunt maculas, febre tamen peſtilenti neutiquam obſeſſi: Adſunt interdum & febribus intermittentibus, præſertim tertianis, quemadmodum nos ipſi eas in duobus juvenibus, tertiana ſimplici laborantibus, aliquandò obſervavimus: Nec non ſphacelo aut ſcorbutica paſſione affecti, ſæpè numero maculis plũbeis, cæruleis ac lividis, undiquaque notati ac conſperſi cernuntur, apud quos tamen ne minima quidem ſuſpicio febris peſtilentis locum habere poteſt. Ergò petechiæ illæ

illæ nequaquam pro ſigno Peſtis pathognomonico, ſed aſſiſtente aut ſupervenientе tantùm habendæ erunt.

5. *Differentia, ab Objectis.*

Sumitur & Differentia aliqua ab Objectis, quorum duplex potiſſimum genus reperitur, Homines nimirum & bruta animantia. Ex quibus etiam duplex genus Peſtis conſtituitur. Unum quod intactis brutis ſeu beſtiis, ſolùm in humana corpora graſſatur, illisq; bellum indicit. Alterum quod parcens hominibus, in ſola bruta animantia rabiem ſuam exercet atque convertit Unde Virgilius:

Quam multæ pecudum peſtes, nec ſingula morbi,
Corpora corripiunt, &c.

Etenim pro diverſâ hominum & cæterorum animantium natura, id hominibus venenum eſſe poteſt, quod aliis minimè officit, & econtrà. Undè ſæpè compertum fuit, in magnis peſtilentiis, omne pecudum & animantium genus ſalvum ac incolume uſquequâq; perſtitiſſe, interim infinitâ hominum multitudine miſerabiliter peſſundatâ. Quod *Villanovano cap.2. Epid. antid.* occaſionem ſcribendi dediſſe puto, Peſtem nimirum humanam, nunquam pecudes invadere: Et vice verſâ frequenter homines ſoſpites ac perfectè ſanos degiſſe, interim contagio peſtifero, multas armentorum myriades catervatim proſternente & occidente, quemadmodum accidiſſe legimus Anno 820. ſub Ludouico Pio Imp. Item Anno 878. ſub Carolo Calvo, & anno 1149. ſub Cunrado 3. Imp. & 1441. ſub Friderico 3. ubi ex paſcuorum, nimiâ humiditate, à prægreſſis fluminum & aquarum eluvionibus infectorum, corruptione, indicibilem pecudum numerum, peſtilenti contagione interiiſſe, *Michael Saxo in ſuâ Cæſarum Chronicâ* refert. Ejusmodi autem contagium interdum omne quadrupedum genus indiſcriminatim invadit, (*ut Matthias Mechonius in Chron. ſuo ſcribit*, Anno 1491. inſignem luem pecora & armenta imprimis verò boum & porcorum greges invaſiſſe.) Interdum verò peculiares quaſdam ſpecies. Memoriæ enim proditum eſt, ab optimis agriculturæ autoribus, exiſtere peſtes, quæ *ſolos boves* jugulet, qualem miminit lib.2. de abditis cap.12. *Fernelius* anno 1514. irrepſiſſe: Aliam quæ *ſues aut oves*: aliam quæ *equos*: aliam quæ *feles*, qualem antè aliquot annos Lutetiæ fuiſſe, *Joubertus ca.2. lib. de peſte* refert, quæ ſolos feles corripuit, eorumq; innumeros ſuſtulit. Et aliam itē, quæ *gallinas, aves & piſces*,

nam & hos interdum ab hâc lue non prorſus immunes eſſe, reclamante licet *Ariſtotele,lib.8.hiſt animal.cap. 18.* rectè *Joubertus* in appendice lib.de peſte cap.2.ſtatuere ac concludere videtur. Et hanc Peſtem, feras ſc. interimentem, *Virgilius* pulcrè ita deſcripſit:

alij l.3.ca, 19.

Hic quondam morbo cœli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totoq́, autumno incanduit æſtus:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
Corrupitq́, lacus, infecit pabula tabo.

Hujus autem rei quam cauſam dabimus? non aliam ſanè, quàm occultam quandam rerum in ſe invicem ſympathiam & antipathiam, quod unum ab uno quodam patiatur, unum uni contrarium ſit, nò alteri, eò fieri, ut quod alteri totius ſubſtãtiæ proprietate adverſarium ſit, id antipathiâ quâdam illi ſit noxium ac peſtilens: ac proindè ſuam eſſe quandam & jumentorum, & hominum peſtem. Porrò nec ejus quoque peſtis, homines peculiariter aggredientis non una eademq; ſemper eſt ratio, quandoquidem illa interdum mares, interdum fœminas magis afficit, nonnunquam quoq; ſenibus & adultis, aliquandò verò pueris & adoleſcentibus, eadem magis infeſta exiſtit atque exitioſa. Undè *Joan. Boterus lib. 3. Relat. univ. de mundo novo*, magnam enarrat peſtilentiam, quæ ſolùm juniores perſonas ſit adorta, paucis 30. annum egreſſis, illius contagionis inſultu tentatis. *Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 4. hiſtor. Rom.* prodidit, aliquandò Romæ viguiſſe peſtem, quæ in ſolas virgines & prægnantes rabiem ſuam exercuerit. Senes quoque temporibus Plinii l.7.c. 50. obſervatum eſt, Peſtem non ſentire. Ita *Fulginas* ſcribit, Peſtem illam, ævo ſuo graſſantem intactis mulieribus, ſolos viros robuſtos occidiſſe. Datur prætereà alia peſtis, quæ temperamento calidos, alia quæ frigidos, vel aliâ peculiari corporis conſtitutione præditos, ſpeciatim affligat ac proſternat, quemadmodum experientia ipſa id comprobat. & *Cardanus lib.8. de variet. rer. cap. 40.* meminit, Peſtem, cum Baſileæ illa fuerit, eos ſolos afflixiſſe, qui Helvetii tantùm fuerint, Gallorum verò, Italorum, aliarumque nationum, vix uno & altero, toto biennio obeunte.

6. *Differentia, à Spacio, quod occupat.*

Spatium etiam, quod Peſtis occupat, differentiam aliquam conſtituit. Hinc Peſtis alia dicitur univerſalis alia particularis, *Univerſalis*, *Univerſalis Peſtis.*

lis, quæ totum ferè terrarum orbem, aut ſaltem majorem ejus occupat partem. Talem ſub M. Antonino bis graſſatam fuiſſe memorant, toti orbi pernicioſiſſimam, quâ penè ad internecionem uſque genus humanum deletum fuit. Ita *Jacobus Forolivienſis in expoſ. Can. 1. Avicen. fen. 2. doct. 12.* prodidit, Anno 1345. tam horrendam Peſtem, invaſiſſe ferè totum terrarum orbem, ut creditum fuerit, eam dimidiam hominum partem abſtuliſſe. Et *Guido de Cauliaco* etiam refert, ut & *Michael Saxo in vitâ Caroli 4. Imp.* Anno 1348. Peſtem in Oriente cæptam, univerſum ferè mundum peragraſſe, & vix quartam hominum partem intactam reliquiſſe, adeo ut in ſolâ Florentinorum urbe tunc 60000. Lubecæ 90000. & Erphordiæ 12000. hâc lue extincta fuerint. Plura vide in Proœmio p. 1167. & ſeqq. *Particularis eſt*, quæ unam tantummodò regionem vel provinciam occupat, vel unicam ſaltem urbem, imò interdum unicam tantùm domum invadit ac poſſidet, quemadmodum teſtatur *Joubertus*. Anno 1574 Monſpeſſuli, Peſtem Caroli Bargæi Judicis ædes occupaſſe, eumque cum dimidia familiæ parte enecaſſe. Et nos ipſi meminimus, tùm hîc tùm alibi ſæpe vix unam atque alteram duntaxat ædium, contagione peſtifera, à peregrinis locis illata, contaminatas ac inquinatas fuiſſe, cæteris in tota urbe, nihil quicquam periculi, ab eâdem paſſis.

7. *Differentia, à Duratione.*

Ultima Differentia petitur ab ipsâ Duratione. Alia enim Peſtis breviſſimo durat tempore, & paucorum menſium ſpacio finitur ac cōſumitur, quale genus peſtis plerumq; hiſce noſtris ac vicinis etiā regionibus commune eſſe ſolet, quòd rarò ultra novimeſtre vel annuum ſpatium ſe extendit. Alia verò in longum temporis ſeu multorum annorum ſpacium protrahitur, nec ita citò diſſipatur aut periodum ſuam abſolvit. Quemadmodum legimus anno 1006. Peſtem extitiſſe, triennium integrum durantem, teſte *Andreâ Angelo* in Annal. Marchicis ex *Sigeberto, Aretio, Rivandro, Crentzheimio*. Ita & *Platerus lib 2. obſ.* Peſtem Baſileæ per 3. annos, ab anno ſc. 1550. uſq; ad 1553. viguiſſe, memorat. Et *Michael Saxo in Chron. ſuâ*, ſub Friderico II. Imp. Anno 1225. Peſtē in Ungaria, Germania & Gallia integrū triennium duraſſe refert. *Baronius Tom. 2. Annal. Eccleſ.* meminit cujuſdam Peſtis per integrum decennium durantis, *Joann. Cuſpinianus in vitâ Galli Cæſaris*, Peſtem dicit exortam, quæ vix intra 10. annos finita fuerit. *Evagrius in hiſt. Eccl. lib. 4 ca 39.* Peſtem 15. annis duraſſe refert, Plura in Proœm, p. 1167.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XII.

De Cauſis Peſtis in genere.

DOctè Heraphilus ſcripſit, oportere medicum, quæ, quales & quanta ſit cauſa morbi, prius cognoſcere, quàm de remedio cogitet. Quod non queat curari morbus, non remotâ ſuâ causâ. Idem & de peſte. Quapropter omnes peſtis cauſas proponemus, easque primò ſequenti tabellâ:

- Cauſæ Peſtis duplices ſunt
  - Divinæ, ſeu præter naturam, id eſt, Deus, qui immittit peſtem
    - immediatè, abſque
    - mediatè, cum cauſa-
  - Naturales ſeu Elementares: Eæq; vel
    - Externæ, quæ
      - Aër, qui alteratur dupliciter,
      - Cõtagium quod
        - Immediatum.
        - mediatũ
      - Veneficum, quod vel
    - Internæ, vel
      - Remotæ, quæ triplices
      - Propinquæ: ſcil. noſtro corpo-

TABELLA,

Omnes cauſas Peſtis breviter exhibens.

oncurſu cauſarum ſecundarum.

rum naturalium concurſu.

1. in qualitatibus manifeſtes idque tripliciter
   - 1. vel, quia vnum duntaxat anni tempus aliquod conſimili ejuſmodi qualitate excedit.
   - 2. vel quia plura tempora anni vnam eandemq; talem præternaturalem conſtitutionem ſervant.
   - 3. vel quia ex[illegible]ria diverſaq; plurium temporum frequenter ſe ſubſequentium mutatione alterationes crebras ſumit

2. in ipſa ſubſtantia, quæ induit corruptionem
   - per ſuſceptionem viroſarum ex halation. ac inquinamentorum, quæ oriuntur vel excitantur.

ſit
- Cauſis naturalibus
  - Aſtralibus ut
    - 1. infauſti ſiderum aſpectus ac malignæ conſtellationes
    - 2. Ecclipſes variæ
    - 3. Cometæ, Chaſmata, aliaque phænomena
  - Sublunaribus quæ dupl.
    - Elementa
      - Terra, idq;
        - ratione ſitus.
        - rat. contentorum,
          - Metalla.
          - Sepulcra.
          - Clocæ
          - Fim9, &c.
      - aqua, quæ putreſcit
        - ob motum deficientem
        - ob cadavera & plantas graveolentes in eam conjecta
        - ob piſces in ea mortuos.
    - Elementata ſeu mixta,
      - perfectè, vel
        - rationalia
        - irrationalia
      - Imperfectè ut,
        - nebulæ fœtidæ
        - Venti auſtrini
        - pluviæ continuæ,
        - Comet æ, &c.
- ex cauſis nō naturalib. ſeu arte Magica.

Plethora, quæ vel
- ad Vires.
- ad Vaſa.

Cacochymia / Obſtructio — q̃ oriuntur vel à cauſis
- internis
- externis.

inſignis humorum in re putredo; quæ oritur vel
- ab eſculentis
- à poculentis

corruptis.

Cum

Digitized by Google

Cum itaque ſecundum vulgare axioma, incognitâ Morbi cauſâ, difficilis quoque ſit ipſius morbifici affectus curatio, idcircò & Medicus Peſti curandæ manum adhibiturus, antè omnia de eo ſollicitus ſit, ut veram illius cauſam perfectè cognitam & exploratam habeat, atque in ea perveſtiganda omne ſtudium atque operam ponat, priuſquàm de remedio aliquo adhibendo cogitet. Quandoquidem nullus morbus tolli poteſt, non ſublata ejus cauſa, hanc autem quomodò auferes, ſi nullam priùs ejus cognitionem & intelligentiam adeptus fueris? Cauſa autem peſtis, tam altè jacet abſcondita, totque difficultatibus ac perplexitatibus obvoluta eſt, ut mirandum non ſit, ſi plurimi docti viri, diu multumq; in eruenda ac perſcrutanda illius vera origine, defatigati, tandem tamen quaſi deſperantes, nec quod hac de re proponerent, firmi aliquid aut ſolidi habentes, una cum Hipp. & Gal. ad τὸ θεῖον ſeu cœleſte, hoc eſt tale quid, humanæ rationi ac intellectui minimè pervium ſed imperſcrutabile exiſtens, ingeniiq; omnem captum tranſcendens, confugere coacti fuerint. Nos autem nunc, quâ potuimus, diligentiâ ac brevitate, generatim omnes ac ſingulas Peſtis cauſas, quæcunque excogitari aut in medium unquam afferri poterunt, in unum quaſi faſciculum colligentes, hac tabella, juvandæ memoriæ gratiâ, candido Lectori, quo uno intuitu omnia compræhendat, ob oculos poſuimus; de ſingulis jam in ſequentibus capitibus latiùs prolixiusque dicturi. Sequitur ergò

(∴)

CAPUT

CAPUT XIII.

De cauſis Peſtis in Specie.

Et primò quidem ſecundùm Theologorum ſententiam.

CAuſam primariam ac generaliſſimam, ut aliorum morborum omnium, ita Peſtis quoque, ſacri Eccleſiæ Doctores atq; Theologi ipſum Deū conſtituunt. Quippè cum ille ſit liberrimum agens, ſolusque omnia, quæ in ſublunari hocce mundi theatro fiunt, immutabili ſeu ἀμεταμελήτῳ Juſtitiæ ac Providentiæ ſuæ divinæ decreto, mirabiliter regat ac diſponat, ac nihil quicquam ſive boni ſive mali unquàm eveniat, quod ipſe vel ignoret vel non permittat, *Joann. 2. 2. Paralip. 2. Pſ. 115.* Idcircò exiſtimandum, morbos quoque aliasq; calamitates omnes creberrimè in nos irruentes, ab ipſo ſolo provenire atque ipſius arcana voluntate ac inſcrutabili conſilio, eaſdem; ceu peccatorum ac iniquitatum noſtrarum pœnas generi humano induci, teſte Propheta *Amos cap. 3. verſ. 6.* Num erit malum in civitate quod Dominus non fecerit? Et *Syracide cap. 11. verſ. 14.* Bona & mala, vita & mors, paupertas & divitiæ à Deo ſunt. Imprimis verò de Peſtilenti lue multa præclara paſſim in S.S. extant teſtimonia, luculenter docentia, illam à nulla alia, quàm à ſola cœleſti, divina ac ſupernaturali cauſâ, Deo nimirum ipſo, ad coercenda & vindicanda varia hominum flagitia & ſcelera, revocandosque ad ſe à corruptela morum homines, dependere atq; originem ducere. Libro enim *Sam. 2. cap. 24. verſ. 16. & 1. Paral. cap. 21. verſ. 14.* legitur: Et immiſit Deus Peſtilentiam in Iſrael de mane uſq; ad conſtitutum tempus, & ceciderunt ſeu mortui ſunt 70000. virorum. *Exodi ca. 9. verſ. 15.* Deus Pharaoni hiſce verbis minatur: Extendens manum meam, percutiam te & populum tuum Peſte, & peribitis de terra. *Exodi ca. 12. verſ. 12.* Et tranſibo (inquit Dominus) per terram Ægypti, percuſſurus (ſc. Peſte) omne primogenitum in terra Ægypti, ab homine uſque ad pecus. *Levit. c. 26. verſ. 25.* cum confugeritis in urbes, Ego (dicit Dominus) mittam Peſtilentiam in medio veſtri, *Num. 16. verſ. 46.* Poſtquam 14700, ſubitò Peſte abrepta eſſent; Moyſes ad Aaronem ita infit: Jam egreſſa eſt ira à Domino, & plaga ſævire incepit. *Num. 25. verſ. 9.* leguntur 24000. homines Peſte extincti, *Deuteron. 28. verſ. 21.* Si audire nolueris vocem Domini, ille tibi adjunget Peſtilentiam, donec

Digitized by Google

donec de terra te conſumat. *Et verſu 22.* Dominus te percutiet egeſtate, febre, ardore, æſtu & aëre corrupto, donec pereas. *Jeremiæ 21. verſ. 6.* Et percutiam (inquit Deus) habitatores hujus civitatis, ità ut homines & beſtiæ, magnâ Peſte ſint moritura. *Item ca. 29. verſ. 17. & 18.* Hæc dicit Dominus Exercituum: Ecce mittam in eos, famem, gladiũ ac Peſtem, & perſequar eos in gladio, fame & Peſte. *Ezech. ca. 5. verſ. 11.* Pro eo quod ſanctum meum violaſti, ego conteram te nec parcet oculus meus nec miſerebor, tertia tui pars Peſte morietur ac fame conſumetur. *Amos 4. verſ. 6.* Ego inter vos mihi Peſtilentiam &c. Quibus addatur & autoritas *Theophylacti in cap. 24. Matt.* ità ſcribentis: Nunquam aliundè Peſtis, quàm à Deo provenit, Et *Avenzoaris in 3. Theyſir.* Peſtis (ait) procedit ab illo, qui eſt ſummæ & ultimæ ſcientiæ (ſc. Deo.) Sciendum autem D. O. M. in plagæ hujus immiſſione interdum uti cauſis ſecundis naturalibus, Aerem variis inquinamẽtis conſpurcantibus, eumq; ad corruptionem ſeu putredinem diſponentibus, interdum verò abſque omni illarum concurſu, ſola abſolutâ poteſtate ac voluntate, per miniſtros ſuos ſive bonos ſive malos Angelos, id operis exequi ac perficere, & quidem non indiſcriminatim omni tempore, ſed ſolummodò illo, quo ira ipſius in homines, ob peccatorum atrocium cumulum, flagitiorumque enormium magnitudinem vehementer exardeſcit, id quod nonnullorum autorum hiſtoriis & exemplis confirmari poteſt, Dei ſc. indignatione Peſtem in genus humanum devolvi *Aimon* enim *lib. 5. de geſtis Francor. cap. 16.* ſcribit: Filiis Patrem Ludovicum, Principem pium ac religioſum, injuſtè perſequentibus, Deum hoc facto offenſum ac irritatum adeò, ut immiſſa Peſtis, undecim dierum ſpacio, totam ferè Galliæ nobilitatem extinxerit. *Sic Euſebius lib. 6. cap. 17. & lib. 9. cap. 8.* ut & *Oroſius lib. 7.* teſtantur, Deum iratum ſæpiſſimè gentiles ac paganos, ubiq; Chriſtianos acriter perſequentes, Peſte afflixiſſe ac perdidiſſe. Unde Heſiodus:

Τοῖσι δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆ-
μα Κρονίων
Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν &c.

id eſt, Jupiter ſim cœlo clades omiſit ab alto
Famem ſimul ac Peſtem, &c.

Nec idem Ethnicos olim quoque latuit. Autor enim eſt *Plinius lib. 7. cap. 28.* ob præcipitatum Manlium è Capitolio (cujus ille ſervator fuerat) Diis Capitolinis indignatis, Anno 381. ante ſalutiferum Chri-

Digitized by Google

Chriſti partum, Peſtem ſævam Romanos eſſe adortam. Et *Plutarchus in vitâ Romuli* refert, tempore Romuli, peſtem ingentem cum ſterilitate agrorum & ſummâ omnium rerum penuriâ conjunctam, non ſolùm urbem Romam, ſed & Laurentum invaſiſſe, quæ lues indè originem habuiſſe credita fuit, quod per necem Tatij ac legatorum, jus gentium fuerat violatum, idcircò ad hanc luem tollendam, iramque Deorum mitigandam, Romanos neceſſarium exiſtimaſſe, autores homicidij morte mulctandos, ultimoque ſupplicio afficiendos eſſe, quo facto, Peſtilentiam deſijſſe, ipſosque tandem ab hoc graviſſimo malo liberatos fuiſſe. Ita & *Homerus lib. 1. Iliad.* memoriæ prodidit, ob Chryſeidem, filiam Chryſis Sacerdotis Apollinis, in bello Trojano à militibus raptam, & ab Agamemnone vi ſtupratam, Apollinem iratum, truculentam Græcorum exercitui immiſiſſe Peſtem, quæ multa millia hominum abſumpſerit. Undè *Horatius lib. 1, Oda 21.* voluit, ad evertendam Peſtem (Ethnico more) Apollinem eſſe invocandum, quem ob id Gentiles quoque θεὸν λοίμιον, id eſt, Deum Peſtilentem vocarunt, putantes ſcilicet per eum ſolum omnem Peſtilentiam & invehi & tolli quoque, id quod nos Chriſtiani, verâ Dei agnitione imbuti, & ſynceræ religionis, fideiq; lumine illuſtrati, de unico & vero Deo, quem religiosâ adoratione colimus & veneramur, rectiùs fateri & affirmare poſſumus; Ille enim, ut paulò antè diximus, eſt is, qui non ſolùm Peſtem, verùm etiam quoſcunq; alios morbos ac calamitates, nobis immittit, immiſſosq; vel exaſperat, vel mitigat, aut pro voluntatis ſuæ beneplacito in totum auffert ac depellit: is eſt, qui vivificat & mortificat, qui deducit ad inferos & reducit, qui vulnerat ac ſanat, ut Hanna *1. Reg. 2.* ait, & in cujus manu vita ac mors conſiſtit. Verùm cum hæc ad Theologorum ſcholas propriè pertineant, ac Phyſicæ ſpeculationis non ſint, idcircò nos iſta illis relinquentes, ad alia nunc properamus.

CAPUT XIV.

De cauſis Peſtis, ſecundùm Aſtrologorum opinionem.

Astrologi cauſam Peſtis adſcribunt Aſtris ſeu Syderibus, cum enim hæc triplici potiſſimùm modo in hæc inferiora agant, *motu, lumine atque influentiâ*, & ob id pro diverſitate poſitus, aſpectus ſeu conjunctionis ipſorum, diverſos quoque effectus ac virtutes edant

atque excitant, aëriq; imprimant, ita ut nunc fulmina, nunc tonitrua, nunc grandines, pluviæ, venti, aliaque meteora gignãtur; idcircò exiſtimant, fieri quoque poſſe, ut talis quædam infauſta Planetarum conſtellatio, malignusque influxus in cœlo conſiſtat, cujus vi ac impulſu, Aëris ſubſtantia adeò immutetur, pervertatur ac corrumpatur, ut venenatam planè naturam induat, atque peſtilentis affectionis ſemina de ſe producat, quæ poſteà longè latéq; ſparſa & per Aërem diffuſa, Peſtem ſæviſſimam tandem inferant, plurimosq́ue graviſſimè lædant. Imprimis verò ejuſmodi maligni ac pernicioſi effectus generationem à triplici dependere cauſa aſſerunt.

1. *A combinatione & aſpectu ſiniſtro* ♃ & ♄. Item ♂, ♄ & ♃, maximè verò à conjunctione ♄ & ♂, quorum alter colligit fumos malignos in viſceribus terræ, alter eos in aërem vicinum ducit, imprimis, quandò ☽ eſt in aliquo maligno ad ipſos aſpectu, vel per Eclipſin infortunato, ſiq; fiant prædictæ combinationes omnes ſub ſignis Aëreis, puta, ♒, ♎ & ♏, vel etiam ſub ♊ & ♍ aut quando ♄ ſtella motu ſuo tranſit ignea triplicitatis ſigna, ♈, ♌, ♐, tunc enim plerumque præſentiſſimum Peſtis periculum impendere, præq; foribus adſtare, ſibi perſuadent, teſte *Matthæo Zeiſio* in oratione de cauſis & periodis peſtil. morb. In cujus rei confirmationem obſervationes quaſdam ſuas hîc adducunt. Anno enim 1127. horribilis extitit peſtis per totam Europam ſæviens, tertiamq́ue fere partem hominum occidens, cujus cauſa ab Aſtrologis tunc adſcripta fuit conjunctioni ♄ & ♃ in ♍. Item anno 1346. ſimilis graſſata legitur Peſtis, ortum ducens ex conjunctione prægreſſa ♄ & ♃ in ♒ teſte *Matthæo Villano*, quemadmodum & Anno 1348. Peſti tunc ſævienti, cauſam dediſſe, conjunctionem ♃, ♄ & ♂ in 19. gradu ♒ *Boccatius & Guido de Cauliaco* ſcriptis tradiderunt. *Marſilius Ficinus* quoque Peſtem anno 1478. graſſantem ad luminarium Eclipſes & ♄ & ♂ conjunctionem in ſignis humanis retulit. *Quercetanus de Peſte cap. 5.* ſcribit, Peſtilentiam ſub imperio Marci Antonini ſævientem, & univerſam Babyloniam, Græciam & Italiam concutientem, ſecutam fuiſſe conjunctionem ♂ & ♄. Ita anno 1504. ſimilis ♄ & ♂ combinatio in ♋ fuit, quam excepit maxima Peſtilentia. Pariter & *Cornelius Gemma*, Peſtem, quæ viguit anno 1574. ad varias ſyderum copulas, & ad oppoſitionem ♄ & ♃ ejuſdem anni circà lacteam viam, cum ſtellis Scorpij,

Digitized by Google

pij, naturæ ♂ & ☿, unà cum ſchematiſmis mutuis quinque errantium per conjunctiones ac diametros reduxit.

2. *Ab ingentibus Ecclipſibus*, utpotè quibus Aërem pravis ac malignis inquinamẽtis plurimùm conſpurcari poſſe cenſent. Exempla multa in promptu ſunt. Refert *Gregorius Tholoſanus lib. 2. de Rep. cap. 7.* Anno 605. ad Solis Eclipſin, 5. die Maji factam, paulò poſt ſecutam Peſtem graviſſimam, 3. menſibus, Julio ſc. Auguſto & Septembri durantem. Sic anno 663, tradente *Michaele Saxone, in 2. parte Chron. Caſ. in vitâ Conſtantini 2. Imp.* magna fuit ⊙ Ecclipſis in Angliâ, quam ſecuta eſt perniciosiſſima Peſtis, plurimum damni provinciæ illi inferens. Anno quoque 1186. teſte *Rivandro, & Matthiâ Mechonio lib. 3. Chron. ſui cap. 26.* ad prægreſſam ejuſmodi ⊙ Eclipſin, ferociſſima lues peſtifera ſubſecuta fuit.

3. *A Cometis*, ob quorum extinctorum fœtidum halitum, Aërem irà inquinari volunt, ut poſteà homines hunc attrahentes, facilè & inficiantur, & magno numero commoriantur; id quod confirmatur quoq; multorum autorum teſtimoniis atque exemplis. *Sigebertus* enim prodidit anno 541. Cometam ingentem exarſiſſe, quem peſtem ſævam in Italiâ & regionibus Orientalibus mox excepiſſe, compertum fuit. *Andreas Angelus in Annal. March lib. 3.* teſtatur, Anno 516. menſe Januar. magnum rutilumque conſpectum fuiſſe Cometam, quo diſparente, ingentem ſiccitatem ac Peſtem invaluiſſe. *Paulus Warnefridus, Cruſius in Annal. Suev. & Trithemius in Chron.* referunt, Anno 603. regnante Phoca Imp. menſe Nov. Cometam fulſiſſe in Italia, ad cujus extinctionem ſecuta fuit Ravennæ horrenda Peſtis, multa millia hominum interimens. *Michael Saxo in vitâ Conſtantini Copronymi* tradit, Anno 745 horribilem apparuiſſe Cometam, in Syria, qui non longo intervallo pòſt, dicam Peſtilentiæ luem, Byzantio invexerit. *Andreas Angelus in Annal. Brandenb.* Anno 1472. Cometam, primò in ſigno ♐, deindè per ♈ & ♓ tranſeuntem, enituiſſe, cui mox Peſtis funeſtiſſima ſe ſociam dedit. Ita *Foreſtus lib. 6. obſ. 9.* ſcribit. Anno 1556. 5. Martij à ſe ſub Horizonte Harlemenſi Cometam viſum & obſervatum, quem mox altero anno Peſtis graviſſima, Delphenſem præcipuè civitatem affligens, ſecuta fuit.

IMPUGNATIO.

Verùm enimverò quamvis hæc

ab Aſtrologis ita aſſerantur, & præceptis, regulis, obſervationibus atque demonſtrationibus firmiſſimis confirmentur, multos tamen reperiri licet, qui ſtudio contradicendi flagrantes, hancque Aſtrologorum doctrinam, alto, (quod dicitur) ſupercilio deſpicientes, eam non tantùm ut abſurdam & erroneam, ſed & legibus prohibitam, religioniq; noſtræ contrariam rejiciunt, dictirantes nimirum, cùm non minùs aſtra, quàm cæteræ res naturales omnes, ad totius univerſi ornamentum, hominumq; ſalutem & emolumentum, minimè verò eorundem perniciem ac detrimentum, à Deo M. O. condita ſint, ut *ex cap. 1. Geneſ.* patet, idcircò abſurdum non minus, quàm impium videri ſtatuere, maleficum & venenatum quippiam ſydera corporibus inferioribus inferre poſſe. Quid enim mali quæſo (inquiunt) illis præclariſſimis naturæ corporibus? quid damni, ab ipſo univerſo Naturæ Autore, per hæc auguſtiſſima corpora, ſive per ſuos, tanto tàmque admirabili ordine digeſtiſſimos regulatiſſimosque motus, ſive per ſua fulgentiſſima, ſaluberrimaque, ac vitæ mortalium omnium accommodatiſſima lumina? quid (dicunt) pernicioſi, quid exitij; quid contumeliæ nobis per ☉ & ☽, per fixa aut erratica ſydera, contingere unquam poteſt. Firmamentum *Ariſt. 8 Phyſic.* Cor univerſi orbis dixit. Et *in 12. divin.* Omnium quæ cernuntur, firmamentum maximè divinum pronũciavit: nec non *in lib. 1. de cœlo*, Cœlum eſſe locum & habitationem Deorum tradidit. Si igitur juxtà Philoſophi hujus opinionem, firmamentum eſt orbis univerſi præſtantiſſima pars, ſi cor eſt, ſi quid divinum, ſi Deorum habitaculum; nonnè quemadmodum Cor in animali fons illius virtutis eſt, quâ animalis integritas ac perfectio conſervatur, morborumque invadentium inſultus propulſatur: irà exiſtimandum erit, cœleſtia quoq; corpora ſtellasq; eorum, quæ intra ipſius cœli amplitudinem continentur, integritatem conſervare, longè autem propulſare & à ſe amoliri ea, quæ orbis totius integritati, & ejus partium incolumitati, adverſari videantur; aliàs ſi id non fieret, fruſtrà omnino Ariſt. cæterique Philoſophi, divinum quid, aut habitationem Deorum, vel cor cœleſtibus corporibus adſcripſiſſent. Præterea ſi ſydera ſeu cœleſtia corpora hæc inferiora regant atque gubernent, gubernare autem nihil ſit aliud, quam dirigere, ordinare, conſervare, incolumitatemque procurare, qui quæſo fieri poterit, ut illa propriæ naturæ quaſi obli-

Digitized by Google

ta, contrariam planè induant naturam, & ſublunaria hæc inficiant, vitient, deſtruant, pervertant ac corrumpant. Jure igitur *Origenes 4. tract. ſuper Matth.* acriter eos damnat, qui ſtellas affirmant maleficas, cum nullam ſtellam D.O.M. creaverit. aliquid maleficij in ſe habentem, quin imò *Jamblichus lib. de myſter.* à ſyderibus omnes bonas vires deſcendere & promanare aſſeruit. Et *Pierius lib. 3. hieroglyph.* ubi de Tauro ſermonem habet, Platonem commendat quod à cœleſti corpore, nihil quicquam mali nobis poſſe demitti crediderit. Undè & *Joan. Picus Mirand. lib. 4. adverſus Aſtrol.* prolixè demonſtravit, à cœleſtibus corporibus non morbos, non mortem, nô denique quicquàm mali contingere poſſe. Et *Chalcidius*, omnes ſtellas ex æquo divinas, & bonitatis excellentiâ præſtantes eſſe, nec maleficas ullas in Cœlo exiſtere ſcripſit. *Averrhoes* quoque verè dixit: qui credit Martem, aut aliud ſydus, quoquo modo diſpoſitum, nocêre corporibus, aliena ab omni philoſophiâ credit. Quæ conſiderans etiam *Valleriola in append. loc. com. ca. 2.* ſtomachoſiùs non nihil in Aſtrologos hiſce verbis invehitur: Certè (inquit) ità eſt, nulla profeſſio Cœlo magis injuria aut inimica, Aſtrologicâ ſuperſtitione ac vanitate; quæ quicquid in infimis vitio materiæ præter naturam evenit, præterq; ordinem, id totum ſyderibus imputat, nec putat illorum ſalvam dignitatem, ſi non illis indigniſſima quæq; accepta ferantur, clades, incendia, peſtes, bella, alluviones, &c. quo quid abſurdiùs dici poſſit, non video.

Tandem non deſunt quoq; *argumenta & rationes*, dictam Aſtrologorum aſſertionem impugnantes. *Argumēta contra Aſtrologos 1.* 1. *Si Aſtra actione eſſent malefica, tunc ejuſmodi malignitas illis vel per ſe naturâ ſuâ ineſſet, vel aliundè ijſdem impertiretur. Atqui neutrum eſt. Ergo &c.* Non illud, quia anteà probatum, cunctas res naturales, inter quas & ſydera non poſtremum ſanè obtinent locum, à Deo non niſi bonas imò optimas ac ſalutiferas conditas eſſe. Nec hoc: quia ſi aliundè ipſis impertiretur malignitas, conſequens foret, illa paſſioni, mutationi ac corruptioni obnoxia eſſe. Atqui non ſunt, teſte *Ariſtot. lib. 1. de Cœlo; cap. 1. & 2.* qui à cœleſtibus corporibus omnem paſſibilitatem removet, illaq; vult eſſe, perpetua, ἀμετάβλητα καὶ ἄφθαρτα. Ergo, &c. *2. Argum.* 2. *Præterea ſi conjunctiones & oppoſitiones, maleficiq; Planetarum inter ſe aſpectus in cauſâ forent, maligni alicujus effectus in naturâ, ſequeretur, figurarum ac ſchematum aliquam dari*

actionem (quia ejuſmodi ♂, ☍, △, &c. nihil aliud ſunt quàm figuræ) *Atqui horum nulla datur.* (actione & paſſione non niſi è contrariis in contraria obtingentibus, *teſte Ariſtotel. lib. 1. de ortu.*) *Ergo, &c.* 3.

3. Argum. *Quod conſervat & fovet omnia, ceteriſq; omnibus eſt veluti forma, id minimè deſtruere, aut malignâ aliquâ qualitate corrumpere ea, quæ conſervat, dici poteſt. Aſtra autem & cæleſtia corpora hoc faciunt, teſte Ariſtotel. lib. 1. de cœlo cap. 24. Ergo, &c.*

OPINIO NOSTRA.

Verùm nos hanc Controverſiam dirimentes, dicimus, 1. Deum O.M. quidem, cœlum, ☉, ☽, & reliqua Sydera condidiſſe, eiſque leges certas ac definitas indixiſſe, quibus mundum hunc, & quicquid illius ambitu continetur, adminiſtrent & moderentur: Sed ità tamen, ut ipſe omnibus præſit, & quos illis indidit, ordinatos motus ac vires, aut remoretur, aut acceleret, aut immutet, ſi quandò id vel Majeſtatem ejus deceat, vel ſcelerum noſtrorum infamia poſtulet. Poſſe itaque ipſum, tanquam, liberrimum agens, quando iratus contemtum ſui vult ulciſci, ſydera ità inter ſe cõmiſcere, eorundemq; motus ac vires ita diſponere & variare, ut indè non niſi pravus effectus reſultet, ac vis quædam Aëri inferatur, nec non eidem pernicioſa qualitas imprimatur, quæ inſpiratione poſtea attracta, febrem Peſtilentem cauſare & excitare poſſit. Fuerunt enim aliquando Peſtilentes conſtitutiones, quæ orbem fermè totum aut magnam ejus partem afflixerunt. Cui amabò cauſæ adſcribes, niſi cœleſtibus corporibus? Ab homine enim contagioſo in tot regiones derivari, ridiculum eſſet dicere. Neq; aër in tot locis à manifeſtis cauſis diſponi potuit, cum admodum differant qualitatibus diverſæ regiones. 2 Vel reſpondendum: Sydera ſeu ſtellas dupliciter poſſe conſiderari, vel per ſe, quoad propriam ſuam ſubſtantiam, vel per accidens, quoad nos, ſeu reſpectu noſtri. Priori modo ſtellæ conſideratæ, malignæ neutiquam dici poſſunt, cum nihil mali unquàm ſit in æternis: Poſteriori verò modo, quoad nos, qui effectum earum recipimus, malæ ex accidenti nuncupantur: Qua dicendi ratione uti quoque ſolemus de Sole, ☽, ſolſtitiis, loquentes, cum illa malorum quorundam cauſam eſſe affirmamus, non quod ratione propriæ ipſorum ſubſtantiæ malus ſeu pernicioſus effectus generetur, ſed ratione ſubjecti recipientis. 3. Vel cum *Roderico à Caſtro*

ſtro lib.3.de morb.mulier.cap.3.part. 2. dicendum: Cœleſtes aſpectus non poſitivè, ſed privativè Peſtem inducere, quatenus interdum ſublunares actiones non adjuvant.

CAPUT XV.

De cauſis Peſtis, ſecundùm Medicorum doctrinam & 1. quidem De Externis.

MEdici Phyſici, cauſas Peſtis naturales, communiter diſpeſcunt in duplices: Externas nimirum & Internas. Ad illas referuntur hæc 3 potiſſimùm: Aër ſcilicet, Contagium ac Veneficium. Hæc verò ſubdividuntur in Remotas, quales ſunt Plethora vel Cacochymia, & Propinquas, ipſam nimirum internorum humorum corporis corruptionem ac putredinem. Nos ordine procedentes primò de Externis agemus, alteras Cap.18.conſideraturi.

1. DE AERE.

Auſpicaturi igitur de primâ cauſâ Externâ Peſtis, Aëre ſcilicet, antè omnia ſciendum, cum hominis vita potiſſimum in reſpiratione conſiſtat, nosq; tamdiu vivere dicamur, quàm diu reſpiramus, ad id muneris autem perfectè obeundum, præ cæteris Aëris adminiculo maximoperè indigeamus: idcircò, quamdiu vivens illo puro ἀμιάντῳ, nullâq; ſui parte corrupto fruitur, ſanitatem quoque ejus uſquequaque laudabilem ac perfectam conſiſtere, omnesq; functiones integras atq; illæſas conſervari: contrà verò eodem ἀκαθαρσίᾳ contaminato, vel in ſubſtantia aut qualitate, inſignem aliquam alterationem, mutationem vel corruptionem paſſo, tandemq; halitu ſeu inſpiratione attracto, totam corporis humani Oeconomiam protinùs convelli ac labefactari, actiones omnes ſenſibilitèr corrumpi ac depravari, ſicque profligatâ expulsâque ſanitate, in ejus locum, varia morborum perniciosiſs. genera, agminatim ſeſe ingerere ac ſuccedere, neceſſariò conſequi videtur. Quia igitur extrà controverſiam, ſalubritas Aëris tanquàm ejuſmodi rei, quâ communiter omnes pro conſervandâ vitâ, homines utuntur, teſte *Hipp.de nat.hum.* cauſa exiſtit communis ſanitatis, omnium, idcircò non immeritò quoq; inſalubritas ejuſdem, communium morborum cauſa dicenda erit. In horum autem numerum ac cenſum, cum Peſtem ſuprà retulerimus, eapropter nunc deſpiciendum venit, qua ratione Aër perniciosiſſimam hanc luem inducere valeat. Ad hanc autem rem declarandam,

Digitized by Google

randam, tenendum, Aërem nunquàm lædere aut Peſtem invehere, niſi immutatum valdè ac præter naturam affectum. Mutatio autem hæc provenit vel à ſe ipſo vel ab alio. Prius negatur, nihil enim ſuimet ipſius molitur interitum natura, nec ſimile agit in ſimile, ageret autem tale, ſi idem commutaret ſe ipſum, cum nihil ſimilius ſit, quàm idem ſibi ipſi. Ergò adſtruitur poſterius, ab alio nimirum illam fieri mutationem, quod alienum, adſcribitur vel variis ſyderum conſtellationibus ſeu influxibus, de quibus Cap. anteced. dictum fuit, vel inquinamentis variis putridis ſeu *νόσεροις μίασμασι* ex terrâ vel aquis ſuſcitatis, inque altum elevatis, de quibus mox dicetur. Cum autem Aër dupliciter conſideretur, vel ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum qualitates, idcircò mutatio ejus ſecundum utrumq; quoque fieri poteſt.

1. De mutatione Aëris in qualitate.

Et primò quidem Mutationes *in Qualitate* appellantur, quandò in evidentibus duntaxat qualitatibus ſuis, ſimplicibus vel compoſitis, puta, calore, frigore, humiditate ac ſiccitate. Aër à cauſis manifeſtis, omnibuſque cognitis ita alteratur ac mutatur, ut in una vel altera notabilem patiatur exceſſum. Et hæc mutatio duplici fit modo *1. A locis & regionibus*, veluti ſi regio fuerit in loco concavo vel alto verſus Orientem aut Occidentem, Aquilonem vel Auſtrum, quemadmodum etiam ſi locus obtineat aliquid Sulphuris fœtidi, Nitri, Gypſi &c. is erit ſiccus: vel humidus, ſi ſit propè mare, flumina, ſtagna, paludes, vaporeſque è talibus regionibus calore elevati, continuas in Aëre mutationes pariunt, & ideò morbi, qui in iis eveniunt, proprij ſeu vernaculi ſunt tantùm illi regioni, & Endemij vulgò vocantur, ut ſuprà Cap. 4. diximus. 2. *A temporibus Anni*, quandò nimirum illa propriam ſuam temperiem & conſtitutionem minimè ſervant, aut tempeſtivè ſibi mutuò ſuccedunt, ſed invicem quaſi transmutantur, & unum alterius naturam induit, ut ſi hyems ſit calida & ſicca, æſtas frigida & humida, Autumnus veris, & ver Autumni conditionem gerit: vel ſi præter naturæ legem in ſingula anni tempora, inſignes frigoris, caloris aut madoris mutationes incidant; inprimis verò, ſi hyems vim ſuam algioſam non exerat, verque jugiter tepeat, atque Aëris conſtitutio, toto ferè anno à prægreſſis nebulis & pluviis, Auſtrina, id eſt, calida & humida appareat, indè enim in corporibus præ-

Digitized by Google

præſertim diſpoſitis,inſigni humorum inductâ corruptelâ ac putrilagine,non ſolùm varia ac πολυδαίδαλα morborum genera ſoboleſcere, verùm Peſtem quoq; ipſam ſuboriri ac procreari poſſe, ſummorum in arte noſtra Coryphæorum, Hippocr. & Gal. luculento confirmatur teſtimon. *Hippoc.* enim *3. Epid.* ſcribit, aliquandò poſt diutinas pluvias, ingentem ſubortam fuiſſe Peſtem, totam civitatem Abaton, pervaſtantem, cujus ſævitiâ nonnullis inhabitantibus, pedes ac brachia, facta fuerint decidua. *Idem* reſtatur *2. Epidem.* ſuo tempore ex auſtrinæ conſtirutionis Aëris dominatu in Cranone, primùm ichores & puſtulas multas, poſteà & carbunculos ſub pullulaſſe. Et *Gal. 1. de Temp cap. 4.* inquit, Annum plus juſto humidum, Peſtis eſſe prænuncium. Undè Ariſtot. 4. Meteoror. nimiam humiditatem, matrem putredinis appellat. Et *Gal. lib. 1. de differ. febr. cap. 4.* ejuſmodi calidam & humidam intemperiem Aëris, neceſſariò Peſtem ingenerare, docet his verbis: ἐπειδὰν ἡ κατὰ τ̃ ἀέρα κρᾶσις ἀμέτρως ἐκτραπῆ τῦ κατὰ φύσιν ἐς ὑγρότητα τε καὶ θερμότητα, λοιμώδη ἀνάγκη γίνεσθ νοσήματα. Idem etiam comprobant aliorum probatiſſimorum hiſtoricorum ſcripta & monumenta. *1. Bonfinius* enim *decad. 1. lib. 8.* refert, Anno 589. regnante Mauritio Imp. ad anni oppidò pluvioſi & auſtrini conſtitutionem, plurimas aquarum inundationes ſecum afferentem, ſecutam fuiſſe in Italiâ magnam Peſtem, cujus tamen ſævitia Romæ major, quàm in aliis locis extiterit. 2. Sic *Wagnerus in Chron. ſuâ*, & *Sigebertus Centur. 8.* tradunt, An. 801. ſub imperio Irenes, Imperatricis Conſtantinopolitanæ, à prægreſſo Aëris humidiſſimi dominatu, invaluiſſe graviſſimam Peſtilentiam, quæ non contemnendum hominum numerum in Galliâ & Germaniâ, præcipuè verò juxtà Rheni tractum abſtulerit. 3. *S. Eparchius Egoliſmenſis, Monachus in vitâ Caroli Magni*, meminit etiam Contagij peſtilentis, ob prægreſſam temporis hyberni mollitiem exorti. 4. *Crentzheimius* autor eſt, Anno 1221. à Paſchatis feſto uſque in Autumni tempus, humidam & pluvioſam valdè viguiſſe tempeſtatem, quam mox exceperit peſtis triennalis. 5. Simile legitur in hiſtoria Friderici II. Imp. Anno 1227. ob continuas pluvias, non ſolùm Romæ Tyberim excreviſſe, verùm etiam Peſtem horrendam excitatam fuiſſe, à qua vix decimus quiſq; evaſerit. 6. *Funccius in Chronol.* memorat, anno 1315. per totam æſtatem, Aërem continuis plu-

Digitized by Google

vijs maduiſſe, undè ſecuta Peſtis & fames, tertiam partem viventium demetentes. 7. *Frodoardus in Chron. ſuo Francico.* Anno 1320. propter pluviarum abundantiam Aëre corrupto, hominum & boum Peſtis, ità longè lateque graſſata eſt, ut vix ulla pars regni Francici ab hâc lue immunis eſſet. 8. *Spangenbergius in Chron. ſuâ*, ut & *Pomarius & Enzelius* teſtantur, Regnante Sigiſmundo Imp. anno 1427. hyemis temperiem adeò humentem ac tepidam fuiſſe, ut circa diem Nicolai, 6. Decemb. nonnullæ arbores, inter quas Perſica imprimis fuit frondeſcere, ſeq; in flores induere, nec non Cyanus in agris, aliique flores coronarij paſſim in viridariis progerminare ac reviteſcere viſi fuerint, ſed ſequenti æſtate, invaluiſſe Peſtem truculentam, multa mortalium millia depaſcentem. Ex his igitur apparet; Aëris ſeu cœli ſtatum ad nimiam humiditatem & caliditatem inclinantem, inter reliquos omnes & graviſſ. & pernicioſiſſ. eſſe, quippè qui ſuâ humiditate corporis humores adauget, & adauctos poſteà ad concipiendam putredinis labem diſponit, ex quibus tandem ità corruptis ac putrefactis, accedentibus juvantibusque aliis cauſis, maligni peſtilenteſq; morbi ſubnaſci ac generari poſſunt. *Fernel. lib. 2. de abditis cap. 12. teſtatur*, nonnunquam hyeme mediâ cepiſſe Peſtem, æſtate ſolutam, ſæpèquè ardentes æſtates ab omni Peſte vacuas fuiſſe. *Radzivilius Princeps in ſuo libro de itinere terræ ſanctæ pag. 161.* Primo anno (inquit) leviter immeat Peſtis, cum Sol ingreditur ♎, enixè autem ſævit in menſe Decembri, Januario, & Februario, cum Sol ſignum ♌ ingreditur. Siccitatem verò Aeris quod attinet immmoderatam, licet *Livius lib. 1. Dec. 4.* memoret, ob nimium ſquallorem, Romæ aliquandò Peſtem excitatam fuiſſe, quod nimirum eo anno, ob pluviarum defectum, ſiccitate plurimum laboratum fuerit. Illam tamen per ſe ſolam ad Peſtis generationem minimè aptam cenſemus, ſed per accidens tantùm, quatenus ſcilicet vel ob aſſatum ſangvinem, cæteroſque humores aduſtos, obſtructiones varias inducit, ad quas putredo conſequitur, vel quatenus illi ſiccitati fames ingens ac victualium penuria conjungitur, undè ex inſolito, ac putrilagine conſperſo nutricatu, quo tunc homines, neceſſitate coacti, veſci ſolent, variis putridis humoribus generatis, poſteà Peſtis oriri poteſt.

2. De

2. De mutatione Aeris in ſubſtantiâ.

Deinde Aer mutationem quoque ſubit *in Subſtantiâ*, quæ quidem nihil aliud eſt, quàm ejuſdem particularis quædam corruptio. Aerem autem corrumpi ſeu corruptioni ſubjectum eſſe dum aſſerimus, ſanè id non de quolibet, ſed de eo tantùm Aere, qui in infimâ regione hæret, & quem inſpiratione attrahimus, volumus intellectum, multò minus verbis hiſce, univerſalem quandam illius, verùm partialem duntaxat corruptionem innuimus. Quia ſi totalem pateretur corruptionem Aer, hæc 2. conſequerentur mala. *Unum*, quod omnes peſtes ex Aere, non ſolùm hominibus cunctis, verùm etiam omni amantium generi, quod inſpirando vitam ducit, indifferentèr forent communes. *Alterum*, quod nec ullus homo, nec animãs, huic Peſti ſupervivere poſſet, quoniam hinc non venenatam tantum naturam indueret Aer, ſed etiam venenum ipſum fieret, quod omnibus animantibus, eundem inſpirantibus, extremam perniciem ac interitum afferret. Partialis ergò duntaxat corruptio ſtatuenda, quâ Aer malignam ac venenatam acquirit naturam, quæ poſtea aptitudinem habet, ſimili modo corruptionem inducendi, ac corporibus diſpoſitis, pernicioſam qualitatem imprimendi, venenumq; vitæ noſtræ adverſiſſimum ingenerandi. Non autem exiſtimãdum, hanc Aeris corruptionem, eſſe qualitas alicujus manifeſtæ intenſionem vel remiſſionem, ſed potiùs intimæ ejus naturæ, propriæque ſubſtantiæ tranſmutationem, quâ aliud quid ab eo, quod erat, factus eſt. Porrò ejuſmodi corruptio duplici modo cauſari poteſt, nimirùm vel dum Aer putreſcit, vel dum is varias pravas ac pernicioſas exhalationes, aliundè elevatas, in ſe ſuſcipit. De utroq; quædam dicemus.

1. De Aeris putredine.

Primò autem hîc quæritur: *Num Aer quoque putreſcere poſſit?* Negat id *Ariſtot. in probl. cap. 1.* nixus hoc ratiocinio. 1. Quod putreſcere debet, refrigerari priùs convenit. Aer autem non poteſt refrigerari, cum plurimum ignis ſecum habeat. Ergo nec puteſcere poteſt. 2. His accedit, quod illa corpora, quæ in perpetuo ſunt motu, & rarò vel nunquam quieſcunt, difficulter putredini ſint ſubjecta, id quod de Aere, utpotè qui ob tenuiſſimam ſuam ſubſtantiam, & ſpiri-

Digitized by Google

talem quandam naturam, rarò ἀμετακίνητος perſiſtat, ſed ventorum flatibus jugiter hinc indè moveatur, pellatur, & agitetur, veriſſimè poſſe affirmari, nullus nō principiis Philoſophicis ac Medicis vel leviter imbutus, fatebitur. Verùm probabilior eſt contraria ſententia.

Affirmatur 1. 1. Quia, juxtà *Ariſtot. 4. Meteor.* omnia naturaliter mixta, (excepto igne) putreſcere poſſunt. At Aër eſt naturale mixtum, Ergo, &c.

2. 2. Præterea, Quæ humidiſſimâ ac calidâ temperie prædita ſunt, illa omnium promptiſſimè putredinem concipere poſſunt. Talis autem eſt Aëris temperies. Ergo, &c. Aerem autem naturâ calidum eſſe, teſtatur *Gal. lib 2. ſimpl. cap. 20.* Et *Ariſt. in lib. de gener. & corr.* Humidiſſimum verò eundem exiſtere, ſvadet 1. ipſa Humidi definitio tradita ab *Ariſtot lib. 2. de gen. & cor. cap. 2.* quod nimirum τὸ ὑγρὸν ſit ἀόριστον οἰκείῳ ὅρῳ, εὐόριστον ὄν. At hoc præ cæteris Elementis Aëri accommodatur. 2. Effectus quoque id comprobat: Videmus enim non ſolùm illa, quæ natura ſua humida ſunt, ut oleum, affluxu Aëris fieri humidiora, verùm etiam, quæ per ſe actu ſicca exiſtunt, vel ignis calore fuere coagulata, ut ſunt vitriolum, myrrha, item omnia ſalia ex vegetabilibus parata, item nonnulla Magiſteria, ut Corallorum, Perlarum, &c. Sacharum item ſeu Sal Saturni, & alia ejuſmodi, Aëri humidiori expoſita, vel in cellis aliiſque locis humidiſſ. aliquamdiu detenta, uvida prorſus fieri, & per deliquium in aquoſum abire liquorem. *Sed dicat hic aliquis.* *Inſtantia.*

Quod habet ſiccandi facultatem, illud humidum dici nequit. At Aër talem facultatem obtinet, quia frequenter experimur, aërem ſuo afflatu, terram, quam pluviæ humidiſſimam reddiderant, paucarum horarum ſpacio iterum exiccare. *Reſp.* hoc facere Aërem non per ſe, ſed κατὰ συμβεβηκός, interdum interdum quidem vi peregrini frigoris, quo ſtringit & partes humidas exprimit, nonnunquam vi caloris, quo ex humidis corporibus, halitum evocat, eiq; viam pandit, cujus egreſſum ſiccitas ſequitur.

3. 3. Aërem putreſcere poſſe, confirmat quoque *Zoar. cap. 4. juxtà finem*, Scias (inquit) quod aer calidus & humidus, paratior eſt omni alio ad ſuſcipiendam putredinem. Et *Averrhoes 3. Theyſir. tract. 3.* ponit 2. genera putredinis Aeris, unum ex vaporibus, aliud in ſubſtantia propria.

4. 4. Tandem & experientia teſtatum fecit, Aerem in terræ ſpecubus, antris, vel aliis in locis longo tempore concluſum nec difflatum, omninò computriſſe, & ex ſe peſtilentes halitus diffudiſſe, qui inſpiratio-

Digitized by Google

rationem attracti ab aliis, Peſtem graviſſimam intulerint. Anno enim Chriſti 162. referente *Cardano lib. 2. de ſubtil. Ammiano Marcellino, & Ioan. Rsolano lib. 2. meth. cap. 19* à militibus, poſt direptum templum in Seleucia, urna quædam lõgiſſimo tempore concluſa, aperta fuit, ex qua aer totus putrefactus ac venenatus erumpens, horribilem excitavit Peſtem, tertiam ferè hominum partem proſternentem. Ità in Babylonia, quædam miræ vetuſtatis arca in templo Apollinis adaperta fuit, ex qua tam perniciofus halitus expiravit, ut exindè Peſtis ad Parthos uſque immaniſſimè graſſans ſit ſubſecuta, quémadmodum teſtantur *Julius Capitolinus in L. Vero: Gal. lib. 3. de præſ. & pulſ. cap. 3. & de morb. Epid. lib. 6. cap. 29 Et Baronius in Tom 2. Annal. Eccleſ.* Ità *Albertus Magnus* refert, olim Paduæ puteum diu concluſum, retectum fuiſſe, qui peſtilenti aurâ plurimos interemit. *Vidus Vidius* etiam *Medic. part. 2. ſect. 2 lib. 1. cap. 11.* de quodam puteo refert Florentiæ, fimi fæcibus ac ſordibus oppleto, in quem cum aliquando puer, gladium fortè in illum cadentem, extracturus deſcẽdiſſet, ſtatim eum mortuum concidiſſe, ob venenatum vaporem expirantem, vide & *Agricolam in lib. Metall.* de quibuſdam fodinis venenatam auram emittentibus.

Aeris autem hæc putredo naſcitur ſeu inducitur interdum ex diuturnâ conſtitutione ejus calida & humida, de qua antè diximus, interdum verò ex ſuſceptis exhalationibus putridis ac corruptis, diuque in eo retentis, de quibus paulo pôſt. *Aeris putredo unde.*

2. De exhalationibus putridis ac viroſis, Aeri aliundè communicatis.

Mercurialis negat Aerem venenoſum fieri poſſe, & exiſtimat ſi tantillum veneni Aer haberet, omnia animalia & præcipuè hominem periclitaturum, cum copioſiſſimè ab omnibus attrahatur. Et tamen concedit facere aërem ad generationem veneni peſtilis, quatenus corporibus præparatis inducit quendam calorem præternaturalem, animali inimicum, qui calorem nativum oppugnet. Verùm licet non negemus, Aerem præſertim cal. & hum. ad inſignem humorum corruptionem plurimum facere: tamen non ſemper ab Aere demum in corpore gigni venena, docet repentina mors eorum, qui in peſte ſubitò moriuntur, quæ ſane provenit ab attracto per inſpirationem Aere venenato. Neque neceſſarium eſt, ut totus Aer ſit vena-

nenatus, alias enim vix quiſquam immunis, & ſalvus in eo vivere poſſet, ſed ſufficit, ſi venenatis vaporibus hinc inde inquinatus ſit.

Deindè Aëris quoque ſubſtantiam corrumpi poſſe diximus, à variis inquinamentis malignis, & venenatis putridisq; exhalationibus, aliundè eidem communicatis, quâ ratione Aër non ſimplex ampliùs Elementum, ſed quodammodò imperfectè mixtum efficitur, eòq; putredini quoque ſubjicitur, ità ut inſtar reliquorum putridorum nō ſolùm ad conſervationem corporis noſtri ampliùs aptus non ſit, ſed ſi fortè iidem vapores, illi, quos intrà ſe recepit, putridi ac venenati exiſtant, ipſe etiam veneni naturam acquirat, ut jàm non modò inutilis, ſed & malignus, ac perniciosus: *νοσερὰς ἀποκρίσεις* in ſe contineat. Sciendum autem, ejuſmodi pravas, putridas & exitioſas exhalationes à ſublunaribus corporibus elevatas, non per ſimplicem aliquam putredinem, fætorem aut corruptionem, aëri communicatam, Peſtem invehere, alioquin ad nullam non latrinarum ſeu cloacarum, utpotè quæ omnis generis ſordes recipiunt, & quarum fætore & qualitate corruptibili, nihil abominabilius eſſe poteſt, expurgationem, Peſtis ſemper excitaretur, nec non omni Apoſtematum ſuppuratorum, puri fætidiſſimo & ſordidiſſimo, putridis ſuis vaporibus aërem vicinum contaminare apto, Peſtis ſeminaria abſcondita ineſſe dicerentur: Sed inſuper quoque *ἀποῤῥοίαν* ſingularis cujuſdam venenatæ, totoque genere deleteriæ qualitatis requiri. Id quod præclarè innuere viſus eſt *Quercetanus, in Alexic. cap. 6.* in hunc modum eruditè ſcribens: Quocirca vera Peſtis cauſa efficiens, ſimplici corruptioni adſcribi nec debet nec poteſt, ſed ſoli corruptioni venenatæ, ac mortiferæ, vel ſi dicere malis, corruptioni concomitatæ ſpiritibus venenatis malignis Arſenicalibus, Napellinis, ac in ſummâ talibus, qui ſalutaribus ac vitali nectare plenis ſpiritibus naturalibus è diametro adverſantur, hi namque ſpiritus, ut ſimile ſimili, ob ſubtilitatem ſuam ac tenuitatem ſummam, ipſi quoque aëri facilè ac perfectè miſcentur. Aër verò inſpiratione interiora ſubiens, &c. Porrò ut propiùs ad rem ipſam accedamus, tenendum, vel ab Elementis, vel ab Elementatis ſeu mixtis, ſpargi & diffundi poſſe ejuſmodi exhalationes, Aërem inficientes & corrumpentes. Elementa ſunt: Terra & Aqua. Elementata verò, varia corpora mixta. *1. Terram* quod attinet, ab illa poſſunt exurgere vel eleva- *1. à Terra exhalationes.*

levari maligni vapores, vel ratione ipſius ſitus, vel Ratione contentorum. *Situm* quod attinet, ille quidem varius ac multiplex eſſe poteſt, is tamen hîc præcipuè intelligendus venit, qui eſt in valle, utpotè ſingulari proprietate præditus, aërem contaminandi, idq; ratione ἀντιπεριστάσεως montium, cum Aër à ventis, radiisq; ſolaribus benè purgari ac difflari nequeat. *Contenta Terra* quod ſpectat, illa ſunt vel metella venenata, vel ſepulcra, cloacæ, fimus, ſordes, hiatus, foveæ, ſpecus ſubterranei, & alia hujuſmodi Mephitim & venenoſitatem ſpirantia. Sic in agro Neapolitano temporibus Arnoldi Villanov. lib. 4. cap. 36. ut ipſe refert, mons diſruptus fuit ferax ſerpentum & plenus monſtrorum unde halitus tàm peſtifer exhalavit, ut incolas iſtius loci catervatim trucidaverit. Ex his enim exhalationes, vapores, fumi, atq; fætores, peculiari conditione maligni, excitati, Aërem ità interdum alterant, immutant, ac vitiant, ut aut κατὰ μέρος in corruptionem ac putredinem abeat, eâq; putredine ſuâ, vel extrà vel intrà hominis corpus, Peſtilentis veneni, aut ejus antecedentium cauſarum, procatarctica cauſa ſit; aut certè, etſi non putreſcat, tamen λοιμώδη ποιότητα, σπέρματα τοῦ λοιμοῦ in ſe emanantia concipiat, per multos ſæpè menſes duratura, & longè lateque ſe propagantia. Non autem hic ſibi imaginandum, quaſi in certo tantùm Aëris loco, ſeminarium illud contagionis immotum hæreat, & quaſi in arce quâdam reſideat, ſed potiùs perpendere oportet malignitatis hujus vim & efficaciam maximam, ità quidem, ut aptum ſit brevi tempore, per longiſſimum ſpacium ſeſe extendere, ac ſeſe hâc ratione per Aërem propagare ac multiplicare, ſicut Gal. de Scorpionis veneno diſputat, quomodo illud non ſine ſummâ admiratione pauciſſimis horis totum corpus celerrimè peragret, ſuæque labis veſtigium poſt ſe relinquat, etiamſi mole ſuâ vix ac ne vix quidem in ſenſus incurrat. Porrò quod modò diximus de exhalationibus ac vaporibus, ex mineralium corporibus venenatis vel ſpecubus ſubterraneis elevatis, id quoque intelligendum, de malignis ac peſtiferis halitibus ſæpè longo tempore ſub imâ tellure retetis, aut in meditullio ejus genitis, quos reſeratis ſuis penetralibus, terra poſteà, violento ac formidabili motu excutit, ut Anno V. C. 217. Romæ factum, ubi Coſſ. M. Corn. Magalinenſi, & L. Papyrio Craſſo exortus ingens terræ motus, paulò poſt, ingenti Peſtilentiæ cauſam præbuit.

Ratione, Situs.

Ratione Contentorum.

Peſtis à Terræ motu.

buit. Et *Georgius Agricola lib. 1. de Peſte* teſtatur, Anno 618. & 1360. cum in Germaniâ, terræ motus, multa oppida, pluresque arces ad Rhenum ſitas, labefactaſſet, ſecutam fuiſſe ſtatim peſtem graviſſimam, Quod & *Platina* notavit, Anno nimirum 1232. ad ingentem quendam terræ motum, ſecutam fuiſſe Peſtem, tantam cladem humano generi inferentem, ut ex decem vix unus ſuperſtes fuerit. Et *Quercetanus in Alexic. cap. 5.* Anno 1584. 1. die Martij, terram adeò cõcuſſam fuiſſe ſcribit, ut præ ingenti turrium quaſſatione ac quodammodò vibratione, ſuſpenſæ in ipſarum ſummitatibus campanæ reſonarent quamplurimæ, quem terræ motum paucis annis pòſt, tanta fames ac Peſtis in diverſis Climatibus ac regionibus, mortales invaſit, ut nihil miſerabilius ſub ſole conſpici potuerit. Et *Joannes Henneman Reyſing* quoque in Idea Loimode tradit, ſe aliquandò Baſileæ tantam Peſtem graſſatam vidiſſe, ortam ex terræ motu, qui Arſenicales ventos, ac vapores, aerem & conſequenter ſpiritus ac humores cordis corrumpentes & putreſcentes eructarit.

2. ab Aquâ evaporationes. 2. Deindè ab *Aquâ* quoq;, præſertim graveolenti ac fætidâ, varii quoq; putridi excitari poſſunt vapores, qui aëri communicati, diuque ei inhærentes, illius ſubſtantiam adeò immutare ac pervertere queunt, ut corruptâ ſeu putrefactâ, tandem contagem peſtiferam inferat. Notandum autem aquam triplici ratione corrumpi poſſe. 1. Propter deficientem ejus motum, ſeu quietem perpetuam. Undè *Avenzoar lib. 3. cap. 2.* Aquæ mortuæ (inquit) quæ non moventur, & fæcibus replentur, illæ putreſcunt & fætent, & ſunt cauſa corruptionis aëris & peſtilentiæ, quod confirmat quoque *Ovidius* dicens: *Et vitium capiunt ni moveantur aquæ.* Undè *Montanus* ſcribit, propè Famaguſtam in Cypro, lacum eſſe, qui æſtatis tempore putreſcit, ac cauſa exiſtit, quod aër putreſcat, undè febres peſtilentes fiant, quibus multi intereunt. *Aqua tripliciter corrumpitur. 1.*

2. 2. Propter cadavera variorum animalium, & plantas graveolentes in eam projectas, undè *Auguſtinus lib. 3. de civit Dei cap 3. Oroſius lib. 5. cap. 8. Sabellicus lib. 9. Ennead. 5. & Livius lib 9.* annotavit, aliquandò ingentem locuſtarum multitudinem, poſtquàm fructus, folia & cortices arborum depaſtæ fuiſſent in Africâ, violento ventorum turbine in mare fuiſſe dejectam. Quibus poſtmodum mortuis, & ad littora propulſis ac putrefactis, tantam quoq; ſubſecutam fuiſſe aquarum putrefactionem, ut brevi poſt univerſus

Digitized by Google

putrefactionem, ut brevi poſt univerſus indè inficeretur aer, ac tantam ſecum induceret Peſtem, ut in ſolo Maſiniſſæ regno, 800000. (alii ſcribunt 1100000.) in maritimis verò propè Carthaginem & Uticam oris 200000. & Uticæ juniorum militum 20000. perierint. Eandem Peſtem deſcripſit quoq; *Eutropius*, qui prætereà adjungit, quod unâ die per unicã portam ex urbe Uticâ, ſupra 1500. cadavera elata fuerint ad ſepulturã. Simile exemplum Peſtis deſcribitur à *D. Hieronymo in Joelem Proph.* Tempore (inquit) Theodoſij Imp. in Judæa tanta locuſtarum apparuit copia, ut totam contegerent regionem, illamq; inſigniter perderent. Supplices autem facti Chriſtiani Deo, ut populo ſuo clementer parceret ingẽs procella exorta eſt, quæ univerſam illam locuſtarum multitudinem in mare tranſportavit, easque ſuffocavit. Poſtmodum autem ejectæ in littus, putrefactæ ſunt omnes, ex qua putredine ita aër infectus fuit, ut cauſam graviſſimæ dederit peſtilentiæ. Quod idem anno 1478. Galliæ Ciſalp. cõtigiſſe, ſcribit *Agric. lib. 1. de Peſte.* A quo parùm abit *Joan. Wolffius, Centen. 16. lection. mem.* tradẽs, an. 1527. univerſam Galliam, maximè verò Lotharingiam & terras vicinas Germanorum invaſiſſe innumerabiles beſtias ac vermes, locuſtis ſimiles, multum tamen his grandiores, quæ proceſſere per terras univerſæ Galliæ uſq; ad Oceanum Britannicum, ubi per vim ventorum disjecti & in profundo maris ſubmerſi fuerint. Poſteà verò illis ad littora rejectis & putrefactis, ingentem enatam eſſe Peſtem, quæ credita fuit, tertiam hominum partem abſumſiſſe. Quam hiſtoriam etiam deſcribit *Joan. Cuſpinianus in vitâ Ludovici II. Imp.* Sic *Michael Saxo in 2. parte Chron. Cæſar.* ex Martini Chron. refert. Anno 582. ſub Tyberio Imp. Rom. & Pelagio Papa, ex accreſcente Tyberi Romæ, ab eoq; relictis in littore, Draconis ingentis, multarumque viperarum, ſerpentem, aliorumque inſectorum cadaveribus, obortam putredinem, aërem ita inquinaſſe, ut generationi Peſti teterrimæ, quæ & ipſum Papam ſuſtulit, occaſionem præbuerit. Quod idem ab *eodem Autore* quoque memoratur eveniſſe, Anno 591. ſub Mauritio Imp. & Anno 690. ſub Juſtiniani imperio, ſimili modo, ut dictum, variæ quoq; plantæ graviter olentes; ut braſſica, ſambucus, taxus, ſabina, linum, cannabis, cotula fœtida &c. diu aquis immerſa jacentia, & tandem putreſcentia, Aëri varia *μιάσματα* ſeu inquinamenta, gravi veneno obſita, infundere poſ-

Digitized by Google

ſunt. Undè & *Augenius lib.1. de Peſte cap. 12.* Aquæ paludoſæ & ſtagnantes, maximè verò eæ, quæ ſerviunt macerationi pellium, lini, cannabis &c. creduntur propter evaporationem putridam, plurimũ conferre ad generationem Peſtis. Et *Avicenna* tractans de cauſis corruptionis in genere, tandem hanc quoque ſubjungit: Ex lino videlicet vel cannabe, in ſtagnantibus aquis putreſcentibus, tantum Aëri ſæpè communicari fœtorem, & tantam in eum diſſeminari putrilaginem, ut talibus in locis hanc ſolam ob cauſam Peſtis non rarò graſſetur.
3. Propter piſces in eâ mortuos. Cujus rei Exemplum affert *Joan. Wolffius Tom. 1. Lect. memorab. Centen 10.* Anno 994. (inquit) inclementiſſima fuit bruma, ab initio Nov. uſque ad Majum perdurans. In fine Januar. lacus & flumina, tàm ſtrictâ congelarunt glacie, ut eorum piſces omnes fuerint emortui. Subſecuta poſteà fuit ex fœtore eorum atrociſſima Peſtis & fames, adeò graſſata in miſeros mortales, ut plurimas ædes incolis orbaverint. Ita *Andreas Angelus in Annal. Brandenb.* ex Georgio Fabricio citat, Anno 999. tàm intenſiſſimum æſtum fuiſſe, omnia flumina exiccantem, ut ex aquarum defectu, ingens piſcium numerus emortuus fuerit, quorum putredo ac fœtor poſtea, aëre corrupto, ingentem Peſtem importârit. *Ambroſius Paræus lib. de Peſte, cap. 3. & G. Agricola de Peſte lib. 1.* Noſtrâ (dicunt) memoriâ, non longè à Graviſcis, balena in littore Thuſco putrefacta, teterrimo odore tàm validè Aërem corrupit, ut in ejus accolas Peſtilentia ingrueret. *Foreſtus quoque lib. 6. obſ. 9. in ſchol.* ſcribit, ſe ipſum obſervaſſe & vidiſſe, cum aliquando ex genere cetorum, piſcis, ingentis magnitudinis, atque portentoſæ molis, longitudine 28. ulnas explens, & latitudine 14. ab Oceano ad littus propè Egmondam, demiſſus eſſet, nec in alveum maris denuò poſſet aſcendere, cum vivum adhuc, ſuper terram ſiccam manentem, tandem mortuum fuiſſe. At poſteà, eo ità mortuo in littore manente, putredinemque ex ſe emittente, non diu poſt Peſtem ſubſecutam fuiſſe, pagum Egmondanum maritimum & vicinum invadentem, ac plurimos incolarum interimentem.

2. *Deindè* quoque λοιμικαὶ ἀποῤῥοίαι, ſeu evaporationes putridæ ac malignæ, excitari Aërique communicari poſſunt *ab Elementatis*, ſeu corporibus mixtis, quæ ſunt *vel imperfectè mixta*: ut pluviæ continuæ, nebulæ craſſæ ac fœtidæ, vẽti Auſtrini, terræ motus, Chaſmata, aliaque ejuſmodi Φαινόμενα, de qui- *Exhalationes à Mixtis corporibus.*

quibus paulò ante diximus: *vel perfectè mixta*, eaque *vel irrationalia*, ut ſunt variorum animalium, tùm aquatilium, tùm terreſtrium cadavera, inhumata ſuper terram vel in aquis relicta, ac in rabum diffluentia, quorum modò à nobis facta fuit mentio: *vel rationalia*, ut ſunt homines, qui vel vivi per contagia veſtium, halituum & inſenſilis trāſpirationis, hanc *νοσερὰν ἀπόκρισιν* alio afferunt, de quo ſequenti agemus capite, vel mortui, quando ſcilicet non ſepeliuntur, ut in ingentibus præliis, ubi ſæpè aliquot millia mactantur, & crudeli Marti immolantur, accidiſſe compertum fuit, tunc enim ſi corpora interfectorum, confeſtim debitæ ſepulturæ non mandentur, ſed neglectim abjecta, longo tempore ſub aperto dio inhumata relinquantur, facilè fit, ut illa inſignem corruptionem ac putredinem concipientia, per Aëris ſubſtantiam, varia morbida, putrida ac venenata inquinamenta, ſpargant ac diffundant, quæ poſtea ab hominibus, halitu unâ cum Aëre attracta & ſpiritibus vitalibus permixta, luem Peſtilentem, alioſque malignos ac perniciosos morbos ingenerent ac propagent. Undè *Diodorus Siculus* in deſcriptione Peſtis Carthaginenſis affirmat, contagij illius malum, verum ac ſubitaneum quoque incrementum ſumpſiſſe à fætidis exhalationibus, tùm cadaverum, ſepulturâ carentium, tùm lacuum maritimorum. Et *Alexandrinus lib. 6. de Bello Punico*. Strages (inquit) ipſis aderat multa, & magno dolore cōjuncta, verſantibus cum fætidis & putridis corporibus. Et *Joan. Cuſpinianus in vitâ Henrici I. Imp.* Ex immenſo (ait) exercitu, qui 3. penè milliaria occuparat, exq; cæſorum cadaveribus ſæviſſima ſublata Peſtis undique graſſabatur. Quod confirmat etiam *Lucanus lib. 6.* ita canens: *Corpora tùm ſolvit tabes & digerit artus. Traxit iners cælum fluidæ contagia Peſtis, &c.* Et Ovidius 7. Metamorph. *Corpora fæda jacent, vitiantur odoribus auræ.* Vide & de hac re *Ætium tetrab. 2 ſect. 1. cap. 49. & Æginetam lib. 2. ca. 3.*

Appendix hujus Capitis.

In quâ ſingularis opinio de Peſte proponitur.

VErùm pro Capitis hujus Appendice, iſtud adhuc diligenter obſervetur, nos, quæ hactenus prolixo ſermone, de Aëre, ejuſque corruptione diximus, licet ea reverà ſic ſe habere prorſus non diffiteamur, ſed ultrò largiamur, non rarò Peſtiferam luem, ex aëre, varias, cum à ſuperioribus, tùm ab inferioribus quoq; corporibus, mu-

 tario-

Digitized by Google

tationes atque alterationes paſſo, proficiſci, attamen nec hoc quoq; planè ἄλογον ſeu abſurdum eſſe ſtatuere, nimirum non quamcunq; Peſtem ſemper immediatè ab ipſa aëris dependere corruptela, ſed illam ut plurimùm in certa aliquâ mundi plagâ conſiſtere, ſemperque modò in hujus modò in illius Climatis hominum corporibus inhærere, & ſic per contagionem, aëre licet puriſſ. exiſtẽte, paulatim de unâ regione ac provinciâ in aliam, & ab hac ad illam, ab illa rurſus ad aliam provinciam, orbem, vicum, oppida, pagum &c. transferri ac propagari, non aliter atq; ſcabiem, leprã, luem Gallicam & id genus alios morbos contagioſos (quorum tamen ὑπάρξις minimè in aëre ſtabulatur) in plures diffundi & propagari videmus, undè veriſimile, nullum fere annum ſe circumagere ſeu præterire, quo non ſemper in mundo vigeat aliqua Peſtis, ſi non in Europa, certè vel in Aſia, vel in Africa, aut ſi nec in his, ſanè vel apud extremos Indos aut Antipodas, adeò ut nunquam hunc contagioſiſſimum morbum in toto mundo prorſus deletum aut extinctum eſſe putandum ſit. Et ſanè hac in opinione ὁμόψηφον habemus, conſummatiſſimum illum Medicum, ſummumque Philoſophum Dn. Felicem Platerum, olim Præceptorem noſtrum honorandum, nunc ἐν τοῖς ἁγίοις, qui in lib. de febr. curat. elegantiſſimè hunc in modum ſcribit ac prædicta confirmat: Veriſimile videtur, Peſtis hoc venenum, quemadmodum & reliqua venena in corporibus certis, ab initio mundi innata, inhærent: ſic & illud non tantùm hominum quibuſdam corporibus, qui jam Peſte ægrotant, ſed & aliorum, nondum febricitantium, & veſtium quoque, aliisvè quibuſcunque clandeſtinis ineſſe, & illic ſubſiſtere poſſe, & de corpore in corpus, non ſolùm mutuo contactu, ſed & inter medio aëris, corpora hæc intervenientis, & venenata illa ſemina ab uno ſuſcipientis, & in aliud derivantis, transferri. Et proin affirmare hoc non veremur, ſeminaria peſtis ut & alia venena, in aliqua mundi plagâ ſemper in quibuſdam corporibus reſidere, ab eaque in alia loca, eo modo, ut dictum propagari, ut non neceſſe ſit, eo nomine, quia interdum nihil de eâ, ubi vigeat, audimus, quaſi penitus extincta & è mundo ſublata ſit, eam cum redit, in aëre de novo genitam indeque dilapſam ſtatuere, licet aërem maligna quoque qualitate imbui, & cum eo corpora ſubire poſſe, non negemus. Hactenus Platerus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVI.

De 2. cauſa Externa Peſtis, ſc. CONTAGIO.

EXpeditâ, primâ cauſâ Peſtis externâ, quam Aeris vitium ſeu corruptionem eſſe diximus, nunc ad alteram accedimus, *Contagium* nimirum, quo contactu corporum naturalium venenata iſta lues in plurimos diſpergitur ac propagatur. Nõ enim omnem, quam alicui videmus graſſari peſtem, primariò ab aëris vitiatâ naturâ ſeu ſubſtantiâ, ortum duxiſſe credendum, ſed potiùs ſtatuendum, Contagium aliquod aliundè delatum, & primò vix uni atque alteri communicatũ, tandem ità ſe diſſeminaſſe, & paulatim ab uno in plures ſe diffudiſſe, ut jam toti Alicubi regioni vel oppido Epidemium evaſerit. Ad contagioſum a. aliquem morbũ, qualis imprimis peſtis habetur, inferẽdum, non ſufficit ſolùm adeſſe cõtactum, ſed inſuper quoq; requiritur, ut quæ ſe mutuò contangunt, utraque in eodem communicent morbo. Nam quem ſcorpionis, Aſpidis, viperæ vel alterius cujuſdam venenoſi animantis ictus ità intoxicaverit, ut indè malè habeat ac ægrotet, eum ex tali læſione, contagioſum cõtraxiſſe morbum, nemo ſanè dixerit. Et quamvis non inficiemur, ſcorpio & ſerpentibus dictis, acutum penetrantiſſimumque ineſſe venenum, vi ác facultate peculiari, ad alios quàm celerrimè interimendos, inſtructum, ipſos tamẽ venenatos aut veneno interno laborare, minùs rectè dicimus, ſiquidem id quod ejaculantur, & quo mortem aliis inferunt, nõ ſibi ipſis venenum exiſtit, naturam illorum corrumpens ſeu pervertens, cũ promerâ vel alimentariâ vel excremẽtitia ſuperfluitate ſit habendum: ſed illud aliorum duntaxat corporibus, per ſe omnis aliàs interni veneni expertibus, exitium atq; perniciem machinatur. E contra verò à rabido cane morſum, & rabidum quoque factum, rectè contagioſo infectum eſſe morbo fatemur, quia rabies illa in utroq; tàm homine quàm cane reperitur, hæcque ab uno ſubjecto in aliud per medium Contagij tranfertur ac propagatur. Porrò *Contagium* à Medicis *duplex* ſtatuitur: Immediatum & Mediatum, hoc ſpiritualem, illud humoralem contactum vocant nonnulli. *Immediatum Contagium* vocatur, quando unum corpus aliud, ſine alterius corporis interpoſitione immediatè contangit, ut ſi quis accubando alteri, vel contrectando alium, eundem tangit, nullo mediante corpore.

Contagiũ duplex.

Immediatum.

Et genus hoc Contagij omnium promptiſſimè aliis communicari aptum eſt, quod Experientia verum comprobat in illis, qui ſcabie, lue venereâ, leprâ, aut alio ſimili contagioſo affectu laborant, hiſce enim, ſi quis ſanus, ſemel tantùm vel bis in eodem loco accumbat, vel crebrâ eorum converſatione utatur, illum videmus facilimè eodem quoque corripi morbo, idemque contagium in ſe ipſum derivare. Quæ cauſa fuit, quod in Veteri Teſtamento, *Levit. cap. 13.* ſummi Jehovæ mandato, fœda ſcabie ſeu lepra deturpati à ſanorum conſortio protinus arcebantur, ne nimirum, qui bona ac inculpatâ corporis valetudine eſſent prædit, morbida hac contagione polluti, de ſtatu integritatis ſuæ decederent.

Mediatū. *Mediatum verò Contagium* illud dicimus, quod mediante ſc. fomite propagatur. Fomes autem id propriè indigitatur, quodcunque τὰ σπέρματα. Contagij in ſe ipſum excipere, excepta diu retinere, & retenta demum aliis communicare poteſt. *Follinus in Amuleto ſuo cap. 8.* contrarium tenet, dicens: Denſitat metallorum contagium non impedit, ſed cauſa eſt, ut idem in ſuperficie corporis, non intimis viſceribus concluſum geſtetur. Frigiditas ferri non habet vim arcendi contagium, nam ſæpè calet æſtivo tempore ferrum, quo maximè Peſtis viget, nec frigus adeo intenſum eſt, ut veluti gelu vapores Peſtiferos poſſit abſumere. Ad id autem, non quævis corpora apta habentur, ſiquidem, quæ valdè dura, denſa, compacta ac ſolida exiſtunt, ut ſunt lapides, æs, aurum, metalla, mineralia, gemmæ, per ſe minimè idonea ſunt, ad ſemina Contagij recipienda. Undè *Mercurialis lib. 1. de Peſte cap. 12.* Ea propter neque ferrum, neque marmor, neque ullum ex metallis poteſt eſſe fomes tùm propter denſitatem, tùm propter frigiditatem, & qui recuſant monetas tractare, certè mihi ſimplices videntur. Hinc meritò eorum ſtultitia deridenda venit, qui meticuloſi, monetas aureas vel argenteas, (ut de quibuſdam Ægypti incolis, *Salomon Schweickerus in Itinere ſuo Conſtantinop.* ſcribit) aliundè ex locis, ob Peſtiferam luem ſuſpectis, allatas, & omni ſæpè externâ ῥυπαρίᾳ ſeu ſpurcitie carentes, contrectare renuunt, putantes nimirum, in earundem vel penitiorem ſubſtantiam occultè ſubintraſſe, vel ſuperficie ſaltem agglutinata hærêre, contagii Peſtilentis ſeminaria, quæ contactu poſteà externo evocata ſeu excitata, tangentem malignè inficere queant. cum tamen ſoliditas ac duritiеs illarum ingens, quà naturaliter

In monetis num Contagiū hærere poſſit.

ter præditæ ſunt, huic actioni quàm maximè obſiſtat, ac adverſetur. Quod confirmat quoque *Eraſmus Hedenus in orat. de Contag. his verbis*: Nullo modo ab Aëre peſtilenti inficiuntur metalla, & quæ ex iis confecta ſunt, ideo nummi, thaleri, aurei & argentei, nullam peſtiferam qualitatem ſuſcipiunt, ab ipſis etiam ægris tractati, nec eſt, cur ab iis, ſibi quis timeat &c. Quod ſi verò aliquis forſan ex contrectatione ejuſmodi monetarum viſus fuerit Peſte correptus, tunc id, non per ſe ac ratione ipſius metalli, ſed per accidens potius, ratione videlicet impuritatis ac ſorditiei, numiſmatibus quibuſdam extrinſecùs adhæreſcentis, vel ratione fortis alicujus imaginationis ſeu terroris, contigiſſe dicendum erit. Undè etiam *Joan. Anton. Sarracenus lib. de Peſte* ſcribit: Etſi nummi aliaq; metalla contagium non ſuſcipiant, tamen ſi fortè à lue peſtiferâ infecto, dum ſudore diffluit, humentve manus, tangantur, ſuſpecta quodammodo eſſe, cum ſint ex eorum genere, quæ ex madore rubiginem contrahere poſſunt, præcipuè verò ſi ſordita & immunda fuerint, tunc enim videri faciliùs illis ex contrectatione aliquid poſſe adhæreſcere. Ex his ergo apparet, ad excipienda inque ſe recondenda Contagij ſeminaria, ſola corpora rara, laxa, mollia, poroſa, ſpongioſa, levia, habere aptitudinem, qualia ſunt, lana, linum, goſſypium, pelles, & quæ ex his conficiuntur, lectuli, ſtragulæ, linteamina, culcitræ, induſia, veſtes, pallia, &c. In cujus rei confirmationem, juvat hîc nonnulla ex probatiſſ. autorum ſcriptis, adducere Exempla. *Fracaſtorius lib. 2. de morb. contag. cap. 7.* & *Joann. Ewichius de officio Magiſtr. lib. 1. ca. 10.* referunt, anno 1511. Germanis Veronam tenentibus, Peſtem exortam, quæ 10000. hominum ſuſtulit, tuncque ex unâ veſte pelliceâ, ſolos 25. milites Germanos extinctos, propterea quod uno defuncto, alius mox eum induerit veſtem, & hôc alius atque alius, donec è tot funeribus prudentiores redditi, veſtem illam concremarent. Huc facit *Mercurialis* opinio *lib. de Peſte cap. 22.* qui putat tot Medicos extinctos fuiſſe venetiis ſæviente Peſte, qui in inviſendis ſuis ægris, uterentur latiſſimis tunicis & pelliceis. Sic *Foreſtus lib. 6. obſ. 22. in ſchol.* ſcribit, ſe meminiſſe, extra murum Alcmariæ 7. pueros Peſte obiiſſe, cum mater veſtimenta cujuſdam hæredis ex peſte mortui, ex Zelandiâ allata, Soli expoſuiſſet, è quibus, dum pueri in illis colluſiſſent, Peſtis exorta fuit, quæ omnes interfecit. *Georgius Garnerus* quoque *in tract.* de

Corpora rara, laxa, mollia ap-tiſſima ſunt ad cōtagij ſeminaria recipiēda.

Exempla.

de Peſte, ex Trincavellæ lib. 3. conſ. 17. annotavit, chordas quaſdam, quibus Juſtinopoli in maximâ peſte, hâc lue mortuorum cadavera ſepulcris inferebantur, poſt capſulam quandam, contagio illo ceſſante, projectas fuiſſe, ubi per 20. vel 30. annos ibidem delituerint, tandem à quodam ſervo iterùm protractæ, ſæviſſimæ Peſtilentiæ occaſionem dederunt, quà 10000. hominum abſumta fuerunt. *Alexand. Benedictus lib. de Peſte cap. 5.* recenſet, patris ſui ævo in urbe Venetiarum, Culcitram quandam, Peſtis tempore ſuſpectam, in interiores partes ædium cujuſdam Patritij abjectam, ac poſt ſeptennium demum, juſſu patrisfamilias, poſtliminiò quæſitam, agitatam atque eventilatam fuiſſe, cujus quidem agitatione Aer vicinus, tanto Peſtis ſeminario infectus fuerit, ut protinus 7. ſervi domeſtici interierint. Ita *Eraſmus Hedenus in orat. de Contag.* commemorabat (inquit) nobis ſuis auditoribus in enarratione publicâ Aph. Hip. D. Caſpar Nævius, 1578. in Academiâ Lipſenſi Friburgi in turri quadam Peſtem abſumptum vigilem cum totâ familia. Integro elapſo anno, cum juſſu Magiſtratus, ſuperius illud, in quo mortui inquilini fuerant, conclave luſtraretur & expurgaretur, & lectuli, aliaque ſuppellex è turri dejiceretur, duos cives in foro ſtantes, turrimque aſpicientes, vidiſſe deſcendere vaporem quendam cæruleum, referentem colorem accenſi vini aduſti, illum propiorem factum duobus illis civibus, unum eorum, qui appropinquanti cedere conabatur, ſibique adeò timebat, protinus peſte infeciſſe, qui domum reverſus decubuerit, mortem obierit, aliosque domeſticos infecerit. *Joan. Ewichius de offic. Magiſtrat. lib. 1. c. 10.* refert, An. 1564. mulierem quandam filij peſte ſublati, induſium ex commiſeratione, pauperis cujuſdam ſibi vicini filio donaſſe, is dum interulam hanc indueret, noctu protinus Peſte corripitur & paulò poſt eàdem extingvitur, quâ contagione ſimul & alij domeſtici infecti, ſimiliter perierunt omnes. *Idem Autor* memorat quoque, Bremæ fabrum ferrarium quendam peſte obiiſſe, cum verò ille, qui hæreditatem ejus obierat, omnem ſuppellectilem defuncti, citiùs quàm par fuerat, in ſuas ædes transferri curaſſet, & inter alia quoque labrum ſeu ſolium, pro balneo ſibi inſtrui juſſiſſet, inque eo una cum quinque domeſticis laviſſet, ſequenti nocte mox peſte non ſolum ipſe, verùm etiam cæteri omnes, qui dicto ſolio inſediſſent, corripiuntur, & brevi quoque eà extinguuntur. Porrò notandum,

Digitized by Google

dum, ejuſmodi ſemina contagionis non ſolùm ex fomite in viva corpora, ſc. hominem vel beſtias, ſed etiam in inanimata, vitaque carentia, putta ex uno linteamine, panno vel veſte infecta, in aliud linteamen, pannum ac veſtem priùs non infectam, ſed mundam ac terſam, tranſire ac migrare, imò interdùm in illis ita deliteſcere poſſe, ut corpori illi, fomitem hunc ſecum circumferenti, nulla penitùs contingat infectio, alio tamen ſubjecto, in quod migraverit, minimè immuni ab ea exiſtente, quando nimirùm ſeminium illud in veſte alicujus quietum hæreat, tunc nihil exitij ipſi inferet, agitatum verò facilè fieri poteſt, ut ex occaſione aliquâ ab alio faciliùs attrahatur, quàm ab eo ipſo, in cujus veſte anteà delituit, undè non immeritò ſcripſit *Evagrius lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 29.* ſæpè ſanos homines ex regionibus infectis diſcedentes, & in liberas abeuntes, infeciſſe ſanos illius reregionis, propterea quod velut in fomitibus venenum Peſtilens ſecum attulerint, aliiſque communicâtint. Et ut ab hominibus ad beſtias tranſeamus, *Marſil. Ficinus Antid. Epid. cap. 2.* tradit, feles & canes (in quorum pilis procul dubio ſeminarium latuiſſe putãdum) morbum Peſtilentem ex unâ in alteram domum tuliſſe, ipſis tamen nullatenus hâc contagione læſis. Undè *Gvuliel. Grattarolus in deſcript. Peſt.* cavendum eſſe præcipit, ne cati, vel canes noſtri domeſtici, tempore Peſtis extrà domum vagentur, cum metus ſit de contagio importando. Verùm hic commodè ſeſe offerunt nonnulla dubia ſeu ζητήματα, ad contagij naturam intelligendam explicandamque, apprimè facientia, quæ breviter proponemus ac ſolvemus.

1. Num poſſibile ſit, ipſum Contagium ſæpè tàm longo tempore in fomite ipſo poſſe conſervari?

Cui cum doctiſſimo *Mercuriali lib. de Peſte cap. 14. reſp.* Fomitem illum vel eſſe perflatum, vel non perflatum. Si ſit perflatus à ventis, aut alia quapiam arte, ſine dubio Peſtilentem illum vaporem diu durare non poſſe, ſed neceſſarium eſſe, ut perpetua illa agitatione ſenſim imminuatur, diſcutiatur, tandemque prorſus deleatur. Unde *Marſil. Ficinus, Antid. Epid. cap. 25.* docuit, pannos & parietes ſpacio 20. dierum, ſi perflentur & emundentur, ab omni contagio deputari. Si autem fomes nullo modo, vel leviter tantùm perfletur, vaporem illum malignum, utpotè lentum ac viſciditate quâdam præditum, diutiſſimè in illo conſervari. Id

ri. Id quod hiſce Exemplis declarari poteſt: veſtes odorem vel fætorem contactu ità imbibunt, ut longo temporis intervallo, illum reſervent, nec nudâ quidem qualitate illîc ſine proprio ſubjecto ſubſiſtente, ſed unà admiſſis corpuſculis minimis, viſum & ſenſum omnem effugientibus. Quid fuligo & fumus parietibus obductus eſt aliud, quàm durabilis quædam tinctura, ex minimarum particularum permixtione & adhæſu nata? Harum rerum ſi quis rationem à nobis requirat, hoc reſponſi feret, ſummam ſubtilitatem in causâ eſſe, quâ ſeſe in minimos receſſus, & occultas latebras inſinuant atque abdunt evaporationes iſtæ, cui ſuppetias fert, fortis miſtio, & lentor ſeu viſciditas, ut neque Aëri ſubjectæ ſint, neque aliorum alterationibus pateant.

2. Q. *An Peſtis contagium aliquandiù in corpore humano latitare poſſit, antequam in actum prorumpat, læſionemque ſenſibilem inducat?*

Affirmativa, *Octavio Roboreto cap. 19. de feb. petech.* & aliis videtur probabilis, ſiquidem cum plurima dentur ac reperiantur venena, per multos ſæpè dies, menſes ac annos, in corpore humano, antequàm vim ſuam exerant, & de potentia in actum traducantur, absque noxa deliteſcentia, idem quoque de Peſtifero veneno aſſerendum eſſe, ratio perſvadere videtur. Affirmat & *Folinus in Amuleto ſuo*, & *Marſilius* qui *cap. 24. lib. Epid. Antid.* hæc, inquit, ſcias, verùm quod ſæpè per bimeſtre ſpacium remanet venenum in perſonis. Quis enim adeò hoſpes eſt in probatiſſimorum Autorum ſcriptis, qui non legerit, rabidi canis venenum, nonnunquàm per menſes ſex, ut de Baldo JCto refert *Matthiolus, comm. ad cap. 36. lib. 6. Dioſc.* interdum per annos tres, ut tradit *Amatus Luſitanus cent. 7. in ſchol. ad Curat. 41.* Aliquandò per annos 7. & 9. ut prodiderunt *Palmarius de morb. contag.* & *Petrus Salius de affect. partic.* Nonnunquàm per annos 12. ut *Alb. Magnus lib. 7. hiſt. anim. cap. 2.* imò per annos 18. ut conſignavit *Gveinerius, in tract. de venen.* Atque quod ferè fidem ſuperat, per annos 40. ut annotavit *Alpharabius*, ab hominibus circumgeſtatum fuiſſe, antequàm ſe prodiderit, & naturam labefactaverit. Sic venenatus ac malignus humor, ex quo cancer generatur, ſæpè longo tempore ſine ſingulari aliqua noxa quietus latitat, antequam cancer per ſeptica vel corroſ-

roſiva medicamenta adhibita exaſperatur vel ulceratur. Quod idem de virulentia luis Gallicæ confirmant *Fernelius lib. 2. de abd. rer. cauſ. cap. 14. Ingraſſias, Cardanus in com. ad lib. Hipp. de Alim. & Franciſcus Renner in tract. de curâ morb. Gall. cap. 2.* Si igitur iſtorum venenatorum affectuum ſeminaria in penitioribus corporis receſſibus immotè latitantia, ſæpè numerò abſque repentinâ valetudinis mutatione, tanto tempore, homo ſecum circumferre poteſt, quid obſtat, quò minus id de veneno Peſtis quoque concedamus? Verùm nobis non placet hæc ſententia, ſiquidem venenum peſtilens, longè diſcrepat à naturâ veneni Rabidi canis & luis venereæ, quia hæc duo lentæ ſunt activitatis, Peſtis verò venenum, ut experientia docet, ſummam adeptum eſt, efficaciam ac operandi virtutem, & proindè citiſſimè lædit, & maturè rurſum tanquam infenſiſſimus naturæ hoſtis, à calore nativo oppugnatur, & propterea tam diu quietum deliſcere non poteſt. Contra *Guilielm. Fabrit. Centur. 2. obſerv. 34.* docet, ſeminarium Peſtiferum aliquot dies in corpore circumgeſtari poſſe, antequam in actu erumpat. Et cur non? videmus enim ignis Elementum licet omnium actuoſiſſimum ligna viridia ſeu humida non comburere vel admodum difficulter; impeditur enim illius actio ab humiditate, nimia, cum ſicca & arida nullo negocio incendantur & in cineres reducantur.

3 *Q. Utrum à cadaveribus Peſte extinctorum, an verò à viventium infectorum corporibus plus Contagij metuendum ſit?*

Reſpond. Poſterioribus majus adſcribendum eſſe Contagium, tùm ob continuam halitus venenati, per os & nares expirationem, quâ facilè aërem vicinum contaminant, & quos præſentes aut adſtantes habent, ejuſdem, quo ipſi infecti, ſeminarij Peſtiferi participes faciunt: tùm quoque ob citiorē maleficæ materiæ, caloris nativi virtute priùs attenuatæ, inq; vaporem ſubtiliſſimum reſolutæ, poſteà verò ex penitioribus, in quibus ſtabulabatur, viſcerum latentium ſedibus, ad ambitum cutis propulſæ, per corporis totius meatus ſeu poros, qui admodum in illis, ob febrilis caloris præſentiam, ſunt patuli, laxi & aperti, egreſſum, expeditioremque ità ejuſmodi *νοσερῶν ἀποκρίσεων*, ſeu *μιάσματων σηπεδονωδῶν*, aliis corporibus propiori-

bus communicationem, in illaque tranſlationem. Peſte verò extinctorum cadavera, cum non minus inſpirationis quàm expirationis facultate privata ſint, poros quoque ob extinctionem caloris nativi, omnes adſtrictos, ac conniventes habeant, nec non in iiſdem, veneni intus latitantis, actio planè torpida ac langvida ſit reddita, idcircò ab ejuſmodi corporibus vel nullum vel ſaltem exiguum Peſtiferæ infectionis periculum eſſe metuendum, rationi conſonum videtur. Undè *Jordanus de Peſt.phænom.tract.1.cap.18.* hiſtoriam adfert cujuſdam veſpillonis, qui ante aliquot annos Vratislaviæ, peſte atrociter graſſante, virgineum cadaver, lue hac pridiè peremptum, ſequenti manè nefariè inivit, abſque ulla contagionis contractione. Similiter & *Rondeletius, lib. de cur. febr.* ſcribit, à Peſte defunctis nihil damni eſſe metuendum, cum unà cum calore naturali & ſpiritibus, omnia quoq; peſtis ſeminaria expirarint, & addit, ſe aliquandò corpora nonnulla Peſte confecta, in præſentia multorum ſtudioſorum ſpectantium ſecuiſſe, abſque ullo aliquo damno. Quod tamen eatenus verum eſſe largimur, quatenus talia corpora non incipiunt caliditate putredinali corrumpi, hoc enim ſi contingat, tunc facilè homines inficient. Ad hoc Rondeletii, *Rodericus à Caſtro in ſuo Tractatu de Peſte* reſpondet: Si ille intelligit de 3. vel 4. poſt mortem horis, tum quidem, quamvis calor, vitalis ſit penitus extinctus nativus, tamen adhuc in ſanguine, venis ac partibus ſolidis conſervatur, ut videre licet in profluente ſanguine à bove, ſue, vel ove, aut alio non ita pridem interfecto animante, à quo ſenſibilis & magna fit evaporatio, quæ integro cadavere procul dubio, per poros inſenſibiliter fiebat. Sin autem de 1. 2. vel 3. die Rondeletij placitum ſit intelligendum, tunc quidem cadaver jam incipit corrumpi, ut ex fœtore clarum eſt, ubi autem fœtor, ibi etiam exhalatio. Ceterum eò citius ac deterius hominum cadavera corrumpuntur, quo ceteris præſtantiora ſunt. Nam quo res aliqua perfectioris eſt naturæ, eò dum corrumpitur, graviorem concipit labem, ut in ovo putreſcēte, ſemine ac menſtruo ſanguine apparet. Cujus rei ratio deſumitur ex *Ariſt. de longitudine & brevitate vitæ*, dicente pura omnia ac impermixta, ut quæ magis à contrarietate recedant, diuturniora eſſe qualia ſunt Elementa, lapid, metalla, quæ cum ſint ſimplicia, aut eis proxime accedant, ferè incorruptibilia creduntur. Contrà præſtantiſs. ſubſtantiæ quia variâ com-

compoſitione conſtant, ſervari diu minimè ſolent, & adhuc minus hominum cadavera, quippe quæ perfectiorem nacta ſunt elaborationem, quæ cauſa eſt cur citius vitientur. Cur autem deteriorem putred. adquirant, duplex eſt cauſa: 1. quia præſtantiſs. ſubſtantia nequit ſuperari niſi à cauſa ſpurciſſima. 2. quia ex pluribus & maximè diverſis perfectiores mixtiones evadunt, calore nativo ceu vinculo omnia colligante, quo diſſoluto, diſperſiſquè omnibus, diſſolvitur tota humana compago, & prodit fœdus odor, qui putredinis inditium eſt. Sic & *Joan. Coytarus l.1. de febr. purp. c.3.* ad proprium Rondeletij exemplum reſpondit, quod ſectio illa cadaverum peſte extinctorum nulli nocumento fuerit, inde forſan accidere potuiſſe, quod cadavera illa ſub dio per hyemem frigidam ac ſiccam inſepulta, uno aut altero die frigida remanſerint, cum ſiccum frigus putredinem retardet, & fervorem agitationemque humorum aliquot diebus cohibeat. Non tamen negandum, ut *Joubertus* loquitur *in lib. de Peſte*, ejuſmodi cadavera ab omni planè contagione immunia, vel ab illorum contrectatione, nihil planè pertimeſcendum eſſe, nam ſi in veſtibus ac pannis lineis, ſeminarium peſtis diu ſervari ac retineri poteſt, cur negabimus in cadavere hominis idem incluſum manere non poſſe, cum ratio ipſa dictitet, in corporeâ mole, rarâ, laxâ & ſpongioſâ, humoribus, carne, adipe, peſtem retineri faciliùs, quàm in linteaminibus, induſiis, aliiſque veſtibus, hæc enim infecta non putrent, in cadaveribus autem maxima viget ac præceſſit putredo.

4. Q. *An chartæ vel litteræ, ex locis infectis allatæ, contagium, ſeu peſtiferam qualitatem recipere, & in accipientium, vel legentium perniciem effundere poſſint?*

Qui id negant, ſic obratiocinantur *1. Quod ex tenuiſſimâ ac puriſſimâ conſtat ſubſtantiâ, & per ſe quoq; ſicciſſimum eſt, illud minimè aptum habetur ad ſuſcipiendum peſtiferum contagium* (Ratio: quia contagium ſi alicui corpori adhæreſcere debet, neceſſe eſt, ut illud quodammodo impuritate, ſorditieque ſit pollutum, ac humiditate præditum, ità enim faciliùs, inquinamenta ſuſcipit.) *At charta ſeu litteris ineſt talis puritas ac ſiccitas. Ergo, &c. 2. Quæcunque lævorem exquiſitum habent, illa minus ad recipiendum contagium videntur habilia.* (ratio: quia lævor alicujus corporis, omnem rei peregrinæ adhæſio- *Negatur.*

Digitized by Google

nem reſpuit) *Charta verò ſeu litteræ, ejuſmodi leviorem habent. Ergò, &c.* CONTRA litteris ac chartis adhærere poſſe contagium ſic probatur. *Affirmatur.*

1. *Quod facilè putreſcit illud idoneum eſt, recipere peſtilentem qualitatem. At charta & litteræ facilè putreſcunt. Ergo &c.* Minor probatur: Quia materia, ex quâ chartæ conficiuntur, facilè corruptibilis ac putreſcibilis eſt, ſunt autem lintea, vel panni lanei veteres, ſordidi ac impuri, qui quidem licet plurimas patiantur mutationes & alterationes, antequàm recipiunt formam chartæ, poſt mutationes illas tamen ſervant propriam materiam, formam ac aptitudinem ad putredinem.

2. *Si Aer & Spiritus naturales corporis, poſſunt alterari, corrumpi, variaq; venenoſa μιάσματα at Peſtilentes qualitates recipere, utiq; & idem de chartâ ſeu litteris fatendum.* (Ratio connexi: quia putreſcere & corrumpi, convenit tantùm corporibus mixtis, cum ſimplicia corpora huic paſſioni minus ſint ſubjecta. Ergò quo magis ſimplex erit aliquod corpus, eò minus aptitudinem habebit, putredinem concipiendi. Si igitur ſpiritus & aer putreſcant, & reddantur peſtilentes, qui tamen ſimplicitate, tenuitate ac puritate, longè ipſam chartam ſuperent: Quantò magis credendum erit & litteras putrilagine corrumpi, & contagione malignâ infici poſſe.

3. *Quod leviſſimum, rariſſimum ac poroſiſſimum eſt, illud promptiſſimum habetur ad ſeminarium contagij ſuſcipiendum,* ut paulò ante demonſtravimus. *At tales ſunt litteræ & charta,* quod experientia cõprobat: ſiquidem multa liquida & oleoſa, affuſa chartæ, per eam facilè tranſeunt ac percolantur, illæsâ ipsâ ſubſtantiâ chartæ, quod fieri ſanè non poſſet, niſi chartæ, innumera ferè pororum multitudo, raritas ac laxitas ineſſet. *Ergo &c.*

4. Axioma eſt Philoſophicum: *Qualiter ſe habet materia, taliter quoque ſe habet materiatum, at materia chartarum, quæ linei ſunt panni ita ſe habent, ut facilè contagium ſeu morbida expiratio, ijs inhærere poſſit, Ergo, &c.* Ad hujus controverſiæ deciſionem, præſupponendum. 1. Chartam vel eſſe ſubtilem, lævigatam ac politam, vel denſam, aſperã & craſſam 2. Chartam vel aquâ Aluminis glutinoſi eſſe maceratam, iterumque exiccatam, vel eâ non maceratam, ſed per fluidã ac bibulam eſſe. 3. Chartam diu vel ſicco conſervatam, vel uvido reconditam fuiſſe loco. 4. Litteras vel ſiccâ cæli conſtitutione, vel humida, pluvioſâ nebuloſâq; *Deciſio controverſiæ.*

ſâq;

ſâque aëris intemperie, ex infectis ac ſuſpectis locis eſſe allatas. Quibus itâ præſuppoſitis, dicimus ac ſtatuimus: Chartam ſiccam, tenuem ac lævigatam, vel per aquam glutinoſam ductam, & in loco ſicco, aſſervatam; Litteras quoque ſiccâ cœli conſtitutione ex peſtiferis locis apportatas, nec madore aliquo affectas, contagionem malignam non facilè ſuſcipere, aut ſuſceptam diu retinere poſſe. Et ſi forſan obſervatum fuerit aliquando, ex talium litterarum laturâ vel lectione, aliquam Peſte fuiſſe infectum, tunc certè cauſa iſtius effectus, non tàm ipſi chartæ, quàm vel 1. filis, ligamentis, ac involucris, quibus litteræ circumdatæ fuerint, utpotè facilimè putredini ſubjectis, 2. Vel forti alicui imaginationi, 3. aut timori ac terrori legentis, ex nuntio parum læto, repentè orto, 4. vel denique γραμματοφόρῳ ipſi, νοσηρὰς ἐγχείρους veſtibus ſuis, ex locis infectis ſecum adferenti, easque in traditione litterarum alteri communicanti, adſcribenda erit. Econtrà verò ſi charta vel craſſa ac madida, vel aſpera & bibula, locisque uvidis, nec vento perflatis, longo tempore aſſervata; vel litteræ quoque, humidiſſimâ pluvioſâque aëris intemperie, ex locis, Contagij nomine ſuſpectis allatæ fuerint, Tunc ejuſmodi chartas ac litteras ad μιάσματα λοιμικὰ recipienda, ac recepta aliis communicanda, aptiſſimas judicamus.

Et tantùm quoque de ſecundâ Cauſâ Peſtis Externa nimirum de Contagio.

CAPUT XVII.

De 3. causâ Externâ Peſtis, nimirùm Veneficio.

TErtia Peſtis cauſa externa nunc explicanda reſtat, nimirum veneficium, quo interdum maleficorum flagitioſiſſimorumq; hominum, pravo ac perverſo ingenio, arteq; pluſquam diabolica, nonnulla venena naturaliter ità concinnantur, præparantur ac permiſcentur, ut vel intrò, in pulveris vel potiunculæ formâ exhibita, vel à foris, ungventorum ſeu linimentorum inſtar illita ſeu admota, contactu ſuo, varios veneficos ac pernicioſos morbos, imò Peſtem ipſam, corpori humano inducere, inductamque in plures alios quàm celerrimè diffundere valeant, id quod confirmat quoque *Quercetanus lib. 1. de Peſte cap. 6.* in hunc modum ſcribens: Peſtis Contagium non modò mediantibus aëre & aquis, vel aliis magis particularibus, ut veſtimentis, linteis &c, contrahitur, verùm etiā infertur:

fertur à deteſtandis maleferiatorum quorundam hominum veneficorum ingeniis, artibusq; diabolicis, quorum medio, certa quædam in ungventi formam contemperare venena, eademq; portarum cornicibus affricare conſveverunt, ità ut qui eas vel leviter attigerit, ſubtili hoc veneno ſtatim per poros cutis, & arteriarum extremitates, vehiculo diaſtoles ad cor ipſum uſque penetrant, Peſte ſtatim corripiatur, cui vix ullum humanâ induſtriâ adhiberi poteſt remedium. Et *Augenius de Peſte cap. 13.* Non deſunt, qui exiſtimant, fieri non poſſe, ut tales compoſitiones ungventorum Peſtiferorum, effectum tanti ſtuporis producant, quibus tamen fides hàc in re non danda, cum mihi perſvadeam, fieri omninò poſſe, quod ungventa hæc tantæ malignitatis ſint, ut qualitate Peſtilenti inficere poſſint non ſolùm unam provinciam, ſed etiam, niſi remedium afferatur, totum mundum. Comprobantur quoque hæc multis exemplis ac hiſtoriis, quarum aliquot ſubjungere placet. *Livius lib. 8. Decad. 11.* Anno mundi 3634. Cum primores civitatis Peſte morerentur, ancilla quædam ad Q. Fabium Ædilem Currulem venit, quæ indicaturam cauſam, publicæ hujus luis profeſſa eſt, ſi ab eo fides ſibi data eſſet, haut futurum noxæ inditium. Fide ipſi à ſenatu datâ, indicat matronas venena coquere, &c. *Joan. Wierus de præſt. Dæm. lib. 3. cap. 36.* ex Antonii Sabellici Ennead. 4. lib. 4. hanc recitat hiſtoriam: Veneficium fuit quod Caſali contigit Anno 1536. conjurant viri ac fœminæ, 40. numero, ut cum Peſtis ante ſævиſſet, & jam cœpiſſet miteſcere, ungventum conficerent, quo illitis portarum vectibus interficerentur, qui vectes tractarent, appararant & pulverem, quem veſtibus clàm inſpergentes, noxam inferebant, latuit aliquamdiù dolus, ſublatique multi à conjunctis ſangvine vel affinitate: data etiam veneficis, pecunia, hæreditatis ergò &c. Ità apud *Dionem Nicæum & Xiphilinum in vitâ Commod. Imp.* legitur, hoc Imperatore, habenas imperii moderante Peſtem in urbe graſſatam, unâ die 2000. hominum interficientem, quæ indè originem traxit, quod malefici homines mercede pellecti, acus venenis quibuſdam oblitas in alios conjiceretur. *Hercules Saxonia in lib. de Plicâ cap. 12.* ut & *G. Fallopius lib. de Bubone Peſtil. cap. 13.* tradunt, Peſtem illam, quæ anno 1555. viguit, non aliundè ortam fuiſſe, quàm ex fomite quodam contagioſo ac peſtifero, quem malefici homines ex cadaveribus Peſte extinctis atque elixatis concinna-

cinna-

Digitized by Google

cinnarunt, cumque oſtiorum peſſulis, repagulis, manubriis, poſtibus ac liminibus illivêrunt, quorum poſteà contactu, aliàs ſano corpore infecti ac venenati fuere. Ita & *Paracelſus Tract. 2. de Peſtil. cap. 2. ſcribit*, Villachi & in urbe S. Viti experientia cognitum fuiſſe, veneficas aliquot, pulvere ſeu terrâ illa, de ſepulcris peſte mortuorum detractâ ſeu abraſâ, certoque poſtea modo præparatâ, multa millia hominum infeciſſe. Similem ferè hiſtoriam etiam *Nicolaus Polus in ſuo Hemereol. Sileſ. hiſce verbis*, ex Germanico idiomate in Latium à nobis traductis, recenſet: Anno 1606. Franckenſteinij Sileſiæ horrendum ſcelus, atrox homicidium, & crudelitas plus quàm barbara ſeu beſtialis, quorundam veſpillonum, eorumque ſodalium ac complicum innoteſcere cæpit, qui, graſſante tùm Peſte, diabolico planè inſtinctu, pulveres longè perniciosiſſimos, ab ipſis per varias civium ædes hinc indè diſperſos, projectos ac diſſeminatos, concinnarunt, ac linimenta quædam mortifera, quibus, vectibus, liminibus ac manubriis portarum inunctis, ad horum contactum plures inficerentur, adeoque ipſis ex aucto defunctorum numero, pingvius ita lucrum obveniret, nefariè præpararunt, partem quoq; dictorum pulverem Peſtiferorum inſtar inſignis cujuſdam medicamenti Alexiterii contrà peſtem, certo pretio ac ære, quibuſdam vendentes ac obtrudentes, undè ejuſmodi veneficio, (ut poſteà ex propriâ nebulonum iſtorum, quæſtionibus ac tormentis ob tàm nefandum ſcelus ſubjectorum, confeſſione, compertum eſt) brevi tẽpore, ultrà 2000. hominum flagitioſiſſimè crudeliſſimèq; eneccata fuerunt. Nec hoc ſcelere contenti, cadavera interfectorum violantes, ab iiſdem ictu bipalij caput amputarunt, cultris quoque bubones ſeu carbunculos peſtilentes abſciderunt ſeu execuerunt, ac in monumentis, carnoſas imprimis ſeu muſculoſas, cadaverum putrefactorum, ac in tabum jam diffluentium, partes, ſollicitè quæſiverunt, ac inventas, marris ſeu runciis eruerunt, erutasque demùm in facinoroſam illam, pulverum ac ungventorum ſuorum maleficorum, compóſitionem adhibuerunt. Imò eò uſq; quorundam profligatiſſimorum flagitiorum effrenata ac deteſtanda proceſſit audacia, ut ex corporibus infantum, ante ſalutare Baptiſmi lavacrum, defunctorum, nec non ex gravidarum quarundam fœtibus, unâ cum matre extinctis, & ex utero poſteà crudeliter evulſis, cor execare, & exectum, (confiſi nimi-

rum magicis ſuis ſuperſtitionibus) ad amoliendam à ſe omnem Peſtiferam infectionem, & ad vitam ſvaviter tranſigendam, devorare non exhorruerint. Ita *Joan. Ewichius in lib. 1. de offic. Magiſtr. cap. 20.* meminit cujuſdam urbis Germaniæ, quæ Peſte infecta fuit à veſpillonibus, qui puteos, tabe ſeu purulentâ illâ ac malignâ materiâ, ex Apoſtematibus peſtiferis apertis effluente, infecerant, ſicque multos, aquis iis utentes, infecerant ac interimerant. Et *Michael Saxo in append. Chron. ſua recenſet.* Anno 1600. Turini de aliquot veneficis qui inunctione linimentorum venenatorum, multas ædes Peſte infecerant extremum ſumptum fuiſſe ſupplicium, inter quos & barbitonſor quidam fuit, qui ſolus plùs quàm 100. hominibus veneficio ejuſmodi, mortem attulerit. *Joan. Nauclerus quoque Chronograph. generat. 45. volum. 2. autor eſt.* Anno 1348. ingentem per totam Europam ſæviiſſe peſtem, nec talem omnibus hiſtoriarum monumentis compertam fuiſſe, tot urbes, tot monaſteria, tot inſulas vaſtantem De hâc autem infamatos fuiſſe Judæos, quod eam introduxerint, fontibus veneficio infectis, propter quod ſcelus poſteà cremati fuerunt. Similiter & *Petrus Droettus de Peſte ca. 10.* mentionem quoque facit, quorundam perdidiſſimorum nebulonum, quos ob propagatam à ſeſe per veneficia Peſtem, Magiſtratus Lugdunenſis, morte poſteà mulctarit. Ità & *Victor de Bonagentibus, lib. de feb. peſt. tract. 2 cap. 1.* narrat, quoſdam maleficos, ſaniem Peſtiferam, aliquo modo Saponi odorato indidiſſe ac vendidiſſe, ac ita plures, ejuſmodi Sapone utentes, infeciſſe ac peremiſſe.

Veneficium Magic.

Verùm præter hoc veneficii genus, Peſtem inducens, & ex naturalibus cauſis procedens, inſuper & aliud repetitur, quod necromanticis ſeu magicis artibus conſtat, & à maleficis ſeu incantatoribus, non propriâ virtute, ſed ope tantùm ac operâ Dæmonum in pernitiem hominum perficitur atque expeditur, tantumque abeſt, ut illud naturalibus cauſis ſit ſubjectum, aut ulla, quantumvis ſolerti ſenſus noſtri indagine perveſtigetur, quin potiùs, omnem ingenij captum, ac humanæ rationis intellectum excedere ac ſuperare videatur. In cujus rei confirmationem, lubet huc adducere, hiſtoriam illam Peſtis mirabilem, à *Saxoniâ in lib de Plicâ cap. 11.* hiſce verbis deſcriptam: In Poloniâ & Germaniâ non rarò Peſtis inducitur à quibuſdam maleficis mulierculis, cum primùm defunctæ & humatæ ſint, neq; illæ

priùs

prius deſinit, quàm inveniatur cadaver, quod vel propria ſpolia, vel alia propinqua, ore mordicùs tenet, quaſi eſuriens, eſcam avidè quærat, quæ quidem ſcribere non auderem, niſi D. Joan. Urſinus, propriis oculis rem intuitus, ita ſe habere mihi retuliſſet. Anno enim 1572. Peſte per univerſam Poloniam graſſante, cum mulier quædam defuncta ex pago Rzeſnâ dicto, in ſuburbium Leopolienſe advecta, ad ædem exaltationis S. Crucis ſepulta fuiſſet, ex illo die peſtis, maximè circa illud templum ſævire incepit, undè qui ſepeliẽdorum mortuorum curam habebant, non temerè ſuſpicati, villanam hanc, aliquot antè diebus ſepultam, fuiſſe maleficam, cadaver ejus refoderũt, quod cum nudum & in ore reliquias devoratarum ſuarum veſtiũ habens, reperiſſent, caput, ut moris eſt, palâ præacuto ferro obductâ, abſciderunt, ex quo cum ſanies atro rubens effluxiſſet, iterùm terrâ obruerunt, & itâ Peſtis ceſſavit. Huc quoque pertinent, quæ *Paracelſus de Peſtil. Tract. 4. cap. 2.* ſcripta reliquit de illo maleficij genere, quo per ſpeculum venenatum, & fortem imaginationem incantatricum Peſtis cauſatur & excitatur, alterique communicatur. Res ita ſe habet. Speculum quoddam terſum ac politum laminis ligneis ſectilibus incluſum, mulieres veneficæ, vaſi, aquâ pleno imponunt, ita nimirum, ut pars ſeu ſuperficies ejus nitidior ac fulgidior ſurſum, cœlum verſus ſpectet, ambitum ejuſdem *Teſro* quodam ex *Pinſa Siſturmenta* confecto, undique cingentes, & ita cinctum, Lunæ fulgori noctu objicientes, Luna igitur, lumine ſuo ſeu radiis ſpeculum hoc feriens, illud propter venenoſitatem *Terſi Artemſunti*, protinus malignè inficit; & quia ſpeculum per reflexionem, radios rurſum de ſe emittit, idcircò iſtud & Lunam reciprocè contaminat. Speculo itaq; iſto modo, veneno infecto, tunc mulier præſtigiatrix, quem vult veneficio lædere, ſuum, quem in hũc finem, ante, vel ex cera, vel pice, luto, bitumine, panis maſſa, aut alia convenienti materia paratum habet, arripit *Vochumulum*, ejuſque *Patics, Tuſrem Stantumurem* imponit; ac ſpeculum rectà *Vochumulo* obvertens, quo fulgor ejus, faciem vel aliam quamcunque corporis partem attingat, fortiſſimæ ac ad ſummum gradum exaltatæ imaginationis ſuæ vi, illi, quem per *Vochumuli* imaginem deſignavit, homini, ſubitò ac repente Peſtem, omniaque dira imprecatur, undè illum hominem protinùs Peſte infici, ac variis bubonibus ac carbunculis, paſſim toto corpore inſigniri

...rſan ...crarius ...mini-

b u, allegatione hujus Exempli, hic anſam peccandi præberemus, ſtudiò, quædam verba per literarum metaſtaſin obſcuravimus, quam tamen doctus ac intelligens quivis facilè reducet.

contingit. Verùm quæ hic Paracelſus de vi imaginationis affert, quaſi hæc proprium ſubjectum egrediendo, in alijs Peſtem cauſare poſſit, licet multis argumentis prolixè à nobis refutari poſſent, hoc tamen unico, in præſentiarum contenti erimus: *Si anima denegata ſit ea vis ac facultas, directè ullum corpus externum per ſe movendi, & alterandi, utiq; de phantaſiâ ſeu imaginatione idem quoque erit dicendum.* (Ratio: Quia φαντασία eſt potentia animæ, & ita non eſt niſi animæ inſtrumentum. Si ergò cauſa principalis aliquid non poteſt, multò minus inſtrumentum, quod ab illa dirigitur, id poteſt) *At verum prius. Ergò & poſterius.* Minor probatur, 1. *De Motione.* Experientia enim teſtatur, nullam rem externam virtute animæ noſtræ poſſe moveri, niſi quatenus illa tangatur & corporaliter protrudatur. Per ſolam autem alicujus rei viſionem ſeu inſpectionem, aut de eâ cogitationem, vel imaginationem, quantumvis fortem ac intentam, procedere motionem, nullus niſi extremâ mentis ſtupiditate laborans, dixerit. Quantumcunque enim diu lapidem inſpicias, aut de eo cogites, aut habeas voluntatem eum movendi, in æternum tamen nunquam movebis, multò minus promovebis, ne quidem vel minimum

Imaginationem, proprium ſubjectum non egredi probatur.

etiam culmum ſtraminis, vel plumam aut paleam, niſi externè illa tangas. Undè *D. Thomas parte 1. quæſt. 118. art 4.* ait: Animam non poſſe movere corpus, cui non eſt unita. Et quæſt. 110. nec animam, nec ullas ſubſtantias ſeparatas, in res corporeas pro imperio agere poſſe. *Ariſt. 2. de animâ, text. 26.* dicit, Animam non poſſe movere quodcunque corpus, ſed tantùm proprium, cui inhæret: Quam ſententiam quoq; confirmant *Piccolomineus, in lib. Phyſ. tract de pot. mot. cap. 24. Ludov. Mercatus Tom. 1. lib. 2 Claſſ 3. quæſt. 168. art. 4 Georgius de Valentiâ, diſp. 8. qu 8. punct. 2. Martinus Delrio, lib. 1 diſquiſ. Magic c 3 quæſt 3 Michael Medina, l 2. de rectâ in Deum fide c. 7. Leonh. Vairus lib. 2. de faſc. cap. 6. & Toletus in 7. lib. Phyſ. cap. 2. text. 24. quæſt 2.* & alij. 2. *De Alteratione* probatur. *Ubi anima non eſt ſeu hoſpitatur, ibi quoque non poteſt ullas perficere operationes. At extrà corpus anima non eſt Ergo, &c.* Non imus quidem inficias, nonnunquàm corpora externa alterari poſſe à corpore animato, quemadmodum videmus veſtem, lectum & hujuſmodi alia alterari ac calefieri à corpore vivente; verum ejuſmodi alteratio non procedit vitaliter, ratione animæ ſeu in virtute animæ, ſed fit tantùm phyſicè, & in virtute qualitatum ei in-

inexiſtentium, non aliter quàm ignis, aqua calida ferrum candens corpora alterant, quibus tamen animam ineſſe, nemo, niſi qui cerebrum in calcaneis geſtat, affirmabit. Verùm hæc de cauſis externis Peſtis dicta ſufficiant, Nunc ad Internas progrediemur.

CAPUT XIIX.

De internis cauſis Peſtis.

INternas Peſtis cauſas quod attinet, hæ diſtinguuntur in Remotas ac Propinquas. Remotarum nomine intelligimus ac comprehendimus, Plethoram, Cacochymiam, Obſtructionem; Quæ omnia vel ab internis vel externis cauſis proficiſcuntur. Et 1. quidem *ab Internis*, ut à viſceris, vel cujuſcunque partis alterius, inſigni quadam labe, quâ id, quod ei apponitur, non aſſimilatur, ſed corrumpitur, & in alienam naturam convertitur, ſive ea à primo ortu, illi inſit imbecillitas, quæ ætate magis magiſque langveſcit, ſive ſit adſcititia, intemperies quædam valida, innatum calorem proſternens, & naturam immutans. 2. *Ab externis* verò, ut à ſex illis rebus non naturalibus, vel à mediocritate recedentibus, vel non legitimo modo adhibitis. Quarum duæ materiam & pabulum, gignendis variis pernicioſis ac malignis morbis præbent, nimirum alimentorum corruptio ſeu prava qualitas, eorundemq́; immoderatior ingeſtio: Cæteræ magis ſua qualitate, ſubjectas corporis partes & contenta alterant ac immutant. Verùm de his latiùs diſſerendi, noſtri inſtituti ratio nunc non fert, progrediemur itaque ad alteram Internarum differentiam, nimirum ad propinquas cauſas. Hæ autem ſunt humores corporis noſtri adeò depravati, corrupti ac putreſcentes, ut in venenatam planè, naturæque noſtræ ſummè pernicioſam naturam abeant ac convertantur. Et quidem corruptio in illis maximè eſt neceſſaria, quoniam indè malignam contrahunt qualitatem, nec putredo quoque abeſſe debet, quoniam hinc calor præternaturalis, & ſic per conſequens febris generatur ac producitur. Verùm hic quæſtio enodanda.

Num poſſibile, in corpore humano adeò vitiari ac corrumpi humores, ut veneni naturam induant?

Vide & Horatij quæſt. de mort. cauſ. pag. 122.

Mercurialis lib. 1. de venen. cap. 14. negativam tenet, hoc fultus ratiocinio: Si in corpore humano venena vel humores venenati

poſſent generari, tunc vel à calore naturali vel præternaturali illi generarentur. Sed à neutro generētur. Ergò &c. Non enim ab illo, quia is vitæ, ſalutis ac ſanitatis eſt autor ac conſervator, Ergò non veneni, perniciei ac mortis: Nec ab hoc, quia nihil agit ultra ſuam potentiam propriam, ageret autem, ſi à calore præternaturali produceretur venenum, cum hoc ſuâ virtute ſeu operandi potentiâ, longè illius facultatem ſuperet. Ergo, &c. Verùm *Reſpond.* nos libenter concedere, venenum vel venenatos humores à calore procreari non poſſe, neque enim omnes actiones atque effectus in corpore noſtro apparentes, ſolùm calori attribui debent aut poſſunt, ſed multa ἰδιότητ@ conſubſtantialis, ſeu δυνάμεως ὑσιώδυς ratione, vel, ut Hermetici loquuntur, diverſorum ſpirituum mineralium, in nobis vigentium virtute ac miniſterio peraguntur, quod vel unico calculi exemplo comprobari poteſt, hujus enim generationem, non ab ullo calore internarum partium, quantumvis magno atque adurente dependere aut proficiſci, ſed illam ſpiritibus ſalinis in corpore noſtro contentis, adſcribendam eſſe, luculentiſſimè in lib. noſtro de Nephritide, cap. 4. demonſtravimus. Ita naturaliter citrà ullum maleficium, interdum in Atheromatum ac Steatomatum ſinubus, exesâ carne, variæ materiæ ſenſibus noſtræ ſtupendæ, lapidibus, tophis, arenis, urceolorum teſtis, lignis, oſſibus, capillis, carbonibus & amurcæ ſimiles generantur, teſte *Gal. lib. 2. ad Glauc.* & *lib. 14. meth. ac Celſo lib. 5. cap. 6.* Undè *Valentinus Henner in obſerv. propr.* cuidam Sutori, ſteatoma dextri pedis apertum, refert, in quo materia, inſtar pingvedinis, pond. lib. iij reperta & extracta, in cujus medio, flocci cum capillis & ungvibus caninis reperti fuerint. Quarum quidem rerum procreatarum cauſa ἀναντιῤῥήτως non nudi ac ſimplicis caloris activitati tribuenda, quin potius ea certarum ſeminalium tincturarum, in corpore 3. illorum principiorum hypoſtaticorum, Salis, nempe, Sulphuris & Mercurii, reconditarum, diverſimodèque affectarum, nec non Spirituum vel Salinorum, vel Vitriolatorum, aut Aluminoſorum ſeu Ammoniacorum, naturæ & facultati, aſſignanda & adſcribenda videatur. Exploſâ igitur iſtâ Mercurialis ſententia, cum *Capivaccio in lib de venen cap. 1. Gerardo Columbâ lib. 1 de Peſte ca. 39. Paræo lib. 31. Chir. cap. 3. & aliis*, contrariam potiùs ceu probabiliorem amplectimur, idque ob has rationes.

I. *Si dentur ac reperiantur nonnulli poſſe in* *Produci*

nulli morbi & affectus, quorum ſymptomata ſeu accidentia ſimilima ſunt, & ad amuſſim reſpondent externorum venenorum intrò exhibitorum
1. *ſymptomatibus & effectibus, utiq; fatendum erit, ejuſmodi morbos à nullâ aliâ, quàm à venenatâ causâ corruptorum ſc. humorum in corpore latitantium, ortum ducere ac proficiſci. At verum prius. Ergò & poſterius.*

Pro Minoris confirmatione adducimus Hyſtericam paſſionem, in hac enim ex genitali ſemine retento ac putrefacto, vel menſtruo ſanguine, diutius, quàm par ſit, reſtricto ac corrupto, graviſſima induci ſymptomata, nec leviora his, qui venenum potarunt, nempè præfocationes, animi ac vocis defectiones, ſtertores, ſyncopas, convulſiones, ſudores frigidos, anguſtias præcordiorum, cordis tremores, & extremorum frigiditates, ad quæ ſæpè numero vix unius vel alterius horulæ interjecto ſpacio, repentina conſequitur mors. Experientia omnium rerum magiſtra, ſeculi hujus λογοδαίδαλος mirificè comprobat. Præterea nonnê videmus iis, qui partem aliquam corporis Gangræna vel Spacelo obſeſſam habent, frequenter, ſupervenire talia ſymptomata, venenorum aliâs propria, videlicet dolores lancinãtes, anxietates, animi deliquia cordis παλμον, ſudores initio calidos poſteà frigidos, pulſus interceptionem, motus ſenſusq; abolitionem, æſtum febrilem, & tandem mortem ipſam. Quorum certè malorum cauſa neutiquam ulli ſimplici intemperiei adſcribenda, ſed potiùs qualitati malignæ, peſtiferæ ac venenatæ, in ipſo corpore ex ſummâ putredine genitæ, aſſignanda, in cujus rei confirmationem adducantur hùc hiſtoriæ *à Fernelio lib. 2. de abd. cauſ. cap. 15.* & à *Fabritio Hildano Cent. 2. obſ. 83. de Sphacelo & Gangrena* deſcripta.

2. Si in canibus, aliisq; animantium generibus, humores ex peculiari quadam corruptione, poſſunt fieri venenati, utiq; minimè à ratione alienum videbitur, idem & cum humoribus humani corporis poſſe fieri ſeu contingere (Ratio: Quia utrobique tàm in humano, quàm brutorum corpore, ut eædem adſunt ac vigent humorum naturalium cauſæ procreatrices: ità quoq; horum eædem poſſunt eſſe cauſæ alteratrices ac corruptrices, alimẽtorum nimirum putridorum ac pravorum, malignaque planè qualitate affectorum uſus ſeu ingeſtio) *At verùm prius,* id quod abundè teſtatum facit ipſorum canum rabies, affectio ſanè non minus horrenda, quàm extremè venenoſa & exitioſa, utpote quæ ſolo ſpumæ, ex rictu oris canini profluentis, contactu 2.

aliis

aliis ocillimè communicari poteſt. Quâ tamen præter canes & alia animantia afficiuntur nónunquàm, ut de leonibus, camelis, equis, mulis & aſinis, teſtatur *Ariſtot. lib.7. de hiſt. anim.* & *Matthiolus, com. ad ca. 36 lib.6. Dioſc. Avenzoar. Theyſir. lib.1.tr.9.cap.16.* Item de Vulpibus, Muſtelis, & Lupis, *Avicenna. Cælius Aurelianus*, & *Alb. Magnus*, nec non de Felibus, *Amatus Luſit. Cent.7.cur.65.* & *Andr. Baccius.* in prolog Venen. & Antid. *Ergò & poſterius verum erit*, ſcilicet in corpore quoque humano, ad tantam corruptionem interdum pervenire poſſe humores ut veneni naturam ac vires æquent, imò ut plus addamus, ac magis ſpeciatim rem exprimamus, ut naturam veneni ipſorum rabidorum canum exactè æmulentur, de quo vide hiſtoriam inſignem apud *Petrum Salium in lib de partic. affect. Marcellus Donatus quoque lib.6. hiſtor. med. mirab. cap.1.* Varias rabidorum hominum hiſtorias proponit, quos nec canis unquam momorderat, neque fomes venenatus tetigerat, ſed hanc affectionem ex ſolis internis principiis corruptorum humorum contraxerant.

3. 3. *Si poſſunt in Macrocoſmo varia venenorum genera produci, utiq; non abſurdum videbitur affirmatu, in Microcoſmo quoque* (ſc. corpore humano) *illa interdum produci ac reperiri poſſe. At verum prius. Ergò & poſterius.* Ratio majoris: Quia microcoſmus (ita autem vocatur microcoſmus, Homo, vel quia ſimilitudo quædam in eo inveniatur totius univerſitatis rerum: vel quia nexus eſt & medium utriusq; naturæ corporeæ & incorporeæ: vel quia divinæ diſpenſationis & moderationis hujus univerſi, illuſtris eſt imago) eſt quaſi æmulus macrocoſmi, nec in hoc quicquam rerum naturalium continetur, aut ſinu ejuſdem fovetur, quod in illo vel realiter, vel analogicè non proſtet ac reperiatur. Et quamvis id prolixè demonſtrare poſſemus, de utroque globo, tùm cœleſti, tùm terreſtri, lubet tamen nunc, brevitatis causâ, analogiam (Vide de ejuſmodi analogia macrocoſmi & microcoſmi *Præfationem Baſilicæ Medicæ pag.b.2. In Opere Medico-Chymico Davidis Mylii.* Item *lib. Dan. Sennerti de conſenſu Chymicorum cap.6.* ex quo hæc. Membrorum poſitu & ordine univerſum refert Homo: Cum enim majorem mundum philoſophi dividant in Elementarem, cœleſtem & ſupra cœleſtem: cum omnibus his 3 convenit Homo, tribus, quibus & ipſe diviſus eſt regionibus: Capite, Thorace & ventre inferiori. Inferiori enim ventre, qui continet mem-

Vide & quædam in Libavij ſing. part. 3.p.41.42

Vide & Fienum de Flatibus cap. 1

Vide microcoſmum Joh Peloty in 8.

membra generationi & nutritioni dicata, reſpondet Homo regioni Elementari, in qua perpetuò generationum & corruptionũ eſt viciſſitudo: Thorace in qua Cor vitalis caloris fons reſidet, cum regione cœleſti in qua ☉, caloris in mundo fons & reliquæ ſtellæ continentur, cõvenit: Capite verò, in quo mens reſidet, non ſolum mundo illi ſupercœleſti ſimilis eſt, ſed etiam in hâc parte imago Dei in homine & olim ante lapſum ſe conſpiciendam exhibet, &c.) hanc ſeu imaginem, in inferiori tantùm ſeu terreſtri globo, leviter & ὡς ἐν παρόδῳ adumbrare. Extima cutis in humano corpore, pilis ac variis coloribus ornata, nonnè ipſius terræ ſuperficiem, floribus & herbis veſtitam egregiè repræſentat? muſculorum elevationes ac depreſſiones, nonne montium cacumina & valles? Artus quis non fatebitur reſpondere ramis arborum ingentium, quaquà verſum expanſis, ut & articulos digitorum, internodiis plantarum. Oſſa ſimilitudinem gerere lignorum & lapidum, qui ſunt oſſa magnæ matris, quis non fatebitur? ita veſicam fontes, fæces alvi, terræ varias impuritates ſeu excrementa: ſudores & lacrymas, pluviam, anhelitum, Eurum ſeu Zephyrum, flatus ſeu μορμολύκεια ventos ac tonitru: cutis horrorem ſeu concuſſionem corporis, terræ motum exactè referre, quis contradicet? Præterea, quid Mari, in quod omnia flumina tendunt, & à quo viciſſim derivantur, ſimilius jecore, à quo omnes venæ, ceu rivuli quidam oriuntur, & per univerſum corpus diſſeminantur, ut ab iis ſingulæ partes accipiant nutrimentum, non aliter, quàm à fluminibus terrâ irrigata, humoreque perfuſa, quæcunque in ipsâ producuntur, vegetantur ac nutriuntur. Deindè ſi ad *Animalium genus* nos convertimus, nonnè ut in macrocoſmo, ità & in microcoſmo ſeu corpore humano, multoties ſimilem variorum animalculorum ſeu inſectorum generationem procedere videmus? fidem ſatis ſuperque, faciunt, varia pulicum pediculorum, lumbricorum ac vermium, quibus non rarò corpora humana infeſtantur, genera, ut ſilentio jam prætereamus, ſcarabæorum, ranarum, erucarum, lacertarum, ſerpentum, aliorumque ſimilium animalculorum, præternaturalem quandoque in corpore productionem, multis præclariſſimorum Medicorum obſervationibus atq; exemplis confirmandam, ſi opus eſſet. Nec abſurdum id cuiquã videri debet: Si enim ex putredine limaces, cochleæ, mures: ex fimo bubulo ſcarabæi, fuci ac veſpæ: ex aereo ſeu roſcido madore, erucæ, papiliones, locuſtæ progerminant,

nant, quid mirandum, in corpore quoque humano, ex ſimili cauſâ, diverſoque putredinis genere diverſarum materiarum in illo concluſarum, ejuſmodi beſtiolarum generationem procedere poſſe? Tandem ſi *ad Mineralia* deſcendamus, nec horum aliquis defectus erit in corpore humano, ibi enim ſecundum Hermeticorum doctrinam, varia genera Salium, Tartarorum, Sulphuris, & Mercurij, nec non diverſos ſpiritus minerales, naturam vel vitrioli, vel aluminis, vel nitri, aut Antimonij, Arſenici, aut alterius generis gerentes, ſicq; pro diversâ illorum idæâ, diverſos quoque tàm internos quàm externos morbos procreantes, reperire licet, imò ſi penitiùs rem introſpiciamus, neceſſe habemus fateri, nonnullos humores excrementitios, præternaturaliter in corpore noſtro genitos, quorundam Mineralium ac Venenorum, tùm quoad externos colores, odores & ſapores, tùm quoad internos ipſorum effectus, ſimilitudinem ac naturam exactè referre, id quod patet in bile æruginosâ, quæ æris ſeu cupri, & in porraceâ ac iſatôde, quæ Sandarachæ, Arſenici ac Auripigmenti, pernicioſæ ac malignæ qualitati reſpondet; quemadmodum & pituita acida, vitrioli, ſalſa ſalis, vitrea aluminis proprietatem refert, ac repræſentat. Jure igitur *Crollius in lib. ſign.* Nihil eſt in mundo, cujus proprietas etiam in homine microcoſmo reperiatur. Idem Crollius in præfat. p. 30. Circulus dicitur Homo, quod in ſe omnes creaturas contineat. Et p. 31. In homine omnia ſunt comprehenſa, & ipſe fert omnia in ſe. Et pag. 32. Eſt in nobis totum firmamentum cum Planetis & ſtellis. Et pag. 35. Homo totius mundi partes habet, & nihil eſt in majori mundo, quod in ipſo mundo non realiter reperiatur. Et paulo poſt: Tota mundi machina collecta & reducta eſt in microcoſmum, ita ut in toto mundo nihil reperiatur, quod videre etiam non ſit in homine. Andreas Laurentius l. 1. Anatom c. 2. ſcribit quoque Hominem in ſe continere omnia, quæ univerſus hic mundus ampliſſimo ſinu ſuo coercet, ut parvus mundus & univerſi exemplar, & Epitome merito dici poſſit. Unde *Gregorius Nazianzenus*, Hominem poſt reliqua à Deo factum fuiſſe dicit, ut Deus in ipſo exprimeret ſub brevi quodam compendio, quicquid diffusè in toto mundo anteà fecerat.

CA-

CAPUT XIX.

Quomodò ab internâ humorum corruptione Peſtis generetur.

CUm hactenus demonſtratum ſit, Humores corporis noſtri quandoq; in talem corruptionem prolabi, ut venenoſi prorſus fiant, naturamque exitioſorum toxicorum prorſus æmulentur, quamvis *Ingraſſias lib. 1. de contag.* Et *Donatus Altimarus, lib. de febr. Peſtil. cap. 6.* id negent, Ordinis ratio nunc poſtulat, ut declaremus, à quâ potiſſimum cauſâ, illi talem contrahant corruptionem, & quomodo exindè Peſtis ortum ducat ſeu procreetur. Tenendum itaque hanc corruptionem proficiſci, *à victus pravâ ratione*, nullo ejus obſervato ordine, nec quantitate nec qualitate. Per pravam autem victus rationem nos hîc intelligimus ea eſculenta ac potulenta, quæ hominialiàs minimè ſunt familiaria ſeu aſſveta, ſed potiùs peregrina, inſolita, naturæque ejus è diametro quaſi contraria, & ad quæ aliàs nemo, niſi vel ingenti fame victus, vel ſummâ neceſſitate defectus aliorum alimentorum idoneorum cõpulſus, deſcendit, ut ſunt. 1. Panis ex frumento, vel ſyderatione ac rubigine, vel corroſione à teredinibus, aut mucore, vel putrilagine vitiato, confectus 2. legumina ſemiputrida, mucida, vermibus corroſa, ac loco udo, minimeque vento perflabili, diu aſſervata 3. carnes putridæ, fætidæ, ac in tabum diffluentes, ſeu à morbidis animalibus deſumptæ. 4. Radices à vermibus vel infectis corroſæ. 5. Piſces aquarum ſtagnantium emortui ac corrupti. 6. Olera item, nec non omnis generis herbæ, fructusq;, vel aliquâ putrilagine vitiati, vel externarum impuritatum adhæſione contaminati, vel naturæ ſuæ proprietate venenati. 7. Quibus tandem accedit, & uſus aquarum vel turbidarum ac paluſtrium, vel putridarum ac fætidarum, cadaverum, aut alterius inquinamenti permixtione conſpurcatarum. Ex horum igitur, ſimiliumque alimentorum pravorum ac corruptorum uſurpatione, neceſſariò quoque ſangvis pravus ac vitioſus, nec non alij pravi, corrupti ac maligni humores in corpore humano generantur, qui niſi vel ſingulari temperamenti bonitate ac robore naturæ vincantur atque expellantur, vel frequentioris exercitij adjumento inſenſibiliter diſcutiantur & abſumantur, ſed in vaſis, aliisque corporis partibus, præter naturæ legem diutiùs retinean-

tur, tunc illi indies majorem pravitatem acquirentes, venenatamque planè naturam induentes, (cum à calore ampliùs non regantur) Spiritus ſeu vapores malignos varios ex ſe procreant ac diffundunt, qui actis poſteà ambientis adminiculo excitati, & ad cor ipſum delati, ſpiritibusque vitalibus exquiſitè permixti, nullo negocio tandem, febrem malignam vel peſtilentem ingenerare poſſunt. Quod confirmat *Gal. 1 de diff. feb cap. 4.* Fit aliquando Peſtilentis febris generatio, etiam ob eos, qui ſunt in corpore humores ad putreſcendum aptos, &c. Et *2. de nat. hum. com. 3.* ſcribit, quoſdam qui in fame coacti fuêre triticum comedere ſemiputre, morbo communi laboraſſe, & olim exercitum univerſum, cum aqua corrupta fuiſſet uſus, in omnibus militibus, commune malum ſenſiſſe. Hinc jure *Diogenianus* apud Plutarchum dixit: Nihil æquè parere novos, ac veteres innovare morbos, quàm pravam cibi ac potus rationem. Et ad hujus rei confirmationem, videlicet ad famem ingentem, & ad vitioſum ac corruptum nutricatum ab hominibus initum, Peſtilentem luem conſequi poſſe, pauca exempla nunc ſubjiciemus. 1. *Julius Obſequens* ſcriptum tradidit, ad inſulam Liparas, mare fervefactum, plurimos piſces necidediſſe, quibus ad littus ejectis, cum incolæ avidiùs veſcerentur, ex internâ corruptione peſtem novam exortam, quâ multi perierunt. 2. *Joſephus lib. 7. cap 26.* memorat, durante obſidione Hieroſolymitana, tantam famem, ob rerum neceſſariarum penuriam invaluiſſe, ut ad abſurdiſſima quæque devoranda, oppidani converſi, Peſtilentiam ſeviſſimam hac ratione ſibi accerſerint. 3. *Egnatius & Schedelius in ſuis Chron.* annotarunt regnante Leone Iſaurico Imp. ad famem ingentem Conſtantinopoli, tam ſævam ſecutam fuiſſe peſtem, quâ 300000. hominum, durante obſidione urbis interierint. 4. *Julius Cæſar lib. 2. de bello civili* refert de Maſſilienſibus, qui obſidione cincti, & ſumma annonæ penuria preſſi, cum panico vetere & hordeo corrupto alerentur, aliaque inſueta & abſurda commederent, omnes in graviſſ. incidiſſe Peſtilentiam. Ita ſcribit Metteranus l. 7. Hiſtor Belg. ob ingentem famem, qua varia inſolita coacti fuerant obſeſſi Leydenſes comedere, exortam fuiſſe peſtem, quæ intra 6. menſes ad 6000. hominum abſtulit. A 1578. 5. *Evagrius lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 6.* ſcribit, Poſtquam ob penuriam cùm pluviarum, tùm ſalubrium alimentorum in Phrygiâ, Gal-

Gallatiâ, &c. uſi fuiſſent homines exitialibus cibis, mox ſurrexiſſe indè gravem Peſtilentiam. 6. *Ità Nicephoro teſte, lib. 3. hiſtor. Eccleſ. circa finem cap. 35.* poſt famem ingentem, & rerum ad victum neceſſariarum defectum, Peſtis eſt ſecuta, corpora infeſtans, & varios morbos prognignens, undè plurimi interierunt. *Georgius Richterus in Axiom. Oeconom.* Anno V.C. 14. ante Chriſtum 737. regnante Romulo, ſterilitas agrorum & frumentorum ſumma inopia fuit, ſtatim urbem invaſit Peſtis, quæ hominibus abſque ullà ægrotatione mortem intulit. Plura exempla qui ſcire deſiderat, legat *Plutarchum in vita Alexandri, Avenzoarem lib. 3. tract. 3. cap. 4. Aretium, Sigebertum, Rivandrum & Spangenbergium in Chron. ſuis,* Item *Michaelem Saxonem in ſuà Cesareâ Chron. in vità Ludovici 5. Imp. Fuchſium lib. 2. inſtit. ſect. 1. cap. 11. Rulandum de morbo Ungar. cap. 8. Foreſtum lib. 6. obſ. 9 & alios.* Ex hiſce igitur omnibus, Sole meridiano clariùs patere arbitramur, haut abſque ratione nos dixiſſe, interdum ex impuris, vitioſis ac corruptis alimentis, tempore præſertim graviuſculi Annonæ incendij affatim ingurgitatis, tantam putredinem in corpore humano cauſari, tantoſque pravos, malignos ac venenatos ſuccos procreari poſſe, ut per illorum fomitem, ſeu ſeminaria morbifica, non ſolum varia morborum graviſſ. ac febrium acutiſſ. genera, ſed etiam lues peſtifera ipſa excitetur, hæcq; poſteà aëris beneficio, utpote ad μιάσματα illa σηπεδονώδη ſeu inquinamenta putrifica & contagioſa, à lue iſta polluti corpore expirantia, recipienda, admodum proni ac diſpoſiti, pluribus aliis celerrimè communicetur.

CAPUT XX.

An virtute Imaginationis, Peſtis cauſari poſſit?

ANtequàm tractationi huic de cauſis Peſtis, finem imponamus, & ad ſignorum explicationem tranſeamus priùs, non minus ingenioſa & ardua, quam, utilis & jucunda hic enodanda quæſtio, *Nùm ſc. per Imaginationem Peſtis cauſari & excitari poſſit.*

Affirmativa.

1. Si imaginationi non ſit impoſſibile, ſed ei omninò conceſſum videatur, in corpore tùm proprio tùm alieno, ex ſe innumeros ſtupendos admirandosq; effectus, rationem ferè ipſam ſuperantes, producendi, variaq; inſignium alterationum ac perturbationũ genera, excitandi: Utiq; nec eidem 1. *Argum.*

 quo-

quoque impoſſibile erit, Peſtilentem morbum, in eo corpore, cui propriè ineſt, introducendi. At verum prius. Ergo & poſterius. Minor ſtabilitur. Et ut 1. *de gravidarum imaginatione* ordiamur, quis eſt qui neſciat, hujus ſolius vi ac potentiâ, ſæpè numero fœtui, adhuc in uteri materni latebris concluſo, inſignes ac miraculoſas notas imprimi. (Notandum enim, fœtus mutari ab imaginatione vel mediãtibus animi affectibus per humorum & Spirituum motum, vel dirigendo facultatem conformatricem. Copioſius & elegantius hæc explicantur à D. Sennerto in lib. de conſenſ. Chymic. p. 408.) 1. Autor enim eſt *Lycoſthenes, Balæus, Platina, Bergomenſ. lib. 3. & Centur. hiſtor. 13. cap. 10.* Anno 1282. ex illuſtri quadam fœmina natum eſſe puerum villoſum, & in ſpeciem urſi, ungvibus armatum, ob receptam ab ea in conceptu imaginationem urſorum, in cubiculo ſuo depictorum. Ita Andr. Laur. refert quandam puellam omninò hirſutam eſſe enixam, quia Imago S. Johannis in conceptu ei obverſabatur. Balduinus Ronſæus lib. 1. de primord. hominis cap. 10. ſcribit Gaudæ in Hollandia mulierem quandam videntem greges gallinarum Indicarum conſternatam fuiſſe, ut poſtea pepererit fœtum multis excreſcentiis carnoſis multiformis coloris, galli Indium inſtar defœdatum. Vide etiam Sennert. l. 1. de conſenſu Chym. c. 14. 2. *Lutherus comment. in Geneſ. ſcribit*, quandam pudicam mulierem Iſenaci enixam fuiſſe Glirem, quod ex eo accidit, quod mulieri illi tũc gravidæ ex improviſo Glis quædam, nolam ſuſpenſam habens, occurrerat, undè illa adeò territa fuit, ut fœtus in utero degenerarit in formam hujus beſtiolæ. 3. *Ludovicus Vives ad cap. 25 lib. 12. Auguſt. de civitat. Dei*, memorat, uxorem cujuſdam in lucem edidiſſe infantem Demoni ſimilem, eò, quod maritus ipſius anteà perſonatus, & formam Dæmonis gerẽs, domumque rediens à ſpectaculis publicis, eam compreſſiſſet. 4. Andreas Laur. lib 1. de Strumis c. 7. Quædam gravida cum ſimiam haberet in deliciis, puellam peperit, quæ ſimiæ inſtar geſticulari noverat. Sic ſuperioribus annis idem refert autor, honeſtam mulierem Lutetiæ puellam edidiſſe, cui gemina facies fuerit. Cauſam ſciſcitantibus Medicis à matre reſponſum fuit, ſolitam ſe ſpeculum fractum quod geminata omnia repræſentet, quotidiè intueri. 5. Münſterus lib. 3. Coſmograph. refert propè Moguntinam ſuo tẽpore accidiſſe, cum duæ mulieres in platea confabularentur, alteram ex improviſo venientem à tergo fron-

Gravidarum imaginationis miraculoſa vis.

frontes utriusque colliſiſſe, & poſteà alteram earum quæ prægnans erat, inde filias duas peperiſſe frontibus ad naſum uſque cohærentes, quæ ſic decem annis continuis conjunctæ vixerint, *6. Fincelius in lib. Prod. & Peucerus lib. 15. de divi.* referunt, Pillenæ in Bohemiâ, puerum natum imagine Chriſti crucifixi, pede altero ſuper alterum inflexo, idque ob fortem hujuſmodi imaginis à matre factam impreſſionem. *7. Martinus Weinrichius in lib. de monſtr.* ſcribit, quandam gravidam, cum vidiſſet, maritum in pectore lethaliter vulneratum, quâ parte vulnus fuit, eâdem; fœtum poſtea editum, etiam rimam manifeſtam & apertum pectus habuiſſe. *8. Gregor. Horſtius in Epiſt. ad Fabric.* refert, Anno 1610. Pragæ puerum natum cui jecur, inteſtina, lien, ventriculus extrà umbilicum propenderint, cujus monſtroſi partus cauſa fuit, ſola matris imaginatio, quæ tribus menſibus ante partum, mactationi vituli, ex cujus ventre aperto, omnia viſcera foràs effuſa & prolapſa conſpexerat, adfuiſſet. Plura hujuſmodi exempla vide apud *Gvilielm. Fabritium in Cent. 3. obſ. 56.* Item *Lemnium lib. 1. occult. cap. 4. & Paræum lib. 24. cap. 7. ac Hippocr. &c.* 2. Verùm omiſſâ gravidarum φαντασίᾳ, alios ejuſdem effectus in corpore humano conſi-

Alij effectus mirabiles Imaginationis.

deremus. 1 Videmus imaginatione 1.
ac cogitatione ſolâ rerum adverſarum vel proſperarum, homines toto corpore repentè moveri, calefieri, refrigerari; horrêre, tremere,
palleſcere, rubêre. 2. Experimur 2.
quoq; nonnullos forti mortis metu & imaginatione, unâ nocte, vel unicâ ſaltem horâ, totos caneſcere, licet adhuc juvenes, ut patet ex hiſtoriâ illâ *Lemnij lib. 2. de compl. ca. 2. & Aventini lib. 7. Annal.* deſcri-
pta. 3. Certiſſimum quoque eſt, ſola 3.
cibi alicujus, noſtro palato grati, imaginatione; ſalivam in os prolectari, ejuſdemque vi non rarò homines ad colem erigendum, veneremq; exercendam impelli. 4. præ-
tereà liquet, aliquos ex ſolâ vulne- 4.
ris, aut ſangvinis ex venâ ſectâ prorumpentis inſpectione, animo linqui ſeu deficere, nec non quoſdam ſolo aſpectu ſeu viſione Epileptici cadentis, in ſimilem quoque mor-
bum incidere. 5. Non rarò etiam 5.
accidit, res auſteras & amaras ſibi imaginantes, eoſdem ſapores etiam in ore percipere, & qui alios auſteros fructus commedere vident, horrore & ſtupore dentium
ſimul afficiantur. 6. Denique ob- 6.
ſervatione conſtat, quamplures ægrotantes ex ſolâ validâ imaginatione, de Medico vel remedio aliquo concepta, depulſo morbo, priſtinæ valetudini feliciter fuiſſe reſti-

Digitized by Google

reſtitutos. (Imaginatio per ſe non curat morbos, ſed per accidens tantum. Quia confidentia reddit ægrum Medici præceptis obſequẽtem,& in animo ægroti generat lætitiam, lætitia autem excitat calorem nativum & ſpiritus, unde fit, ut & cibi rectius coquantur humores vitioſi vincantur, & morbus expugnetur. Videmus enim eorum qui animo læto & hilari ſunt cibum celerius concoquere; contra vero ab iis, qui ſollicitudine aliqua timore ac mœrore detinentur, cibos non rectè coqui ſed corrumpi.) ut multis exemplis id confirmari poſſet, ni brevitati ſtuderemus.

2. Argu. 2. *Si ſola Imaginatio, concitatis hinc indè vario motu, humoribus & ſpiritibus in corpore, omnis generis graviſſ. ac periculoſiſſ. morbos & affectus, imò interdum mortem ipſam ſubitò poteſt inferre, ſanè non abſonum videbitur ſtatuere, illam quoque Peſtilentem affectionem, interdum in homine cauſare & excitare poſſe. At antecedens veriſſimum. Ergò & conſequens.*

Minoris confirmatio: Docuit enim eventus quotidianus intenſioribus cogitationibus & curis, nec non vehementiori φαντασίᾳ extrà ſe abreptos, non rarò Hydropem, Phthiſin, melancholiam, vel ἀτροφίαν totius corporis ſibi contraxiſſe, aut in paraphrenitidem ſeu mentis aberrationem, aliaſque graviſſ. paſſiones incurriſſe. *Lucianus enim* περὶ ὀρχήσεως ſcribit de quodam, qui Ajacis furioſi perſonam in ſcenâ repræſentans ità perturbatus fuerit, ut verè furioſus evaſerit: Ità *Bibius Gallus*, cujus meminit *Seneca in declam.* dum μιμικῶς, ſtulti hominis mores exprimere ſatageret, ipſemet ſtultus factus eſt. *Cælius Rhodiginus lib. 20. cap. 16.* ſcribit, quendam, quoties vellet, Paralyſin: & alium, ſenſus mentiſque privationem excitare ſibi potuiſſe. Hiſce addantur alia exempla, confirmantia nimirum ſolius Phantaſiæ vi, mortem nonnunquam acceleratam. *Erneſtus Burggravius in Achille* πανόπλῳ refert: Amſterodami aliquando mercatori cuidam in publicum hoſpitium divertenti, ab hoſpita, cum maritus ejus peregrè abfuiſſet, in prandio, ſerpentem, quem angvillam putaverat, appoſitum fuiſſe, quem ille ignarus quid eſſet, comedit, abiitque. Cum poſt aliquot dies Mercator iterum rediiſſet, & ab hoſpite, qui intereà errorem uxoris intellexerat, interrogatus fuiſſet, num ab eo tempore, quo apud ipſum hoſpitatus fuerat, benè ſemper habuiſſet, tunc annuenti mercatori, confeſſus eſt, quid tùm accidiſſet, ſe nimirum ſerpentem

pro

pro anguilla devoraſſe, ibi miſer ille toto animo & corpore cohorreſcere, & mox in terram collabi & è veſtigio expirare. Similem ferè recitat hiſtoriam *Weinrichius in lib. de monſt. cap. 17.* Ruſticam nimirum mulierem gravidam ſerpentem pro piſce devoraſſe abſente marito, quo domum reverſo, & errore cognito, tùm temporis illi perciſſe, à puerperio verò cum illi factum narraſſet, eam ſtatim expiraſſe. *Simon Majolus Tom. 1. Canicul. Colloq. 3.* Novi (inquit) ego adoleſcentulam, quam cum is qui à parentibus in ipſius ſponſam fuerat delectus, ipsâ inſciâ, furtiva quadam familiaritate deoſculatus fuiſſet, intrà unius horæ intervallum, quanquam optimâ valetudine periiſſe. Tantâ nimirùm imaginationis vi, velut admiſſæ turpitudinis ſeſe affecerat: Ita *Thomas à Vega* ſcribit, quendam inter ſepulcra parentum ambulantem, cum fortè lapillum calcaret, calceis adhærentem, imaginatum ſibi fuiſſe, ſe à manibus parentum ſuorum trahi, & illâ φαντασίᾳ intrà ſeptimanam quoque mortuum eſſe.

3. Argu. 3. *Quod experientia ipſa ſeu obſervatio rerum nos docuit, de eo minus erit dubitandum. At experientia ipſa declaravit, merâ ſolâq; φαντασίᾳ Peſtem aliquandò excitatam fuiſſe. Ergo &c.* Minor probatur. *Jo: Matthæus in cent. quæſt. 86.* Anno 1591. Ancillam (inquit) in oppido Penshem, ex falſa perſuaſione in peſtem incidiſſe vidi, eò quod nocte quadam viatorem ægrum curru advectum, morientē viderat, ſibique quod peſte obijſſet, firmiſſimè perſuadebat, cum tamen nulla peſtis lues tùm temporis unquam graſſaretur. Et *Eraſmus Hedenus in orat. quadam.* Ex ſolis (ait) tectis ab infecto loco literis, & unius hominis imaginatione & metu, totam Galliam ſuperioribus annis Peſtem invaſiſſe, ex Hiſtoricorum conſtat monumentis, ſolo aſpectū perlatæ ex ſuſpecto & infecto loco haſtæ mulier in vicinia exhorruit, & Peſte correpta fuit, cum qui illam attulerat lōgius abeſſet. Et *Scheunemānus enim in Paracelſ. de Peſte c. 15.* talem quoque deſcribit hiſtoriam: Anno 1588. contigit quod Ruſticus quidam Wernigerodam, nocturno tempore ad ligna devehenda in ſylvam tranſire voluit, quem pauper quidam offendit in via, curruṁque ejus aſcendit. Aurigâ paululum progrediente, equi ſudare incipiunt, ac ſi ingentem ponderis molem traherent. Ruſticus retroſpiciens, nihil niſi hominem currui inſidentem cernit, terrore perculſus, de morte & peſte cogitans, mortem ſe vehere imaginatur, peſte confeſtim corripitur: civitatem in-

ingreſſus, ſe mortem duxiſſe, ex imaginatione conceptâ aſſeruit ac repentè moritur. Hoc ſparſo rumore, civitas tota timore percuſſa ac Peſte depopulata eſt, ut ne unus quidem, qui fugam non dederit, ſuperſtes remanſerit. Huic hiſtoriæ adjiciantur quoque obſervationes noſtrorum temporum, quibus innotuit frequentiſſimè in pago, vico vel civitate aliqua, in quâ vel levia peſtis apparuêre initia, infinitos tamen homines, quos conſcientia ipſa poſtea factum ſeu culpam fateri coegit, abſq; ullius contagij prægreſſione, ullave aëris infecti inſpiratione, ſolo tantùm metu, meræq; imaginationis validioris vi, in hanc venenatam luem conjectos, eaque tandem penitùs oppreſſos ac extinctos fuiſſe.

Negativa.

1. Argum. 1. *Si propriâ φαντασία Peſtis eſſet cauſanda, utiq; hoc fieri deberet, vel per fortem motum localem, humorum ac ſpirituum, vel per eorundem inſignem alterationem aliquam, per ſe à φαντασία factam & introductam: At qui neutrum poteſt per ſe à φαντασία perfici. Ergo, &c.* Aſſumpti prima pars *de motu locali* humorum & ſpirituum tali proſyllogiſmo confirmatur: Si φαντασία moveret ſangvinem humores ac ſpiritus, ſanè moveret eos ſemper quo vellet. At hoc facere nequit. Ergo, &c. Quia quantumcunq; homo pallidus imaginetur & velit, ut ſangvis & ſpiritus in faciem feratur, vel rubicundus, ut ſangvis recedat, & in alias partes deferatur, vel Jctericus velit & deſideret, ut bilis à cute in folliculum fellis retrahatur: aut hæmorrhagiâ ingenti laborãs, anxiè cogitet & imaginetur, ut ſangvis ad originem ſuam retrocedat, inque vaſa propria ſe recipiat, nullus tamen horum unquam voti ſui fiet compos, ut ſc. per imaginationem, ſangvinem, vel ſpiritus ac humores ad hanc vel illam partem attrahat. Altera pars aſſumpti *de Alteratione* ita probatur: Si φαντασία ſimpliciter ac per ſe humores & ſpiritus alterare poſſet, tunc ſequeretur per intenſam imaginationem nos ſemper alterari debere. At conſequens falſum. Quia etiamſi quis toto die, imò toto menſe, tempore brumali fortiſſimè imaginetur, ſe eſſe calidum, aut velit eſſe calidus, tamen non ideò calefiet: aut ſolſtitio æſtivo quis ſibi imaginetur, menteque firmiſſimè concipiat, ſe eſſe frigidum, non ideò frigiditatem aliquam corpore percipiet: quemadmodum & Æthyops, imaginando albedinem per totum vitæ ſuum curriculum, in æternum tamen nunquam albeſcet: Et fæto-

re:

re anhelitus laborans, quantumvis jugiter imaginetur odoris bonitatem, nunquam tamen ob id ſibi comparabit anhelitum odoratum. Ergo,&c.

2. Argu. 2. *Si φαντασία ingeneranda eſſet Peſtis in homine, ſequeretur, prius venenum ſeu venenatos humores, illam debere producere in corpore.* (Ratio. Quia Peſtis non aliundè, quam ex venenatâ materiâ, intra vel extra corpus noſtrum genita, ſeu inſpiratione attracta, procedit ac naſcitur) *At Phantaſia hos facere nequit.* Quia generatio venenatorum humorum in corpore humano, procedit per inſignem tantùm eorum corruptionem ac putredinem: ubi igitur nulla ejuſmodi corruptio, ibi quoque nullum venenum. Ad inducendam autem putredinem requiritur præter alia & quies ſeu immobilitas rei putrefaciendæ. Nunc autem cum φαντασία præſertim vehementior humores ac ſpiritus vario motu hinc indè cieat, exagitet, conturbet & calefaciat, raròque quieſcere ſinat, idcircò quomodo per ejuſmodi jugem Phantaſiæ motum illi putreſcere & corrumpi, exindeque venenati fieri poſſint, nullam ſane rationem, id nobis perſvadentem videmus.

3. Argu. 3. *Si Imaginatio poſſet in homine producere Peſtem, ſequeretur, in eôdem & imaginationem alterius morbi, poſſe quoque illum morbum imaginatum excitare ſeu procreare* (Ratio: Quia nulla apparet ratio, cur imaginatio Peſtis magis deberet facere Peſtem, quàm imaginatio alterius morbi illum morbum: Tàm enim eſt fortis ſpecies alterius morbi ad movendam φαντασίαν,& cauſandum morbum ſimilem, quàm ſpecies Peſtis ad cauſandam Peſtem) *At conſequens falſum.* Quia qui imaginatur febrim, non ob id re ipsâ febri corripitur: nec qui Nephritidis acerbitatem aut podagræ atrocitatem fortiter menti ſibi imprimit, is ſtatim horum cruciatus ac dolores evidenter perſentiſcit: neque qui icterum, hydropem, diarrhæam &c. imaginatur, ideo ictericus, hydropicusq; evadit. *Ergò nec imaginatio Peſtem quoque per ſe faciat.*

OPINIO NOSTRA.

Diſcuſsâ ac ventilatâ in utramq; partem hâc quæſtione, tandem noſtram ſententiam ut aperiamus ordinis ratio exigere videtur. Imaginationem igitur quod attinet, non imus negatum, illiùs permagnam exiſtere vim in diverſimodè alterando ac immutando corpore proprio, id quod perſpicuitas exemplorum, ſuprà pro ſtabiliendâ parte affirmativa adductorum, ſa-

tis ſuperque docet, Nec diffitemur quoq;,multos morbos ab eâ, prinpium incrementa, & mutationem ſumere, exemplo ſunt melancholici, phrenitici & furioſi ob φαντασίαν corruptam ac depravatam, mira & ridicula videntes, narrantes ac peragentes, quos vulgus à malo infeſtoque genio divexari & agitari ſibi perſvadet, cum ab humorum ferocia, mentem ſpiritusque turbante, hoc malum proficiſcatur. Imò libenter concedimus, ſolius ſæpè imaginationis intenſione,quamplures Peſtis contagione poſſe infici, cum in hâc re experientiam ipſam ſuffragantem habeamus,quæ manifeſtè docet,graſſante alicubi hâc perniciosâ Lue, majorem ferè hominum partem, ſola nudaque imaginatione, ea infectam fuiſſe,vel etiamſi in loco aliquo, nulla peſtis ſævientis ſuſpitio adſit, nihilominùs tamen illam ſolius ac meræ imaginativæ potentiæ actu quandoque ab alio poſſe in proprio corpore produci atque excitari,& poſteà mediante contagio in plures alios diſſeminari, ab omni ratione prorſus alienum non cenſemus.Undè *Paracelſus in Philoſophia occulta*, ad hanc rem declarandam,tale exemplum proponit: Concipiamus (inquit) mente 2,fratres, quorum alter verſetur in Italia, alter in Daniâ degat; fingamus etiam in Italiâ ſævire Peſtem & alterum fratrem ibidem ab illâ jugulari. Nuncius de morte hujus in Daniam fertur ad alterum fratrem: huic jàm cutis rigeſcit, incipit quoque imaginari, nec imaginationem hanc animo expellere poteſt,incenditur ergò paulatim & reverberatur in ſe ipſa imaginatio, quæ mox fulgurat aures, alas vel inguina ferit, ut non modò ipſe ulceribus ac bubonibus illicò corripiatur,ſed & alios contagione hâc promptè lædat & inficiat. Quomodo autem hic effectus ab Imaginatione producatur,declarat exemplo alio,à Gallo Indico deſumto,quod vide *in Tract. 2. de peſtil. cap.*2. Sed ut vitatis verborum ambagibus, liberè tandem quid ſentiamus,eloquamur, dicimus ac ſtatuimus: Imaginationem ſimplicem,immediatè, per ſe, & ex ſua natura, nullum peſtiferum affectum in corpore producere poſſe, ob rationes pro parte Negativâ ſuprà allatas,ſed per accidẽs tantùm, quatenus nimirum illi conjunctus ingens timor ſeu metus,à cauſa aliqua externa introductus ſeu ſuſcitatus,humores corruptos, pravos, malignos ac putridos,anteà in corpore genitos,& quiete latentes,vel fomitem ac ſeminium ipſum hujus contagionis anteà viſceri vel parti alicui otioſè inhærens, aut excremen-

mentitiis ſuccis involutum, vehementi quaſi turbine concitet & exagitet, undè maligni ac venenati vapores elevati ad cor feruntur, qui ſpiritibus vitalibus permixti, ſimili malignitate ac veneno, quo ipſi præditi ſunt, inficiunt, ſicque peſtilentem tandem febrem inducunt. Cui ſententiæ noſtræ egregiè adſtipulatur *Sennertus lib. 1. de conſenſu Chym c. 14. & Thomas Fienus de vir. Imag.* ita ſcribens: Quod fortiter de Peſte imaginantes, Peſtem interdum acquirant, fit per accidēs, quatenus ſc. Imaginatio hæc magnum infert timorem, qui timor movet malignos humores, in corpore imaginantis latitantes, qui moti peſtem faciunt. Et ita dico (ſubjungit) imaginationem peſtis non facere peſtem, niſi in corporibus ad eam diſpoſitis, uti ex eo patet, quod tempore peſtis graſſantis, multi ſæpè intenſiſſimè, & cum ſubſequente maximo timore de ea cogitantes, non propterea tamen ea corripiantur, tempore verò non graſſantis multo minus. Cujus ratio eſt, quod in neutris diſpoſitio ad peſtem adſit. Et *Crollius in Præfat. Baſil. Chym.* Imaginatio noſtra (inquit) ita potens eſt, ut morbos ſanare vel excitare valeat, ſicut manifeſtè apparet tempore peſtis, quandò ex ſua propria imaginatione, ex metu & terrore generat Baſiliſcum cæli, intoxicantem firmamentum microcoſmicum, è ſua ſuperſtitione, prout fides patientis adjuvat. Item *R. Goclenius in Loimographiâ* ſic loquitur: Imperitè à nonnullis creditur in corpore benè ſano, & à putredinis malignæ fomite libero, imaginationem poſſe excitare peſtem. In quibus peſtis ſunt ſemina, ſangvisque ad exitialem illam putredinem, & febrim diſpoſitus eſt, de iis concedi poteſt, citius enim febrim illi ſentiunt, quia per metum & terrorem humores agitantur, quibus commotis ſpiritus putridi ad cor revocantur, cùmque bonis una eôdem adducuntur. Sic accidere videmus aliquandò, ut qui peſtiferæ febris ſeminaria in ſe haberent, funeri alicui facti obvii, non multò pòſt, in eam inciderint, quam ſerius perſenſiſſent, ſi non per metum, ſpiritus putridi ad cor ipſis fuiſſent attracti.

CAPUT XXI.

De Signis, futuram Peſtem demonſtrantibus.

Excuſſis & explicatis hactenus, omnibus ac ſingulis Peſtis cauſis, tempus nunc eſt, ut ad ſignorum enarrationē accedamus. Horum autem duplex exiſtit differentia,

tia, quædam enim indicant ſeu demonſtrant Peſtem futuram, quædam verò illam præſentem nobis exhibent & ob oculos ponunt. De prioribus hoc capite dicemus: *Signa.* *Signa* igitur venturam peſtem demonſtrantia quod attinet, illa vel *Generalia* ſunt *Generalia vel Specialia*. Generalia iterum ſubdividuntur in *Metaphyſica & Phyſica*. *Metaphyſica.* Ad *Metaphyſica 1.* referimus peccata ſeu delicta hominum, liberè ac impune perpetrata, quibus ad vindictam æternum numen provocatur ac irritatur. 2. Pertinent huc frequentes ſpectrorum apparitiones, Lemnrumque ſtrepitus, aliorumque terriculamentorum ſonitus, quibus homines noctu miris modis terrificantur graviterque percelluntur: nec non quærularum, inſolutarumq; nocturno tempore vocum auditio ſeu perceptio, quas ab inviſibilibus necromanticis aſtris moveri *Paracelſus* contendit. Nos tamen illas à malis geniis non rarò excitari credimus, dum enim hi iram & vindictam Dei præſentiunt, & de futuro hominum exitio mirificè gaudent, idcircò, ut illos perterrefaciant, animosque præſertim imbecillium inani metu ac formidine adimpleant, nocte concubiâ, ejuſmodi inconditos ſonos ac voces edunt.

Phyſica *Phyſica Generalia ſigna* quadruplicia ſunt: 1. Cœleſtia. 2. Aërea. 3. Aquea. 4. Terrea. *Generalia ſigna. 1. Cœleſtia.* 1. ad *Cœleſtia* pertinent. 1. Malignæ ſyderum conjunctiones, eorundemq; infelices aſpectus, imprimis ♄ & ♂. 2. Cometarum apparitiones. 3. Luminarium crebra deliquia. 4. Uberior Chaſmatum proventus. 5. Frequentior caprarum ſaltantium, vel ſtellarum cadentium, ut & Pareliorum & Halonum aſpectus. 6. Trajectionum inuſitatarum, trabium ignitarum, lancearum ardentium, aliorumque ὑποκαυμάτων in ſuprema aëris regione generationes, quæ omnia cum varia nonnunquam de ſe in terram expuant ac rejiciant excrementa, idcircò non ſine ratione mortalibus metum Peſtis incutiunt, id quod diligenter obſervavit *Paracelſus*, ut habetur *Tract. 1. de Peſtil. tit. de Majo Microcoſ.* Is enim, cum 1538. ejuſmodi recrementa ſtellarum penitius introſpexiſſet, ac in diſcipulorum quorundam præſentiâ aperuiſſet, invenit ea inteſtinis ſimilima, undè exactis ab eo tempore paucis menſibus, ſecuta fuit crudeliſſima Peſtis, per totam Sveviam, Helvetiam & Bavariam ſæviens, hominesq; unâ cum colicâ atrociſſimâ affligens. *Idem* quoque annotavit, in Hungaria aliquandò ſtellarum recrementa repræſentaſſe lingvam, craſſitudine digitali, punctis atris ſigna-

Digitized by Google

ſignatam, quæ truculentiſſima peſtis ibidem, cum Anginâ ſeu faucium exuſtione & lingvæ ſecuta eſt Anno 1536. Ita in Boruſſia, Anno 1552. affirmat ſe vidiſſe, ejuſmodi recrementa, maculis luteis, nigris ac lividis inſignita, ad quæ Ecchymata cum Peſte ſecuta fuēre.

2. *Aerea.* 2. *Aereis Signis* accenſenda ſunt 1. Tempora anni, naturalem ſuam temperiem non ſervantia, maximè vero ſi Auſtrina aëris conſtitutio diutius vigeat, quâ vitæ & ſanitati hominum, nulla pernicioſior exiſtere poteſt, utpote corpus, ad varias putredines in humoribus ſuſcipiendas, diſponēs, undè & *Hipp.* loquens de peſte, ſemper ferè, Auſtrinæ conſtitutionis mentionem facit, & *Gal* paſſim in monumentis ſuis, annum auſtralem, in peſte procreanda, primas quaſi partes vult obtinere. 2. Pluviæ prodigioſarum ac inſolentium rerum, puta, ranarum, murium, ſanguinis, carnis, lactis, lumbricorum & hujuſmodi aliarum, quemadmodum olim Romæ, Coſs. M. Attilio & C. Portio, lactis & ſangvinis pluviæ, diræ Peſtilentiæ, prænunciæ extiterunt. 3. Nebularum craſſarum ac fœtidarum copioſior generatio.

3. *Aquea.* 3. Inter *Aquea Signa* numerantur 1. Aquarum fœtor, ſi nimirum ſtagna vel flumina obſcænos vapores exhalent, excrementa denique ſpumoſa, puſtularum more aquis innatantia (Sterngeſchoß vocant) ubique conſpiciantur 2. fontium ex puritate ac limpiditate nativa, in cænoſam, fæculentam ac turbidam ſubſtantiam tranſitio ſeu commutatio 3. piſcium fluminibus innatantium, ſeu piſcinis contentorum & altorum, repentinus magnuſq; interitus. 4. Rubetarum & ranarum multiplicatio, earundemque aquis ſtagnantibus ſeu fluminibus, majori, atque aliàs conſpici ſolent numero, innatatio. 5. Cancrorum, aviumque aquatilium, deſertis propriis latebris ſeu domiciliis, in aquarum margines egreſſio, vel continentem proreptio. 6. Inſolentes aquarum excurſus, multas ſordes ſecum devehentes, quæ undis in debitum ac conſvetum alveum ſe rurſus recipientibus, hinc inde in pratis & agris, vel extrà littus relictæ, aërem, tetro vapore contaminant, ſicque peſtem futuram præſagiunt.

4. *Terrea.* 4. Tandem ad *Terrea Signa* referenda ſunt 1. inſolita terrarum ſterilitas 2. ſatorum, germinum, vitium, arborum, marcor vel corruptio. 3. Boletorum, fungorum, aliarumque rerum graveolentium ex putrefactione ortarum, inſolens copia. 4. Terræ motus & concuſſio ingens. 5. Roſarum, violarum aliorumque florum ſub Autumni tempus nova pro-

Digitized by Google

progerminatio. 6. Bubonum dirorum & feralium nocturni clamores ſeu ululatus, undè *Ovidius 8. Metamorph.* Ignavus Bubo, dirum mortalibus omen.

2. Specialia ſigna, quæ triplicia.

2. *Specialia Signa* quod attinet, venturam Peſtem prædicentia, illorum multiplex quoque eſt differentia. Quædam enim deſumuntur ab ipſis cauſis, peſtem inducentibus: Quædam ab effectis aëris quodammodo alterati & corrupti: Quædam à morbis.

1. à Cauſis Peſtis.

1. In *Cauſarum* numero conſtituimus 1. Contagium, in vicinis locis ſæviens, cui præcavendo & avertendo, niſi Magiſtratus prudentia ſedulò ſuccurrat, facilè fieri poteſt, ut vel per aërem ac ventorum flatus, vel per commercia ac veſtimenta, vel per homines ejus labe inquinatos, illud in vicina oppida, pagos, vicos transferatur, & ità longè lateque diſſeminetur. 2. Famem, ſeu alimentorum idoneorum ingentem penuriam, undè proverbium, μέτα λιμῶ ὁ λοιμός. 3. Stragem ingentem ac numeroſam, vel hominum in prælio aliquo magno occiſorum, eorumque cadaverum projectorum, ſubque dio ſine ſepulturâ relictorum: vel armentorum ac gregum; corrupti pabuli devoratione, vel variorum putridorum ac venenatorum terræ vaporum attractione, ubique catervatim pereuntium. Ubi igitur harum cauſarum aliquæ fuerint præſto, facilè peſtem conjectare licebit.

2. Ab effectis aeris corrupti.

2. Inter *Effecta* numeramus 1. Copioſiorem ranarum, bufonum, muſcarum, cymicum, papilionum, locuſtarum, erucarum, ſcarabæorum ac ſimilium inſectorum, ex putrilagine prodeuntium, & partim plantis arboribusque glomeratim adhæreſcentium, earumque fructus, folia, flores erodentium ac depaſcentium, partim homines ipſos varimodè infeſtantium, ac moleſtia quadam afficientium, proventum ſeu numerum: imprimis verò ſtupendam Aranearum multitudinem, ſubitariumq; & inſolens earundem incrementum. Undè illi malè ſibi conſulere videntur, qui tempore graſſantis Peſtis, araneas, ſcopis ac perticis, è parietibus detrahunt, illasque ab omnibus, omnium cubiculorum ac conclavium angulis dejiciunt ac deturbant, ignorantes ſc. hoc inſectum omnia inquinamenta aeris putrida ac venenata, peculiari naturæ ſuæ proprietate allicere, & pro alimento attrahere & concoquere. 2. Macularum variarum, præſertim nigrarum, in lingvis ranarum apparitionem, interq; ſeſe mutuam conſcenſionem, illam enim omninò peſtem denotare, *Paracelſus docet,* de

Digitized by Google

de peſtil. 3. Avium ex propriis nidis demigrationem,ovorumq; ac pullorum ſuorum deſertionem, vel eorundem in ſalubriora loca tranſportationem. 4. Talparum, murium,ſerpentum,aliorumq; animalium terræ cavernis deliteſcêtium, ex cubilibus,ſpecubus,antris vel latebris ſuis conſvetis repentinam fugam. 5. Carnium,leguminum; fructuum, non diu aeri expoſitorum citam corruptionem & putrilâginam vel verminationem. 6. Omnium obſoniorum generum, in patentibus conclavibus locatorum ſeu repoſitorum, ſitûs & mucoris inductionem. 7. Panis recens è clibano extracti,calideq; lanceæ impoſiti,ac ſub dio per noctem unam aëri expoſiti, manè contractam muciditatem,ejuſdemque acquiſitam, tùm in colore, tùm in odore peregrinitatem. Undè *Prothaſius Rovellus* refert, An.1524. Peſte Mediolani ſæviente, ſe vidiſſe panem recentem,non ſolùm mucidum ac putrem evaſiſſe, ſed etiam totum vermiculis ſcatuiſſe. 8. Denique ovorum mollium ac recentium, præter ſolitum, ſubitaneam, à nocturno aëre factam putredinem ac corruptionem, de quo vide *Foreſt. lib.6.obſ.11.* Ex his igitur quilibet, rerum naturalium non planè imperitus,præſagire Peſtem non difficulter poterit.

3. Denique inter *Morbos*,à quibus Signa futuræ Peſtis deſumuntur, referimus 1. Morbillos ac Variolas ſeu Ecthymata, quandò nimirum hæc à conditione Aëris impuri & contaminati,originem trahentia, non ſolum ætatem puerilem valdè exercent, verùm etiam adultos ac ſenes calamitosè affligunt &infeſtant,tûc enim plætumque prodromi venturæ peſtis exiſtunt. 2. Crebras Phlegmones ac Carbunculos plurimorum corpora invadentes. 3. Febres continuas, imprimis verò Petechiales ſeu malignas,ſingulari atrocitateSymptomatum conſpicuas. 4.Abortus frequentes gravidarum ex levi occaſione cauſatos,hos enim portêdiſſe Peſtem aliquoties cognitum fuit, quemadmodum *Alex.Bened.in lib. de peſt.* Venetiis id contigiſſe memorat.Tandem hiſce ſignis omnibus addenda quoque *Præſagia non naturalia,* quorum aliqua Peſtem venturam non indubiè prænunciaſſe,vel ex eo prodigio,quod in urbe Lavinia accidit,parêre poteſt: Ibi enim L. Aem. Paulo, & Ennio Belo Coſs. ſtatua ſeu ſimulactum Junonis, lacrymas uberes viſum fuit effundere,quas tanta mox hominum peſte ſublatorum,ſubſecuta eſt internecio, ut tota ferè civitas incolis orbaretur:teſte *Julio Obſequente, in lib.de prodig.cap.13.* 3. *à Morbis.*

Yyyy CA-

CAPUT XXII.

De Signis, præſentem Peſtem indicantibus.

QUemadmodum Peſtis, ut ſuprà quoque dictum, non ſemper unam & eandem faciem obtinet, ſed pro malignitatis ac putredinis intenſione ac remiſſione, nec non aliarum cauſarum conditione ac diverſitate, diverſimodè quoq; ſe habeat, modò hujus, modò alterius veneni ſpeciem ſeu naturam æmulans: ità quoque Signa, hanc luem præſentem indicantia, non ſemper eadem in omnibus apparent, ſed pro naturarum temperamentorumque varietate ac diſcrepantia, varia atque inter ſe maximè differentia illa interdùm occurrunt atque conſpiciuntur. Ut plurimum tamen Peſtem comitari ac præſentem demonſtrare ſolent ſequentia Signa.

I. Signa actionum læſarum.

1. Febris. 1. *Febris.* Quæ excitatur à malignâ humorum, cordi vel propinquorum vel longiùs ab eo diſſitorum putredine. Notandum autem 1. Febrem illam non ex intermittentium ſed continuarum genere eſſe, typoque omni carêre, cum ejus calor æſtuans nec intendatur, nec remittatur, ſed ab initio ad declinationem continua & uniuſmodi flamma flagret. 2. Calorem hunc febrilem per externa membra diffuſum, primo quidem contactu nō admodum acrem & mordacem, ſed mitem potiùs ac remiſſum apparêre, eundem tamen paulo diuturniori manus ad carpum & cordis applicatione, ſenſim majorem acquirere pertinaciam, intenſiorique acrimonia tangentis digitos ferire 3. Hunc febris calorem, intùs potiſſimum in putredinis loco cōcentratum delitеſcere, atq; ſic maligno ſuo incendio, cor reliquaq; viſcera, vehementer torrendo & perurendo ægrotātibus maximam afferre calamitatem. 4. Febrem illam non ſolùm humoralem, ſed & interdum Ephemeram, interdum hecticam peſtilentem eſſe poſſe, ut ſuprà quoque dictum, atque has duas poſteriorum febrium ſpecies, hominem ſæpiſſimè è medio tollere, priuſquam exactè innoteſcant.

2. *Spontanea laſſitudo, & repentina omnium virium, abſq; ullâ cauſâ manifeſtâ proſtratio.* Quæ oritur ab elevatione vaporum, internè malignâ putredine generatorum, & in magnâ copiâ ad partes ſenſibiles tranſmiſſorum, qui illis tenaciter inhærentes, nec vel ob ſui craſſitiem, vel pororum cutis anguſtiam, exitum molientes, poſt- 2. Spontanea laſſitudo.

modum,

modum nervos ac membranas, acrimonia ſuâ vehementer laceſſunt ac irritant, undè tandem hujuſmodi ſpontanea laſſitudo corpori inducitur. *Vel dicendum*: Veneni peſtilentis, inſpiratione attracti malignitatem, illicò calorem nativum corrumpere, ſpiritus vitales abſumere ac diſſipare, ad quorum diſſipationem, neceſſariò virium omnium repentinam inſperatamq; exolutionem conſequi oportet.

3. Capitis dolor. *3. Inſignis Capitis dolor.* Qui licet communis ſit & cæteris febribus, in Peſte tamen, peculiari quâdam conditione malignus ac perniciosus exiſtit, adeò ut præ ejus atrocitate ac ſævitia ægrotantes vix reliquorum ſymptomatum paſſiones ſentiant. Cauſa autem tanti doloris, diverſæ putridæ ac malignæ exhalationes, in ſacram Palladis arcem, cerebrum nimirum ἀθρόως aſcendentes, ejuſque membranas, ſenſu exquiſitiſs. præditas, acri & venenata ſua qualitate ferientes vel vellicantes, exiſtunt. Vel *ſecundum Hermeticos*, dolor hic cauſatur à ſpiritualibus tincturis ſalium corroſivorum ſeu arſenicalium, menynges cerebri penetrantium, divellentium ac pungentium.

4. Vigiliæ. *4. Vigiliæ intenſæ.* Quæ oriuntur à vaporibus ſeu halitibus calidis, ſiccis ac venenatis, ob febris præſentiam, & focum putredinis internum, ſubindè è corporis noſtri locis inferioribus, in arcem ejus editiorem, caput nimirum elevatis, qui cerebri roridam humiditatem abſorbendo, illud propè torridum relinquunt, undè humore blando, ſvaviq́ue meatus opplente cerebro deſtituto, & ſpiritibus, cótinuo capitis dolore vel abſumtis, vel inordinato motu diſturbatis, ſomnum obrepere impoſſibile eſt. Vel *ſecundum Hermeticos*, vigiliæ ab exhalationibus ſulphureis, acrimoniam, ſiccitatem & incendium, à calore extraneo adeptis excitantur.

5. Delirium ingens: Quod provenit, dum ex vehementi materiæ malignæ, putridorumq; vaporum toto corpore ὀργάσμῳ concitatorum ebullitione, fuligines pravæ ac perniciosæ, confertim in cerebrum irruunt, & caliditate ſua ignea ac malignâ, ſpiritus animales, modò hùc, modò illuc celeri motu impellunt, agitant, disjiciunt atque perturbant, unde poſtmodum ejuſmodi mentis extravagationes pro cauſæ magnitudine ac remiſſione majores vel minores ſuccedunt. *5. Deliriũ.*

6. Caros ſeu Somnus profundus: Quod ſymptoma diametraliter, 2. prioribus ſignis adverſari videtur. Sciendum tamen, nonnunquam ſupervenire iis, quorum cerebrum *6. Caros.*

Digitized by Google

ciente facit, ut ſuctionis venarum in ſe terminantium, ſenſum non percipiat, tùm malignitate ſua, ſpiritus, illius ſuctionis autores, depravat, corrumpit, ac proſternit, adeò ut ſenſus non niſi pravus efficiatur.

12. Sitis. 12. *Sitis ingens, linguaq́, ac faucium ariditas ac ſiccitas moleſtiſſima.* Quorum cauſa perenni bilioſorum venenatorumq; humorum in ventriculi præcordiorumque regionem affluxui, ac ſiccarum exhalationum, ex cordis, Epatis, aliorumque viſcerum internorum, maligno æſtu ſuſcitatarum, ad ſuperiores oris partes, elevationi adſcribenda eſt, quæ quidem elevatio, dum oris concavum ſubit, ejus humiditatem internam omnem, mirè abſorbet, ſicque ſuperficiem ejus ſiccam planè & retorridam relinquit.

2. Signa Excretorum.

1. Hemorrhagia. 1. *Hemorrhagia varia.* Quæ oriuntur à ſanguine ebulliente, vaſorum orificia nimia ſua quantitate perrumpente, vel acrimoniâ ac mordacitate ſuâ erodente, vel denique fervidâ tenuitate tranſſudante. Ebullitio autem iſta in ſanguine cauſatur à malignitate morbificæ materiæ, naturæ corporis noſtri admodùm infeſtæ ac moleſtæ.

2. Diarrhaa. 2. *Alvi fluxus immoderati ac Dyſenterici.* Qui generantur, dum nimirum vel natura priſtinas vires reſumens, per ſe inſurgit ad excernendos illos humores noxios, anteà ſibi nimis graves ac moleſtos, eoſque ità criticè, per alvinam regionem, è territorio ſuo potenter ejicit & exturbat, ac de ipſo tandem morbo triumphat: vel dum irritata à pravitate & malignitate materiæ morbicæ, ejuſmodi excretionem molitur: vel dum colliquatione humorum, ſeu à venenata qualitate, ſeu intenſâ putredine genitâ, ipſi humores per acquiſitam quandam acrimoniam, ſibi ipſis ad talem exitum viam aperiunt ac recludunt. *Secundum Hermeticos* verò cauſa hujuſmodi profluviorum aſſignanda naturæ Salium Arſenicalium, inteſtinorum tunicis imprimis fixè inhærentium, eaq; loca erodentium & exulcerantium, undè poſtmodum natura, perpetuo teneſmo & egerendi cupiditate ſtimulata, varia excrementa fœtida ac putrida excernit, acutiſſimosq; dolores pungentes inducit.

3. Urina varia. 3. *Urina nunc tenues & cruda, nunc turbata, aliquandò lividâ ac fœtida; nonnunquam ſanorum urinis ſimiles.* Quæ omnes ita excernuntur, prout nimirum hic vel ille humor in putredinem abit, & pro ut

 putre-

Digitized by Google

ingreſſus, ſe mortem duxiſſe, ex imaginatione conceptâ aſſeruit ac repentè moritur. Hoc ſparſo rumore, civitas tota timore percuſſa ac Peſte depopulata eſt, ut ne unus quidem, qui fugam non dederit, ſuperſtes remanſerit. Huic hiſtoriæ adjiciantur quoque obſervationes noſtrorum temporum, quibus innotuit frequentiſſimè in pago, vico vel civitate aliqua, in quâ vel levia peſtis apparuêre initia, infinitos tamen homines, quos conſcientia ipſa poſtea factum ſeu culpam fateri coegit, abſq; ullius contagij prægreſſione, ullave aëris infecti inſpiratione, ſolo tantùm metu, meraq; imaginationis validioris vi, in hanc venenatam luem conjectos, eaque tandem penitùs oppreſſos ac extinctos fuiſſe.

Negativa.

1. Argum. 1. *Si propriâ φαντασία Peſtis eſſet cauſanda, utiq; hoc fieri deberet, vel per fortem motum localem, humorum ac ſpirituum, vel per eorundem inſignem alterationem aliquam, per ſe à φαντασία factam & introductam: At qui neutrum poteſt per ſe à φαντασία perfici. Ergo, &c.* Aſſumpti prima pars *de motu locali* humorum & ſpirituum tali proſyllogiſmo confirmatur: Si φαντασία moveret ſangvinem humores ac ſpiritus, ſanè moveret eos ſemper quo vellet. At hoc facere nequit. Ergo, &c. Quia quantumcunq; homo pallidus imaginetur & velit, ut ſangvis & ſpiritus in faciem feratur, vel rubicundus, ut ſangvis recedat, & in alias partes deferatur, vel Ictericus velit & deſideret, ut bilis à cute in folliculum fellis retrahatur: aut hæmorrhagiâ ingenti laborãs, anxiè cogitet & imaginetur, ut ſangvis ad originem ſuam retrocedat, inque vaſa propria ſe recipiat, nullus tamen horum unquam voti ſui fiet compos, ut ſc. per imaginationem, ſangvinem, vel ſpiritus ac humores ad hanc vel illam partem attrahat. Altera pars aſſumpti *de Alteratione* ita probatur: Si φαντασία ſimpliciter ac per ſe humores & ſpiritus alterare poſſet, tunc ſequeretur per intenſam imaginationem nos ſemper alterari debere. At conſequens falſum. Quia etiamſi quis toto die, imò toto menſe, tempore brumali fortiſſimè imaginetur, ſe eſſe calidum, aut velit eſſe calidus, tamen non ideò calefiet: aut ſolſtitio æſtivo quis ſibi imaginetur, menteque firmiſſimè concipiat, ſe eſſe frigidum, non ideò frigiditatem aliquam corpore percipiet: quemadmodum & Æthyops, imaginando albedinem per totum vitæ ſuum curriculum, in æternum tamen nunquam albeſcet: Et fæto-

re

Digitized by Google

re anhelitus laborans, quantumvis jugiter imaginetur odoris bonitatem, nunquam tamen ob id ſibi comparabit anhelitum odoratum. Ergo,&c.

2. Argu. *2. Si φαντασία ingeneranda eſſet Peſtis in homine, ſequeretur, prim venenum ſeu venenatos humores, illam debere producere in corpore.* (Ratio. Quia Peſtis non aliundè, quam ex venenatâ materiâ, intra vel extra corpus noſtrum genita, ſeu inſpiratione attracta, procedit ac naſcitur) *At Phantaſia hos facere nequit.* Quia generatio venenatorum humorum in corpore humano, procedit per inſignem tantùm eorum corruptionem ac putredinem: ubi igitur nulla ejuſmodi corruptio, ibi quoque nullum venenum. Ad inducendam autem putredinem requiritur præter alia & quies ſeu immobilitas rei putrefaciendæ. Nunc autem cum φαντασία præſertim vehementior humores ac ſpiritus vario motu hinc indè cieat, exagitet, conturbet & calefaciat, raròque quieſcere ſinat, idcircò quomodo per ejuſmodi jugem Phantaſiæ motum illi putreſcere & corrumpi, exindeque venenati fieri poſſint, nullam ſane rationem, id nobis perſvadentem videmus.

3. Argu. *3. Si Imaginatio poſſet in homine producere Peſtem, ſequeretur, in eôdem & imaginationem alterius morbi, poſſe quoque illum morbum imaginatum excitare ſeu procreare* (Ratio: Quia nulla apparet ratio, cur imaginatio Peſtis magis deberet facere Peſtem, quàm imaginatio alterius morbi illum morbum: Tàm enim eſt fortis ſpecies alterius morbi ad movendam φαντασίαν, & cauſandum morbum ſimilem, quàm ſpecies Peſtis ad cauſandam Peſtem) *At conſequens falſum.* Quia qui imaginatur febrim, non ob id re ipsâ febri corripitur: nec qui Nephritidis acerbitatem aut podagræ atrocitatem fortiter menti ſibi imprimit, is ſtatim horum cruciatus ac dolores evidenter perſentiſcit: neque qui icterum, hydropem, diarrhæam &c. imaginatur, ideo ictericus, hydropicusq; evadit. *Ergò nec imaginatio Peſtem quoque per ſe faciat.*

OPINIO NOSTRA.

Diſcuſsâ ac ventilatâ in utramq; partem hâc quæſtione, tandem noſtram ſententiam ut apetiamus ordinis ratio exigere videtur. Imaginationem igitur quod attinet, non imus negatum, illius permagnam exiſtere vim in diverſimodè alterando ac immutando corpore proprio, id quod perſpicuitas exemplorum, ſuprà pro ſtabiliendâ parte affirmativa adductorum, ſa-

Digitized by Google

tis ſuperque docet, Nec diffitemur quoq;, multos morbos ab eâ, principium incrementa, & mutationem ſumere, exemplo ſunt melancholici, phrenitici & furioſi ob φαντασίαν corruptam ac depravatam, mira & ridicula videntes, narrantes ac peragentes, quos vulgus à malo infeſtoque genio divexari & agitari ſibi perſvadet, cum ab humorum ferocia, mentem ſpiritusque turbante, hoc malum proficiſcatur, Imò libenter concedimus, ſolius ſæpè imaginationis intenſione, quamplures Peſtis contagione poſſe infici, cum in hâc re experientiam ipſam ſuffragantem habeamus, quæ manifeſtè docet, graſſante alicubi hâc pernicioſâ Lue, majorem ferè hominum partem, ſola nudaque imaginatione, ea infectam fuiſſe, vel etiamſi in loco aliquo, nulla peſtis ſævientis ſuſpitio adſit, nihilominùs tamen illam ſolius ac meræ imaginativæ potentiæ actu quandoque ab alio poſſe in proprio corpore produci atque excitari, & poſteà mediante contagio in plures alios diſſeminari, ab omni ratione prorſus alienum non cenſemus. Undè *Paracelſus in Philoſophia occulta*, ad hanc rem declarandam, tale exemplum proponit: Concipiamus (inquit) mente 2, fratres, quorum alter verſetur in Italia, alter in Daniâ degat; fingamus etiam in Italiâ ſævire Peſtem & alterum fratrem ibidem ab illâ jugulari. Nuncius de morte hujus in Daniam fertur ad alterum fratrem: huic jàm curis rigeſcit, incipit quoque imaginari, nec imaginationem hanc animo expellere poteſt, incenditur ergò paulatim & reverberatur in ſe ipſa imaginatio, quæ mox fulgurat aures, alas vel inguina ferit, ut non modò ipſe ulceribus ac bubonibus illicò corripiatur, ſed & alios contagione hâc promptè lædat & inficiat. Quomodo autem hic effectus ab Imaginatione producatur, declarat exemplo alio, à Gallo Indico deſumto, quod vide *in Tract. 2. de peſtil. cap.* 2. Sed ut vitatis verborum ambagibus, liberè tandem quid ſentiamus, eloquamur, dicimus ac ſtatuimus: Imaginationem ſimplicem, immediatè, per ſe, & ex ſua natura, nullum peſtiferum affectum in corpore producere poſſe, ob rationes pro parte Negativâ ſuprà allatas, ſed per accidẽs tantùm, quatenus nimirum illi conjunctus ingens timor ſeu metus, à cauſa aliqua externa introductus ſeu ſuſcitatus, humores corruptos, pravos, malignos ac putridos, anteà in corpore genitos, & quiete latentes, vel fomitem ac ſeminium ipſum hujus contagionis anteà viſceri vel parti alicui otioſè inhærens, aut excre-

men-

mentitiis ſuccis involutum, vehementi quaſi turbine concitet & exagitet, undè maligni ac venenati vapores elevati ad cor feruntur, qui ſpiritibus vitalibus permixti, ſimili malignitate ac veneno, quo ipſi præditi ſunt, inficiunt, ſicque peſtilentem tandem febrem inducunt. Cui ſententiæ noſtræ egregiè adſtipulatur *Sennertus lib. 1. de conſenſu Chym c. 14.* & *Thomas Fienus de vir. Imag.* ita ſcribens: Quod fortiter de Peſte imaginantes, Peſtem interdum acquirant, fit per accidēs, quatenus ſc. Imaginatio hæc magnum infert timorem, qui timor movet malignos humores, in corpore imaginantis latitantes, qui moti peſtem faciunt. Et ita dico (ſubjungit) imaginationem peſtis non facere peſtem, niſi in corporibus ad eam diſpoſitis, uti ex eo patet, quod tempore peſtis graſſantis, multi ſæpè intenſiſſimè, & cum ſubſequente maximo timore de ea cogitantes, non propterea tamen ea corripiantur, tempore verò non graſſantis multo minus. Cujus ratio eſt, quod in neutris diſpoſitio ad peſtem adſit. Et *Crollius in Præfat. Baſil. Chym.* Imaginatio noſtra (inquit) ita potens eſt, ut morbos ſanare vel excitare valeat, ſicut manifeſtè apparet tempore peſtis, quandò ex ſua propria imaginatione, ex metu & terrore generat Baſiliſcum cæli, intoxicantem firmamentum microcoſmicum, è ſua ſuperſtitione, prout fides patientis adjuvat. Item *R. Goclenius in Loimographiâ* ſic loquitur: Imperitè à nonnullis creditur in corpore benè ſano, & à putredinis malignæ fomite libero, imaginationem poſſe excitare peſtem. In quibus peſtis ſunt ſemina, ſangvisque ad exitialem illam putredinem, & febrim diſpoſitus eſt, de iis concedi poteſt, citius enim febrim illi ſentiunt, quia per metum & terrorem humores agitantur, quibus commotis ſpiritus putridi ad cor revocantur, cumque bonis una eôdem adducuntur. Sic accidere videmus aliquandò, ut qui peſtiferæ febris ſeminaria in ſe haberent, funeri alicui facti obvii, non multò pòſt, in eam inciderint, quam ſerius perſenſiſſent, ſi non per metum, ſpiritus putridi ad cor ipſis fuiſſent attracti.

CAPUT XXI.

De Signis, futuram Peſtem demonſtrantibus.

EXcuſſis & explicatis hactenus, omnibus ac ſingulis Peſtis cauſis, tempus nunc eſt, ut ad ſignorum enarrationē accedamus. Horum autem duplex exiſtit differentia,

tia, quædam enim indicant ſeu demonſtrant Peſtem futuram, quædam verò illam præſentem nobis exhibent & ob oculos ponunt. De prioribus hoc capite dicemus: *Signa* igitur venturam peſtem demonſtrantia quod attinet, illa vel ſunt *Generalia vel Specialia*. Generalia iterum ſubdividuntur in *Metaphyſica & Phyſica*. Ad *Metaphyſica* 1. referimus peccata ſeu delicta hominum, liberè ac impune perpetrata, quibus ad vindictam æternum numen provocatur ac irritatur. 2. Pertinent huc frequentes ſpectrorum apparitiones, Lemurumque ſtrepitus, aliorumque terriculamentorum ſonitus, quibus homines noctu miris modis terrificantur graviterque percelluntur: nec non quæſtularum, inſolitarumq; nocturno tempore vocum auditio ſeu perceptio, quas ab inviſibilibus necromanticis aſtris moveri *Paracelſus* contendit. Nos tamen illas à malis geniis non rarò excitari credimus, dum enim hi iram & vindictam Dei præſentiunt, & de futuro hominum exitio mirificè gaudent, idcircò, ut illos perterrefaciant, animoſque præſertim imbecillium inani metu ac formidine adimpleant, nocte concubiâ, ejuſmodi inconditos ſonos ac voces edunt.

Signa. *Generalia* *Metaphyſica.*

Phyſica Generalia ſigna quadruplicia ſunt: 1. Cœleſtia. 2. Aërea, 3. Aquea. 4. Terrea. 1. ad *Cœleſtia* pertinent. 1. Malignæ ſyderum conjunctiones, eorundemq; infelices aſpectus, imprimis ♄ & ♂. 2. Cometarum apparitiones. 3. Luminarium crebra deliquia. 4. Uberior Chaſmatum proventus. 5. Frequentior caprarum ſaltantium, vel ſtellarum cadentium, ut & Pareliorum & Halonum aſpectus. 6. Trajectionum inuſitatarum, trabium ignitarum, lancearum ardentium, aliorumque ἀποκαυμάτων in ſuprema aëris regione generationes, quæ omnia cum varia nonnunquam de ſe in terram expuant ac rejiciant excrementa, idcircò non ſine ratione mortalibus metum Peſtis incutiunt, id quod diligenter obſervavit *Paracelſus*, ut habetur *Tract. 1. de Peſtil. tit. de Majo Microcoſ.* Is enim, cum 1538. ejuſmodi recrementa ſtellarum penitus introſpexiſſet, ac in diſcipulorum quorundam præſentiâ aperuiſſet, invenit ea inteſtinis ſimilima, undè exactis ab eo tempore paucis menſibus, ſecuta fuit crudeliſſima Peſtis, per totam Sveviam, Helvetiam & Bavariam ſæviens, homineſq; unâ cum colicâ atrociſſimâ affligens. *Idem* quoque annotavit, in Hungaria aliquandò ſtellarum recrementa repræſentaſſe lingvam, craſſitudine digitali, punctis atris ſigna-

Phyſica *Generalia ſigna.* *1. Cœleſtia*

Digitized by Google

ſignatam, quæ truculentiſſima peſtis ibidem, cum Anginâ ſeu faucium exuſtione & lingvæ ſecuta êſt Anno 1536. Ita in Boruſſia, Anno 1552. affirmat ſe vidiſſe, ejuſmodi recrementa, maculis luteis, nigris ac lividis inſignita, ad quæ Ecchymata cum Peſte ſecuta fuêre.

2. Aerea. 2. *Aereis Signis* accenſenda ſunt 1. Tempora anni, naturalem ſuam temperiem non ſervantia, maximè vero ſi Auſtrina aëris conſtitutio diutius vigeat, quâ vitæ & ſanitati hominum, nulla pernicioſior exiſtere poteſt, utpotè corpus, ad varias putredines in humoribus ſuſcipiendas, diſponẽs, undè & *Hipp.* loquens de peſte, ſemper ferè, Auſtrinæ conſtitutionis mentionem facit, & *Gal* paſſim in monumentis ſuis, annum auſtralem, in peſte procreanda, primas quaſi partes vult obtinere. 2. Pluviæ prodigioſarum ac inſolentium rerum, puta, ranarum, murium, ſanguinis, carnis, lactis, lumbricorum & hujuſmodi aliarum, quemadmodum olim Romæ, Coſs. M. Attilio & C. Portio, lactis & ſangvinis pluviæ, diræ Peſtilentiæ, prænunciæ extiterunt. 3. Nebularum craſſarum ac fœtidarum copioſior generatio.

3. Aquea. 3. Inter *Aquea Signa* numerantur 1. Aquarum fœtor, ſi nimirum ſtagna vel flumina obſcænos vapores exhaleut, excrementa denique ſpumoſa, puſtularum more aquis innatantia (Sterngeſchoß vocant) ubique conſpiciantur 2. fontium ex puritate ac limpiditate nativa, in cænoſam, fæculentam ac turbidam ſubſtantiam tranſitio ſeu commutatio 3. piſcium fluminibus innatantium, ſeu piſcinis contentorum & altorum, repentinus magnusq; interitus. 4. Rubetarum & ranarum multiplicatio, earundemque aquis ſtagnantibus ſeu fluminibus, majori, atque aliàs conſpici ſolent numero, innatatio. 5. Cancrorum, aviumque aquatilium, deſertis propriis latebris ſeu domiciliis, in aquarum margines egreſſio, vel continentem proreptio. 6. Inſolentes aquarum excurſus, multas ſordes ſecum devehentes, quæ undis in debitum ac conſvetum alveum ſe rurſus recipientibus, hinc inde in pratis & agris, vel extrà littus relictæ, aërem, tetro vapore contaminant, ſicque peſtem futuram præſagiunt.

4. Terrea. 4. Tandem ad *Terrea Signa* referenda ſunt 1. inſolita terrarum ſterilitas 2. ſatorum, germinum, vitium, arborum, marcor vel corruptio. 3. Boletorum, fungorum, aliarumque rerum graveolentium ex putrefactione ortarum, inſolens copia. 4. Terræ motus & concuſſio ingens. 5. Roſarum, violarum aliorumque florum ſub Autumni tempus nova pro-

Digitized by Google

progerminatio. 6. Bubonum dirorum & feralium nocturni clamores ſeu ululatus, undè *Ovidius 8. Metamorph.* Ignavus Bubo, dirum mortalibus omen.

2. Specialia ſigna, quæ triplicia.

2. *Specialia Signa* quod attinet, venturam Peſtem prædicentia, illorum multiplex quoque eſt differentia. Quædam enim deſumuntur ab ipſis cauſis, peſtem inducentibus: Quædam ab effectis aëris quodammodo alterati & corrupti: Quædam à morbis.

1. à Cauſis Peſtis.

1. In *Cauſarum* numero conſtituimus 1. Contagium, in vicinis locis ſæviens, cui præcavendo & avertendo, niſi Magiſtratus prudentia ſedulò ſuccurrat, facilè fieri poteſt, ut vel per aërem ac ventorum flatus, vel per commercia ac veſtimenta, vel per homines ejus labe inquinatos, illud in vicina oppida, pagos, vicos transferatur, & ità longè lateque diſſeminetur. 2. Famem, ſeu alimentorum idoneorum ingentem penuriam, undè proverbium, μέτα λιμῶ ὁ λοιμός. 3. Stragem ingentem ac numeroſam, vel hominum in prælio aliquo magno occiſorum, eorumque cadaverum projectorum, ſubque dio ſine ſepulturâ relictorum: vel armentorum ac gregum; corrupti pabuli devoratione, vel variorum putridorum ac venenatorum terræ vaporum attractione, ubique catervatim pereuntium. Ubi igitur harum cauſarum aliquæ fuerint præſto, facilè peſtem conjectare licebit.

2. Ab effectis aeris corrupti.

2. Inter *Effecta* numeramus 1. Copioſiorem ranarum, bufonum, muſcarum, cymicum, papilionum, locuſtarum, erucarum, ſcarabæorum ac ſimilium inſectorum, ex putrilagine prodeuntium, & partim plantis arboribusque glomeratim adhæreſcentium, earumque fructus, folia, flores erodentium ac depaſcentium, partim homines ipſos varimodè infeſtantium, ac moleſtia quadam afficientium, proventum ſeu numerum: imprimis verò ſtupendam Aranearum multitudinem, ſubitariumq; & inſolens earundem incrementum. Undè illi malè ſibi conſulere videtur, qui tempore graſſantis Peſtis, araneas, ſcopis ac perticis, è parietibus detrahunt, illasque ab omnibus, omnium cubiculorum ac conclavium angulis dejiciunt ac deturbant, ignorantes ſc. hoc inſectum omnia inquinamenta aeris putrida ac venenata, peculiari naturæ ſuæ proprietate allicere, & pro alimento attrahere & concoquere. 2. Macularum variarum, præſertim nigrarum, in lingvis ranarum apparitionem, interq; ſeſe mutuam conſcenſionem, illam enim omninò peſtem denotare, *Paracelſus docet,* de

Digitized by Google

de peſtil. 3. Avium ex propriis nidis demigrationem,ovorumq; ac pullorum ſuorum deſertionem, vel eorundem in ſalubriora loca tranſportationem. 4. Talparum, murium,ſerpentum,aliorumq; animalium terræ cavernis deliteſcẽtium, ex cubilibus,ſpecubus,antris vel latebris ſuis conſvetis repentinam fugam. 5. Carnium,leguminum, fructuum, non diu aeri expoſitorum citam corruptionem & putrilaginam vel verminationem. 6. Omnium obſoniorum generum, in patentibus conclavibus locatorum ſeu repoſitorum, ſitûs & mucoris inductionem. 7. Panis recens è clibano extracti,calideq; lanceæ impoſiti,ac ſub dio per noctem unam aëri expoſiti, manè contractam muciditatem,ejuſdemque acquiſitam, tùm in colore, tùm in odore peregrinitatem, Undè *Prothaſius Rovellus* refert, An.1524. Peſte Mediolani ſæviente, ſe vidiſſe panem recentem,non ſolùm mucidum ac putrem evaſiſſe, ſed etiam totum vermiculis ſcatuiſſe. 8. Denique ovorum mollium ac recentium, præter ſolitum, ſubitaneam, à nocturno aëre factam putredinem ac corruptionem, de quo vide *Foreſt. lib.6.obſ.11.* Ex his igitur quilibet, rerum naturalium non planè imperitus,præſagire Peſtem non difficulter poterit.

3. Denique inter *Morbos*,à quibus Signa futuræ Peſtis deſumuntur, referimus 1. Morbillos ac Variolas ſeu Ecthymata, quandò nimirum hæc à conditione Aëris impuri & contaminati,originem trahentia, non ſolum ætatem puerilem valdè exercent, verùm etiam adultos ac ſenes calamitosè affligunt & infeſtant,tũc enim plærumque prodromi venturæ peſtis exiſtunt. 2. Crebras Phlegmones ac Carbunculos plurimorum corpora invadentes. 3. Febres continuas, imprimis verò Petechiales ſeu malignas,ſingulari atrocitate Symptomatum conſpicuas. 4. Abortus frequentes gravidarum ex levi occaſione cauſatos,hos enim portẽdiſſe Peſtem aliquoties cognitum fuit, quemadmodum *Alex.Bened.in lib. de peſt.* Venetiis id contigiſſe memorat. Tandem hiſce ſignis omnibus addenda quoque *Præſagia non naturalia,* quorum aliqua Peſtem venturam non indubiè prænunciaſſe,vel ex eo prodigio,quod in urbe Lavinia accidit,parêre poteſt: Ibi enim L. Aem. Paulo, & Ennio Belo Coſs. ſtatua ſeu ſimulacrum Junonis, lacrymas uberes viſum fuit effundere,quas tanta mox hominum peſte ſublatorum, ſubſecuta eſt internecio, ut tota ferè civitas incolis orbaretur: teſte *Julio Obſequente, in lib.de prodig.cap.13.* 3. *à Morbis.*

CAPUT XXII.

De Signis, præſentem Peſtem indicantibus.

QUemadmodum Peſtis, ut ſuprà quoque dictum, non ſemper unam & eandem faciem obtinet, ſed pro malignitatis ac putredinis intenſione ac remiſſione, nec non aliarum cauſarum conditione ac diverſitate, diverſimodè quoq; ſe habeat, modò hujus, modò alterius veneni ſpeciem ſeu naturam æmulans: ità quoque Signa, hanc luem præſentem indicantia, non ſemper eadem in omnibus apparent, ſed pro naturarum temperamentorumque varietate ac diſcrepantia, varia atque inter ſe maximè differentia illa interdùm occurrunt atque conſpiciuntur. Ut plurimum tamen Peſtem comitari ac præſentem demonſtrare ſolent ſequentia Signa.

I. Signa actionum læſarum.

1. Febris. 1. *Febris*. Quæ excitatur à malignâ humorum, cordi vel propinquorum vel longiùs ab eo diſſitorum putredine. Notandum autem 1. Febrem illam non ex intermittentium ſed continuatum genere eiſſe, typoque omni carêre, cum ejus calor æſtuans nec intendatur, nec remittatur, ſed ab initio ad declinationem continua & uniuſmodi flamma flagret. 2. Calorem hunc febrilem per externa membra diffuſum, primo quidem contactu nō admodum acrem & mordacem, ſed mitem potiùs ac remiſſum apparêre, eundem tamen paulo diuturniori manus ad carpum & cordis applicatione, ſenſim majorem acquirere pertinaciam, intenſiorique acrimonia tangentis digitos ferire 3. Hunc febris calorem, intùs potiſſimum in putredinis loco cōcentratum delitеſcere, atq; ſic maligno ſuo incendio, cor reliquaq; viſcera, vehementer torrendo & perurendo ægrotātibus maximam afferre calamitatem. 4. Febrem illam non ſolùm humoralem, ſed & interdum Ephemeram, interdum hecticam peſtilentem eſſe poſſe, ut ſuprà quoque dictum, atque has duas poſteriorum febrium ſpecies, hominem ſæpiſſimè è medio tollere, priuſquam exactè innoteſcant.

2. *Spontanea laſſitudo, & repentina omnium virium, abſq; ullâ cauſâ manifeſtâ proſtratio*. 2. Spontanea laſſitudo. Quæ oritur ab elevatione vaporum, internè malignâ putredine generatorum, & in magnâ copiâ ad partes ſenſibiles transmiſſorum, qui illis tenaciter inhærentes, nec vel ob ſui craſſitiem, vel pororum cutis anguſtiam, exitum molientes, poſtmodum,

modum nervos ac membranas, acrimonia ſuâ vehementer laceſſunt ac irritant, undè tandem hujuſmodi ſpontanea laſſitudo corpori inducitur. *Vel dicendum*: Veneni peſtilentis, inſpiratione attracti malignitatem, illicò calorem narivum corrumpere, ſpiritus virales abſumere ac diſſipare, ad quorum diſſipationem, neceſſariò virium omnium repentinam inſperatamq; exolutionem conſequi oportet.

3. Capitis dolor. 3. *Inſignis Capitis dolor.* Qui licet communis ſit & cæteris febribus, in Peſte tamen, peculiari quâdam conditione malignus ac perniciosus exiſtit, adeò ut præ ejus atrocitate ac ſævitia ægrotantes vix reliquorum ſymptomatum paſſiones ſentiant. Cauſa autem tanti doloris, diverſæ putridæ ac malignæ exhalationes, in ſacram Palladis arcem, cerebrum nimirum ἀθρόως aſcendentes, ejuſque membranas, ſenſu exquiſitiſs. præditas, acri & venenata ſua qualitate ferientes vel vellicantes, exiſtunt. Vel *ſecundum Hermeticos*, dolor hic cauſatur à ſpiritualibus rincturis ſalium corroſivorum ſeu arſenicalium, menynges cerebri penetrantium, divellentium ac pungentium.

4. Vigiliæ. 4. *Vigiliæ intenſæ.* Quæ oriuntur à vaporibus ſeu halitibus calidis, ſiccis ac venenatis, ob febris præſentiam, & focum putredinis internum, ſubindè è corporis noſtri locis inferioribus, in arcem ejus editiorem, caput nimirum elevatis, qui cerebri roridam humiditatem abſorbendo, illud propè torridum relinquunt, undè humore blando, ſvaviſque meatus opplente cerebro deſtituto, & ſpiritibus, cõtinuo capitis dolore vel abſumtis, vel inordinato motu diſturbatis, ſomnum obrepere impoſſibile eſt. Vel *ſecundum Hermeticos*, vigiliæ ab exhalationibus ſulphureis, acrimoniam, ſiccitatem & incendium, à calore extraneo adeptis excitantur.

5. Delirium. 5. *Delirium ingens*: Quod provenit, dum ex vehementi materiæ malignæ, putridorumq; vaporum toto corpore ὀργασμῷ concitatorum ebullitione, fuligines pravæ ac pernicioſæ, confertim in cerebrum irruunt, & caliditate ſua ignea ac malignâ, ſpiritus animales, modò hùc, modò illuc celeri motu impellunt, agitant, disjiciunt atque perturbant, unde poſtmodum ejuſmodi mentis extravagationes pro cauſæ magnitudine ac remiſſione majores vel minores ſuccedunt.

6. Caros. 6. *Caros ſeu Somnus profundus*: Quod ſymptoma diametraliter, 2. prioribus ſignis adverſari videtur. Sciendum tamen, nonnunquam ſupervenire iis, quorum cerebrum ma-

Digitized by Google

ciente facit, ut ſuctionis venarum in ſe terminantium, ſenſum non percipiat, tùm malignitate ſua, ſpiritus, illius ſuctionis autores, depravat, corrumpit, ac proſternit, adeò ut ſenſus non niſi pravus efficiatur.

12. Sitis. 12. *Sitis ingens, linguaq; ac faucium ariditas ac ſiccitas moleſtiſſima.* Quorum cauſa perenni bilioſorum venenatorumq; humorum in ventriculi præcordiorumque regionem affluxui, ac ſiccarum exhalationum, ex cordis, Epatis, aliorumque viſcerum internorum, maligno æſtu ſuſcitatarum, ad ſuperiores oris partes, elevationi adſcribenda eſt, quæ quidem elevatio, dum oris concavum ſubit, ejus humiditatem internam omnem, mirè abſorbet, ſicque ſuperficiem ejus ſiccam planè & retorridam relinquit.

2. Signa Excretorum.

1. Hæmorrhagia. 1. *Hæmorrhagia varia.* Quæ oriuntur à ſanguine ebulliente, vaſorum orificia nimia ſua quantitate perrumpente, vel acrimoniâ ac mordacitate ſuâ erodente, vel denique fervidâ tenuitate tranſſudante. Ebullitio autem iſta in ſanguine cauſatur à malignitate morbificæ materiæ, naturæ corporis noſtri admodùm infeſtæ ac moleſtæ.

2. *Alvi fluxus immoderati ac Dyſenterici.* Qui generantur, dum nimirum vel natura priſtinas vires reſumens, per ſe inſurgit ad excernendos illos humores noxios, anteà ſibi nimis graves ac moleſtos, eoſque ità criticè, per alvinam regionem, è territorio ſuo potenter ejicit & exturbat, ac de ipſo tandem morbo triumphat: vel dum irritata à pravitate & malignitate materiæ morbicæ, ejuſmodi excretionem molitur: vel dum colliquatione humorum, ſeu à venenata qualitate, ſeu intensâ putredine genitâ, ipſi humores per acquiſitam quandam acrimoniam, ſibi ipſis ad talem exitum viam aperiunt ac recludunt. *Secundum Hermeticos* verò cauſa hujuſmodi profluviorum aſſignanda naturæ Salium Arſenicalium, inteſtinorum tunicis imprimis fixè inhærentium, eaq; loca erodentium & exulcerantium, undè poſtmodum natura, perpetuo teneſmo & egerendi cupiditate ſtimulata, varia excrementa fœtida ac putrida excernit, acutiſſimoſq; dolores pungentes inducit. 2. Diarrhæa.

3. *Urina nunc tenues & cruda, nunc turbata, aliquandò lividâ ac fœtida; nonnunquam ſanorum urinis ſimiles.* Quæ omnes ita excernuntur, prout nimirum hic vel ille humor in putredinem abit, & pro ut 3. Urinæ variæ.

Digitized by Google

putredo quoque ipſa vel intenſior vel remiſſior exiſtit. Nam ſi in Peſte major viget gradus malignitatis, quàm putredinis, tunc ſanè urinæ ægrotantium, ab urinis ſanorum parùm different: contrà verò, ſi putredo vincat venenum, urinæ vel turbidæ, vel albæ ac tenues, ſeu craſſæ, fætidæ ac lividæ apparebũt. Ex ſolis tamen urinis, niſi adſit ſyndrome aliorum ſignorum, Medicus, nihil omninò de Peſtifero morbo pronunciare aut vaticinari debet aut poteſt, imò inſpectio illarum, tempore hujus luis graſſantis, ei non minùs quàm peſtis ipſa, ſummoperè fugienda eſt, niſi ſibi ac ſuis voluntarium exitium, ac internecinam pernitiem, lubens velit accerſere, id quod exempla, plurimorum Excellentiſs. Medicorum teſtatum fecerunt, qui multis arte ſuâ prodeſſe cum potuiſſent, inſpectione curioſiori urinarum, ad ædes ipſorum per homines impudentiſſimos delatarum, infecti, immaturum hac ratione, ſibi ipſis accelerarunt interitum.

3. Signa qualitatum mutatarum.

1. Maculæ.

1. *Maculæ variæ.* Quæ oriuntur ab ichoribus, in maſsâ ſangvineâ corruptis, & inſigniter putrefactis, quorum malignitate irritata virtus expultrix potenter inſurgit ad illorum expulſionem, unde iidem tranſmiſſi ad extimas corporis partes, hiſque lentore ſuo adhærentes, ejuſmodi maculas exhibent, cutiſque ſuperficiem vario colore inficiunt & deformant: Maculæ autem hæ, quomodocunque etiam ſeſe habeant, & ſive in principio, ſive in vigore febris peſtilentis ſpectẽtur, certum eſt, illas non niſi inſignem quãdam malignitatem portẽdere, totam maſſam ſangvineam uſque adeò afficientem, ut natura, impetu graviter irritata, cogatur portionẽ humorum ebullientium ante debitum tempus eructare.

2. Bubones & Anthraces.

2. *Bubonum ſeu Anthracum eruptio ſeu generatio.* Quæ quidem fieri poteſt in diverſis locis, potiſſimum tamen circa corpora glandoſa accidit, Cum enim loca hæc propter nativam imbecillitatem, præ cæteris partibus maximè omnium fluxionibus ſint obnoxia, & natura alias in corporibus ſanis ad glandulas, ceu certa quædam emunctoria, ſordes ſuas, excrementitiaſque humiditates deponere ſoleat. Idcircò fit, ut etiam in Peſte, facultate expultrice à pravâ & perniciosâ veneni qualitate, irritata, natura, malignam ac virulẽtam materiam, à partibus nobilioribus atque internis ad ignobiles & externas protrudat & ejiciat, undè à cerebro ad glandulas poſt aures; à corde ad axil-

Digitized by Google

axillas: à Jecore ad inguina virus illud peſtiferum plærumq; transmittitur, ex quo poſteà ejuſmodi bubones, anthraces, & apoſtemata ſubnaſcuntur. Et hæc de ſignis Diagnoſticis dicta ſufficiant.

CAPUT XXIII.

De Prognoſticis. Hominem ipſum concernentibus.

PRognoſtica Signa quod attinet, in duplici hæc ſunt Differentia. 1 Reſpicit ipſum hominem, quatenùs nimirum hic vel ille, magis vel minus Peſti ſuſcipiendæ obnoxius eſt. 2. Reſpicit, hâc lue jam infectorum ſalutis vel mortis præſagium. De prioribus hoc capite tractabimus.

Quænam corpora citiùs vel tardiùs Peſte corripiantur.

1. 1. *Corpora ſangvinea citiùs recipiunt Peſtem, quàm phlegmatica ac melancholica.* Quia ſangvis cum naturâ ſit cal. & hum. idcircò faciliùs cæteris humoribus putredinis labem induere poteſt.

2. 2. *Bilioſo temperamento præditi, quàm maximè quoque huic lui capeſſendæ habilés exiſtunt.* Quia cum ob cordis calorem, multâ ſpiritus attractione opus habeant, meatibusque corporis præditi ſunt admodum patulis, idcircò plus veneni Peſtiferi quoque per inſpirationem ejuſmodi, ſenſibiliter vel inſenſibiliter factam in ſe rapiunt.

3. *Melancholici, quamvis omninò à Peſte non ſint immunes, tardiùs tamen cæteris eâ corripiuntur.* Quia cum melancholicorum ſangvis frigiditate & ſiccitate excedat, idcircò difficilius putredinem ſuſcipit, cum omnia frig. ſiccaq;, putredini maximè reſiſtant. 3.

4. *Senes rariùs Juvenibus lue Peſtilenti polluuntur.* Quia cum ob debilitatem caloris nativi non forti indigeant reſpiratione, idcircò quoque minus aeris vitioſi ac peſtiferi attrahunt. *Vel:* Cùm ſicco & frigido corporis temperamento ſint præditi, idcircò difficiliùs putredo in illis excitari poteſt. *Vel:* quia collapſi corporis meatus itâ connivent, vaſaque conciderunt, idcircò parum admodùm aëris peſtiferi ſubingredi poteſt. *Vel:* quia temperantiæ in victu imprimis ſtudent, nec ventriculum ingeſtione multorum diverſiſſ. alimentorum onerant, idcircò parum quoq; crudidatum ac noxiorum humorum in viſceribus colligunt. 4.

5. *Pueri & adoleſcentes magis cæteris ætatibus Peſtis contagioni ſunt expoſiti.* Quia ob caloris copiam, jugem eventationem requirentis, mea- 5.

meatus item ampliores, plus aëris, peſtilentiale ſeminarium continentis, attrahunt & concipiunt. *Vel*: quia ob ſanguinis caliditatem redundantis, mutuum habent ſymbolum cum aëre cal: & hum: ſemina peſtis & fovente & acuente. *Vel*: quia plurimo cibo implentur, undè omnis generis cruditates, ſuccorumque impuritates, fomitem Peſtilenti febri præbentes, emergunt.

6. 6. *Raro corporis habitu præditi, citòq; ſudantes, faciliùs Peſti fiunt opportuni aliis ad ſudorem minùs proclivibus.* Quia quò magis cutis pori ſunt laxi & aperti, eò citiùs quoque aura peſtilens, per inſenſilem *ἀναπνοὴν*, in intimas corporis partes poteſt attrahi, ſpiritusq; pe[r] miſceri. Cùm contra accidat in illis, cutis ſpiracula minus patentia habentibus, ſed potiùs adſtricta & anguſta, unde externum venenum minùs admittent. Qui tamen Peſte ab internis cauſis originem trahente, promtiùs prioribus inficiuntur, ob impeditam nimirùm fuliginum morbidarum, ex quibus putredo naſcitur, tranſpirationem.

7. 7. *Otio nimio torpeſcentes, ac glirium more, dies noctesq; ſtertentes, magis apti ſunt ad labem Peſtiferam concipiendam, quàm tempeſtivos labores, moderataq; exercitia ſubeuntes.* Quia in illis, ob cruditatum coacervationem, aliorumque excrementitiorum ſuccorum proventum, calor nativus debilitatus, omnesq; functiones corporis torpidæ redditæ, minùs occurſanti veneno reſiſtunt, aut fortiter id à ſe depellunt, cùm contrà in his moderato exercitio utentibus, calor nativus factus vegetior, externis veneni injuriis potetiùs reluctatur. 8.

8. *Gravidæ ad ſuſcipiendam Peſtem paratiores ſunt aliis uterum non gerentibus.* Quia ob retentos menſes, pravorum ſuccorum copia turgent. *Vel*: quia imbecilliores ſunt. *Vel*: quia ob fœtus molem, aucto reſpirationis uſu, plus aëris attrahunt, cum quo ſimul & fœda contagionis hauriunt ſemina.

9. *Virgines & mulieres, Peſte citiùs inficiuntur viris.* Quia ſunt naturâ timidiores. *Vel*: quia corporis conſtitutionem nactæ ſunt debiliorem. *Vel*: quia habent corpora rara & poroſa, laxa & mollia, per quæ faciliùs aura venenata ſubingredi poteſt. *Vel*: quia abundant multis humiditatibus ſuperfluis, quæ inſtar fomitis ſunt, Peſtiferi contagii recipiendi. *Vel*: quia frequenter menſium ſuppreſſione laborant, qui malignam naturam acquirentes, ab externo veneno citiùs inficiuntur. 9.

10. *Pauperes citiùs invadit contagium Peſtilens, quàm divites.* Quia illi 10.

illi ut plurimùm ob anguſtiam rerum, impuriori minusq́ue ſalubri utuntur alimento, undè plus noxiorum humorum in corpore congerunt. *Vel:* quià rarò corpus per φάρμακα à ſaburrâ ſuccorum excrementitiorum liberant & exonerant, *Vel:* quia tardiùs ad uſum prophylacticorum remediorum deſcendunt.

11. 11. *Pavidi & ultrà modum triſtes ac meticuloſi, citiùs veneno Peſtifero intoxicantur quàm animo erecti, fortes, intrepidi, moderatèq́ gaudentes.* Quia cum in nimio pavore, timore ac triſtitiâ, calor nativus admodum debilitetur, ſpirituſq; vitales confertim ad cor confugiant, idcircò facilè fieri poteſt, ut illi, ſi aliquam leviſſimam modò alterationem, ex venenatæ auræ, per inſpirationem attractæ, contactu ſuſceperint, talem malignam pravitatem poſteà quàm citiſſimè ipſi cordi communicent, & ita Peſtem inferant. *Vel:* quia cor illorum multo metu languet, & terroris fatigatione conſternatum vires haut poſſidet, per quas veneno adventanti reſiſtat.

12. 12. *Ulceribus ſcatentes vel fonticulos geſtantes, minùs peſtiferæ infectioni ſunt ſubjecti.* Quia per ejuſmodi vel naturales vel artificiales pravorum humorum expulſiones, corpus ab ichoribus excrementitiis, undique optimè repurgatur, qui alias retenti, facile fomitem præbere poſſent contagioni venenatæ, teſtis eſt *Mercurial. lib de Peſte cap 23.* dicens, teſtari poſſe, ſe nunquam vidiſſe Peſte exſtinctum aliquem, qui haberet cauterium præter unum tantum ſacerdotem. Idem teſtantur *Ingraſſias, Pareſinus.* Unde etiam *Fabritius centur. 4. obſ. 22* ſcribit, neminem qui fonticulos in brachiis & cruribus habuerunt (præter unum aut alterum ſummè cacochymicum) in Peſte illa Lauſaniæ Anno 1612. Peſte obiiſſe & proinde præſentaneum eſſe præſervativum, tùm in aliis, tum in ſeipſo obſervaſſe.

13. *Arthritici ſeu Podagrici, minùs cæteris Peſte infeſtantur.* Quia 13. quicquid ſuccorum vitioſorum uſpiam in illorum corpore colligitur, id totum à natura in partes debiles ſeu membra arthritica eructatur, undè corpus ab ejuſmodi cacochymia hoc modo liberatum, & ab internarum excrementitiarum humiditatum ſuperfluitate vindicatum, putredini ac infectioni malignæ, minùs obnoxium fieri poteſt.

14. *Peſte ſemel tentati, ſecundà* 14. *vice,* intellige, eàdem Peſte, quæ tunc graſſatur, non verò de alia Peſte, quæ poſt aliud tempus ſupervenit: Genus enim veneni Peſtilen-

Digitized by Google

tialis varium eſt, & aliud alio ferocius exiſtit, & unum in putrido corpore ſemper inducatur, alterum vero indifferens eſt, circa locum & puros ac impuros æqualiter arripit. Unde *Marſilius lib. Epidem. cap. 24. ſcribit*, ter unum ex Florentinis luem hanc invaſiſſe, qui ſecundo perfectè liberatus, tertiò mortem evadere non potuerit) *vix ac ne vix quidem in eandem relabuntur.* Quia humor ille, Peſtifero veneno fomitem ſubſternens habilem, totus in illo morbo evacuatus ac diſſipatus fuit, ut non facilè contagionis labé concipere queat. *Vel*; quia cor antidotis primâ peſtis cura munitum, porrò qualitate alexiteriâ perfruitur, qua venenum peſtis longe à ſe propulſare valeat. *Vel:* quod cor pugnæ priori cum Peſtilenti veneno aſſuetum, nunc iteratos crudelis Tyranni inſultus eludat, minasq; deſpiciat.

15. Hiſce auctarij loco addatur: *In novi ☽ natis, circa novilunii tempus, maximum Peſtiferæ infectionis periculum impendere, ut in pleni ☽, circa plenilunium.* Unde Heurnius cap. 8. de Peſte, & Goclenius de Peſte, quæſt. 8. *Cave tibi* (inquit) *ſingulis menſibus, quibus Peſtis ſævit, cùm ☽ venit ad eum locum & ſignum cœli, in quo erat ♄ vel ♂ tempore nativitatis tuæ.* Quod tamen (addit) vix milleſimus obſervat, undè etiam ſæpè in unò pago vel urbe vix quartam partem à Peſtis afflatu intactam relinqui videmus & experimur.

CAPUT XXIV.

De Prognoſticis, ſalutem vel mortem, in Peſte correptis, indicantibus.

SI illud divini *Hipp.* effatum, *Acutorum ſcilicet morborum, incertas admodum ac fallaces eſſe prædictiones* unquàm & in ullo morbo veritatem meretur, certè in dira ac truculenta iſta lue, idem quam maximè verificatur, ſiquidem cum ejus ſigna ac ſymptomata univerſa, adeò ambigua, incerta ac lubrica exiſtant, inſtarq; Prothei cujuſdam, in ſingula momenta ac horas mirè varientur: idcircò & prædictio illa, à Medico tanquàm naturæ conſulto ex illis inſtituenda, non niſi incerta, anceps, obſcura ac lubrica quoque eſſe poteſt, id quod non ſemel experientia ipſa teſtatum fecit, Practicos nimirum exercitatiſſ. ſæpè numero in morbi hujus prognoſi inſigniter deceptos ac deluſos fuiſſe. Quod confirmat etiam *Foreſtus lib. 6. in ſch. ad obſ. 13.* dicens: Signa prognoſtica Peſtis adeò dubia ſunt aliquandò, ut optimos quoſque Medicos fallant, ægris;

Digitized by Google

gris ſæpè morientibus, urina ſanorum ſimili exiſtente, & pulſu vix murato: rurſus eadem ſigna cum mala imo peſſima reperiãtur, præter mentem adſtantium & Medicorum quandoque curantur, Et *Palmarius de feb. peſt. cap. 7.* De ſingulis, qui Peſte correpti fuerunt, ſic ſentio, non modò difficile eſſe, imò fieri nõn poſſe, ut quis de eorum vitâ & interitu certò prænunciet, &c. Quapropter admonendi ſunt hic juniores, Medici, ne de eventu hujus luis contagioſiſſ. temere ac præcipitantur aliquid prædicere aut ſibi polliceri arrogent, ſed judicium ſuum tantiſper ſuſpendant, donec de peractâ naturæ cũ morbo pugnâ, præſagitionem ſtabilem apud ægrotos, vel eorum adſiſtentes edere vel inſtituere queant.

1. Prognosis Periculi ſeu Mortis.

Sit igitur hoc 1. Prognoſticon, ſumtum, à læſione actionum animalium, & 1 quidem ſenſitiv: externar:

Si Peſte acutè laborans, oculos habeat ſcintillantes, rubros, nictabundos, vel caliginoſos, ſeu protſus non videat, audiat, aut perpetuis aurium tinnitibus vexetur, vel gravem torporem ac ſtuporem, nec non laſſitudinem ingentem omnium membrorum perſentiſcat, tunc ſanè funeſtum ac calamitoſum vitæ periculum illi impendere, ac præ foribus adſtare, intrepidè aſſerendum.

2. Progn. ſumtum à læſione ſenſuum interiorum.

Si Peſte correptus, vel mente excidat ac deliret, vel omninò obliviosus ac vigil perſiſtat; aut contrà ſtupidus ac ſoporoſus fiat: aut amiſſo judicio, domeſticos ac familiares non agnoſcat, & intellectu privetur: vel deniq; nullum doloris ſenſum, cum tamen vel maximè doleat, ullâ in parte corporis percipiat; tunc mortem in procinctu eſſe, ac triumphum meditari, non titubanter ajendum.

3. Progn. à læſione actionum motricum.

Si peſtifero veneno infectus, frigidum vel per nares ac os expiret ſpiritum, vel maximâ anhelitus difficultate prematur; aut fiat ἄφωνος, dentibusq; ſtrideat, linguamq; aliasq; partes, vel tremulo infeſtari motu, vel convulſione affici; aut totam corporis molem inquietudine ac jactatione aſſiduâ defatigari ſentiat: tunc ſpem in anguſto, ſeu præcipiti potiùs eſſe poſitam, nullatenus dubitandum.

Digitized by Google

4. Progn. à læſione actio-num vitalium.

Si Peſte conflictans in crebra animi incurrat deliquia, vel cordis palpitatione ſubindè affligatur; necnon per totum morbi decurſum, pulſum habeat languidum, tremulum, formicantem &c. Tunc ſalutem ægroti deſperatam planè videri, non hæſitanter affirmãdum.

5. Progn. à læſione actio-num naturalium.

Si Peſtilenti contagio pollutus, appetentiam extremè proſtratam habeat, omniaque cibaria averſetur, vel ingeſta ſtatim revomat, & quantumvis ejus interiora maligni ardoris incendio terreantur, exigua tamen vel nulla ſiti prematur: ventriculus quoque ejus continuis ſingultibus lancinetur, tunc illum ſummopere periclitari, indubitanter aſſerendum.

6. Progn. ab excretis & retentis.

Si febre oppreſſus Peſtilenti, mox in principio hæmorrhagiâ tentetur, vel à ſumptione Alexipharmaci penitùs non ſudet, aut ſudor tantùm, frontem, collum ac pectus irroret: vel in vigore morbi, enormi diarrhæa bilioſa vel atrabilaria, vel fluxu ventris ſyntectico aut ſanguinolento corripiatur, urinasque profundat paucas, graveolentes, lividas, plumbeas, vel albas ac tenues; tunc præſens inſtare exitium ægro, non vanè ſuſpicandum.

7. Progn. à ſimplici qualitate corporis.

Si Peſtifera Lue proſtratus, linguam valdè exuſtam, nigram atq; aridam, nec non anhelitum graviter olentem habeat, tuctus quoque nidorulentos ac putridos percipiat: vel ſi eidem maculæ paucæ, eæq; vel plumbeæ vel nigræ ac lividæ, in corpore effloreſcant: aut nulli bubones ac anthraces erumpant, vel ſubitò intro ſeſe recipiant: vel ſi modò calor modò frigus illi ſuperveniant, tunc plena difficultatis eſſe omnia, ſalutemque ægroti in lubrico verſari, audacter dicendum.

8. Progn. ab externâ corporis figura.

Si Peſte decumbens, faciem oſtentet Hippocraticam, nimirum nares acutas, collapſa tempora, aures frigidas, oculos acutos, palpebrarum & labiorum pallorem, cutis circa frontem duritiem, colorem faciei nigrum, lividum, cadaveroſum, atque membra externa extenuata, frigore algeant: tunc eundem ab extrema Fati linea pau-

cias

cis abeſſe páſſibus, veraciter pronunciandum.

2. Prognosis ſalutis in Peſte.

E contrà verò ſi Peſtifera lue contaminatus, mente ſibi ſemper quàm optimè conſtet, ad oblata ſe bene habeat, nullis deliriis, vigiliis immodicis, ac ſopore exerceatur, facultates omnium vel ſaltem præcipuorum ſenſuum habeat integras, reſpiratione inſuper vigeat libera, pulſu naturali ac forti; ac æquabili, nec non laudabili appetétia ſit præditus; largo item ſudore, exanthemata, bubones &c. confeſtim initiò morbi excludat, urinas laudabiles profundat, alvumque moderatè laxam habeat, nec lipothymiis, hæmorrhagiis, aut fluxu alvi colliquativo tentetur, ſed potiùs facultatum omnium vigor adhuc ſeu robur aliquod appareat, tunc ſpem ſalutis non minimam ægro affulgere, augurandum.

Et hæc ſunt generaliter omnia illa ſigna, quibus vel ſalutem vel mortem ægrotátibus in peſte prædicimus, quæ quamvis nos parciùs attigiſſe, & tantùm obiter quaſi delibaſſe videamur, id tamen non abſque ratione ſingulari à nobis factum fuit, cum neſcij non ſimus, illorum ſignorum omnium in hac lue malignâ apparentium, naturam ſic eſſe comparatam, ut ex iis fidam, certam & indubitatam prognoſin capere atque elicere, Medico, quantumvis ſagaci, docto ac prudenti, ſummè arduum, ne dicam penè impoſſibile ſit. Unde & *Reimundus Mindererus de Peſte ca. 11.* ſcribit: Quia morbus peſtifer ſuâ naturâ infidus exiſtit, ideò fida de ſe mortis ac ſalutis ſigna non perhibet, undè apparentibus alioquin indicijs ſalubribus, quæ tamen omnia hoc in morbo ſuſpecta ſunt, ægros interdum perire deprehendimus, & quos morbus, inductâ ſævorum accidentium turbâ, jugulare velle videbatur, vitalis virtus quaſi clàm ſubterfugiens, hoſtiles perſæpè manus evaſit, morbo modò Medicos, modò ægros hôc affectos, modò ſe ipſum ludente, non aliter à ſe è ruſticorum tumultuantium ſympoſio, inter medios ipſorum enſes & conflictus clàm ſe quiſpiam ſubtraxiſſet.

FINIS LIBRI I.

Digitized by Google

LIBER II.

DE PRÆSERVATIONE PESTIS.

PROOEMIUM.

PErducto feliciter ad finem antecedenti Libro, in quo abſtruſiſſimam veneni Peſtiferi naturam, cauſas, differentias ac ſigna, accuratiſſimâ, quantùm quidem à nobis fieri potuit, Philoſophicâ ac Medicâ indagine inveſtigavimus: Ordinis ratio nunc poſtulare videtur, ut ulteriùs progredientes ipſam quoque προφύλαξιν ϗ θεραπείαν, *utpotè plus momenti habentes, nunc aggrediamur. Quemadmodum autem fortiſſimus belli Dux ſeu Imperator, longè majorem nobilioremq; promeretur gloriam ac laudem, ſi is belli tempore, obſidionis aut oppugnationis alicujus graviſſimæ, quam huic vel illi loco ab hoſte parari novit, periculum, ſagaciter atque ingenioſè avertat, tempeſtivèq; amoliatur, ſicq; ſuæ fidei ac tutelæ creditos, à futuris calamitatibus, ipſorum vitæ ac fortunis, maximè certòq; impendentibus, omninò liberet, & aſſertum eat, quàm ſi factâ jam oppugnatione, & prælio ferveſcente, dubio Marte cum hoſte confligat, deq; ſummâ rerum decertet, & hoc modo ſuam & ſuorum ſalutem in diſcrimen vocet, ancipitiq; prorſus eventui exponat: Ita ampliori inſignioriq; laude ſeu præconio mactandus veniet Medicus, qui diræ hujus ac funeſtæ luis, naturæ omninò creperæ, & ſalutem ſæpè in facie, funus verò in tergo gerentis, citiusq; ſemper exitium ac internecinam pernitiem minitantis, quàm ſalutem ac ſecuritatem promittentis, atrocem impetum, telis pharmaceuticis, peritè ac prudenter arcêre, ac depellere, quàm eâ jam infectos atque oppreſſos, dubio conatu, in priſtinum incolumitatis ſtatum revocare ſatagit. Poſthabitâ itaq; nunc Infectorum Curatione, de quâ tertio libro ſermonem inſtituemus, à Præſervatione, utpotè nobiliori, rem ipſam auſpicabimur.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT I.

De Prophylaxi Peſtis ſpirituali ſeu Theologicâ.

CUm autem triplex potiſſimùm Præſervationis à Lue Peſtiferâ modus exiſtat: Unus nimirum Theologicus ſeu ſpiritualis: Alter Politicus ſeu civilis; Tertius, Medicus ſeu naturalis, idcircò de ſingulis ordine diſſerturi, primò omnium à ſpirituali prophylaxi, ceu omnium præſtantiſſimâ ac certiſſimâ, nunc ordiemur. Hæc autem in tribus potiſſimum conſiſtit. 1. In devota & ardenti ad DEUM fusâ precatione, 2. in verâ minimeque fucata cum DEO & proximo reconciliatione, & tandem 3 in ſeria & religioſa vitæ emendatione, emendatæque conſtanti perſeveratione.

In quibus conſiſtat ſpiritualis præſervatio.

1. Quod attinet. Nulli ſanè dubium aliquod eſſe debet, devotis ac ardentibus ſuſpiriis, ab imo pectoris fonte ductis, nec non humillimis ac ſupplicibus precibus, ad D.O.M. in vera fide quotidiè fuſis, (Eſt enim teſte *D. Bernhardo*, pia & ex fide profecta precatio ſalutare in omnibus adverſis remedium, clavis & apertio Paradiſi ſcutum defenſionis, in æſtu calamitatum refrigerium, in morbis Pharmacum, gladius contra diabolum, murus contra infortunium, &c.) ceu mediis omnium efficaciſſimis potentiſſimisque optimam tutiſſimamque, corpus, non ſolùm à peſtiferæ contagionis infectione, verùm etiam à quorumlibet aliorum morborum hoſtili invaſione præſervandi, viam iniri. Siquidem certum & S.S. quoque ſcripturæ oraculis confirmatum, nulla uſpiam re, divini Numinis, atrocitate ſcelerum noſtrorum ſæpiſſimè irritati, iram magis, citiusque ſedari ac placari, pœnasque & afflictiones, cervicibus noſtris imminentes, promptiùs declinari atque averti, quam devotiſſimè ad DEUM factâ oratione ac ſupplicatione, quam etiam ſe certò exauditurum, noſq; ex omnibus malorum fluctibus paternè erepturum liberaturumq;, *Pſalm. 50. & 19.* promiſit. Unde & *Avicen. 1. Metaphyſ.* Ira Dei reconciliatur Sanctis ac devotis precibus. Ad ejuſmodi preces nos adhortatur quoque *Eccl. 38. v. 9.* Fili, ſi ægro-

ægrotas, ad Dominum clama, & is ſanabit te &c. It *Jacob.5.v.15.* Oratio fidei auxiliabitur ægrotum, & Dominus ipſum eriget. Et *1. Reg.8.* ut & *2. Paralip. 6.* Si oborta (dicit Dominus) fuerit peſtis, aut corruptus aer, aut alia plaga, aut quicunque alius morbus, ego omnem orationem, & quamcunque ſupplicationem, factam à quocunque homine, ex univerſo populo meo, exaudiam. Cujus rei egregium extat exemplum apud *Eſaiam cap. 38. & 4. Reg. 20.* de Ezechia Rege, quem peſtilenti febre correptum, & nuncio futuræ mortis graviter perculſum, cum faciem ad parietem convertiſſet, & multis profuſis lacrymis ad Dominum oraſſet, priſtinæ ſanitati corporis, perfectè reſtitutum fuiſſe legimus. Similiter *2. Samuel. 24.* cum David (poſtquàm 70000. à Domino, Peſte percuſſi, interfecti eſſent) peccata confeſſus eſſet, & ſe coram Deo humiliaſſet, pœnitentiamque egiſſet, plagam hanc ceſſaſſe ſcriptum invenimus. Ita & memoriæ proditum eſt, Marſiliæ cum ope humanâ peſtis extingui non poſſet, unicum fuiſſe remedium, confugere ad orationes & jejunia. Quam ob cauſam & *Avicen. 4. meth. cap. 1. ſcribit:* Ob has cauſas proſunt hominibus orationes & ſacrificia &c. Similiter paſſim apud autores fit mentio Peſtilentiæ, Romæ aliquandò crudeliſſimè ſævientis, quæ non niſi piis precibus Gregorij Papæ & populi Romani expiari potuit. Verùm etiam hoc eſt (teſte *P. Diacono lib. 6. cap. 3. de bello Longobard.*) quod Papiæ, anno 680. quando Angelus viſus fuit haſta percutere ædes. quos volebat peſte infici, hæc lues precibus tādē mitigata ac ſublata fuerit. Nec hoc ignotum quoq; olim fuit Ethnicis, quos ſacrificiorum oblatione, ac precibus, ſuo more factis, Deos placaviſſe, & hac ratione peſtem, aliaſque calamitates avertiſſe, conſtat. Nam ſcriptis conſignatum legitur, Romanos olim, peſtilentiam exortam aliâ viâ à ſe amoliri non potuiſſe, quàm abducto ex Epidauro, ſub anguis forma, Æſculapij ſimulacro, ceu Deo Medico, quo Romam allato, ſtatim poſt ejus venerationem, urbem, triennio peſte obſeſſam, ab hac lue liberam evaſiſſe: Ita veterum hiſtoricorum monumenta teſtantur, Athenis ſæpè ortam peſtem, ob ſacrificiorum & votorum ſolennia, extinctam fuiſſe. Indeſinenter igitur ad Chriſtum clamemus;

Ne nos Peſtis edax conſumat Chriſte rogamus,
Arce tu Peſtem, Peſtis & omne malum.
Verus Alexicacos vere tu Chriſte vocaris,

Extra te nobis, omnia, Peſtis erant.
In te ſed nobis, ſunt omnia plena ſalutis,
Vita, ſalus, robur, te tribuente, venit.

2. Diximus, ad ſpiritualem quoque προφύλαξιν requiri, veram & cum DEO, & cum proximo reconciliationem. *Cum Deo* quidem ſi delictorum noſtrorum turpitudinem agnoſcentes, deflentes ac deteſtantes, ſeriamq; pœnitentiam agentes, ad Deum, Patrem noſtrum convertamur, & ſumma cum animi devotione ab ipſo remiſſionem illorum flagitemus, ſicq; ſpem non dubiam, in miſericordia, tutela, & auxilio divino, ſaluberrimoq; ſanguinis JESU CHRISTI antidoto ponamus, juxtà illud *Zach.1.* Convertimini ad me, & ego convertar ad vos, dicit Dominus Zebaoth. Sic *Jerem.3.v.12.* Revertere rebellis Iſraël (dicit Dominus) & non faciam cadere iram meam in vos, quia ſanctus ego ſum, & non iraſcor in perpetuum. Veruntamen agnoſce iniquitatem tuam &c. Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum, converte me Domine, & convertar, quia tu es Dominus. *Jerem. c.31.v.18.* Item *Amos 5.* quærite Dominum & vivetis: & *Eſaiæ 43.* Ego, Ego, deleo iniquitates tuas propter me, & non recordabor peccatorum tuorum. Revertere ad me, quia redemite. Nulla enim re magis delectatur Deus, quam miſeri peccatoris emendatione & ſalute. Teſte *Nazianz.* Item, *Joel.2.* convertimini ad me toto corde veſtro. Converſio autem iſta neutiquam procraſtinanda, aut de die in diem temerè protrahenda, ſed quantocyùs inſtituenda eſt, quia ſi unquam ulla in re, mora ſeu cunctatio periculoſa extitit, certè eam in hac longè periculoſiſſimam eſſe, jacturamq; non minus animæ, quam corporis ſecum trahere, minimè ambigẽdum. Quod confirmat *D. Auguſtinus* dicens: Qui tardat ad Dominum cõverti, periculum facit animæ ſuæ; & Regius Proph. David, ad celerem ſeu maturam converſionem omnes adhortans, *Pſalm.95.* ait: Hodiè, hodiè, ſi vocem Domini audiveritis, cor veſtrum non obdurate. Quod intelligens quoque *Savanerola*, quantùm ſc. intereſſit, ut à Peſte præſervari cupiens, Deo reconcilietur, & pœnitentiam agat, in Practica ſua ita ſcribit: Ut corpora munda præſerventur, fac ut anima tua primò mundetur, & ſic Deus miſericors, te ab ipsâ peſte præſervabit. Undè *Georg. Cedrenus in ſuis hiſtor.* refert de Michaele & Theodoro, quod peſte graſſante apud Bulgatos, illa aliter ſedari non potuerit, niſi à Rege ipſorum totoq; populo, seriò acta pœnitentia,

ipſisq; ad Chriſtianam fidem converſis. *Cum proximo* verò, ſi omnes ſimultates, odia & inimicitas, quæ nobis cum illo anteà interceſſerũt, deponamus, & cum eodem poſtliminiò in gratiam redeamus, adhortante Chriſto, *Matth. 6. v. 14. Marc. 11. v. 25. & Eccl. 28. v. 2.* Si (inquit) remiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis: ſi autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Et *Lucæ 6.* Eſtote miſericordes, &c.

3. Tandem ſupereſt, ut Deo & proximo reconciliati, impoſterum emendationi vitæ, omni niſu ſtudeamus, inq; eâ etiam conſtanter perſeveremus, coercendo nimirum vagas carnis noſtræ illecebras, & frenum injiciendo pravis cupiditatibus, vitando inſuper omnis generis vitià, improborumq; ac perditiſſimorum hominum commercia ac ſocietates, nec immoderationi affectuum, utpotè hominem ſæpè tranſverſum, & extrà rectæ rationis gyrum abripientium, plusquàm decet indulgendo, ſed piè, modeſtè, caſtè, relligiosè; temperanter & inculpatè vivendo, omniaque humanitatis & charitatis officia proximo noſtro cumulatè exhibendo. Quod ſi fecerimus, licet immaniter furente ac ſæviente Peſte, mille cadant à latere noſtro, & decem millia à dextris noſtris, nos tamen hujus infernalis furiæ minis atrocibus minimè territi, ituti omninò ac immunes ab omni virulenti contagij afflatu, ſub umbra alarum, ſummi noſtri JEHOVÆ ſemper degemus ac perſiſtemus. Sed hæc ad Theologorum ſcholam propriè pertinent, quæ obiter tantum innuiſſe hic ſufficit. Ut enim illorum eſt veram Dei cognitionem docere, ſerioq; modum emendandæ vitæ inculcare, ita Medici partes ſunt naturæ opera perſcrutari, corpusq; humanum præſervare, ac liberare ab ægritudinibus, Ideo Medicina ſoror ſapientiæ, cui Theologia correſpondet, à democrito meritò vocatur.

Formulæ 2. Receptarum, ex officinâ Theologorum ſpirituali depromptarum, & infallibili experimento ad præcautionem Peſtis comprobatarum.

Rec. *Radicem* rectæ Fidei: puri cordis: veræ pietatis. *Folium* certiſſimæ ſpei: ampliſſimæ miſericordiæ: abundatiſſimæ clementiæ. *Florem* violarum humanitatis: roſarum charitatis: liliorum puritatis. *Semen* caſtitatis: jejuniorum: eleemoſynarum: orationis. *Abſinthium* contritionis. *Aloen* confeſſionis.

ſionis. *Myrrham* pœnitentiæ. *Species* diapoſtolorum; Diamartyrum. *Trochiſcos* ſanctorum. *Oleum* lachrymarum. *Unguentum* ſuſpiriorum & gemituum. *Emplaſtrum* contemtus mundi: Tollerantiæ aſſentatorum, invidorum & obtrectatorum. Hæc omnia miſceantur in *Mortario* conſcientiæ, atterantur *piſtillo* doloris, agitentur *Baculo* paſſionis Dn. noſtri Jesu Christi & cum *Sacharo* divini amoris diſſoluto, in *Aqua* lachrymarum, ad *Ignem* tribulationis, amaritudinis & patientiæ. Fiat *confectio cordialis in morſulis*, pura & ſyncera fide, cum firmiſſimo propoſito novæ obedientiæ, quotidiè guſtandis, maſticandis & deglutiendis.

2. Alia, Brevior.

Rec. Veræ fidei ac pietatis ana lib. j. Temperantiæ, ſobrietatis & humilitatis an. lib. ß, Fortitudinis, Chriſtiani fervoris in orando, ſpei, charitatis an. unc. iiij. contemtus mundi, ſtudij paupertatis an. unc. iij. ſcuti patientiæ, tollerantiæ & afflictionis, invidorum, calumniatorum & adulatorum ana q. ſ. Miſce fortiter omnia, cum propriis contritionis ac pænitentiæ veræ lacrymis. Fiat *Bolus*, quotidiè, manè & veſperi devorandus.

Hiſce addantur quoque elegantiſſimi, *Adami Siberi* verſiculi.

A Peſte tutus eſſe qui deſideras
Dei timorem ſume præſtantiſſimu,
Huic adde CHRISTI in ſanguinem fiduciam
Certiſſimam: Precationis & piæ
Iterationem, quâ pote frequentiſſima
Fieri: crucisq; moleſtiam acerrimam
Hac miſce ad ignem charitatis in Deũ
Et proximum, & ea cuncta cordi imponito.
Mirum, niſi tutus & integer ſervaberis.

CAPUT II.

De Prophylaxi Politicâ ſeu Civili.

PRæmiſsâ ſpirituali præſervatione ceu digniore, tutiore ac certiore, Ratio ipſa nunc dictitare videtur, ut de Politicâ quoque ſeu civili, utpote, Magiſtratui, urbiumque rectoribus aut gubernatoribus propriâ, ſermonem aliquem inſtituamus. Decet autem quemlibet pium ac prudentem Magiſtratum, cui populi ſalus, ſuprema Lex eſſe debet, admodum ſollicitum eſſe, curaſq; & cogitationes omnes eò intendere, ut quando peſtilentis contagionis ſemina, in vicinis locis gliſcere ſenſimque ſerpere videt ac intelligit, ad ea in ipſis primis

Digitized by Google

initiis mox opprimenda, urbemq́; ſuæ cuſtodiæ traditam ac commiſſam, à venenata hâc infectione, immunem, liberamq́; reddendam ac præcavendam quamprimùm ſe accingat ac convertat. Id autem 4. potiſſimum modis perficietur. 1. Platearum, ædiumq́; ab omni ſordirie repurgatione, nec non fimorum, quorundam impurorum animalium, extrà urbem rejectione 2. Peregrinorum hominum, ex locis ſuſpectis adventantium, ab urbe excluſione. 3. Publicorum conventuum interdictione. 4. Ædium infectarum obſeratione.

1. *Platearum ædiumq́; à ſordibus repurgatio, ac fimorum extrà urbem deportatio.*

Principiò cum in confeſſo ſit, in aëre communiter infectionem cõtrahi ſolere, à variis platearum ſordibus, cæteraque excrementorum fætentium, in privatis ædibus collectorum, illuvie, idcircò in his imprimis removendis, omnem operam, ſtudium & diligentiam adhiberi decet, quod non difficulter fiet, ſi Magiſtratus juſſu atque edicto, plateæ, vici, ac compita, per certos, & ad id genus officii peculiariter deſtinatos homines, ſemel atque iterum, ab ejuſmodi ſordium, ac ſpurcitierum coacervatione probè repurgentur, ſicque ſemper munda conſerventur. Unde *Jul. Palmar. cap. 8. d. P.* (inquit) Cum toto autumno obſeſſa fuiſſet urbs (Paraſiis) numeroſiſſimis copiis referta, omnes ſordes purgamenta & fimi equini in viis adſervati fœtore & gravi exſpiratione aërem ita vitiarunt, ut proximo vere malignæ ac Peſtilentes febres graſſari cœperint, quæ tota æſtate & autumno multo ſæviores, factæ, quãplurimos interfecerunt. Et *Joſeph. Quercetanus in Diætet. lib. 2. cap. 3.* ſcribit ſe obſervaſſe, ita Toloſanam urbem ſæpè Peſte tentari ſolitam fuiſſe, at tandem dilatatis urbis vicis & compitis, purgatis diligenter ſtercoribus ac ſordibus, liberioreq́; aëre captato, urbem iſtam ab ea contagione liberatam fuiſſe, aut non ita frequenter eâdem infeſtari viſam fuiſſe. Qua de re prudenter *Pampin. IC. Aed. §. de viâ publ.* præcipit: Aediles non permittant, neque in plateas ſtercora aut ſordes projici, neque cadavera neque cerdones pellium ſordes abſtergere. Præterea ſi urbium præfecti ſollicitè in id incumbant, ut omnia ea, quæcunque ſeminarium contagij vel poſſunt excitare vel augere ac fovere, actutum ex locis publicis amoveantur, v.g. ſi ſpecus ſubterranei hiantes, & mephitim expiran-

tes,

tes, claudantur: ſi cadavera hominum, aliorumq; animalium, inſepulta, terræ condantur ac ſepeliantur, ſepultiſq; ſuperimponatur terra vel argilloſa, vel calx copioſa, quæ tetras ac putridas expirationes prohibent: ſi aquæ ſtagnantes paluſtres ac graveolentes exiccentur, alveum terra vel ſaxis replendo, vel rivulis ductis per loca declivia eas derivando, aut aquas ſuperinducendo, quemadmodum *P. Salius de feb. peſt. cap. 20.* ſcribit, patriæ ſuæ hoc conſilium datum fuiſſe, circa cujus mœnia aquæ ſtagnabant in foſſis publicis, unde hæ æſtate putreſcêtes, in cauſa fuerunt, ut in fine æſtatis, ſingulis annis, plurimæ vigerent febres Peſtilentes: his verò aquis exiccatis, experientia & rei eventus probavit, rectè conſultum fuiſſe, cum non ampliùs ita viguerint. Et Empedocles, Selinuntios, cum in malè olentem lacum, eorum oppido vicinum, unde Peſtis orta fuit, duos fluvios ſuis impenſis derivaſſet, à peſte liberavit. Tandem ſi fimus omnis ac ſtercora animalium, inprimis verò anſerum & porcorum, ex publicis ac privatis ædibus, quàm citiſſimè expurgentur, & ad loca, longiſſimè ab urbe diſſita, exportentur, ſiquidem experientia cognitum, ejuſmodi ſtercorum fœtore aerem infectum, quamplurimum noxæ ac damni hominibus intuliſſe. Prudentis itaq; ac vigilantis Magiſtratus officium erit, ſedulò cavêre, ne in urbibus, cives ac incolæ, propè ædes ſuas, aut ſaltem in interiori earum parte, haras ſeu ſuilia erigant ſeu conſtruant, in illiſq; porcos magno numero alant ac ſaginent, cum hac re nihil pernicioſius civitati, præſertim tempore graſſantis Peſtis, poſſit contingere, propagatâ, ut diximus, per eam, tanquàm fomite aptiſſimo, contagione virulentâ, & ad plures celerrimè translatâ.

2. *Peregrinorum hominum ex locis ſuſpectis venientium, excluſio.*

Deindè non ſolùm ſufficit, ſtercora, aliaque impuritatum genera ex plateis ac compitis removiſſe, extràq; urbem amandaſſe; verùm & id Magiſtratui Politico procurandum, ut nimirum ſingulis civitatis portis certum cuſtodûm numerum aſſignet & apponat, interdiu nō ſegnes excubias agentium, diligenterque introeuntes omnes obſervitantium. Qui ſi fortè fortunâ, unum atque alterum extraneorum ſeu peregrinorum ex ſuſpectis locis adventantem, ingreſſumque urbis molientem, & ſymbolo ſeu teſtimonio Hygejæ publico, illis ex-

ſuſpectam habemus) indiget, undè citiùs Peſti obnoxium illud redditur. Undè *Fuchſius* ſcribit, ſe experientiâ didiciſſe, multos, qui peſtis tempore, corpus, tripudiis ac ſaltationibus immoderatiùs exercuerunt; protinùs contagione venenatâ correptos, & eâdem die extinctos fuiſſe. Lycæa item ſeu Gymnaſia urbium publica, ob ſtudioſorum juvenum frequentiam celebria, in tutiora loca, aëri ſaluberrimo perflata, transferantur: Pædagogia verò puerulorum privata, vel parciùs aperiantur, vel quod magis conſultum, penitùs obſerata, uſque ad contagij remiſſionem, vel omnimodam ejus extinctionem, relinquantur. Ægroti deniq; vel hâc lue ſuſpecti à ſanorum cõmercio ſeu conſuetudine arceantur, nec non curioſarum mulierculaꝛum, aliorumque, quorum operâ non eſt opus, acceſſus ad ægrotantes, prohibeatur. Pari modo Senatuſconſulto, urinarum, aliarumq; fæcum & ſordium, præſertim ab infectis excretarum, in vias publicas, effuſiones, ſeverè interdicantur, inq; contrà delinquentes graves pœnæ ſtatuantur ac irrogentur. Certiſſimum enim ejuſmodi effuſionibus nõ ſolùm civitatem quàm maximè deformari, intollerabilemque planè fœtorem in viis ac compitis excitari, verùm etiam aërem ipſum vehementèr inquinari; contagium gliſcens, latiùs diſſeminari, ſicque in plures citiſſimè propagari;

4. *Aedium infectarum occluſio.*

Tandem ad Magiſtratus quoque Politici curam pertinet, infectorum ædes non ſolùm publicâ autoritate obſerari, verùm etiam notâ ſeu charactere certo inſigniri, quo prætereuntes, de contagio commonefacti, ejuſmodi ædes fugiant, & hoc pacto non temerè ſibi ipſis periculum acceſſant. Hæc tamen, ut monet *Quercetanus in lib. de Peſte*, Chriſtianæ caritatis accedat moderatio, ne infecti auxilio deſtituantur: imò Magiſtratus ſollicitudine, viris aut fœminis, vitæ probitate, ac talium ægrotorum tractandorum cognitione inſignibus committantur. Quâ quidem conſtitutione minus probè obſervatâ, videas ſæpè hos miſeros, in gulam potiùs incidere luporum rapacium, quàm fidelem ad id conductorum miniſtrorum curam nanciſci. Officium ergò Magiſtratus fuerit, viros ac fœminas, vitæ morumque probitate conſpicuas, ægrotantibus aſſignare. Et hæc de Prophylaxi Politicâ ſeu Civili.

CAPUT.

vitioſi per ignem accenſum, vel ſuffimigia varia alteratione & emendatione. 2. De contagii jam ſerpentis devitatione, perſonarumq; ac locorum, Peſtis nomine ſuſpectorum, declinatione. 3. De pravorum humorum, per debitam corporis evacuationem, ſequeſtratione. 4. De cordis reliquorumque viſcerum nobiliorum corrobaratione, eorundemque contrà internam putredinem ac veneni occurſum, Alexiteriorum ſumtione, præmunitione. 5. De probâ & exactâ rerum non naturalium obſervatione. Quibus explicatis, finem huic 2. libro imponemus, & in tertio Curationem inchoabimus.

CAPUT IV.

De aeris vitioſi correctione.

QUemadmodum (ut ſuprà quoq; lib. 1. c. 15. diximus) aëris puri, temperati ac ſalubris inſpiratio, magnum momentum habet ad ſanitatem corporis conſervandam, vitamque jucundè tranſigendam; Ita dubium non eſt, eundem vitioſum, impurum, corruptum, ac pravâ qualitate affectum, ad naturalem totius corporis œconomiam labefactandam, variaque ægritudinum genera introducenda, inſigni pollère vi & efficacia. Talis igitur cum plærumque graſſante peſte ſit obvius, idcircò non parva cautio adhibenda, ſummoque ſtudio in id incumbendum erit, quo intemperiem vel malignam ejus qualitatem, rebus ad id aptis & convenientibus, tempeſtivè corrigamus, & ad ſalubritatem reducamus, ne ille nobis adhuc benè valentibus nocivus evadat, noſq; de incolumitatis gradu dejiciat, inque morbos lethiferos conjiciat atque præcipitet: *Conſiſtit autem aeris peſtiferi ſeu corrupti emendatio in his 4. rebus.* 1. In occluſione vel munitione ædium, portarum ac feneſtrarum, ab inſalubrium ventorum ingreſſu. 2. In ignis ſtructione, ſeu camini luculenti accenſione. 3. In habitaculorum ſeu conclavium, tùm aceto, tùm aliis liquoribus odoriferis conſperſione, nec non faciei cum iiſddm irroratione. 4. In ſuffituum odoratorum inſtitutione.

1. Munitio ædium ab ingreſſu ventorum inſalubrium, & loci ſalubris electio.

Primò decet quemlibet ſanitatis ſtudioſum in id intentum eſſe, ut ad eam, ſartam tectamque conſervandam, aurâ non niſi ſaluberrimâ, & habitatione quoque mi-

nimè ventis pernicioſis ac noxis perflatâ, utatur. Si enim alicujus loci aër ſit craſſus, nubilus, pluvius, & vel ex ſtagnis paludibusque fœtidis depravatus, vel ex putridis exhalationibus è terrâ ſurgentibus, nec non animalium cadaveribus, aliisque id genus corruptionibus inquinatus, tunc habitationibus infectis, homines ibi citrà valetudinis detrimentum, longo tempore perſiſtere nequeunt, quod aër, quem ſingulis momentis hauriunt, illis protſus ſit infeſtus & exitialis: At ubi ædes hominum ſereno, claro & puro aëri, & omnibus malignis exhalationibus carenti expoſitæ fuerint, ibi ſanitas ac vita diu conſervatur Ac propterea, qui integram, laudabilem ac inculpatam ſanitatẽ corporis, ac omnium virium conſtans robur diù tueri vult, is ut ejuſmodi diverſoria ſibi quærat & eligat, quàm maximè operam dare debet. Porrò hoc quoque diligens paterfamilias animadvertat, ne portas ac feneſtras ædium ſuarum ſemper teneat occluſas, neque quoque jugiter apertas ſervet, ſed ut pro diversâ qualitate ac conditione aëris, ventorumque vel inſalubri vel ſalubri naturâ, eaſdem modò claudat, modò aperiat. Claudendæ quidem illæ ſunt in aëre nebuloſo, turbido, humido, caliginoſo, ſiq; per eas ventus Auſtrinus; Africus, Circinus, vel Notolybicus irrepat ac irrumpat, cum enim humidiſſimi ac calidi ſint hi venti, idcircò promtiſſimè putredinem & venenata μιάσματα ſuſcipiunt, & corpora quoque ad corruptionem diſponunt, undè ab *Hipp* quoq; *in Aphor.* pro omnium inſaluberrimis habentur. E contrà verò cœlo ſereno, ſudo, tranquillo exiſtente, ac flante Euro, Subſolano ſeu Aquilone, feneſtræ aperiendæ ſunt, hi enim ſaluberrimi habentur, ob frigiditatem ac ſiccitatem ſuam, quà putredini maximè reſiſtunt, & νοσηρῶν ἀποκειμένων Aëri inhærentium, vim quaſi obtundunt, actionemq; earum prorſus torpidam reddunt. Et hoc quoque *M. Varronem* Corcyræ feciſſe legimus, cum ille in omnibus ædibus vicinis ægros decumbere videret, feneſtras omnes occluſit, Auſtrum recipientes, & contrà alias aperuit, per quas Aquilo ingrederetur, & hàc ratione ſe ipſum, totamque ſuam familiam incolumem à peſtis contagio præſervavit. Undè non immeritò *Hipp. in lib. de ſacro morbo*, Aquilonem omnium ventorum ſaluberrimum pronunciavit. Et *eodem in lib.* ventum Aquilonarem, aërem compingere, turbatum ac nebuloſum excernere, illuſtrioremq; ac pellucidiorem facere dixit. Cui aſſentitur quoque *Ari-*

Ariſtotel.7.Polit cap.11. urbes, aurorам verſus ſpectantes, & ad eos ventos, ab Oriente ſpirantes, ſalubriores eſſe, proximum verò ab his ſalubritatis gradum obtinere, quæ in Aquilonem vergunt. Nec ſanè abſque ratione hæc ab Hipp. & Ariſt: ſcripta fuerunt, ſiquidem conſenſu omnium Medicorum ac Philoſophorum conſtat, Aquilonem, omnem humiditatem, ceu putredinis matrem, valenter exiccare, & quicquid contagioſi inquinamenti aëri inhæret, id totum depaſcere, abſorbêre ac delere. Præterea videmus, flatu hujus venti, omnia clariora, pellucidiora ac ſplendidiora conſpici, inq; homine ipſo, alacritatem ac vigorem animi intendi, calorem nativum excitari, concoctionem promoveri omnesque demum corporis functiones majus robur acquirere: cùm econtrà Auſtro ac Zephyro ſpirante, non ſolùm aëris humiditas augeatur, ac contagium peſtilens latiùs propagetur: verùm etiam menti ac ingenio caligo quædam inducatur, caput aggravetur, variis fluxionibus & catharris tentetur, appetentia proſternatur, putredo corpori ingeneretur, partes omnes debilitentur, & homo ad munia ſeu actiones quaſvis, ineptus prorſus, ſegnis ac torpidus reddatur. Quapropter, qui immunem ſe à labe peſtiferà tueri vult, periculumque contagionis declinare, operam det, ut de ejuſmodi domicilio ſibi proſpiciat, quod longè diſſitum ac remotum ſit à locis infectis, ſepulcris, & cloacis, paludibus, ſeu aquis fœtentibus, aut ſi illud mutare ei minimè integrum, ſaltem in adverſà domus parte tunc habitet, aut ſi poſſit, aliquot conclavia ſibi eligat, in quibus, optimè priùs repurgatis, alternatim habitet, aërem nocturnum ac nebuloſum, ab ingreſſu, perpetuò arceat, interdiù vero, cum ſereniſs. aëris tempeſtas exiſtit, Solque illuceſcens, aërem optimè purgavit, tunc æſtate quidem manè, hyeme verò circa meridiem, conclavia, per feneſtras, Orientem ac Septentrionem ſpectantes, minimè verò meridiem vel occaſum, probè perflari ſinat, niſi forſan morbidæ expirationes indè fuerint delatæ, tunc enim his obturatis & occluſis, oppoſita aperiat.

2. *Ignis ſtructio ſeu accenſio.*

Si ab aëris inquinamento Peſtis metuitur, tunc non ſolùm in ſylvis, ſi ea regio illis abundat, atq; agris, verùm etiam per urbium plateas compita, templa, aliaq; loca publica, ut & intrà privatas ædes, ignes, luculentiſſimam flammam edentes, cùm interdiu, tùm noctu paſ-

ſim incendantur, imprimis ex lignis odoriferis, aliisque ſuaviter olentibus rebus, ut ſunt, *Juniperus, Cypreſſus, Laurus, Erica, Myrtus, Roſmarinus, Quercus, Lentiſcus, Santalum, Cortic. Thymiam, Succinum, Myrrha, Maſtix, Ladanum, Radix Imperator.* Item. *Salvia, abſinthium, Ruta, Hyſſopus, Thymus, Lavendula, Origanum, Scordium, flor. roſar. rub. Bacca Lauri & Juniperi*, & id genus alia. Cum enim ignis omnium agentium naturalium actuoſiſſimus ac potentiſſimus ſit, idcircò ſeminaria illa peſtifera & inquinamenta putrida, per aërem diſperſa, ab eo promtiùs citiusque, quàm ab ullâ alia re diſcuti, abſumi ac diſſipari poſſunt. Cujus rei veritatem experientia quoq; ipſa non ſemel comprobavit. *Gal.* enim *in lib. de Th. ad Piſ. cap. 16.* Hippocratem in famoſa illa Peſtilentiâ quæ Athenis graſſabatur, per totam urbem, ignem incendi juſſiſſe, in eundem ſimul injectis coronis ac floribus odoratiſſimis, nec non unguentis pinguiſſimis & ſuaviſſimis infuſis. Quâ re tantùm effecit, ut fugatâ & diſſipatâ omni putredine ac malignitate, aërem poſtmodum purum, & ab omni inquinamento liberum, cives ac incolæ inſpirarent; undè præclaram poſteà nominis famam conſecutus, aureâq; ſtatuâ donatus fuit. Eâdem medicâ ignium vi, eodem ferè tempore Acron Agrigentinus, & Empedocles, à Siciliæ urbibus, peſtem depuliſſe, memoratur à *Plinio lib. 7. cap 27. & Aetio lib. 5. cap. 94.* Ligna autem concremanda debent eſſe ſicca & arida, non humida aut uvida, ne craſſum fumum excitent, incendāturque eo in loco, ex quo ratione ventorum magis poſſit eventari & exiccari aer illius loci. Et ejuſmodi ignis ſtructionem, tempore peſtis factām, plurimum valêre, in aere ab exhalationibus putridis ac malignis repurgando & eventilando, teſtatur quoque *Plinius lib. 36. cap. 26.* Eſt & ipſis ignibus (ait) medica vis, cujus ſuffitum Peſti auxilium ferre certum eſt. Et *Augenius lib. 2. de peſte cap. 3.* idem inſtitutum admodum probans ac commendans, vellem (inquit) tempore peſtis, ut circa urbem, in 4. vel 5. angulis, cotidiè ignes excitarentur, injectis lignis quercinis, miſcendo odorata ex lauro, cupreſſo, junipero & aliis. Auſim promittere, adhitâ tali diligentiâ, peſtem vel exiguam, vel nullam noxam eſſe allaturum. Itē *Joan. Ewichius in lib. 1. de offic. Magiſtr. cap. 8.* ſcribit: Ego, ſi interrogarer, quid ad præſervandam civitatem aliquam à peſtis contagione, omnium rerum eſſet primum, quid item ſecundum & quid tertium?

Huic

Huic uno reſponderem verbo: *Ignem*. Poterunt quoque, loco igneum accenſorum in urbibus ſub noctis præcipuè ac diei crepuſcula, tormenta bellica maiora, ſeu machinæ fulminales, adverſus contagioſa præſertim loca explodi, quâ ſanè exploſione, & maximi motus violentiâ, aerem exagitatum, quàm optimè ab omni malignâ labe repurgari, minimè erit dubitandum. Undè & *P. Salius, de feb. peſt. cap. 20.* Non poſſum non (inquit) laudare uſum tormentorum bellicorum, ſi ſæpiſſimè excutiantur, & maximè verſus eam partem à quâ malum magis inſtare videtur. *Et ibid.* Credo ego, quod maximè in tali caſu proficient tormenta bellica maiora, ſæpiùs vi ignis excuſſa, nam cum hæc validiſſimè aerem & ad diſtans commoveant, & ſonitus maximus ab eis concitatur, & terræ etiam circumſtantis tremor, idcircò apta erunt, ſi ſæpiùs iterentur, ad aeris validam purificationem, poteruntque aerem ab illis inquinamentis ea diſplodendo emendare. Quæ confirmantur quoque à *Lemnio, lib. 2. de occult. nat. mirac. cap. 10.* ubi ſcribit, cum Tornacenſes exerceret crudeliter peſtis, milites præſidiarios illius urbis, machinas tormentaq; bellica pulvere tantùm bombardico oppleta urbi obvertiſſe, eaque ſub diei ac noctis crepuſculum exploſiſſe quorum ſonitu violento effectum fuit, ut tandem aeris contagium diſcuteretur, civitasq; à peſte facta fuerit immunis.

3. *Conclavium conſperſio, ac faciei irroratio; cum aceto vel alijs liquoribus odoratis.*

Præterea ſaluberrimum quoque habetur ad aeris pravam & malignam qualitatem corrigendam, ſi conclavium ac cubiculorum, in quibus degimus, pavimentis ac parietibus copioſè aſpergantur aquæ odoriferæ, aliique liquores, peculiari quâdam proprietate veneno peſtis adverſantes, ut ſunt Aq. roſ. Angel. Rutæ, Galangæ, Lavend. Nuc: jugl. Item, Acetum vini vel ſimplex, ut roſarum, Rutaceum Juniperinum, Sambucinum, vel tale compoſitum, Rec. Acet. Rut. & Sambuc. an. lib. ß. Aq. Nuc. jugl. Fraxini, Scordii & Abſinth. an. unc. iiii. Camph. drach. i. Miſce. Pauperes quibus aliorum copia non ſuppetit, ſolius Aceti ſimplicis irroratione contenti eſſe poſſunt, ſiquidem inter omnia liquidorum vulgarium genera, nullum facilè reperitur, νοσεροῖς illis ἀντιχείστερον, omnique veneno ac putredini potentiùs reſiſtens, adeoque araneas

aliaque venenata animalia citiùs fugans ipſo aceto. Quamobrem ferunt, olim Ferdinandum Imp. utpote ſolertem rerum naturalium ſcrutatorem, non facilè aliquem ad ſe ingredi paſſum fuiſſe, niſi priùs aceto benè luſtratum. Non ſolùm autem cubicula, ejuſmodi aquis odoriferis & aceto ſunt conſpergenda, verùm etiam nares, os labia, vel tota facies iiſdem irriganda, ita enim minus periculi, ab inquinamenti contagioſi inſpiratione, impendebit, ac hâc ratione muniti, neceſſitate ita ferente ac jubente, longè quoque tutiùs cum infectis verſari, aut in locis ſuſpectis commorari poſſunt cæteris, hoc præcautionis ſtudium ſuſq; deq; habentibus, vel temerè aſpernantibus. Undè non immeritò præſtantiſſimi quique Medici, nullo non tempore, aceti uſum cùm internum tùm externum, ad conſervandum corpus liberum, ab omnis putredinis, ac veneni peſtilentis labe, ſingulariter deprædicarunt, laudibusq; tantum non ad cœlum ſummis extulerunt, ut videre eſt apud *Lemnium lib.2.occult.cap.36. Franciſcum Valleſium, in tract. de Epid. cap.9. Heurnium lib. de Peſte cap. 8. Barth. Hubnerum in Diætet. lib. 10. cap.3. Joan. Hennemannum Reyſing. in Ideâ Loimode, Marſilium Ficinum in Epidem. cap.10. Quercetanum in Diætet. ſect.3. cap. 1. Angenium, lib. de Peſt. 2. cap. 12. Julium Alexandrinum & alios:* verùm in illius uſu hæc cautio adhibenda, ut ij ſiccâ admodùm cerebri conſtitutione præditi, quique continuis vigiliis excruciati, totas ſæpè noctes inſomnes ducunt, hujuſmodi, aceti, ut diximus per cameras conſperſionem vel faciei cum eôdem irrorationem, aut parcè admodum adhibeant aut in totum ab eâ abſtineant, nam cum non exiguâ ſiccādi facultate polleat, idcircò exorbendo naturalem in cerebro humiditatem, omnem ſomnum excutit, vigiliaſque adauget. Loco verò ejus, tenuioris fortunæ qui ſunt Aq: Roſ: Lavend: Roſmar: Major: aut ſimilibus utantur. Locupletiores verò *ſequenti aquâ, inſigniter odoriferâ ac fragranti*, faciem vel manus irrorent ac conſpergant.

Aqua odorifica ſuaviſſima pro divitibus.

Rec. Cinam. unc. ij. Caryoph: Macis an. unc. j. Benzoin, Styr. Calam: Maſtich. an. unc. ß. Omnia craſsè pulta Cucurbitæ vitreæ indantur, ſuperaffuſ. Aq. lil. convall. Cort. Citri, Major. Roſar. an unc. iiij. Digerantur optimè vaſe occluſo per 3. vel 4. dies. Poſtea l. a deſtill. ſed ante deſtill. prius roſtro Alembici impone nodulum, in quo Ambræ ſcr. j. Zibethi drach. ß. & Moſchi ſcr ß. invicem mixta ſint ligata. Et ita aqua quæ extillabit, odoratiſſima & ſua-

Digitized by Google

ſuaviſſima erit. Magnaribus imprimis dicata: Vel Rec. Benzoin. & Styrac.calam.an. unc ß. indantur vitro ſuperaffuſo optimo S. V. rectificat. ad eminentiam quatuor digitorum. Extrahe ita tincturam jucundiſſimam, quæ reſervetur eâq; manus vel facies imbuantur ſuaviſſimum exſpirat odorem. Vel Rec hunc liquorem tinctum, eumque leviſſimo calore evaporare ſiniro, ad craſſitudinem mellis. Huic extracto liquidiori adde parum Moſchi & Zibethi, It. ol. ſtillatit. citri, cargoph. & cinnamom. an. & redige in conſiſtentiam Balſami, quo inunge nares. Alia aqua odoratiſſima Rec. aq. roſar. opr. lib. ij. Aq. cinnamom. unc. iß. In quibus diſſolve Moſchi ac Ambræ an. drach. ß Styrac. ß. Hâc aqua odoratiſſ. ablue faciem & manus. Vel. Rec. Moſchi & ambræ an. q. v. ſpiritus roſar. volatilis unc. j. liga primum moſchum & ambram in nodulo, eumque in vaſe vitreo ſic adapta, ut filo is alligatus & in vaſe appenſus, fundum vitri non attingat. Vas autem ſtrictiſſimè occluſum ad cineres per triduum in lento calore pone, cavendo diligenter, ne nodulus in aqua marceſcat, hoc enim ſi accidat, ſtatim murandus erit, & novus nodulus cum Moſcho & Ambra ſubſtituendus. Quo ſerva hanc aquam odoratiſſimam eaque tinge faciem nares ſeu manus.

Suffitum odoratorum excitatio.

Tandem optimè quoque pravitas & impuritas aëris emendari poteſt, omnis generis ſuffimigiis, non niſi ex rebus odoratis, ſpecificamque adverſus contagionem peſtiferam virtutem habentibus, concinnatis. Undè *Joan. Henn. Reyſingij* aliorumq; huic adſtipulantium, ſententiam, neutiquam probandam, ſed eam, tanquàm futilem & inutilem, principiisq; Medicis ac Philoſophicis repugnantem, penitus rejiciendam & explodendam cenſemus, qui omnem inſignirer odoratorum uſum, in peſtis præcautione tanquam noxium, & peſtiferum venenum potiùs allicientem, quàm depellentem, damnant, & à præſervationis methodo excludunt atque proſcribunt: quemadmodum nec illis quoque aſſentire poſſumus, aërem ab omnibus inquinamentis, veterum calceamentorum, & retrimētorum toſtorum coriaceorum combuſtione, vel omnis generis cornuum incenſorum ſuffimigione, vel denique hircorum olidorum, aliorumque animalium ſordidorum, fœtore ac putore, repurgare & emundare satagentibus, ſicut Sarmatas olim factitaſſe:

Digitized by Google

taſſe *Alex. Bened. de peſte cap.6.* memoriæ prodidit, qui graſſante peſte quamplurimos canes paſſim per vicos abjecerunt, ut putrido vapore cœlum impleretur, quo Aeris naturam corrigi, & in ſalubriorem mutari perperam opinati ſunt. Nam experientiâ certiſſima conſtat, nulla re ſpiritus animales ac vitales hominis magis debilitari, proſterni, reſolvi, ac diſſipari, quàm viroſorum ac graveolentium fœtore, id quod teſtantur ſyncope & deliquia animi, non rarò ab una hac causâ provenientia;

De odorũ ſuaviſſimorum præſtantiâ.

cùm ex adverſo, odoratorum fragrantia ac ſuavitate, eoſdem miris modis vegetari, recreari ac inſtaurari, imò vitã ipſam interdum conſervari ac in longius ſpacium protrahi videamus, id quod autoritate & teſtimonio *Strabonis ex Oneſicrato lib.16. Plinij lib.7. cap.2. Solini cap.65. Joan. Boemij de moribus gent. lib.2. ca.8. Franciſci Petrarchæ Dial. 22.* comprobari poteſt. Hi namq;, & præcipuè *Boemus* ſcribunt, Aſtomos Indiæ gentem, nullius ad eſcam opis indigêre, verùm ſolo florum ac pomorum jucundo odore, vivere, & longiùs pergentes ſeu proficiſcentes, eâdem in præſidium ſecum ferre, quo ejuſmodi olfactu alantur: quod ſi verò tetriorem ſpiritum ſeu odorem traxerint, eoſdem certum eſſe exanimari. Ita *Cal. Rhodig. lib 24 cap.21.* tradit, Democritum Abderitam, ſolo ſuavi mellis, ac panis calidi odore, vitam quatriduò ſuſtenraſſe. Similiter & *Joan. Bapt. Porta,* odore grato Elixiris vitæ ex variis aromatibus compoſiti, fatetur, ſe multiplici experientia, multorum exhalantem animam retinuiſſe. Procul itaque hinc faceſſant illi, qui perſuadere nobis conantur, Rerum jucundarum odorem, tanquàm, ad aëris peſtiferi correctionem, parùm accommodum ac proficuum, repudiandum, contrà verò, hircoſum fœtorem, & planè abominandum expirantium odorem uſum, ceu ſalubriorem & utiliorem adhibendum eſſe, cum nemo non videat, humanam naturam inter reliqua, rerum fragrantiſſimarum odoratu quoque, apprimè & delectari & refocillari, undè & *Philagrius* apud Aetium non inſcitè dixit: Naturam odore grata lubenter amplecti, & indè recreatam ac quaſi reviviſcentem, vires ſuas à ferocia morbi preſſas revocare. Et *Avicen. lib.1. de Peſte cap.4.* per loca fœtida & peſtifera tranſituris, autor exiſtit, ut odoribus fragrantibus, ad aëris emendationem probè ſint inſtructi, addens: Bonis odoribus ſpiritus oblectari maximè, & contrà putridis ac pravis lædi & corrumpi. Odor enim naribus hauſtus,

Digitized by Google

hauſtus, confeſtim ad cor & cerebrum trahitur, & propter ἀναλογίαν ſubſtantiæ ſpiritibus permiſcetur, unde ſi is bonus exiſtit, ſpiritus compreſſos & ſuffocatos excitat, & halantes ac fugaces ſiſtit ac retinet: contra verò ſi pravus, eoſdem puros coinquinat, ac tenues & ſubtiles diſſipat ac reſolvit. Porrò ut propiùs ad rem ipſam accedamus; ſuffitus ejuſmodi odorati ac ſuaveolentes, quibus conclavia ac thalami ſunt perfundendi, quibusque aëris intemperies ac corruptio non parùm corrigitur, inque meliorem ſtatum reducitur, ex variis componi ac confici poſſunt rebus, nimirum vel 1 ex *Lignis*: ut Junip. Cupreſ. Agalloch. Aſpal. Santal. 2. vel *Corticibus*, ut Citrior. Arant. Cinam. Caſſ. Thymiam: 3. vel *Fructibus*: ut bacc. Lauri. Junip. Nuc. Cupreſ. Caryophil. arom. Nuc. moſch. 4. vel *Fruticibus*: ut Roremar. Diptam. Abrot. Abſinth. 5. vel ex *Folijs*; ut Abſinth: Lavend. Hyſſop. Dipt. Cret. Laur. Meliſſ. Polii. Rut. Salv. Major. Ocymi, Millefol. Orig. Cret. Serpil. 6. vel ex *Floribus*: ut Roſmar. Roſ. Chamæm. Rom. Tunican. Stæch. Arab, Calend. Spicæ Celt. 7. vel ex *Gummi ac lacrymis*: ut Aſà dulci, Myrrhâ, Oliban: Maſtich. Ladan. Styr. calam. 8. vel ex *Pretioſis* ut Ambrâ, Moſcho, Zibetho,

Ex quibus ſuffimigia ſunt componenda.

Ex his aliisque ſimilibus triplicia ſuffituum genera artificiosè præparari, inq; ſalutarem uſum duci poſſunt, nimirum, *Pulveres, Trochiſci, Candelæ*, quorum omnium elegantiſſimas aliquot deſcriptiones, nunc ſubjiciemus.

1. Pulveres, pro ſuffitu faciendo pro Magnatibus.

1. *Rec.* Flor. roſ. incarn. Olib. Caryophil. an. unc. i. Benzoin, Styr. Calam: an. drach. vi. Ladan. unc: ß. Moſchi in aq. roſ. diſſol. G. 7. Fiat pulvis groſſus.

2. *Rec.* Santal. odor. & Xyloal. an. unc ß. Ligni Rhod. drach. iii, Aſæ dulc. drach. iii. Cinam. & Cort. Citri exic. an. drach. iß Cort. Thymiam. drach. i. Fiat inde pulvis groſſus, inſpergendus laminæ ferreæ excalefactæ.

3. *R.* Ladan. opt unc. i. Storac. calam. Aſæ dulc. an. unc. ß. Succini albi, flor. Roſ. incarn. Cinnam. an. drach ij. Xyloal. Santal. Citin. an. drach. i. Cortic. Citri drac. iß Thuris ſcr. ii. M pro pulvere groſſo.

4. Pulvis Rudolphi II. Imper. *R.* flor. Roſ. incar. Oliban Caryoph. an. unc. i. Benzoin. Styrac. calam. an. drach. vi. Ladani drach. iii. Moſchi diſſol. in aq. roſ. gr. vi. F. inde pulvis groſſus. 5. Vel. *R.* Gum. Maſtich. Olib. an. unc. ß. Granor. Storac. calam. drach. iijß. Benzoi drach. ij.

Moſchi,Zibeth, in ſpiritu roſarum diſſoluti, an.gr.ij. Balſam. Penuvian. ſcr.ß.ol.ſtillatit.citri,caryoph. an.g.iij.cinnamom.g.ij. M. F. Pulvis groſſus.

Pro plebeijs.

1. Rec.Bacc.Lauri unc. j. Cott. Thym.&Citr.an unc.ß.Thur.Succini an.drach.iii.flor.roſ.drach.iiß. fol.Sicc. Major. Rut. Serpil. an. drach.ii.M.pro pulvere groſſo,carbonibus inſpergendo.

2.*Alius* Rec.Fol. Abſinth. Rut. Scord.meliſ.an.unc.ß.Bacc.Junip. unc.i.Myrrh.Maſtich.an.drach. ij. Rad. Enulæ: Angel. Pimp. an. drach.iß.Miſce pro pulvere.

2. Trochiſci Fumales

Pro divitibus.

1. Rec.Roſ.rubr.rec.lib.ß.cum piſtillo ligneo,per 2.vel 3 hor.probè contund.in mortar.lapid. Quibus poſtea adde,Benzoin opt unc. vij, Sach. fini drach. vi, Moſchi drach.j.Redigantur omnia in maſſæ formam,ex qua Trochiſci parvi, ſupernè & infernè fol. roſ. tecti formentur,quorum trochiſc. ſi unum atque alterùm laminæ ferreæ excalefactæ,injicias,ſenſimque liqueſcere ſinas, totum conclave, omnium ſuaviſſimo fragrantiſſimoque odore perfundi & impleri ſenties.

2.*Alius* Rec Benzoin opt.drach. vj.Styr.cal.unc. ß. Sach. alb. fini unc.iij.diſſ.in ſq. Julep. Roſ. Moſchi opt.ſcr.j,Xyloal.drach. iß. Ex his ſ.a.formentur trochiſci parvi.

3. Rec. flor.ſulph. ſuccini Myrrhæ an.unc. ß. Balſami d.Peru q. ſ. F.inde Trociſci.

Pro pauperibus.

1. Rec,Rad.Zedoar, Angel. an. drach.iß.Ladani opt.unc. ß.Thur. drach.iß. Succini ſcr.ij.Myrrhæ ſcr. j.Gran.Junip. No. x. flor. lavend. roſ.an.ſcr.j.Sachari albi drach. iij, Mucilag.Tragac.in aq. roſ. diſſol. F. trochiſci pro fumo excitando.

2. *Alius* Rec. Myrrh. Olib. Succ.an drach.ij,fol. roſm. Scord. rut.an.drach. iß,Thymiam: drach. j:Bacc.Lauri ſcr.ij. rad. Dip. drach. ß. Pulv. omnia & cum ſ. q. Succi Rutæ,vel Pimp. f. Trochiſci, qui exiccentur.

3. Candalæ pro Fumo

Pro opulentioribus.

1. Rec.Benzoin unc.ß.Styr. cal. Lad. an. drach. ii, Liquidamb. drach. i. Xyloal: Aſpal. an. ſcr. ij. Cort.exter.pomor.Borſdorff.exic. drach.ß.Carbon: Tiliæ in aq. roſ. ext.Moſchi ſcr.i.F.maſſa cum mucilag.Tragac.in aq:roſ:extr: ex qua for-

formentur candelæ, quæ incenſæ, ſuaviſſimum ſpirabunt odorem.

2. Rec. roſ. incarn. Sant. odor: Cort. Citr. Ladani an. unc. i. Cinam. Caryoph. an. ſcr. ij. Alipt. Moſchat. drach. ij. Ocymi drach. j. Ambræ, Moſchi an. G. 3. Carbon. tiliac. unc. iiij. cum mucil. Tragac. fact. in aq. roſ. F. maſſa, ex qua parentur candelæ.

3. Rec. Ladan. unc. j. Storac. calamit. unc. ß. Xyloal. caryoph. flor. roſar. odorat. an. drach. j. cinnamom. Thuris albi, Majoran. an. ſcr. ij. Trociſcor. gall. moſchat. drach. ß. diſſolutis aromat. cum piſtillo calido cum ſ. q. Tragacanthi & carbonum ſalicis F. Maſſa ex qua parentur candelæ.

4. Rec. Benzoin. unc. ß. Styr. calam. Ladan. an. drach. ij. Styrac. Liquid. Xyloal. an. drach. j. cortic. Pomorum Borsdorffian. drach. ß carbonum Tiliæ unc. ij. Moſchi ſcr. j. F. inde maſſa cum mucilagine Tragacanth.

Pro egentioribus.

1. Rec. Ladani, Maſtich. an. unc. ß. Bdell. drach. ij. Thymi, Spicæ: Major. an. drach. iß. Achilleæ drach. j. Carbon. ligni Salic. unc. ij. Piſtentur omnia cum gum: Tragac. & aq. roſ. F. Candelæ.

2. *Alius* Rec. Gran. Junip. Bacc. Lauri an. drach. iii. fl. roſ. unc. ß. rad. Cyp. Ireos an. drach. ij. fol. meliſ. drach. iß. Cort. arant. drach. iiß. Carbon. Tiliac. unc. ijß. cum Tereb. Ven. & Trag. diſ. in aq. roſ. M. fiant candelæ.

Quod ſi verò aliquis delicatioris forſan naturæ, ob crebras capitis defluxiones, ejuſdemque gravitatem, vel ob nativam ſeu acquiſitam oculorum imbecillitatem, denſiorem nonnihil craſſioremq; fumum ſeu ſuffitum hactenus cõmemoratorũ minùs perferre poſſit, is ſeq. Aquæ odoratiſſ. priùs ſuper prunas paululùm calefactæ, ſubtili ac tenui vapore, dulcique odore conclave ſuum perfundat, vel eodem veſtes, integumenta, interulas, ac indumenta ſua quotidiè perfumiget. Rec. Xyloal. Styr. cal. Aſæ dulc. Sach. alb. an. q. v. Quodlibet horum ſeorſim pulv. & ſachari ita quidem contriti Rec. unc. ß. Styrac. drach. iiij. Xyloal. drach. ij. Benz. drach. j. Quibus adde Ambræ & Moſchi an. ſcr. ii. Zibeth: drach. ß. Omnia exquiſitè invicem mixta, diligenter cuſtodiantur in vaſe apto. Poſteà quando iis uti voles, cape pauxillum huius pulv. eiq; indito patellæ, ſuperinfunde, ad 2. digit. tranſv. eminentiam Aq. roſ. fragantiſſ. Patellam prunis impone, quando iam incaleſcere incipit, tunc illius ſuffitum, veſtibus, vel quacunque alia re diligenter exci- *Aqua fragrantiſſimi odoris.*

Digitized by Google

pe; Obſervando tamen; ne aquam nimis ebullire, ſed leviter tantùm evaporare, ſeu in halitum tenuiſſ. reſolvi ſinas, ac ſuperfundendo ſubindè novam aq roſ. priuſquam prior tota exhalaverit. Inſignem ſuavitatem & effectum hujus ſuffimigii (quod tamen virginibus ac mulieribus, hyſtericæ paſſioni crebrò obnoxiis, minùs convenit) omnes quotquot eo utentur, maximoperè admiraturos, & ampliſſ. laudibus decoraturos eſſe, nequicquam dubitamus.

CAPUT V.

De locorum ac perſonarum Peſtiferâ contagione infectarum, evitatione ac fugâ.

ALterum Peſtis Prophylacticum, & quidem generaliſſimum eſt *Fuga*: ſi nimirum ij, quibus id integrum, qui; vel publico vel privato vinclo non impediti, domi manere neceſſe non habent, ex vicis, oppidis ſeu civitatibus illis, quas ſævam hâc luem arctè obſediſſe publicâ famâ jam conſtat, præproperè ſe proripiant, & ad alia turiora ſalubrioraque loca, ſedem transferentes: ita maturè ſuæ ſaluti conſulant atque proſpiciant. Non enim exiſtimandum, hominem Chriſtianum hoc ipſo piaculum aliquod committere, aut graviter Deum ſibi offenſum reddere, quâdò nimirum fugæ licitæ præſidio, vitam ſuam defendat & tuetur, & ſe ſuosq; à quocunque imminenti periculo eripiat, cum multos ſanctiſſimos Dei viros, patres ac Patriarchas tùm in veteri, tùm in novo teſtamento, idem factitaſſe, infinitis fere S. S. litterarum teſtimoniis & exemplis comprobari poſſit, ut Jacobi Patriarchæ *Gen.27.v.43. & cap.31.* Iſaaci *Gen.26.v.1.* Abrahami *Gen.20.v.1.* Moyſis, *Exod.2.v.15.* Aaronis & Moyſis, *Num.16.v.42.* Davidis, *1.Sam.4.v.10. & 19.v.18. & 20.v.1. & 21.v.10. & 22.v.1. & 2.* *Act.7.v 29.* Eliæ, *3.Re.19.v.3.* Abiatharis *1.Sam.22.v.20.* Barnabæ & Pauli *2.Cor.11.* & *Act.14.v.5.* Mathathiæ & filiorum ejus, *1.Macc.2.v.28.* Jonathæ & Simonis, *1.Macc.9.v.33.* Tobiæ, *Tob.1.v.23.* Pauli Apoſtoli. *Act.9.v.25. & 17.v.14.* Joſephi cum Maria matre Jeſu. *Matt.2.v.13.* Imò Chriſtus ipſe ſæpè ſibi fugâ conſulvit, ut videre eſt apud *Matth.cap.12.v.15. Marc.cap.14.v.50. Joan.cap.6.v.15. & cap.7.v.1. & 8.v.59.* Et diſcipulos quoque ſuos, ad eandem, ſi opus ſit, impigrè capeſſendam, hortatus eſt, *Matth.10.v 23* ità dicens: Si vos perſecuti fuerint in unâ civitate, tunc fugite in aliam. Nam ut *Syrach*, inquit: Qui

amat

Digitized by Google

amat periculum, peribit in eo. Si ergò ſanctiſs. iſtis Dei hominibus, crimini non datum fuerit, pericula, vitæ ipſorum, à gladio, fame, perſecutione, & id genus aliis impendentia, fugæ molitione antevertere, & ipſe quoque filius Altiſſimi, Salvator ac Redemptor noſter J. C. ſuo exemplo ad idem faciendum, nobis præierit; idcircò non erit dubitandum, quin & peſtiferæ luis, utpote teli penetrantiſſimi, ſagittæque in die volantis ardentiſſimæ, impetum ac periculum inſtās, cuiq; Chriſtiano (quatenus vocatio ſeu officij ratio, pietas ac honeſtas non prohibeant) fugere, ac cōtagii ſerpentis tempore, aliò ſecedere ac migrare, nefas omninò non ſit, ſed vel maximè liceat ac conceſſum ſit. Undè hic prorſus rejicienda opinio, quorundam ſciolorum, acriter contendentium, peſtis ingruentis tempore, terga vertere & fugà ad alia loca, ſalutem petere, nec pium nec Chriſtianum eſſe, *uſi 1. hoc argumento*: Quod id veræ fidei, de benignà & paternà Dei providentià, è diametro repugnet atque adverſetur. Nam (inquiunt) cum divinorum oraculorum autoritate edocti, nulli neſciamus, unicuique mortalium certum, peculiarem, & inevitabilem, poſitum ac conſtitutum eſſe à D. O. M. vitæ terminum, ac metam, quàm tranſgredi non dicam difficile, ſed planè impoſſibile illi ſit, Idcircò temerarium omninò eſſe, præſidium ſalutis in fugà ponere, hujusque ſolius adminiculo, fatalem ſuam diem & horam declinare velle. Verùm *Reſp.* Divinam Dei providentiam de certo vitæ termino, ordinaria illa media hominibus indulta nequaquam tollere, ſed potiùs eadem confirmare, aliàs ſequeretur, & totam artem Medicam, qua præſens corporis ſanitas conſervatur, & amiſſa reparatur, & ſimul cum illa, omnia medicamentorum genera, quæ tamen Deus ipſe in ſalutarem hominum uſum benignè condidit & è terra produxit, teſte *Syracide cap. 38.* prorſus eſſe eliminanda atque repudianda, extremoque deſpicatui habenda, cum tamen hiſce terminos humanæ vitæ phyſicos (de hyperphyſicis non loquimur) interdùm ſalubriter prorogatos fuiſſe ac divina cooperante gratia, etiamnunc prorogari poſſe, indubitatò conſtet. *2. inſtant:* Si ego tempore, quo peſtis immaniter furit, Deus occulto ac imperſcrutabili ſuo conſilio, certò tibi mortem deſtinaverit, ſanè fruſtrà fugam moliris: Si verò nondum tibi illam deſtinaverit, iterum omnis de fuga inſtituenda, cogitatio tua, vana & inanis erit. Non itaque fugiendum. *Reſp.*

Argumēta quædā Fugam improbanti. 1.

Reſponſio. 2.

Reſponſio.

Digitized by Google

Quaſi verò acutiſs. pernicioſiſs. ac
contagioſiſſimum morbum,qualis
peſtis eſt,fugere, corpusq́; ac vitam
ab ejus venenatâ infectione, ne ita
repentè è medio tollatur, tutam
præſtate ac conſervare, ſit omnem
in Deum fiduciam abjicere, vel in
divinæ opis confidentiâ deſperare,
cum ob mortis,gladij,famis,&c. &
id genus aliorum malorum ac ca-
lamitatum metum,ſanctiſſimos et-
iam Patres, ut paulò ante dictum,
fugam citiſſimè arripuiſſe, nec ta-
men ob id de Dei clementi auxilio
deſperaſſe, ſacræ literæ teſtatum
3. faciant. *3. Inferunt*: Fugæ molitio-
ne,tempore peſtis ſuſceptæ, Chri-
ſtianam quoque charitatem ergà
proximum admodùm violari,cum
Matt.7.v.12.& Luc.6.v.31. à Chri-
ſto præceptum legatur, omnia
quæcunq; volumus, ut faciant no-
bis homines, eadem & nos illis fa-
cere debere. Sed *facilis ad hac eſt*
Reſponſio. *reſp.* Charitatem Chriſtianam hôc
ipſo nequaquam violari.Quando-
quidem inter cæteras proprietates,
charitati à *D.Paulo 1.Cor.13.v.6.* at-
tributas,& hæc quoque reperitur,
quod nimirùm illa non affectet
aut quærat damnum,aut (ut verus
verſio habet) non cogitet malum,
Nunc autem,nonnè hoc eſſet quæ-
rere damnum, quandò aliquis ſci-
ens volensq́; ſe in periculum præ-
cipitem dare, & non ſolùm pro-
prium corpus, auſu temeratio ve-
nenatæ infectioni exponere, ve-
rùm etiam poſteà idem malignum
contagium,in plures alios petulā-
ter transferre velit. Præterea vulgò
notiſſimum; *Charitatem ordinatam* *Charitas*
primò à ſe ipſâ incipere. Quod itâ in- *à ſe ipſâ*
telligendum : unumquemque cui *incipit.*
propria ſalus curæ eſt, in id præci-
puè debere eſſe intentum,ſollicitè-
q́ue invigilare,ut tempore graſſan-
tis contagii peſtiferi,priùs ſibimet-
ipſi,uxori, ac liberis ſuis, optimis
quibuſcunque poterit modis, con-
ſulat atque proſpiciat, & à veneni
lethiferi afflatu præmuniat, quàm
ut aliis,non ita proximitate aut ne-
ceſſitate arctâ ſibi conjunctis, opi-
tulari ac conſilio ſuo prodeſſe ſtu-
deat. Nam ſi ego,me meoſque in-
tegrè ſanos, & ab omni contagio-
nis labe liberos ac immunes con-
ſervare graviter laborem, tūc poſt-
eà benefacere,ac officio meo plu-
ribus aliis quoque prodeſſe ſeu in-
ſervire potero. Contrà verò, ſi in
alterius gratiam ac commodum,
propriam meam ſalutem,ac corpo-
ris incolumitatem neglectim ha-
beam,ac morbo peſtilenti tandem
oppreſſus, vitam ipſam deponam,
quis quæſo, in accommodando
meam operam ac ſtudium, benefi-
ciisq́; juvando alios, impoſterum
mei fuerit uſus? Quapropter,æqui-
tas omninò poſtulat ut his in re-
bus,

Digitized by Google

bus,priùs tibi ipſi probè conſulas, & periculo præſenti te eximas, quàm ut aliis ſuccurrere ſeu ſubvenire ſatagas. Et hanc noſtram de fugâ ſententiam, non ſolùm confirmant vulgaria illa dicta: Se minus afflictum ſentit,qui providet ictum. It. Sis procul à jaculis & feriêre minùs. Et effatum *Alcibiadis apud Plutarchum* in ejus vita: Stultum eſſe non fuga ſibi conſulere, cum fugere poſſis;verùm etiam autoritas ſacrarum litterarum, ut *Ezech* 7. Qui in civitate ſunt,Peſtilentiâ & fame devorabuntur, qui vero auffugerunt ex ea ſalvabuntur, & teſtimonium *B. Lutheri Tom.2.latino in Geneſ.* ita ſcribentis:Si peſtis imminet,fugiat qui volet,ac præcipue iſti,qui pavidi ſunt, hos enim S. S. jubet excedere, caſtro,ne ſimul faciant pavêre corda fratrum. Et *in Epiſtolâ quâdam ad D. Joannem Heſſum*: Si ſanctis patriarchis licitum fuerit fugere gladii, famis &c. impendens periculum, cur non idem quoque in Peſte ſit licitum cum non minus hâc quàm illis,utpotè peccatorum noſtrorum flagellis, mortem nobis accerſere queamus. Undè & *Fuchſius lib.2 inſtit. ſect.2.cap.1.* inquit: Graſſante peſte, homini Chriſtiano,qui neque publici officii neceſſitate conſtrictus, neq; liberos aut alios ſanguine junctos habet, quorum caritate devinctus manêre cogitur,fugam tanquam præſidium, omnium Medicorum teſtimonio laudatiſſimum, arripere, minimè prohibitum eſt. Verùm de his fuſiuè agere,huius loci non eſt, quia rectius id à Doctiſs. Theologis expeditur. Hoc autem de fugâ adhuc monere operæ pretium fuerit, ut nimirùm illa 1. citò inſtituatur. 2. Ad loca longinqua ſeu procul diſſita fiat. 3. Et tandem ſit tarda reverſio, id quod pulcrè vulgari illo diſticho, ab *Arnoldo Villanovano lib.4. Breviar. Pract. cap.32.* innuitur:

Sunt tria quæ prorſus tollunt adverbia Peſtem:
Mox, longè, tardè, cede recede,redi.

Vel brevius ſic,

Ocyus hinc ito,longè tardeq; redito.

1. Mox.

Primò citò quidem fuga erit arripienda,priuſquam admiſſum aëris vitium, corporis ſpiritus & humores infecerit, cordique ſe altius inſinuaverit.Et iure hic locum habeat ſcitum illud *Alexandri Magni*: Μηδὲν ἀναβαλλόμενος, id eſt, non procraſtinandum. Nam ſi ulla in re, certè in hac, cunctatio omnis periculum ſecum affert longè maximum.Documento hic nobis eſſe

poſſunt

poſſunt bruta quædam animantia, ut ſunt talpæ, mures, ſerpentes, corvi, cornices, hirundines, &c. Hæc enim quamprimùm aeris corrupti malignitatem perſentiſcunt & odorantur, tunc citiſſimè ſpecus ac latebras ſuas deſerunt, & in tutiora loca ſeſe recipiunt. Citò tamen fugientes prudentiſſimè caveant, ne per aerem peſtilentem iter habere cogantur: ſiquidem multis accidit, ut dum per cœlum peſtilens, fugâ periculum antevertere ſtuduiſſent, ad optatam regionem, vel civitatem deſignatam pervenientes, morirentur, cujus quidem eventus hæc cauſa forſan eſſe potuit, quod ex labore, reſpirationis neceſſitas aucta fuerit, cujus ratione, copioſior aer venenatus, fortè tunc illis occurrens, intrò ad cor attractus, ac receptus, mortem neceſſariò ità intulerit. Qui autem cunctabundi ſeriùs locum mutant & fugam capeſſunt, his ſæpè non ſolùm apud exteros nullus poſteâ datur receptus, verùm etiam quidam illorum peſtis ſeminarium haurientes, intus illud recondunt, donec id eundo vires acquirens, eos brevi ſpacio in aere ſereniſſimo, ac loco ſaluberrimo, incautos perimat ac juguler: quemadmodum *Joan. Ewichius in lib. 1. de offic. Magiſtr. cap. 9.* Exemplum recenſet de primarii Medici cujuſdam uxore & filia, quæ peſtiferam contagionem fugientes, cum in locum ſalubriorem ſe recepiſſent, eadem contagione, quam jam antea domi contraxerant, antequàm fugerent, paucis diebus extinctæ fuerunt.

2. Longè.

Deindè *longè* diſcedere oportet, extra peſte infectæ regionis limites. Nam qui in propinqua loca ſe confert, ad hunc venti peſtilentem halitum, aeriſq; μιάσματα putrida, facilè transferre poſſunt. Præſtat autem Septentrionem verſus fugere, ſi ab Auſtro (quod plærumq; accidit) Peſtis cauſa ortum ſuum duxerit, ſi verò eadem ab Occidente promanat, tunc verſus Orientem fuga inſtituenda, recordari tamen ſemper oportet admonitionis illius, ſuprà de electione aeris propoſitæ, ut nimirùm montoſa ac edita loca pro habitatione noſtrâ eligamus, ſi cognoverimus, aerem ex infernis cauſis vitium contraxiſſe, quemadmodum & monet *Andreas Gallus faſcic. 5. de peſte cap. 2.* Si contingat (inquit) terræ putredinem, aerem efficere peſtilentem, tunc non habitandum in locis infimis & vallibus, ſed montium cacumina quærenda. Contrà verò ſi peſtis originem habeat à cœlo, tũc potiùs depreſſa ac plana, quàm alta & clivoſa loca eſſe incolenda,

quia

Digitized by Google

quia loca montaſa faciliùs ac celeriùs recipiunt ſeminarium peſtilentiale, per aerem diffuſum, quàm loca humilia ac depreſſa.

3. *Tardè.*

Tandem diù in locis illis immorandum, nec priùs de reditu cogitandum, quàm omne contagium conſopitum atque extinctum ſit. Siquidem obſervatum fuit, plurimos propter præproperum reditum, ſibi ingens vitæ periculum accerſiviſſe. Tardè igitur revertendum, quandò nimirum regionis aer priſtinam puritatem atque integritatem receperit, venti dominentur ſalubres, animalia quoque & plantæ ſolito ſint vegetiores & morbi demùm, quibus alii laborant, omni contagione careant, ſed tamen præſtat, ne tu omnium primus profectionem ſeu reditum in patriam inſtituas ac matures, ſed potiùs tantiſper cuncteris, donec de ſucceſſu ac ſtatu aliorum jàm reducum certior factus, quid è re tuâ ſit, quidque magis expedire videatur, tandem determinare ac conſtituere poſſis. Pro ſecurtiori tamen reditus termino potiſſimum ille habendus, quandò nimirum certâ relatione cognoveris, toto trimeſtri ſpacio, nullum peſtiferâ lue vel fuiſſe correptum vel extinctum, ædesque infectas, undique ab omni immunda ſupellectile, ſordibus ac recrementis diligentiſſimè repurgatas, aerisque impuritates variorum ſuffituum excitatione ſufficientiſſimè fuiſſe correctas ac emendatas, tunc enim liber ab omni metu, animiq; ſecurus, poſtliminiò domum revertere poteris.

CAPUT VI.

De debitâ totius corporis expurgatione.

QUæ de Fugâ, antecedenti capite dicta fuerunt, ad eos tantummodò pertinent, qui nulla muneris publici functione impediti, fugam capeſſere, eandemq; citra ullam Chriſtianæ caritatis violationem ſeu deſertionem obire poſſunt. Qui verò ſpeciali aliqua vocatione retracti, & pietate conſcientiaq; conſtricti, domi conſiſtere, ac in locis infectis permanere coguntur, iis ne contage hac venenata polluantur, aliter proſpiciendum erit. Et cum corpora plethora vel cacochymia obſeſſa, citiùs reliquis omnibus, huic labi obnoxia eſſe, & *σπέρματα τοῦ λοιμοῦ, ἢ σηπεδονώδη μιάσματα* per aerem diſperſa, promptiſſimè in ſe ſuſcipere, Medicorum omnium conſtet teſtimonio: Idcircò opera quàm maximè danda erit, ut corpus

tempore, gliſcentis contagii, tam à ſanguinis, ſi is redundet, plenitudine, quàm à pravorum ac vitioſorum humorum, ſi horûm luxuria ſit, colluvie, quamprimum venæ ſectione ac evacuatione liberetur.

De Plethorâ.

Et 1. *Plethoram* quod attinet, ſi ea, quæ ad vaſa dicitur, animadvertatur, eandem præmiſſo aliquo leni pharmaco laxativo, mediocri phebotomia ſolvere oportet, potiſſimum iis qui aſſueti ea ſunt. Si verò Plethora ad vires adſit, hujus cauſæ priùs conſiderandæ ſunt. Etſi fortè aliqua ſanguinis conſueta evacuatio, vel per nares, ſeu hæmorrhoides vel menſtrua, ſuppreſſa furit, ea, ſi aliter fieri nequit, phlebotomia dextrè adhibita poſtliminiò erit provocanda, alias corpori indè, non leve corruptionis ac putredinis humorum impenderet periculum. Si verò hujuſmodi Plethora à victu pleniori ortum duxerit, quia rationem ea habet excrementoſæ potiùs abundantiæ, quàm plenitudinis optimi ſanguinis, idcircò rectius parciore ac tenuiore diæta natura aggravata erit ſublevanda, quam immoderatiore ſanguinis profuſione, enervanda. Locum quoq; venæſectionis hic ſupplent *Cucurbitulæ cum ſcarificatione* ſi diverſis corporis locis, præſertim ab iis, qui longo tempore earum uſui adſueverunt, debitè applicentur, cum non minor indè quàm ex phlebotomiâ fructus atq; utilitas ad plethoricos & ſanguineos redundare queat.

De Cacochymiâ.

2. Deindè *Cacochymiam* quod ſpectat corpus ab excrementis, excipiendæ Peſti idoneis, vindicabitur tùm Fonticulis adhibitis, tùm Catharticis (Fonticuli imprimantur brachiis & cruribus hos in præſentaneum præſervativum in Peſte eſſe tùm in aliis, tùm in ſeipſo obſervaſſe ſcribit *Fabrit. Cent. 4. Obſ. 22.*) non modò uniuſcujuſque naturæ atque humorum exuperantiæ, ſed etiam contagii graſſantis malignitati opprimendæ congruis & accommodatis. Purgantia autem ita ſint cōparata, ut potiùs blandâ ſolutione alvum ducant, quàm ut furioſâ humorum omnium concitatione, violentâque, cùm per ſuperiora, tùm per inferiora eorundem dejectione, totius corporis robur exolvant ac labefactent; quemadmodum & *Palmarius in lib. de febr. peſtil. cap. 12.* & *Augenius, lib. 3. de peſte cap. 6.* admonent. Admiſcenda autem ſemper (ſi commodè fieri poſſit) ejuſmodi pharmacis dejectoriis, partes debiles ac principes roborantia, cordis calidum innatum foventia, putredini reſiſtentia, venenumque omne amolientia Alexiteria. Recenſere autem, ſeu contexere hic prolixum Catharticorum

Ca-

Digitized by Google

Catalogum, ſpeciatim huic vel illi ætati,ſexui,ac temperamento, nec non huic vel illi humorum generi dicatorum appropriatorumq;, noſtri inſtituti non eſt, cum id partim ſummè arduum ac operoſum, partim quoque nimis tædioſum ac inutile foret;ſed unius tantùm atque alterius medicamenti purgantis enumeratione atque deſcriptione contenti erimus. *Purgantium autem duplex eſt differentia*, alia dicuntur *Simplicia*, alia *Compoſita*. Inter *Simplicia* primum locum hic obtinent,Rhabarbarum,Agaricus, Aloe,Senna,&c. Nam nec nimiopere humores commovent, nec ſpiritus diſſipant, ſed amaritudine ac ſiccitate ſuâ putredini reſiſtunt, corpusque ab omnibus excrementitiis humoribus moderatè exiccant.Poſſunt autem hæc vel cruda vel præparata,commodè adhiberi. Cruda,ſi v.g. pulveriſata & correcta pondere drach. i. aut drach. iß. vel per ſe,vel ſacharo,aut conſervæ alicui permixta; vel vino, juſculo, aut alii liquori convenienti indita (exceptâ tamen Aloe) matutino tempore,horis 2.vel 3. ante prandium præbeantur. Præparata verò, ſi artificioſè,ſingularique induſtriâ in Extracta ſeu Q. Eſſentias redigantur.Inter quæ tamen præ cæteris excellunt. *Extractum Rhabarb.* & *Q. Eſſentia Aloes*,quorum drach.

Purgantia varia Simplicia.

Extractũ Rhab. Q.

ß.vel ſcr. ii. aut drach. i. in formâ pillularum exhibita,pro moderatâ corporis laxatione, adultioribus ſatis eſſe poſſunt. Quò pertinent quoque *Chryſtalli Tartari*, ſubacido ſapore præditi,ætatique puerulorum imprimis dicati,qui doſi ſcr. ii, vel ampliùs ex brodio gallinæ, vel vino propinati, ſuaviter alvum dejiciunt.Ditiores,aliiq; uſum vulgarium remediorum,utpotè inſuavium, faſtidientes ac reſpuentes, pro alvina colluvie ſubducenda, *Florum argenteorum* ☿ *Gr. 3. vel 4.* occultata ceraſorum acidorum cõditorum carni, deglutire poterunt, ſuave enim exiſtit purgans, & quo vix ullum elegantius reperitur; vel illius loco uti pulvere inſipido Cryſtallino, ☿ *dulcis*,cum conſerv. roſ. borrag. vel acetoſ. permixto, ſcr. i. vel drach. ß. pondere, pro ætatis ratione.Item, ☿ Vitæ,undè Angelus Sala in Hemerologiæ c. 13. ☿ Vitæ maximoperè excellit contra Peſtē & Venena omnis generis. It: ☿ Vitæ Solaris, Undè Paracelſus in Chirurg. ſuâ magnâ adfirmat, ſe non ſcire meliorem Panacean in Peſte, quàm ☿ Solis præcipitatum. Et quamvis hæc medicamenta ex ☿ ſunt præparata, ſecuriſſima tamen ſunt, & abſque ulla inſigni humorum agitatione aſſumuntur, longèque cum minori moleſtiâ officium purgationis abſolvunt,

Eſſent. Aloes. Cryſtalli Tartari.

Flores argenti ☿.

Mercurius dulcis.

Digitized by Google

ipſis Scammoneatis ac Turpetho, Eſula, Elleboro, Colocynthide, quæ tamen hodiernis Medicis in quotidiano ſunt uſu. Si cui verò corpore adeo robuſto, dictorum φαρμακῶν uſurpatione, ne tantillum quidem alvus moveatur, huic ex conſilio Medici prudentis fortiora decerni purgantia, minimè repugnamus, ut ſunt:

Extract. Elleb. & Scammo.

Extractum Scammoneæ vel Elleb. nigri cum Ol. Macis, Cinam. vel Aniſi correcta, hujus ſcrup. j. illius verò ſcr. ß. in pullulari formâ degluticendo. Si autem nec iſta fortè, alicujus voto, in ſufficienti alvi citatione, ſatisfaciant, huic naturâ robuſtâ prædito, offerantur circiter *G. 18. vel 20. Salis Saphirini vitrioli* ♀, nec ſpe ſuâ, in omnis generis mucilaginoſorum ac tartareorum corruptorumq; humorum expulſione, (ut ipſi, periculo in aliis facto, experientiâ didicimus) unquam fruſtrabitur. Vel ejus loco

Crocus Metallor.

Crocus Metallorum exhibeatur, qui ut *Quercetanus in Alexic. lib. 2. c. 5.* teſtatur, ad doſin 6. aut 7. Gr. in vino vel aqua Carduib. propinatus, purgativum excellens admodum ac ſpecificum contrà peſtem habetur.

Cõpoſita Purgant. Potiũcula

Compoſita Catarthica quod attinet, generale purgans in præſervatione à Peſte, ſequens *potiuncula* eſſe poterit. Rec. Rad. Dipt. Elenij, Pinpin. an. drach. iij. fol. Scord. Acetoſ. Carduib. veron. an. M ß. flor. Cichor. Geniſt. anth. an. P. 1. Sem. Citr. Aniſ. an. ſcr. ij. Rhabarb. opt. drach. ii. Agar. trochiſc. drach. i. Spicæ Celt. Cinam. an. drach. ß. Infund. per noct. in ſ. q. Aq. Carduib. vel Veron. Manè factâ leni ebullit. & expreſ. col. & clarif. Colat. hujus Rec. unc. iß. adde Syr. acetoſ. Citri unc. ß. Extracti Panchym. Crollii ſcr. j. G. 5. Cremoris Tartari ſcrup. j. Spir. Vitrioli rectif. G. 5. Miſce, f. potiuncula, tota manè h. 3. ante paſtum exhaurienda. Vel tempore frigidiori, in uſum veniat

Vinum ſeu Claretum purgans.

hoc vinum ſeu Claretum purgans, ſuave admodum & excellens. Rec. Zedoar. Zingib. Cinam. Galangæ an. ſcr. ij. Macis. Cardam. an. ſcr. j. Fol. Sennæ unc. ß. Turpethi albi, Mechoacan. an. drach. iiß. Sachari fini drach. vi. Craſſiuſculè inciſa & cõtuſa infundantur, vini Rhenani generoſ. unc. viij. Et relinquãtur per diem naturalẽ in loco moderatè calido. Poſtridiè vinum à ſpeciebus infuſis ac leviter expreſſis, per filtrũ aliquoties coletur, donec clariſſimum evadat. Hujus Rec. unc. iiij. adde ſi vis Cryſtall Tartari ſcr. j. vel drach. ß. Miſce, ebibatur. Si verò alicui ſiccior, ac ſolidior, quã liquidior medicamenti purgantis forma magis arrideret, is vel *Extr. Panchymag. Crollij*, per ſe in pillulas redacto, pon-

Digitized by Google

pondere drach. ß. G. 5. vel *Extr. Diacarth. Auguſtanæ deſcript.* ſcr. j. G. 5. doſi: vel *Eſſentia Aloes* cum ſuccis Quercetani, pôd. ſcr. ii. uti poterit. Omnium blandiſſimè, citraq; ullorum terminum ventris excitationē, hæc commemorata ventrem laxare ac ſolvere, quilibet eorundē uſus expertus, facilè nobiſcum conſentiet. Utile quoq; erit ad eandem intentionē, alvo præſertim adſtrictiore naturâ præditis, ſi unum vel binos ſequentium *Morſulorum laxativorum*, manè ante prandium devorent.

Morſuli laxativi ſuaves.

Rec. Conſ. Borrag. Viol. & Acetoſ. an. drach. ii. Corr. & pulp. Citr. cond. an. drach. iii. Zedoar. Cinam. Macis an. drach. j. Turpethi gum. unc. ß. Mechoacan. drach. iii. Diagrid. drac. ii. Sach. albiſ. unc. xii. diſſol. in aq. Borrag. & Carduib. F. confect. in morſulis pond. unc. ß. vel drach. iii. Inſigni quoq; ac ſingulari virtute præſtans, Peſtis tempore, quo quacunque evacuatione corporis, medicamentum habetur,

Specificū purgans Paracelſi.

Specificum purgans Paracelſi, cujus Gr. 7. 8. vel 10. provectiore ætate hominibus, adoleſcentibus verò ac pueris 3. 4. v. 5. exhibita in ſucco roſar. vel brodio prun. dulc. leniter alvinam regionem, ab omnium excrementitiorum ſuccorum ſuperfluitate liberant. Huic efficacitate nihil quicquam cedere videntur:

Flores Rhabar. Sulphur.

Flores Rhabarbari ſulphurati, in delicatiorum potiſſimum gratiam inventi, quorum compoſitio talis eſt: Rec. Extr. Rhab. ad duritiem plane, & ariditatē ferè friabilem inſpiſſati unc. i. Flor. Sulph. ʒ. ſublim. unc. ii. Ol. Cinam. ſcr. i. Ol. Macis ſcr. ß. Mixta optimè invicem, Cucurbitæ vitreæ indātur, impoſitoq; Alemb. cæco, & juncturis undiq; probè occluſis, lento igne ſublimētur, quod in altum aſcenderit, peracta ſublimat: denuò cum reliqua materiâ in fundo reſidua permiſceatur, & ſecunda vice, nova ſublimatio inſtituatur, qua abſoluta, idem labor & tertiò repetatur; Et ſic non vulgare medicamentum, leniter laxans, omnemq; putredinem coercens, obtinebis. Doſis ejus in adultioribus ſcr. ß. vel G. xv. in junioribus G. 8 9. &c. in vino paſſulato, vel cum conſ. roſ. vel acetoſ. Si non ſatis purget, doſis augeatur. Horum autem omnium hactenus commemoratorum uſus, toties erit iucundius, quoties prudenti Medico neceſſarium videbitur. Imprimis tamen Pillulæ ex Q. Eſſentiâ Aloes, ſingulis ſeptimanis, ad minimum ſemel ſumtæ, ſaluberrimæ habentur. Item, ſemel in ſeptimana, ante prandium drach. i. harum pilular. ſumatur. Recip. Aloës roſat. drach. iii. Rhabarbar. elect: agar. trochiſ. an. drach. ii. Myrrh. elect. gumm. ammoniac. an. drach. ß.

Zedoar. radic. Angelic.an.ſcrup.i. Croci ſcr.ß.Sem.Citri gr.xii. Cortic.Citri ſcr.i.Sal.abſinth.ſcr.ii.Terantur & cum Syrup. d. Acetoſ. Citri & d. ſucco ſcordii F. M. ex qua formentur Pilul.

Quæ purgatia pueris decernenda. *Paſſula laxativa.*

Puerorum demùm ac infantum corporibus expurgandis, accommodatæ erunt *Paſſula laxativa*, quarum hæc eſt deſcriptio. Rec. Fol.ſenæ mund. unc. iiiß. Zingib. drach.ii.Galang.Cinam.Caryoph. an.ſcr. ii. Inciſa & contuſa infund. in ſ.q.aq.Abſinth:per h. 12. Poſteà parùm ebull.& col.Impone Paſſul. ſor.& Sach.an.unc. viii. Ebulliant iterum,adde in fine Cremor. Tartari unc.ß.& Spir. Vitrioli parum. Miſce.Doſis cochlear parvum, ſeu unc.ß.plus minuſvè, pro ætatis ratione.Item *Rotulæ laxativa hæ.* Rec. Succi roſ.unc.iß.Mannæ el. unc. i. drach.ii.fol.Senæ,Agar. Mechoac. an.drach.i.Cinam.Macis an. ſcr.ß. Cremoris Tart.drach.iß.Sach. lib. ß.diſſol.in aq.Carduib.vel Meliſſ. F.rotulæ,pődere drach.i,vel drach. iß,aut drach.ii.Doſis una, vel duæ, pro majore vel minore ætate. Item Mucchari roſarum ab unc. ß. ad unc. iß.

Rotulæ laxat.

De Cauteriis.

Tandem hic quoq; ſilentio non prætereundus,*Cauteriorum* ſeu potentialium ſeu actualium uſus, utpotè quibus omnium optimè corpus,ab ichoroſis & putridis humiditatibus, facilimè fomitem peſtiferæ infectioni ſubſternentibus, purgatur, ſi certis brachiorum ac ſurarum muſculis à perito Chirurgo applicentur. Quemadmodum teſtatur *Quercetanus in Alexic. cap.* 2.dicens,ſe noviſſe multos Chirurgos, peſtiferorum curationi deſtinatos, viros in arte ſuâ expertiſſimos,qui ad propriam præſervationem, antequàm infectorum curationem aggrederentur, Cauteriis meliùs,quàm aliâ quâvis cautione ſibi proſpexiſſe & conſuluiſſe,affirmarunt.Et *Mercurialis in lib. de peſte* refert,in ſævâ quadam, quæ Venetias olim afflixit, lue, plurimos cauteriorum beneficio, ab omni noxâ planè fuiſſe vindicatos. Item: *Georgius Garnerus in lib.de peſte ca.* 9. ſcribit, ſe affirmare poſſe, quod anno 1576. Peſte multos Venetiis interficiente, nullum unquam viderit extinctum, qui Fontanellam geſtarit. Et *Guilielm.Fabrit.cent.4. obſerv. 86.* Etſi Peſtis Lauſannenſis adeo maligna eſſet ut ex 100. vix 16.evaderent,tamen beneficio alexipharmacorum & Fonticulorum in brachio ſiniſtro & poplitè dextro conſervatus fui : Imo per paucos qui fonticulos geſtarunt, Peſte correptos fuiſſe,obſervavi. Idem etiam teſtatur ibidem obſerv.p.22. Undè & *Ambroſ. Paræus in lib. de peſt.* conſulit, ut ægrotos inviſuri,

curent

Digitized by Google

curent ſibi fieri fonticulum in brachiis & tibiis, quoniam natura per ea loca, quidquid humoris noxii in corpore coacervatur, expurgare conſuevit, illudque relegabit virus, quod aliàs ad principes partes appuliſſet. Vide & de præſtantiâ Cauteriorum in præſervatione peſtis, *Alexand. Maſſariam lib. 2. de Peſte, Anton. Portum de peſte lib. 2. cap. 36. Joan. Arculanum, Ingraſſiam, Nicolaum Maſſam, Gerardum Columbam & plures alios.*

CAPUT VII.

De cordis, aliorumq; viſcerum, contrà Peſtiferam infectionem, ſpecificis Alexiteriis præmunitione, ac corroboratione.

Corpore nunc ab excrementitiorum humorum colluvie, convenientis alicujus purgationis adminiſtratione, ſufficienter liberato, conſequens eſt, ut omnia ejus interiora viſcera, præſertim verò Cor, utpotè vitæ fons & ſcaturigo, idoneorum Alexipharmacorum præſidio, cõtrà omnem malignam infectionem, ac venenatæ auræ occurſionem, nec non internæ putredinis generationem, optimè præmuniantur, tutentur, ac conſerventur. Hujuſmodi autem Alexiteriorum ſeu ſimplicium ſeu compoſitorum uſus, vel internus eſt vel externus. Ad *Internum* uſum referuntur.

I. Simplicia *I. ex Vegetabilibus*, & ſunt, *I. Radices.* 1. Imperator. 2. Angelic. 3. Olſint. 4. Zedoar. 5. Enul. 6. Tormentill. 7. Unicetoxic. 8. Scorzoner. 9. Serpétari. 10. Gentian. 11. Pimpinell. 12. Ariſtoloch. 13. Valerian. 14. Carlin. 15. Diptam. 16. Petaſit. *II. Herbæ* 1. Scord. 2. Card. Bened. 3. Rut. 4. Galeg. 5. Scabios. 6. Meliſſ. 7. Veronic. 8. Verben. 9. Abſinth. 10. Acetos. 11. Morſus diabol. 12. Chelidon. 13. Valerian. 14. Betonic. 15. Myrth. 16. Pimpinell. 17. Leviſtic. 18. Calendul. *III. Fructus* 1. Poma Citr. 2. Bacc. Junip. 3. Bacc. Laur. 4. Ribeſ. 5. Limon. 6. Nuc. jugland. *IV. Semina.* 1. Citri 2. Aceros. 3. Card. Bened.

II. Ex Animalibus, ut 1. Lapis Bezoar. 2. Corn. Cerv. 3. Unicorn. 4. Cornu Rhinocerot. 5. dens Hippotam.

III. Ex Mineralibus, ut 1. Flores Sulphur. 2. Spir. Vitriol. 3. Bol. Armen. 4. Terra Sigillat. 5. Succinum.

II. Cõpoſita varia, ut ſunt *Mixturæ: Electuaria Pulveres: Morſuli ac rotulæ: Trochiſci ſublinguales.* Ad *externum* pertinent: *Sacculi Cordiales: Linimenta pro naribus: Pila odorata ſeu Pomambra.*

IDe.

I. De Antidotis ſeu Alexiteriis internis.

Et 1. quidem pro Divitibus.

Quibus lautior à D.O.M.fortuna contigit,hi corpus ſuum,ſequẽtium Antidotorum uſurpatione, à contagione lethiferâ præſervare, immuneq; conſervare, ſollicita cura invigilabunt; nempè ut alternis diebus hebdomadatim, manè in publicum prodituri,vel de *Sale Artemiſiæ vel Abſinthij, Scordij*, aut *Angelicæ*, ſcr. i. vel *de Magiſterio cornu cervin.* G.15. cum idoneo liquore,ſumant. Vel pauxillum *Conſerva roſar. Vitriolata ſeu Sulphurata* degluttiant, nec non *Elixiris Peſtilentialis Crollij*, vel *Elixiris proprietatis Paracelſi*, quotidie vel alternis diebus G.8. vel 10. in vino, aceto roſ. vel aqua Carduib. abſorbeant. Cui copia forſan ſit *Eſſentia ſeu tinctura ex ſanguine Juvenum Ciconiarum*,Ir. *Vera Tinctura Auri, atque Sulphuris fixi incremabilis*,iiſdem quoque ſalubriter ad cordis & ſpirituum vitalium corroborationem,& peſtiferi contagii depulſionem uti poterit. Præter hæc tamen non minoris efficaciæ reperiuntur & alia compoſita medicamenta,quorum præſertim elegantiorum, nonnullas deſcriptiones hîc ſubjiciemus.

Sal Artemeſia cōmẽdatur à Paræo. Sal Abſinthii à Wittichio in Haligraphia.

1. *Mixturá Bezoardica*: Rec. Spiritus Theriac. Camph. unc.i. Extr.Gran.Junip.& Elenii an. ſcr. iiß.Extr.Zedoar.ſcr i. Extr. Croci G.xv. Confect. Alcherm. drach.ß. Magiſt.Perl.Soluti Corall.an.ſcr.i. G. 5. Lactis ſeu Crem. Sulphuris drach.ß.Salis Abſinth.Cryſtall.ſcr. ii,Syr.de acetoſ.Citri unc.iß. Arcani Vitrioli G.xv. Miſce adde Moſchi opt.G.4. Grati admodum eſt ſaporis & odoris. Doſis ſcr. ii. plus minuſvè pro cujuſq; ætate, vel per ſe, vel cum panxillo aq.Scabioſ.2. vel 3.in ſeptimanâ. *1. Mixtura.*

Al: Vel: Rec. Extr.liquidæ rad. Angel. per chartam benè filtratæ unc.i.Elixiris proprietatis Paracelſi drach.vi.Tincturæ Croci unc.ß. Confect.Alcherm.ſcrup.ii. Miſce, Doſis G.15.vel ſcr.i.in aqua ſpecifica antipeſtiferâ.

2. *Rotula Antipeſtifera*:Rec.Flor. Sulph.3.ſubl.drach.ii.LactisSulph. drach. i. Extr. Helenii & Zedoar. an.ſcr.iiß.Extr.Croci ſcr.ß.Magiſt. Coral.& Perl. an. drach. ß. Conf. Alcherm.ſcrup. i. Salis Abſinth.& Carduib. an. ſcr. ii. Ol. ſtill. Cort. Citr.G.4.Ol.Angel.& Zedoar.an. G.ii.Moſchi in aq.roſ.diſſ. G. 3. Sachari q.ſ.diſſol.in aq.roſ.& Cinam. F.Rotulæ.Vel: *Rec.*Extract.Angelic.& Unicetoxic.an.ſcr.i. Ol.Succin. *2. Rotula.*

cin. alb. ſcr. ß gut. vii. confection. Alkerm. ſcr i extract. Croci ſcr ß. aq. Bugloſſ. in qua Sacchar. finiſſim. diſſolv. F. rotulæ.

3. Electua. 3. *Electuar. Bezoardicum.* Recip. Conſerv. Roſ. & Acetoſ. an. unc. i. Conſ. Borrag. unc. ß, Cort. Citri cond. unc. ß. Theriacæ ver. drach. iij. Rad. Pimpin. condit. drach. iii. Extr. Bacc. Junip. drach. iiß. Flor. Sulph. ℥. ſublim. drach. i, Magiſterij cornu cervini drach. i, Soluti Corall. ſcr. ii, Salis Abſinth. drach. iß, Cum Syr. de acetoſ. Citri, & ſpir. Vitrioli q. ſ. ad acorem moderatum. M. fiat Elect. ſeu conditum. Doſis ad avellanæ majoris magnitudinem quotidiè, vel alternis diebus, ſuperbibendo cochlear unum Aq. Scordii vel Veron.

4. Pulvis. 4. *Pulvis Alexiterius*: Rec. Sulph. unc. ß. Cornu cervi præp. drach. ii, Boli Arm. veri, & terræ Sigill. an. drach. i. Magiſterii Corall. ſcr. ij. Camph. drach. ß. Croci ſcrup. i. G. 5. Sachari quantum lubet. Miſce pro pulvere, Doſis drach. ß. vel ſcr. ij, ter vel quater in ſeptimana.

5. Trochiſci ſublinguales. 5. *Trochiſci ſublinguales*: Rec. Cort. Citri exicc. unc. ß. Cinam. drach. j. Zedoar. Mac. an. ſcrup. ii. Cornu cervi uſti drach. j. Galliæ & Alipt. moſch. an. ſcr. ij. rad. Ireos, boli Arm. an. drach. ß. Theriac. Andr. & El. de Ovo an. drach. ij. Ol. Cort. Citri & Junip. an. G. 6. Ol. Cinam. G. 3 Sach. candi unc. iiij cum mucil. Tragac. ext. in aq. Roſ. F. Trochiſci parvi. Vel Rec. Theriac. vet. ac Mithridat. opt. an. drach. iij. extract. Angelic. Dipt. Tormentill. an. ſcr. j. Ol. Succin. & Zedoar. an. g. ij, pulv. roſ. rub. Ireos, corallor. præpar. Cinnamom. Myrrh. radic. Pimpinell. an. ſcrup. j. cum Tragacanth, in aq. roſar. & Angelic. Diſſolut. q. ſ. F. Trochiſci ſublinguales. Vel Rec. Tragacanth. unc. j. gumm. Arabic. unc. ß, Humectentur per noctem in aq. roſar. in qua parum Moſchi ſolutum fuerit deinde Rec. Sacchari albiſſ. lib. j. Cinnamom. Santal. rub. pulv. an. unc. ß. Caryoph. drach. i. Moſchi drach. ß. ambr. ſcr. j. M. invicem & inde F. Trochiſci.

2. *Pro pauperibus.*

Pauperes verò, qui ob rem anguſtam domi, multum æris in ſumptuoſa aopretioſa, nec non longo & exquiſito ſtudio & labore præparata medicamenta erogare nequeunt, hiſce ſequentibus Alexiteriis, pretio quidem prioribus vilioribus, virtute tamen ac facultate iiſdem ne tantillum quidem cedentibus, pro arcendâ peſtilenti lue, uti potuerunt. Primùm itaq; antequam domo exeant, ſemper

in ore teneant ac maſticent fruſtulum aliquod *Rad. Olſnitij, Zedoariæ, Angelicæ, Diptamni, vel Gentianæ*, nec non 8. vel 10. *Gran. Junip.* priùs in aceto vini macerat: jejunè deglutiant, aut alternis diebus manè cochlear unum de ſeq. *Aceto bezoardico* ebibant: Rec. Aceti vini lib. j. Cui infunde ſeq. herbas & radices craſsè inciſas. Rec. Rad. Angel. Pimpin. Gentian. Petaſit. an. drach. vj. herb. Scordii, Abſinth. an. M j. Comar. Rutæ unc. ß. Bacc. Junip. unc. ii. Miſce. Aut ſi hæc diſpliceant, *Theriaca Vulg. vel Electuar. de Ovo* pauxillum vel per ſe deglutiatur, vel cum aceto rutaceo, aut roſaceo diſſol. horis matutinis exorbeatur, quemadmodum & una vel altera *Rotul. Conf. liberantis* jejunè devorentur. Quantâ inſigni vi hæc polleant, veneno peſtifero reſiſtendi, corpusque ab omni corruptione præſervandi, explicatu difficilè admodum eſt. Quod ſi compoſitis magis aliquis delectetur, hæc quàm maximè proficua exiſtunt.

1. Electuarium. *1. Electuarium*: Rec. Nuc. Jùgland. excort. No. 6. Ficuum pingu. No. 4. fol. rutæ drach. iß. Scordii drach. ij. rad. angel. & Torment. an. ſcrup. ii. Dipt. Zedoar. an drach. i. Theriac. vulg. drach. ii. Myrrhæ ſcr. iß. Croci ſcr. i. Conſ. roſar. ſeu acetoſ. unc. i. Salis Abſinth. drach. i. Contuſa invicem optimè miſc. Doſis, ad magnitud. Juglandis manè, ſuperbibendo Aq. Carduib. vel Galegæ. Vel hoc expertum. Rec. Theriac. antiq. conſerv. roſar. an. unc. i. Mithridat. unc. ß. Elect. d. ovo drach. ii. Flor. Sulph. drach. i. camphor. drach. ß. radic. Zedoar. Angelic. gentian. an. drach. ß. Pimpinell. Diptam. Tormentill. an. ſcr. i. fol. rutæ & Scordii an. ſcrup. iß. Myrrh. ſcrup. i. Croci gr. xii. oſſis d. corde cervi Cinnamom. an. drach. i. corallor. rub. præpar. Succin. Bol. Armen. an. ſcr. ii. ſpecier. Diamargar. frigid. & Diatrion Santal. an. drach. ß. cum Syrupo D. acetoſitate citri M. pro Electuario.

2. Pulvis. *2. Pulvis*: Rec. Rad. Pimpin. Torment. Dipt. Gentian. an. drach. i. Bac. Junip. priùs aceto macerat. & exic. drach. ii. fol. Scord. drach. iß. Terræ ſigill. drach. i. Myrrhæ rub. ſcr. ii. bacc. lauri drach. ß. Croci ſcr. i. Pulveriſ. miſce. Doſis drach. ß. circiter, cum pane, butyro recenti illito. Vel Rec. flor. Sulph. unc. ii, Myrrh. drach. ii, aloes drach. i. Terræ ſigillat. & Corn. Cerv. uſti præpar. an. drach. ii, Croci ſcr. iiß, Sacchari ad pondus omnium F. pulvis.

3. Rotula. *3. Rotula*: Rec. Spet. Liber drach. i. rad. valer. & baccar. lauri an. drach. ß. Zedoar. rad. angel. ſcr. ii. Cinam, Macis an. drach. ß. Boli Armen.

men.& Sem.Citri an.ſcrup.i. G. 5. Sach.q.ſ.diſſol.in aq.Scordii. M.fiant Rotulæ, doſis, 3. vel 4. manè. *Vel :* Rec. Extracti Scordii & Carduib.an.drach.i.Ol.Angel.ſcr. i,Sachari q.ſ.diſſ.in aq.rutæ,f.rotulæ. Vel Rec. Specier. liberanr. drach.iß,extract.Valerian.& Elen. an.ſcr.i, Ol. Succin. gutt. vi, Sacchar.q.ſ.ſol.in aq.acetos.F. rotulæ.

4. Trochiſci ſublinguales. 4. *Trochiſci ſublinguales*: Rec, Theriac.Vulg.& Mitrid.an.drach. ii, rad. Angel. Olſnitii, Dipt.an. drach.i, Cornu cervi præp.drach.ß Sem.rutæ,Terræ ſigill.an. ſcrup. ii, Sach.drach.iiß cum mucil. tragac, extr.in aq.roſ.F.Trochiſci parvi.

3. *Pro gravidis ac infantibus.*

Cum medicamentorum prophylacticorum hactenùs traditorum, natura ita ſit comparata, ut plæraq; eorum inſigni calefaciendi ac exiccandi facultate excedant, Gravidarum autem ac infantum tenella corpora, minimè ejuſmodi remedia,citra valetudinis detrimentum ferant, idcircò aliis omninò antidotis, naturæ ipſorum ac temperamento magis accommodatis, illis erit proſpiciendum, Exhibeatur itaque gravidis ac puerilis, præſervationis ergò jejunè,1. vel 2.cochlearia de Syr.Granat.Limon.aut acetoſ.Citri,cum, vel ſine pulveris cordialis additione: aut ſcr. i. plus minuſvè cornu cervini præpar. cum aq.Acetoſ. Carduib. vel Scabioſ.præbeatur. Rotulæ item ex Extracto Elenij,ac Carduib. vel ex ſpec.Liber.concinnatæ, harumque 2 3.vel 4. ſtomacho jejuno devoratæ,maximè quoque illis ex uſu eſſent; Quemadmodum & ſequens compoſitio.

1. Rotula. 1. *Rotula:* Rec. Cornu cervi uſti drach.iß,Boli Arm. in aq: Scabioſ. lot:Terræ ſigill.an.ſcr.iiß,Magiſterii Corall, Raſur. Cort. Citri an. ſcr. ii, Sem. Carduib. & Citri an. drach. ß, Lactis Sulphur. ſcrup.i. Ol: Citri & Cinam: an. G. 1. Sachari diſſ. in aq.Meliſſ.F. Conf. in Rotulis.

2. Pulvis. 2. *Pulvis:* Rec. Rad. Torment. Dipt.an.drach.i.Zedoar.& Coral. rubr.præp.an. drach. ß, Margarit. præp.ſcr.ii,Cort.Citri,Cinam. Boli Armeni veri, Succini albi præp. an.drach.ß,Fragment.Lap.pretioſ. Macis, Oſſis de Corde Cervi an. ſcr,i,Miſce pro Pulvere.

3. Conditũ 3. *Conditum*: Rec. Conſ. roſ.& Borrag.an.unc,i,Cort. Citri cond. drach.iii,rad.Pimpin cond. & rad. Helenij condit,an drach. ii, Cornu cervi præp.drach. i, Sem. Acetoſ.Citri an. ſcrup. ii, Boli Armen. Zedoar: an. drach. ß, Spec. Diamarg.frig.Pulv.Cordial. Offic. an. ſcr.ii,Raſur. Ebor. Cinam. electi,

Macis an. ſcr. j. Cum ſ. q. Syr. Aceoſ. Citri F. conditum.

Annotatio.

Hæc autem de uſu Alexiteriorum internorum adhuc monere operæ pretium duximus.
1. 1. Non quodlibet à quodlibet promiſcuè, & ſine diſcrimine, omni tempore eſſe uſurpandum, ſed in illorum delectu, maximam cautionem, ſingulareque judicium ac prudentiam eſſe adhibendam. Qui enim natura cholerici, & corpore admodum macilenti ac excarnes exiſtunt, eos immoderate calidorum ac ſiccorum uſu frequentiore, non parum offendi, non nemini putamus eſſe notum, quemadmodum nec tempore ſeu conſtitutione aeris nimis calida ac æſtuosâ, eorundem quoque uſus tutus exiſtat. Aliter tamen ſe res habet in illis, quorum corpus multorum pituitoſorum, viſcidorum ac frigidorum humorum copia luxuriat ac circumfluit, his enim, ut & brumali tempore, calidiora φάρμακα præſervatoria, minus nociva ac perniciosa exiſtere queunt.
2. 2. Alexiteriorum uſum non immoderatum ſed moderatum eſſe debere. Peſſimè enim ille ſaluti ſuæ conſuleret, qui ſingulis diebus, ſingulisque fere horis, Theriacam, Mithridat: Elect. de ovo, Elect. Camphorat aliaque id genus calidiſſima medicamenta contrà Peſtem devorare vellet, hac nimirum inani ac puerili perſuaſione ductus atque ſeductus, quo plus Antidotorum quotidiè ingereret, eò minus Peſtiferæ infectioni ſe fore ſubjectum, corpuſque majori robore contracto, eò potentiùs auræ venenatæ occurſanti repugnaturum reſtiturumque. Hoc enim incommodi ex immoderatiùs uſurpatis ejuſmodi medicamentis emergeret, quod nimitum ob excedentem ſuam caliditatem & ſiccitatem, non ſolùm ſpiritus Vitales & Animales abſumant & depaſcant, cerebrum nativâ ſuâ humiditate ſpolient, & Pulmones exiccent, verùm etiam Epar ac Renes inflamment, ſanguinem adurant, viſcidos, craſſos ac tartareos humores, ad Epar, lienem & meſenterium rapiant, in illiſque obſtructiones graviſſimas pariant, ex quibus poſtea omnis generis febres, melancholiæ hypochondriacæ, aliiſque morbi ſubpullulant.
3. 3. Cum ætas ab ætate, natura à naturâ (teſte Hipp: in aph.) differat, idcircò nullam certam alexipharmacorum doſin hic præſcribi exactè poſſe, ſed eam pro Medici arbitrio ac judicio, modò eſſe augendam modò

4. *Alexiteria ſæpè eſſe mutanda.*

dò minuendam. 4. Alexiteria ſæpè permutanda, nec uni perpetuò inhærendum aut fidendum eſſe, ne natura illius aſſiduo uſu aſſueta, id ipſum in Alimentum tandem convertat, corporisque habitui quaſi apponat. Et quamvis nos non ſimus neſcii, quorundam, aliam in hac re eſſe ſententiam, & ab illis Regis Mithridatis exemplum hûc afferri, qui non plurium aut diverſorum Alexipharmacorum, ſed unici & ſolius medicamenti à ſe inventi, proprioque nomine indigitati, frequentiori uſu, naturam ſuam adeò contra omnium venenorum vim, validam reddidit, ut non multò poſt, mortem ſibi conſciturus, cum lethale venenum hauſiſſet, mori minimè potuerit. Tamen hæc parùm noſtræ Aſſertioni adverſari, indè fit manifeſtum, quod longè alia ſit natura venenorum corporalium ac terreſtrium, alia verò Spiritualium atque Aſtralium, quale peſtilens exiſtit, & quod arti quidem poſſibile ſit, generale aliquod antidotum, cæteris venenis omnibus repugnant, invenire, eidem tamen impoſſibile exiſtat, univerſale peſtiferi veneni Alexicacon eruere, atque producere, ut ex ſequenti Quæſtione mox patebit. Quapropter non rarò Antidotos permutandas arbitramur, idque ob eam cauſam, quod neque ipſius veneni in præſentiâ graſſantis *ἰδιοσυγκρασίαν* ſeu naturam individualē exquiſitè ac perfectè cognoſcere, neque illius ſpecificum & accuratiſſimè ei oppoſitum, Alexipharmacum, certò ſcire poſſumus, prætereaque experientiâ multiplici jàm conſtet, Antidotum quandam unam, plùs in hâc, quàm poſteà in alia peſte præſtitiſſe. Uni ergò laudatiſſimæ nos aſſuefaciamus, interim tamen non prorſus aliàs, quoque negligentes, ut quod fortè illi deſit, hæ ſupplere poſſint. Quod confirmat quoque *Joan. Crato in Epiſt. med. à Scholzio edit. Epiſt. 131.* Numquàm (inquit) uni remedio ſemel in peſte exhibito, Medicus ſecurus eſſe debet, ſed quam diù malum præſens eſt, cordi omnibus modis auxilium ferat. *Item in Epiſt. 134.* Uni remedio in Peſte non fidendum, initiò ſingulis propemodum horis, deinceps ſucceſſu temporis, ſingulis diebus remedia mutanda. Et *Andreas Dudithius in Epiſt. 49. ad Monavium*: Medici ſæpè *φάρμακα* in peſte immutanda cenſent, ut novis ſemper ſubſidiis, vires cordis tueantur, cum non tantum in uno aliquo antidoto, præſidij poſitum eſſe animadvertant, quantum ſatis ſit ad tàm potentis hoſtis copias debellandas.

Digitized by Google

Q. An detur verum ac ſpecificum Peſtis Alexipharmacum?

Hiſce tandem adhùc annectenda erit Quæſtio, *Num ſc. verum ac certum Peſtis Alexipharmacum in natura extet nec ne?* Cui reſp: Quãvis opinio eorum, tale aliquod alexipharmacon revera dari, contendentium, non omni careat probabilitate, ex eo videlicet, quod cum D. O. M. ſingulari bonitate ac clementiâ unicuique morborum, humanum genus infeſtantium, generi, certum ac peculiare ſuum deſtinaſſe & oppoſuiſſe remedium, indubitatò conſter, idcircò, Eundem quoque, ad peſtiferam luem depellendam, & ab ejus perniciosâ infectione corpus præſervandum, ſpecificum aliquod & appropriatum, minimè occultare vel invidere voluiſſe hominibus alexipharmacon, neceſſariò fatendum ſit, Nos tamen illi opinioni ſuffragium noſtrum addere non poſſumus, cum nuſquam dictum, ſcriptum, lectum vel auditum fuerit, vel unum ſaltem aliquem mortalium, qui ſunt, quique fuerunt, verè unquàm gloriari potuiſſe, Deum ſibi, ejuſmodi infallibile Prophylacticon antidotum in naturæ hocce theatro monſtraſſe ac revelaſſe, ſicq; ab eodem tanti incomparabilis theſauri participem factum fuiſſe. Nam qui propriam alicujus veneni Antidotum invenire vult, antè omnia quoq; propriam illius veneni naturam debet habere perſpectam. At peſtiferi veneni naturam nemo unquam rectè explorabit, cum ejus nec eadem ſemper ſit facies, nec eundem quoque nocendi aut necandi modum ſemper obtineat. Non enim ſufficit ſcie in Peſte, hũc vel illum humorem putreſcere ac corrumpi, ſed etiam inveſtigandum quouſque progrediatur, ſeu quis ſit terminus ille corruptionis; & in quid mutetur humores, quod non dicam difficile, ſed ferè impoſſibile eſt homini. Unde ex tali diverſitate corruptelæ humorum, pendet quoque differentia & varietas curat: Peſtilentium febrium, pro cujus diverſitate, diverſa quoque ijſdem adhibenda antidota. Atque hinc accidit, ut ſæpe, quæ in uno Peſtilenti ſtatu profuerunt medicamenta, in alio parum aut nihil auxilij adferant, quod ſcilicet, quis qualis & quantus malignitatis gradus ſit, ignoremus, nec quæ ſit definita humorum corruptio exploratum habeamus. Ergò &c. Quod venenum non ſemper uno eodemque modo ſeſe habeat inde patet: 1. quod ſymptomata ſæpè diverſa ſint, 2. quod interdum magis

Digitized by Google

gis ſæviat hæc lues æſtate quam hyeme, interdum contra 3. quod interdum magis cholerici, interdum phlegmatici, interdum ſenes, interdum pueri hac lue inficiantur. Quapropter omninò arbitramur, tale Alexipharmacon generale, quale deſideratur, Deo ſoli, immensè bono, cognitum ac perſpectum eſſe, illudque adhùc in naturæ theſauris abſconditum deliteſcere. Et quamvis per tot ætatum ſecula, à pluribus & doctiſſimis viris, in inveſtigando Peſtis remedio ſpecifico ſtrenuè ſudatum ac laboratum fuerit, & multi etiam Thraſones ac Ardeliones Paracelſici (nil niſi meras tincturas, quintas Eſſentias, ſecreta, myſteria, & neſcio quænam alia magnalia crepantes) ſplendidas ac plùs quàm aureas, de eodem, aliis fecerint promiſſiones, omnis tamen hucuſque experientia, abunde teſtatum fecit, ſpem & expectationem conceptam omnem in ſpôgiam (quod dicitur) incubuiſſe, ac pollicitationes illorum vanas ac inanes, futiles & inutiles prorſus fuiſſe, cum nullùm ad hæc uſque tempora, verum certumque Peſtis Alexicacon, inveſtigatum, productum ac inventum fuerit, ſed quemadmodum diximus, penes illum adhuc latitet, qui flagelli hujus naturam ejuſque antidotum, in peccata hominum, ſibi ſoli hactenùs reſervari voluit. Et hanc noſtram ſententiam comprobant quoque alii viri doctiſſimi, inter quos *Geſnerus lib. 1. Epiſt. med. 64.* ita ſcribit Remedia adverſus peſtem nos certè nulla habemus, fortè etiam non placet Deo, ut contrà flagellum peccatis noſtris debitum, ullum certum præſidium habeamus. Et *Crato in conſ. 166.* veram peſtis antidotum Deo ſoli notam eſſe, non eſt dubium. Et *in Epiſt. 131.* Antidotus vera peſtiferi veneni, in divinâ manu eſt, neque Medicis explorata. Et *in tract. de Peſte.* Ego ita exiſtimo, verum peſtis Alexipharmacum, ſolius Dei majeſtati eſſe cognitum, eique eſſe reſervatum, nôbis verò incognitum. *Palmarius quoque lib. de feb. peſt. cap. 17.* inquit: Cum peculiare peſtis remedium, adhuc in naturæ ſinu deliteſcat abditum, ad communia venenorum Alexiteria, & cardiaca medicamenta confugere neceſſe eſt. Et *H. Schennemannus in Epiſt. dedic. Paracelſ. de peſte.* Non infitias eo, in Dei & naturæ arcanis, ſingulare & ἐξαίρετον latere remedium, & utinam poſſem tecum, petente, tale antidotum ac verum peſtis ἀλεξιφάρμακον communicare, ſed ut reor, id ſolum, majeſtati eſſe cognitum reſervatumque. Ac ſi quis communibus his antidotis reſtituitur & ſanatur,

natur,

natur, ſoli Deo acceptum referat.

Sic etiam *Rudolphus Goclenius in λοιμογραφίᾳ*: Certum eſt (ait) multa præclara quidem, uſuque, ratione & experientiâ comprobata haberi remedia, Peſtifero veneno antipathetica, ſed ſpecificum, & quod totius ſubſtantiæ ſuæ viribus ei adverſetur, à nemine adhuc monſtratum vidi.

II. De Alexiteriis externis.

Et 1. quidem pro Divitibus.

Ad perfectam peſtis præſervationem non ſufficit ſolum internorum Alexiteriorum præſidiis corpus habere munitum, verùm ad eandem, externorum quoque uſus, tanquàm neceſſarius erit accerſendus. Nihil enim non moliendum, quo pernicioſæ huic lui eatur obviam, ejusq; malignitas profligetur ac peſſundetur. Pro Ditioribus igitur parentur ſequentia.

1. Sacculi. *1. Sacculi odoriferi Naribus vel Cordi amplicandi*: Rec. Rad: Ireos Flor: drach. v, Sant: Citr: Cort: Citr: exic: an. unc. ß, Flor: roſ: rub: Anthos, Lavend: Major: an. drach. ii, Cinam: drach. iß, Rad: Angel: & Zedoar: an. drach. i, Camphoræ ſcr. ß, Ex inciſis paretur Sacculus ex Syndone.

Alius: Rec. Flor: roſ: ſicc: unc. ß, flor: viol: & anthos an. drach. ii. herb: meliſ: Ocymi an: P. 1. Benzoin drach. iiß, Macis, Caryoph: an. ſcr. ii, rad: Cyperi drach. i, Incidantur minutim pro ſacculo. Vel Rec. Aſæ dulc: Styrac: calamit: an. drach. ii, Flor: roſar. odorat: flor. Roſmar: an. drach. i, Thym: Majoran: Santal: Citrin: Angel: an ſcr. Ladan. Puri drach. i, Galliæ Moſch. ver. drach. ß, Cinnamom: opt. ſcr ii, fiat inde Puluis groſſus indendus ſacculo.

2. Linimenta pro naribus. *2. Linimenta odorata pro Naribus*: Rec. Ol: Nuc. moſch: per expr: drach. ii, Ol: Cinam: G. 5. Ol: Roſar: ſtill: G. ii, Balſami Junip. drach. ß, Moſchi opt: Diſſ: in aq: roſ: G. iii, Miſce pro linimento. *Vel*: Rec. Balſami roſar. incarnat: drach. i. Ol: Citri & Cinam. an. G. ii, Moſchi G. 3. Ziberthi opt. G. ii, Miſce pro linimento. Vel Rec. Moſchi Ambr. & Ziberth: an. gr. iiij, Tere in marmore, ſed Ambram ignis calore diſſolve. Hisque adde Ol: Cinnamom. & Citri an. q. ſ. iterumque tere pro linimento. Vel Rec. Ol. Cinnamom. & Caryoph. an. drach. ß, Amb. & Moſch. an. ſcrup. ii, agitentur donec acquirant conſiſtentiam unguenti Adde Olei Nuc. Moſchat: ſtillatit: drach. ß. iterum agitentur, Tandem

dem adde Zibethi ſcrup.j. M. pro Linimento.

3. Pomambre. *3. Pomambre* Rec. Ladani unc. iß. Styr. cal. drach. iii. Styr. liq. ſcr. iiß. Terantur in mortario calido, quouſq; diſſolv. Poſtea adde Moſchi opt. G.15. Ambræ G.8. Zibethi G.16. diſſol. in mucil. Tragac. Demum adde Ol. Cinam. ſcrup. ß. Ol. Citri, Maceris an. G.15. Ol. roſ. ſtillat. G.8. Ol. Caryoph. G. 7. agitentur omnia & redigantur in maſſam Pamambræ. *Vel:* Rec. Ladan. Puri, Styrac. calamit. an. drach. v. Benzoin. ſcrup. ii. Succin. albi drach. ß. Gall. Moſchat. drach. ß. Santal. Citrin. Nuc. Moſchat. Thuris an ſcr. ii. roſar. rub. drach. i. Ol. Citr. & Cinnamom. an. g. iiii. Ol. Succin. albi g. ii. Ol. Juniper. g. iii. Extract. Angelic. ſcrup. ß. Styrac. Liquid. drach. ii. Moſchi gr. iiii. Gumm. Tragacanth. diſſolut. in aq. roſar. F. Maſſa pro Pomis. De qua unc. ß. ligetur in Syndone rubr. inſtar globuli rotundi. *Vel:* Rec. Ladan. unc. ſ. Styrac. Cal. drach. iiß. Styrac. Liquid. ſcr. ii. Moſchi gr. viii. Ambræ gr. v. Zibeth. gr. viiij. diſſolut. in Mucilagin. Tragacanth. Adde Ol. Cinnamom. g. vi. Ol. Citr. & Macis ſcr ß. Ol. Caryoph. g. vii. M. F. Maſſa pro Pomis.

Al: Rec. Ladani unc. ß. Aſæ dulc. drach. iii. Sant citr. drach. ß. flor. roſ. odor. ſcr. iiß. Xyloal. drach. ß. flor. Anthos ſcr. i. aſperg aq. roſatâ moſchata, in quâ parum Tragac. ſit. diſſol. Miſce in mortario. Adde Ol. Cin. G.5. Ol. Macis & Junip an. G.3. Moſchi & Zibethi an. G. 3 F. indè pomum odoriferum ſyndoni involvendum. *Vel.* Rec. Ladan. opt. unc. iß. Storac. calamit. drach. iii. Nuc. Moſchat. Cinnam. Caryoph. Thur. an. drach. ii. Macis Xyloal. Cortic. Thymiam. Spicæ Indic. Majoran. an. drach. i. Santal. Citrin. flor. roſar. rub. an. drach. iß. Ambræ & Moſchi an. gr. iiij. cum ſ. q. Tragacanth. in aq. Majoran. F. inde Maſſa.

2. *Pro pauperibus.*

Qui verò fortunæ tenuioris ſunt, ſequentia adhibeant exteriùs prophylactica.

*1. Sacculi: Rec. rad. Angel. unc ß. rad. leviſt. drach. ii. Bacc. Junip. drach. iii. fol. Scord. & rutæ an. P.1. Meliſ. Mß. flor. roſ. & Tunic. an. drach. ii. Camph. G. 7. Ex inciſis minutim omnibus fiat Sacculus. *1. Sacculi.*

Alius: Rec. Cort. Citri ſicc. unc. ß. rad. Pimpin. & Imperat an drach. iiß fol. lauri, leviſt. Abſinth. an. P.1. Zedoar. drach. iß. Caryophil. a. rom. drach. i. Sem. Ocymi ſcr. ij. Ex inciſis f. Sacculus.

2. Linimenta pro naribus. Rec. *2. Linimenta.*

Ther.vet.drach.iß. myrrhæ, ſcr. ii. rad.angel.& Zedoar an. ſcr. i. Ol. amygd.dulc.vel Ol.Rutæ vel ſucci rutæ q. ſ. Adde Ol. Junip. G. xiv. Miſce,f.linimentum.

Al: Vel. Rec.Extr.Junip.drach.i. Extr.Scordii drach.ß. Ol. Succini G.7.Ol.Rutæ ſtill.G.6.Miſce. &c.

3. Acetum *3. Acetum*: Rec.Rad.Pimp.Helenii,Scorzon. Angel. Torment. an. unc.ß.Fol. rutæ, Scordij, Abſinth, Galeg.an.unc. ß. Bacc. Junip. & Lauri an.drach.vi. Zedoar. drach. iii.Theriac.Vulg. unc. ß. Cáphoræ ſcr.i.Aceti caryoph.hort.q.ſ.Infuſa quotidie agitentur, hocque aceto ſpongiola irrorata,& impoſita globulo ligneo juniperino perforato, naribus ad adorandũ admoveatũr. Poteſt quoq; eadem ſpongiola vel ſolo Ol.Succini,vel Juniperino imbui,& ita naribus applicari.

Tandem hùc quoque referenda eſſent *Amuleta* nonnulla,à quibuſdam geſtata pro peſtis præſervatione,verùm cum de iis Cap 9. verba facturi ſumus, idcircò nunc huic capiti finem imponemus.

CAPUT VIII.

De Serpentum pulvere.

Num is in Peſtis προφυλάξι vel θεραπεία conveniat?

INnoteſcere cæpit ante paucos annos, fama pulveris cujuſdam Alexiterici,ex colubrorum noſtratium carne elotâ, exiccatâ, & tandem in Alcohol redacta, conflati ſeu præparati, quem nonnulli præſertim è ſcholâ Paracelſicâ, mirabilium myſteriorum jactatores, non ſolum pro ſummâ omnium venenorum corporalium Panacæâ vendidarunt, verùm etiam pro ſpecifico ſingulari atque ſecreto peſtiferæ luis alexicaco impudenti ſatis ore, paſſim apud omnes proclamarunt, ejuſdemque magnifico,ac plusquàm hyperbolico encomio, variorum hominum, tàm Magnatum ac Principum, quàm imperiti vulgi, imæque plebeculæ mentes,miris modis effaſcinarunt, ac dementarunt. Alij verò ex adverſo illum, tanquàm infrugiferum ác inefficacem, ſanitatique hominum ſummè nocivum ac perniciosum exploſêrunt, & longè à Pharmaceuticâ proſcripſerunt. Et utraque pars cauſæ ſuæ patrocinium, cùm in acutis rationibus, ſubtiliterque excogitatis argumentis, tùm in illuſtrium virorum autoritatibus quærit,taudemque ad ipſius Experientiæ quaſi tribunal provocat ſeu appellat.

Affirmativa.

Qui igitur pulveri ſerpentino, vim Alexiteriam contrà omnia venena,

nena, ac peſtem quoque ipſam adſcribunt, primùm ita ratiocinatur.

1. Argum. *1. Quod Balſamicâ ſuâ virtute corpus ab omnis putredinis ac corruptionis labe cõſervat, id ad Peſtis præſervationem, omnium Medicorum ſuffragio erit accommodatiſſimum.*

Talem autem facultatem obtinet, Pulvis ex ſerpentibus conflatus. Ergò, &c.

Aſſumpti probatio. Quia pulveri iſti naturaliter ineſt vis & efficacia quædam non vulgaris exiccandi omneſque ichoroſas in corpore ſuperfluitates, alioquin facilè in putredinem abeuntes, abſorbendi, idque propter naturam Salinam, in ipſo vigentem, quaque ceu balſamo nobiliſſimo cujuſque corporis integritas potenter conſervatur. Hunc autem Balſamicum Salem naturaliter in ſerpentibus abundare, eoſque illum naturali quodam inſtinctu, veris præſertim & autumni tempore, ex ampliſſimo terræ ſinu, in quo ceu matrice ac ſeminario ſuo incluſus jacet, exugere, ſicque per totum corpus ſuum quaſi diſpergere, elegantiſſimè docet Quercetanus in Pharmacop. reſtit. hiſce verbis: Cum vipera & coluber ſtatis temporibus exuvias ſuas deponunt, præſumendum hinc eſt &c. (locum hunc videat, quicunq; volet, nam prolixior eſt, quàm ut hûc transferri poſſit.)

2. Si vinum viperinum, in quo ſc. viperæ extinctæ ſunt, pollet facultate, venenum è corpore expellendi, & hoc ab illo præſervandi: utiq; eadem quoq; virtus pulveri Colubrino adſcribenda erit. At verum prius. Ergò & poſterius. 2. Argu.

Aſſumptum confirmatur autoritate *Gal.* qui *lib. 11. ſimplic. & lib. de Antid.* refert hiſtoriam de 2. leproſis, quos ope viperarum vino impoſitarum à leprâ (utpotè à causâ venenatâ, malignâ & occultâ ſecundum Platerum & alios proveniente) liberatos ac priſtinæ valetudini reſtitutos fuiſſe, teſtis vidit ipſemet oculatus. *Idem* quoq; *Autor ſect. 6. Epid. 6. tex. 5.* vinum viperinum, multum valere adverſus venena docet. Et *Nicolaus Florentinus lib. 1. de ven.* Raby Moyſen ſecutus, ſcribit, vinum, in quo extinctæ ſunt viperæ, frequenter potum, plurimum conducere ad præſervandum à venenis.

3. Si ex Viperarum carne Trochiſci confecti, & in Theriacæ compoſitionem vulgò aſſumpti, non minimam putãtur habere vim & efficaciam reſiſtẽdi omnis generis veneno, ſanè ejuſmodi virtus, nec cæterorum ſerpentũ carni, horumq; pulveri, erit derogDanda 3. Argu.

Digitized by Google

ganda ſeu detrahenda At prius verum. Ergò & poſterius.

Hoc argumentum nulla indiget probatione. Quia ſic Medicis judicaretur, carni viperinæ nihil quicquam efficacitatis ineſſe, peculiari quâdam proprietate arcendi venena, certè illam, tanquàm inutilem & ſupervacaneam, à compoſitione illa magna, operosâ & ſumptuoſâ Theriacæ excluderent, removerent & abdicarent. Hoc autem quia non faciunt, idcircò eo ipſo vim ejus Alexiteriam adſtruunt, & tacite approbant & confirmant.

Hiſce rationibus addantur quoque magnorum quorundam virorum *autoritates*, eandem de hoc pulvere ſententiam comprobantes; Inter quas primum locum meretur. *Quercetani, in Alexic. lib. 2. c.* 5. in hunc modum ſcribentis: Illud inſuper adjiciam, unicum ſerpentis pulverem eſſe præſtantiſſimum, omnibus aliis poſtpoſitis, Alexiterium, ſive res ſit agenda, cum quibuſvis venenorum generibus aſſumptis, ſivè cum peſtibus, ut ab illis nos vindicemur aut præſervemur, ſive cum omnibus morbis Epidemicis ac peſtilentialibus. *Idem in Pharmac. ſuâ*: Hic pretioſiſſ. pulvis, ex tàm venenatiſ animali eductus, ſuperat, quævis alia alexipharmaca, ſive eo utaris ad compoſitionem theriacæ, ſivè exhibeas contrà omnis generis venena, vel exteriùs illata, vel in nobis genita. 2. *Oſwald. Crollius in Baſil. Chym.* Alcohol ſerpentum, in uſu Medico, intus præſumptum, venenum omne ad cutim propellit, &c. 3. *Angelus Baldus in lib. de Vip.* Illud mirum, ex viperæ ſerpentis nece & ejus carne, ab omnibus gravioribus morbis & venenis nos curari, & in priſtinum reſtitui. 4. *Cunradus Kunradt in 2. part. Medul. deſtil. Tract. 27.* Pulvis ſerpentinus, univerſale quoddam Antidotum eſt, contrà omnis generis venena, tàm præſervationis, quàm curationis loco, contra peſtis, nec non aliorum quoque toxicorum infectionem. 5. *Erneſtus Burggravius in Lampade vitæ & mortis*: Pulvere ſerpentino ſi quis utatur, extrà omnem venenorum, cujuſcunque illa ſint, ac peſtilentiæ aleam ac periculum tutus erit. 6. *Joan. Hartmannus in Epiſt. ad Quercet:* Nullum venenum tàm grave eſt, quin hoc pulvere ſtatim, abigatur,] eſt enim prorſus mirabile ac propè divinum.

Tandem *Experientia quoque ipſa* hactenus dictorum luculentam fecit fidem, ſiquidem idem *Hartmannus* ſcribit, ſe propriis oculis vidiſſe, à quodam experto Medico, 3. diebus continue intrà corpus graviſſima quædam vene- *Experientia.*

na

na aſſumpta, eademq; paulò poſt, ſine omni noxa, ab exhibito pulvere, cum magna ad ſtantium admiratione, iterum expulſa fuiſſe. Ita & *Cunradus Kunradus citato loco* memorat, ſe vidiſſe quendam adoleſcentem, qui biennio antè hunc pulverem ſumſerat, & ab eo tempore, ſemel atq; iterum, illum fruſtula aliquot Arſenici devoraſſe, citra ullam valetudinis noxam. *Idem quoque Autor ibidem* refert, Pragæ ante paucos annos, Rudolpho II. Imp. adhuc rerum potiente, 2. flagitioſiſſimis hominibus, ob perpetrata aliquot ſcelera ad mortem damnatis, uno eodemque tempore, conſenſu Imp. Majeſt. utpote avidæ facere periculum pulveris colubrini, parem doſin Arſenici ſublimati exhibitam fuiſſe, à cujus deglutitione, alteri confeſtim non ſolùm faciei totiusque corporis intumeſcentia, ſed & Epilepticæ convulſiones ſupervenêre cum aliis graviſſimis accidentibus, quibus animadverſis, ſine mora, certa quantitas dicti pulveris ex ſerpentibus confecti, ipſi propinata fuit, à cujus ſumptione, pauco intervallo pòſt venenum devoratum, per vomitum magno cum impetu rejecit, ſicq; mortis periculum evaſit. Alter verò, utpote hujus alexipharmaci minimè particeps factus, tribus horis poſt, horribilibus ſymptomatibus excarnificatus, variisque dolorum generibus, toto corpore lancinatus, tandèm miſerabiliter expiravit.

Negativa.

Contrà verò, pulveri huic omnem efficaciam contra peſtem ac venena derogantes, hiſce inſtructi telis in palæſtram prodeunt.

1. *Quicquid facilè putredini obnoxium eſt, illud ineptum habetur, ad corpus à venenatâ infectione præſervandum. At pulvis ex ſerpentibus conflatus, facilè ſubjicitur putredini. Ergò, &c,* *1. Argum.*

Majoris veritas per ſe elucet, nullâ indigens probatione. Minor verò confirmatur: Quia ſi pulvis ille in cella ſubterraneâ, ſeu alio loco humido uvidoque repoſitus, per aliquod temporis ſpacium ibidem relinquatur, tunc eundem corruptionem non levem induiſſe, imò quandoque etiam in infinitos ferè vermiculos parvos, caſeorum vermibus non abſimiles, abiiſſe ac mutatum fuiſſe, unicuique manifeſtum fiet. Si igitur ſe ipſum à putredine nequeat tutari, multò minus alienum corpus ab eâdem defenſabit ac conſervabit.

2. *Cui Alexipharmaco interiùs uſurpando, nulla ineſt vis cor corroborandi, calorem nativum re-* *2. Argu.*

reſtaurandi, ſpiritibusq́ vitales fovendi ac vegetandi, illi improprie hoc nomen tribuitur, & necquicquā adverſus contagem peſtiferam valebit. At hoc de iſto pulvere dici ac prædicari poteſt Ergò, &c.

Minor prob. Quia quod alicui rei antipatheticum eſt, id eam potiùs deſtruere ac corrumpere, quàm juvare, fovere ac conſervare geſtit. Nunc autem nulli ignotum eſt, tātam inter homines & ſerpentes, vigêre antipathiam, quantam vix inter alia corpora naturalia reperire licet, adeoque tantam, ut illorum ſolo vultu, tanquàm humani generis perduelli quodam conſpectu, toti contremiſcamus. Idcircò ratione bujus Antipathiæ ſummæ, caro ipſorum, licet exiccata & in Alcohol redacta, corpori humano, intrò ſumpta, potiùs nocebit, ſpiritus vitales fugabit, humidum nativum depaſcet & exiccabit, quàm ut idem inſtauret, cordiq́ue robur aliquod afflet, cum hæc proprietas à ſympathiâ imprimis ſeu occultâ quâdam ſimilitudine & amicitia rerum profluat, quam merito hic deſideramus.

3. *Si tanta miraculoſa vis ineſſet pulveri huic, reſiſtendi nō ſolùm omnis generis venenis, verùm etiam peſti ipſi, ſanè & à veteribus Medicis, utpotè rerum naturalium ac medicarum ſagaciſſimis perſcrutatoribus, illa obſervata, nec ita ſicco pede prætorita fuiſſet. At nullus Veterum ſive Græcorum ſive Latinorum aut Arabum* (ut ex ſcriptis ipſorum patet) *eam vim Alexiteriam obſervavit, multò minus dicti pulveris aliquam mentionem fecit. Ergo, &c.*

Et quamvis hîc aliquis objiciat, Salium ex Viperis Theriacalium præparationem, *à Gal. Ætio & Æginetâ* deſcriptam ac traditam, ſciendum tamen, illos Sales longè à concinnatione pulveris Colubrini diſtare, & ſi quâ facultate reſiſtendi venenis præditi fuerint, hanc non tàm ipſis, quàm additioni aliorum ſimplicium, puta, Gentianæ, Ariſtoloch. Scord. Sem. Rut. Marrub. Chamædr. & ſimilium adſcribendam eſſe.

Tandem hîc allegant quoq; *Experientiam*, dicentes, jam multoties à multis obſervatum fuiſſe, remq́; tàm claram ac manifeſtam eſſe, ut contradictionis nebulis vix ac ne vix quidem obſcurari queat, graſſante ſc. in aliquo loco contage peſtifera, non unum tantùm atq; alterum, ſed infinitos ferè, aliorum uſitatorum Alexiteriorum uſu ſpreto, & corpore, divino hoc (ſi Diis placet) pulvere Alexicaco præmunito, non ſolum citius reliquis, ab hac ve- *Experientia.*

Digitized by Google

venenata lue graviſſimè infectos, verùm etiam miſerè tandem eadem confectos fuiſſe, temeritatis ac ſtultitiæ ſuæ, meritas ita luentes pœnas. Quapropter *Libavius Tom. 2. Syntag. in Alch. Pharm. c. 14.* ſcribit: Falſum eſt, non interire peſte eum qui pulvere ſerpētino eſt præcinctus, imò tàm fortitèr experientia refutavit iſtud mendatium, ut magnum pondus detractum ſit de iſto omni. Etenim naturalium animadverſores, & ſynceri experimentorum judices depræhenderunt, contra aerea ac ſpiritalia venena, necquicquam proficere. Ergò nec contrà contagia. *Et paulo pòſt:* Quãvis mirè prædicent aliqui pulverem ſerpentum, non tamen facilè fidam, cum nuper apud nos, qui innoxiè araneas devorarant ſæpius, febre peſtiléri correptus, biduò interierit, Alij duo à ſerpentibus læſi, decubuerint, lethaliter, & periiſſent, niſi alexipharmacis illis ſubventum fuiſſet, Similiter & *Caſpar Bauhinus in append. libri ſui de lap. Bezoar.* Novimus (inquit) qui pro indubio contra peſtem præſervativo & curativo, hunc pulverem prædicarunt, magnoque vendiderunt pretio, quorum tamen aliqui, peſte apud & nos ſæviente, ablatis circitèr hominum 4000. peſte correpti, tandem opem noſtram implorarunt. Vide & *Rulandum in præfa. latinâ, Loimagog. ſui Germanici*, pulveris hujus, vim elevantem ac irridentem.

OPINIO NOSTRA.

Nunc quæ noſtra demum de hoc pulvere ſit ſententia, paucis dicendum. Sentimus itaque, pulveri ſerpentino, legitimè, dextreq; concinnato, proprietatem Alexiteriam omnem, prorſus non detrahendam, ſed eidem potiùs magnam vim & efficaciam in quibuſdã craſſis, corporalibus ac materialib. venenis eſſe attribuendam. Vidimus enim ipſi quoſdam, qui ſine omni noxa vel araneos vivos devorarũt, vel arſenicum aut aliud ſimile toxicum potarunt, corpore ipſorum ſalutari hoc Alexiterio priùs præmunito. Ecõtrà verò, eundem pulverem aſſumtum contrà Aſtralia, ut eſt peſtis, ac ſubtilia alia ſpiritualiaq; venena, ut eſt lues Gallica, Hydrophobia &c. nihil quicquam habere efficacitatis, ſed prorſus invalidum inutilemque exiſtere, corpuſq; hominis ab illorum infectione nec præſervare nec curare poſſe, intrepidè & conſtanter aſſerimus. Nam adhuc memoria tenemus. Anno 1610. Peſte graviſſimè patriam noſtram, vicinaque loca infeſtante, majorem illorum, quos tunc novimus partem, quibus pulvis

Digitized by Google

pulvis ſerpentinus, tanquam myſterium ſingulare, à nonnullis Agyrtis, aliiſque nugaciſſimis hominibus, tunc temporis, inſignem ac pingvem quæſtum ex ejuſdem vēditione hîc apud nos factitantibus, præſervationis loco porrectus fuiſſet, non ſolùm ejus præſidio, à contagione minimè immunes perſtitiſſe, verùm etiam peſte correptos, miſerè tandem vitam cum morte commutaſſe. Quapropter admonendi ſunt omnes, tempore graſſantis peſtilentis contagii, huic pulveri non nimis confidant, neq; plus ei virtutis, quàm naturaliter poſſidet, adſcribant, ſed potiùs remediis naturæ amicis, jucundis, ſecuris, ac longa temporum ſerie feliciter expertis ac comprobatis utantur, quod quidem facientes, hâc ratione, ſuæ & ſuorum ſaluti, rectè, ſecundum Deum conſulent.

CAPUT IX.

De Amuletis ex Arſenico & Mercurio.

Num illa geſtata, vim aliquam habeant præſervandi à Peſte?

MUlti, iique non infimi nominis Medici, ad aeris malignam qualitatem corrigendam, ſicq; corpus à peſtifera infectione præſervandum, inter alia Antidota, ſolent etiam quædam Amuleta, vel ex ☿ vivo, avellanæ exeavatæ indito, confecta, vel ex Arſenico Chriſtallino, bufonibus exiccatis, aliiſque ejuſmodi præparata præſcribere, illorumque à foris geſtationem ſuprà cor ſummoperè ad amoliendum omne contagium peſtiferum, commendare. De horum itaque Amuletorum uſurpatione nunc quæritur, *num illa pro frivolis, nugatoriis ac ſuperſtitioſis remediis ſint habenda, an verò iiſdem certa potiùs fides atque efficacia contra peſtem ſit adſcribenda?*

Affirmativa.

Poſteriùs affirmantes, ità argumentantur:

1. *Quod Magneticâ virtute ad ſe venenum Peſtiferum attrahit, attractumq; impedit, ne in corpus humanum ingrediatur, illud ſanè pro inſigni Prophylactico habendum. At Amuleta ex Arſenico, bufonibus exiccatis, &c. parata, id omninò præſtant. Ergò &c.*

Minor probatur: Exemplò multorum aliorum venenorum, quorum unum, aliud occulta ſimilitudine attrahit, ſicuti notum de ſcorpione, qui plagæ à ſe inflictæ impoſitus, proprium ſuum venenum mirabi-

ſtabiliter extrahit. Ita & paſtinacæ marinæ venenum, proprij ſui radij contriti ac inſperſi virtute denuò è corpore evocatur. Sic canis rabidi morſus,& apum punctio,non feliciùs ſanatur, quàm impoſitis pilis ejuſdem canis rabidi, & apibus, vulneri,ab apum punctione illato. Similiter & bubonibus peſtiferis præſentaneo auxilio bufo exiccatus applicatur, & ſic venenum veneno,magnetica virtute attractum curatur. Si igitur iſtis commemoratis venenis,tàm inſignis vis attractrix inſit, qua ſimile venenum ad ſe prolectat & allicit, cur eandem quoq; Arſenico ineſſe negabimus idque tantò magis, cum ejuſmodi proprietas, non ab aliqua qualitatum manifeſtarum,ſed totius quadam ſubſtantiæ ſimilitudine proficiſcatur. Undè *Jordanus tract. 3. de peſte c.9.* Sicut flamma major ad ſe trahit minorem,ita quicquid in aere extat virulentiæ, tanquam ad ſui ſimile confugit, nempè Arſenicum,vel ab hoc ita pellicitur, & illi mordicùs obverſando, ſpirationi minimè attrahitur intrà corpus, Et *Anton. Portus de Peſte lib.2.cap. 48.* Ab Arſenico & Riſagallo, per ſimilitudinem, contagioſa venenataq; peſtis ſeminaria attrahuntur, quæ magis & melius attrahent, quæ venenati valeant, tùm quia à calore &c.

2. *Cujus medicamenti, contra Peſtiferam infectionem efficacia, ſingularis ac miraculoſa, non ſolùm plurimorum præclariſſimorumq; Medicorum autoritate, ſtabilita ac confirmata, verùm etiam longâ multorum annorum obſervatione atque experientiâ inveſtigata, cognita ac perſpecta eſt, de illo impoſterum nequaquam erit dubitandum. At ☿ & Arſenici Amuletorum virtus, fugandi venenum Peſtiferum, infinitorum ferè Medicorum teſtimonio, nec non experientiâ ſæpiſſimè comprobata eſt. Ergò &c.* 2. Argu.

Ad Minoris probationem, ne neceſſe habeamus,omnium ac ſingulorum Autorum propria verba hîc adferre, quod & nobis & lectori quoque tædioſum nimis foret, idcircò ſufficit ſaltem loca uniuſcujusque Autoris fidelitèr citaſſe & allegaſſe. Vide ergò *Mercurialem lib.2.de venenis cap.9. Georg. Agricolam lib.3.de rat.foſſil. Anton. Portum de peſte,lib.2 cap.48. Alexand. Maſſariam lib.2.de peſte. Joan. Bapt. Theodoſium Epiſt. medic. 2. Petr. Droettum in conſil.de peſte. Quercetanum in Alexic.lib.2,cap.5. & c.7. Crollium in Baſil. Chym. Martin. Rulandum de lue Ungar. Joan. Piſtorium in lib.de Peſte. Joan. Cratonem in Epiſt. medic. Guilielmum Fabritium*

tium. Cent. 2. Obſ. Chirurg. 34. Petr. Monavium in Epiſt. med. Scholzij, Epiſt. 248. Rudolf. Goclenium in λοιμογραφία. Cunradum Kunrad in 2. parte medul. deſtill. Tract. 27. Andream Caſalpinum lib. 3. cap. de venen. Joannem Bickerum, in Hermete redivivo ſect. 3. prophyl. cap 14. Davidem Herlicium in regim. ſuo de peſte, &c. Vidum Vidium lib. 6. de febr. 1. cap. 15.

Negativa.

Ex adverſo, Amuletorum ejuſmodi appẽſionem ac geſtationem, non ſolùm ad fugandam peſtem, inefficacem prorſus eſſe, ſed nec omni quoque carere periculo, hiſce rationibus demonſtratur.

1. Ratio. *1. Quod cor ſpiritusq; vitales, malignâ ac deleteriâ ſuâ qualitate interficere & corrumpere, totamq; hominis naturam proſternere ac debilitare poteſt, id pro præſervatione luis peſtiferæ minimè adhibendum. At hoc Arſenicum geſtatum facere poteſt. Ergò &c.*

Propoſitio plana eſt, nec niſi apud dementes dubia. Aſſumptum ergò indiget probatione. Cum enim Arſenicum à *Dioſcor. lib. 6.* aliisque Medicis in claſſem ſummè deleteriorum, ſepticorum ac erodentium venenorum reponatur, horum autem in quatuo (ut ita dicam) modo proprium ſit, quacunque ratione adhibita confeſtim ad vitæ fontem proruere, calorem nativum hoſtiliter oppugnare, ſpiritus inquinare & opprimere, omneque vitale robur exoluere ac proſternere: Idcircò & de pari effectu Arſenici, præſertim diutiùs ſuprà ipſum cor geſtati, & hujus calore in actum traducti, non erit dubitandum. Undè *Franciſcus Alphanus*, Medicus Salernenſis teſtatur, Juvenem quendam, Amuleto ex Arſenico munitum, in ſphæriſterio, pilæ luſu defatigatum corruiſſe, & confeſtim occubuiſſe. Et *Maſſaria in lib. 2. de peſte* refert, quendam J.C. tempore peſtis, Sacculum ex Arſenico geſtantem, cum aliquandò concitatiore motu incaluiſſet ad regionem cordis, incidiſſe in febrem vehementiſſ. ac periculoſiſſimam, à qua cum magnâ difficultate curatus fuerit. Et *Pet. Monavius in Epiſt. 225. apud Scholz.* uni & alteri Aulicorum, Amuletum Arſenicale ſuprà cor geſtanti, puſtulas ibidem à vi ejus cauſticâ excitatas fuiſſe. Item *Crato in Epiſt. 168. ad Monavium*: verè tibi narro (inquit) N. ex geſtatione Arſenicalis Sacculi adeò debilitatum, & in pectore exulceratum fuiſſe, ut cum magnâ indignatione, ſacculum abjecerit.

2. Si Arſenicum, vel ulceribus

ex-

externis, paucorum ſaltem granorum pondere inſperſum, vel unguentis tantùm permixtum, & ita corpori adhibitum, non ſolùm animi deliquia, gangrænam aliaq; ſæviſſima inducere poteſt Symptomata, verùm etiam mortem ipſam interdùm conciliare; Utique ejuſdem Amuletum cordi applicatum, ſimilem perniciem corpori poſſe inferre, non erit negandum. At verum prius. Ergò, &c.

Et ſic per conſequens damnandus illius uſus. Aſſumpti probatio: *Gulielm. Fabrit. enim in obſerv. Cent. Chirurg* refert, ſe aliquandò cujuſdam cruri exulcerato, vix unum atque alterum granū Arſenini impoſuiſſe, ex cujus malignitate, ægroto paulò pòſt lipothymiæ, dolores, aliáque accidentia graviſs. ſupervenerint. Et *Amatus Luſit. Cent. 2. Cur. 34.* annotavit, Juvenem quendam, toto corpore ſcabie laborantem, cum ſe unguento quodam, cui Arſenicum permiſtum fuerat, illeviſſet, manè mortuum in lecto repertum fuiſſe. *Idem* ſcribit, ſe noviſſe & alium, qui ob ſimilem factam inunctionem in inſaniam devenerit, & alium, cui ex tali inunctione, tubercula ſanatu difficillima exorta fuerint, obſervaſſe quoque plures in febres lethales incidiſſe. Sic *Andreas Bacius in prol. leg. venen.* tradit, quendam contubernalem ſuum, ob aſperſionem pulv. Arſenici ſuper bubonem exedentem in inguine, poſt triduum, veneno ad ſtomachum tranſmiſſo, ac rejectis multis æruginoſis humoribus, interiiſſe.

3. *Si Arſenicum ſuprà cor geſtatum, debet fugare peſtem, utiq; neceſſe erit, ut illud venenum, quod in corpore invenit, vel ſit ei ſimile, vel contrarium ac diverſum. At Neutrum eſt. Ergò, &c.* 3. Ratio.

Non enim hoc, Quia 2. diverſa venena mutuò non ſe periment, ſed potiùs utraque in eo convenient, quod ſimul juncta, calorem nativum vehementiùs oppugnent: Neque illud; Quia ſic quoque ejus actio intenderetur, virtusq; vitalis eò ſtrenuiùs oppugnaretur. Si enim illud venenum erit calidius & potentius Arſenico, trahet quidem alterum ad ſeſe, miſerum tamen ægrotum à peſte non liberabit, calore ſiquidem febrili ægrotantis incenſum, vi ſua deleteria ad cor uſque penetrabit, & contagionis inquinamentum ſpiritibus ſimul communicabit.

4. *Si Arſenicum externè tantùm geſtatum, naturalem habet antipathiam ad venenoſum aerem arcendum, multò magis eundem diſſipabit atque expellet, intrà corpus*

exhibitum. (Ratio: Quia hoc modo,à calore nativo,reſolutis denſioribus ejus partibus,ſpiritibus ſubtilibus evocatis,viribusque exuſcitatis, ac de potentia in actum traductis,non dubitandum, quin lõgè majorem ac potentiorem editurum ſit operationem, quàm forinſecus tantùm cuti applicatum : Id quod in omnibus non Alexiteriis modò,verùm etiam quibuſcunque aliis remediis, veritatem habere, nemo ut opinor, contradicet, ſiquidem Theriaca, Angelica, Citrium,Zedoaria &c. majori virtute venenum peſtilens oppugnant,intùs ſumta,quàm à foris admota.)

At nemo ſanæ mentis, Arſenici uſum internum pro peſte abigendâ vel ſuadebit, vel ſuaſum approbabit aut admittet. Ergo &c.

Minoris probatio : Quia Arſenicum intrò ſumtum (ut conſtat teſtimonio *Foreſti* in lib. de venenis: *Santis Ardoyni lib. 2. de venen. Wieri de præſtig. Dæmon. lib 3. cap. 35. Valleriola* in obſervat. ſuis & aliorum) citò hominem jugulat atque interficit.

5.Ratio. *5. Si Arſenicum tanquàm venenum deleterium, Amuleti inſtar ſuprà Cor geſtatum, pollet facultate attrahendi ac diſſipandi aerem peſtilentialem, ſanè ſequeretur, etiam reliqua venena, ut Napellum, Aconitum, Taxum, Cicutam, Sandaracham, &c. ſupra cor geſtata, vel de collo ſuſpenſa, eâdem virtute & efficacitate in amolienda contage hac venenata, debere eſſe inſtructa* (Quia nulla ratio ſubeſſe videtur quæ perſuadeat, naturam, Arſenico tantùm haſce inſignes contuliſſe dotes, cætera verò iiſdem privatum iviſſe.) *At conſequens falſum,* (ne minimo quidem medicorum, qui unquam vixerunt, vel etiamnum vivunt, teſtimonium ejuſmodi facultatis de dictis venenis perhibente.) *Ergò, &c.*

6. Si Arſenicum geſtatum forinſecus latenti ac ſingulari hâc virtute inſtructum eſt, Magneticâ virtute, Peſtiferum venenum attrahendi, tũc illud non ſolùm manibus crebrò geſtatum, odorandum, vel ori apponendum, ad prohibendum, auræ venenatæ ingreſſum, verùm etiam in eundem finem ædium locis ſuſpectis ſuſpendendum, & ad totius Reip. commodum hinc indè per varia compita copioſè ſpargendum eſſet, ut hâc ratione omnia contagij ſemina attraheret, & quaſi vincta teneret. At hoc imperare partim ſtultum, partim quoque periculoſum eſſet. Ergò & illud. 6.Ratio.

OPINIO NOSTRA.

Reſtat, ut nunc noſtram opinionem & cenſuram de hâc controverſia.

verſia ſubjiciamus. Et primò quidem, quamvis non diffiteamur; multis rebus naturalibus congenitam eſſe inter ſe conſortij aut diſſidij ſingularem quandam proprietatem, quâ citra viſibilem contactum, mutuò afficiuntur atque alterantur, & multas occultas admiranda: que ex ejuſmodi Sympathia & Antipathia rerum, promanare actiones, quarum rationem nemo facilè reddere queat, ita ut effectus quidem conſpiciatur, cauſa verò ignoretur; & hoc ipſum quoque ad præſentem de Amuletorum geſtatione, diſceptationem applicare ſeu accommodare poſſemus, utpote, quorum quidem effectus (ſecundum aliorum ſententiam) tempore peſtis, ſatis ſit conſpicuus ac manifeſtus, cauſa tamen illius vera, nemini adhuc ſatis cognita atque explorata. Tamen ſi accuratiori trutinâ rem expendàmus, non poſſumus tandèm non fateri, hujuſmodi Amuletorum applicationi ſæpè plus ſuperſtitionis, ac vanitatis, quàm efficacitatis atque utilitatis ineſſe, & ſi quid periculoſiſs. peſtis temporibus juvare credantur, id potiùs fortiſſimæ imaginationi, ac firmæ de iiſdem confidentiæ, nec non naturali temperamenti bonitati ac robori, quàm illorum virtuti ac operationi adſcribendum eſſe, idque eò magis, cum experientiâ ipsâ edocti noverimus, plurimos tempore contagii ſerpentis, ejuſmodi Amuletorum geſtatione, nihil quicquàm adjutos, ſed ſæpè citiùs aliis peſte pollutos, & econtrà, infinitos ferè, eorundem præſidium, ceu invalidum ac nugatorium aſpernantes, locoque illorum, tutioribus, magiſque probatis & expertis remediis utentes, à contagione maligna ſuperſtites conſervatos fuiſſe. Et ſanè quæ non dicam inſcitia ac imprudentia, ſed perverſitas ac dementia eſſet, eo præſertim tempore, quo vita hominis quàm maximè periclitatur, morſque quotidiè ſingulis ob oculos obverſatur, præſidium omnis ſalutis, in ejuſmodi ſtultis, fallacibus, incertis atque dubiis experimentis ponere; interim uſitatorum, familiarium, præclarorum probatorumque à quibus ſervari poſſis remediorum uſu ſupinè neglecto atque poſthabito? Nec eſt, quod objectetur hic experientia, ſiquidem cum de illâ adhuc dubitetur, & ut rectè *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 17.* ſcribit, multa fiant, quæ diverſam habeant cauſam, quàm vulgò creditur, atque ad experientiæ habitum, non unum vel alterum experimentum, ſed hominum fide dignorum, magni judicij, & prudentum longa obſervatio, requiratur, idcircò locum illa hic

habere nequit, & ob id meritò cenſemus, talia periapta, ceu vana, anilia ac ſuperſtitioſa, adde etiã periculoſa, repudianda, & pro iis ſacculos cordiales, (ſacculus Cordialis talis paretur, *Rec.* Flor. roſ. Borrag. Bugloſ. Viol. an. M℔. Herb. Meliſ. Mj. Ocymi P. i. Cort. Citri, Cinam. an. drach. j, Maris, Sant. citr. Caryoph. an. drach. ß. Croci, ſcr. ß. Moſchi G. 3. F. pulvis ſubtiliſ. qui excipiatur ſyndone rubra interbaſſata, applicetur cordis regioni prius tunc ſi hyems ſit, Vino malvat, in æſtate, aceto Roſar. irroratus) aliaque confortantia, & naturam hominis juvantia, eligenda ac ſubſtituenda eſſe; Quod & cæteri Medici ſuadent ac approbant, luculentiſſimisque ſuis teſtimoniis, hanc noſtram ſententiam confirmant, ut ſunt: *Hercules Saxonia, in lib. de Plicâ, cap. 52.* Putant quidam (inquit) Amuleto ex Arſenico, vim quandam ineſſe attrahendi venenum, ſi tantùm collo appendatur, & ad cordis regionem apponatur, & aſſerunt etiam in Peſte, hoc uſq; adeò valere, ut nemo illorum, qui id geſtaverit, peſte extinctus ſit, ego tamen hoc certò ſcio, in peſte Patavinâ Anno 1576. Capivaccium hæc multis adhibuiſſe, quæ tamen nihil egregii præſtiterunt. *Horat. Augenius in Tom. 1. Epiſt. l. 9. Epiſt. 1.* Viribus Arſenici propè cor geſtati, ego parùm confido, quia videre non poſſum, quomodo conveniat, nam in arſenico inſunt manifeſtæ qualitates inſunt, & venenoſæ, neutræ opitulantur &c. *Henneman. Reyſing in ideâ Loimode:* Non poſſum probare Amuletum ex Arſenico, eò quod ſpiritus ipſius ſint cordi venenum exulcerans. Arſenicum enim fervore maximo præditum eſt, adeò ut exulcerationem cordis magis ſit promoturum, quàm inhibiturum. Idem quoque teſtantur *Eraſtus, in diſputat. 22. Augenius in lib. 3 de peſte ca. 27. Maſſaria in lib. 2. de peſte, Crato à Craftheim in Epiſt. 168. Gerardus Columba lib. 2. de febre peſtil cap. 17. Joan. Matthæus in tract. de febre peſtil. & in Centur. quæſt. medicar. Gregor. Horſtius in Decade ult. quæſt. 9. Joan. Bokel. in tract. de peſt. cap. 11. Laurent. Heilandus de peſt. Mart. Mollerus de febr. peſtil. &c. Hippol. Guamorinius part. 2 lib. de P. quæſt. 11.*

CAPUT X.

De probâ & exactâ 6. rerum non natural: obſervatione.

ULtima adhuc ſupereſt præſervationis ratio, quam in probâ & exacta 6. rerum non naturalium,

ralium, ità à Medicis vocatarum, obſervatione conſiſtere, ſuprà diximus, de quibus breviter nunc agemus.

1 *Aer.*

Aerem quod attinet, cum is teſte *Gal.6.de morb.vulg.ſect. 1 com. 1. & lib.1.de differ.febr.cap.4.* intus & extra corpus nutriat atque alteret, & *Hipp.in lib. de flat.* mortalibus, vitæ, & ægrotis morborum ſalus exiſtat, idcircò ſingulari ſtudio providendum, ut quantum fieri poteſt, quàm puriſſimus & ab omni inquinamento liber, ille attrahatur, ſi verò talis non ſit, arte corrigatur, & ad ſalubritatem vel per ignis accenſionem, vel per ſuffimigia varia reducatur, de quibus cum ſuprà abundè dictum fuerit, idcircò ne hic denuò eadem inculcare neceſſe habeamus, eò lectorem remittimus.

2. *Cibus & Potus.*

Poſt Aerem, corporis alimentum ſequitur, quod ipſum etiam ſæpè commune, morborumq; ad eò cõmunium, cauſa ſatis potens eſſe cõſuevit, multum itaq; refert, quo victus genere ſalubrinè vel inſalubri aliquis utatur, illo enim corporis integritas ac bona valetudo conſervatur, hôc verò eâdem peſſundatur, variiq; morbi ingenerantur, Quamvis autem uniuſcujuſq; naturæ, ſecundùm omnes circumſtãtias, commodum alimentum certis præceptis includi nequeat, ſed ſolertiæ id prudentis præſentiſq; Medici relinquendum ſit, generalia tamen præſcribere licet, ex quibus convenientem ſibi quilibet victum colligere poſſit. Et quoniam panis inter reliquos cibos, velut ipſorum baſis & fundamentum exiſtat, idcircò ab eo primum ordiemur. 1. *Panis* itaque ex optimo frumento ſeu tritico mediocriter candido, & nec vetuſtate, nec ſyderatione, rubigine, corroſione à teredinibus, putredine, marcore aut tabe corrupto, inſuperq; ab omni lolio diligenter repurgato, paretur, modiceq; fermentetur, ſale condiatur, & ut par eſt, in clibano coquatur, hoc enim modo confectus, omnium ſaluberrimus, & ad ſanitatem corporis conſervandam aptiſſimus habetur, teſte *Oribaſio in lib.col.c.8.* & *Gal.lib.de alim.fac.* 2. *Carnes* eligantur (præſertim à Magnatibus & ditioribus) quæ ſunt facilis concoctionis, optimi nutrimenti, paucarum ſuperfluitatum, & difficulter putreſcibiles, ut ſunt, pullorum, caponum, gallinarum, gallorum Indicorum, perdicum, turdorum, phaſianorum, hædorum capreolorum, parvorum leporum, & cuniculorum juniorum, & contrà viten-

Panis.

Carnes.

Google

vitentur nimis vetulæ, rancidæ, humidæ & pingues, ut ſunt ſuillæ, hircinæ, vitulinæ & id genus alia, quæ tamen ſi in uſum veniant, moderatè Sale & Aromatibus conditæ, nec non Aceto imbutæ, ac potius aſſatæ, quàm elixæ apponãtur, Semper cum embãmate ſeu intinctu ex ſucco Citr. vel Limon. vel cum Berber. aut Ribibus conditis, Pauperes tñ ab eſu carnium bovinarum, item vervecinarum, & porcinarum, præſertim diù Sale maceratarũ, vel fumo induratarum non arceantur, cum enim hæ propter ſiccitatem putredini humorum nõ parùm reſiſtant, idcircò peſtis tempore convenientiſſimæ judicantur, præſertim ab iis uſurpatæ, qui illarum nutricatui jàm diu conſueverunt, quiq; ob jugem corporis exercitationem, calorem nativum vegetiorem habent & concoctione validiori ſunt præditi. 3. *Piſces* probantur durioris ac friabilioris carnis, præſertim ſquammoſi, ex aquis limpidis, ut ſunt, Lucij, funduli, percæ, barbæ &c. Præ omnibus tamen eligantur, qui in mare vel aqua ſalsâ vivunt, ut ſunt, merulæ, haleces, ſardæ, ſturiones, auratæ, &c. habent enim facultatem, corpus ab omnibus ſuperfluitatibus excrementitiis exiccandi, appetentiamque acuendi. Ii verò piſces, qui in paluſtribus ac ſtagnantibus aquis, omnis generis colluvies excipientibus, capiuntur, prorſus rejiciantur, cum enim humidam, mollem, lubricamq; nimis carnem obtineant, idcircò eſitati, citiſſimè corrumpi, ac varios noxios putridosque humores producere poſſunt. 4. *Lac & Lacticinia omnia*, quantum quidem poſſibile, vitentur, ſiquidem cum hæc partim ſuâ naturâ putredini facilè obnoxia ſint, partim quoque varia obſtructionum genera cauſare & excitare queant, idcircò pro præſervando corpore minùs habentur ſalubria, quod & de frixis, pinguibus, oleoſis, ac nimium dulcibus ac viſcoſis intelligendum. *Butyrum* tamen nõ improbatur, ſiquidem hujus uſus, matutino præſertim tempore, cum pane & momento ſalis, aeris malignitati ac venenis omnibus potenter reſiſtit; ut & caſeus non antiquus valde ac fætens, moderateq; ſalitus, & cum foliis lauri aut menthæ, aliisvè ejuſmodi herbis paratus, laudatur. 5. Inter *fructus* commendantur Pyra, Cydonia, Poma Borsdorfiana, Mala Citria, Armeniaca, Punica, Limonia, Nuces juglandes recentes, amygdalæ amaræ, pruna & ceraſa acida, berberes, ribes, ficus aridæ, olivæ, cappares conditæ, baccæ juniperi, &c. Ex adverſo damnantur, Poma ac pyra putria, fugacia ac vermiculoſa, Perſica,

Piſces. *Lac & Lacticinia.* *Butyrum.* *Fructus.*

ſica, Sorba, Ceraſa dulcia, uvæ, dactyli, fraga, pruna cerea, mora, cucumeres, Melones, Anguriæ, Pepones &c. Quemadmodum & reprobantur legumina, ut fabæ, piſa, lentes vicia, phaſeoli, cicera, &c. 6.
Herba. Inter *olera & herbas*, tempore æſtivo ex uſu ſunt, Acetoſa, Portulaca, Lactuca, Cichorium, Endivia, Borrago, Bugloſſa, cum aceto, vel ejus loco cum ſucco Limonum aut Citrulle, & oleo olivarum recenti præparata & comeſta. Brumali verò conveniunt, Aſparagi, Petroſelinum, lupulus, ſalvia, roſmarinus, abſinthium, ruta, fæniculum, meliſſa, mentha, thymus &c. Huc quoque pertinent, Allia, Cæpæ, Sinapi & Raphanus marinus, quæ licet frequentiùs ac immoderatiùs aſſumpta, ſangvinem inflammare, plurimumq; acrium ac bilioſorum humorum procreare poſſe non inficientur, eadem tamen debito tempore, & in juſtâ quantitate exhibita, & potius condimenti, quàm alimenti loco uſurpata, maximam utilitatem corpori humano adferre poſſe, idq; conſumtis omnibus ſuperfluis humiditatibus à peſtiferâ infectione egregie munire, affirmare non dubitamus.

Obſervationes de Cibis.

Verùm hic de cibis, in genere, *Regulæ aliquot* obſervandæ ſunt, 1. Regula.
Quarum 1. ſit: Victum (niſi admodum pravum, vel cauſam fortè peſtis exiſtentem) cui quis longo tempore aſſueverit, nec inde ullam læſionem vel ſanitatis jacturam ſenſerit, in peſte non temerè mutãdum, neque ad aliud victus genus, ſibi anteà minimè familiare ac uſitatum, inconſultè tranſeundum, ſed potius eundem, quamvis nonnihil vitioſum & illaudabilem, retinendum, quàm repentinâ novæ Diætæ inſtitutione corrigendum, monente etiam *Hippocr. 2. aph. 50.* 2. Reg.
ſiquidem repentinæ mutationes nunquàm omni careant periculo. 2 Simplicem victus rationem eſſe eligendam, varietatemque ciborum ac ferculorum omnem vitandam ſeu fugiendam, cum nihil ſit, ſanitati magis officiens, ac εὐεξίαν corporis evertens ac labefactans, quàm eodem prandio vel cœna, cibos diverſi generis ſimul & ſemel ingerere: 3 Liquidiorem, mollio- 3. Reg.
rem, tenuioremque, concoctuque faciliorem cibum, ſemper eſſe præmittendum, ſolidiori, duriori, craſſiori ac diſpepto, niſi alvi laxitas contrarium ſuadeat. 4. Unâ vice 4. Reg.
non plus ciborum ingerendum, quàm ventriculus concoquere valeat. 5. Ante perfectam coctionem 5. Reg.
prioris cibi, alterius novi ingurgitatione, ventriculum non eſſe

onerandum, quia indè varia cruditatum genera ſuborirentur. 6. Cibis frequenter admiſcendum eſſe acetum, ſuccum citriorum, berberum vel ribium, nec non juniperi baccas, ſiquidem hæc præter quod appetentiam excitant, cor & ventriculum quoque confortant, & ab omni internâ putredine corpus imò une conſervant.

De Potu. *Potum* nunc quod attinet, is eligatur, qui non minùs loco in quo moramur, quàm noſtræ naturæ ſit familiaris. Si quis igitur vel vini vel cereviſiæ, vel aquæ potationi ſit adſuetus, iſti conſuetudini audacter inſiſtat, nec temerè ab eâdem recedat; *Aqua* tamen ſit pura, clara, limpida, nullaque alienâ qualitate infecta, & cum fruſtulo Zingib. Cinam. Zedoar. aut Sem. Aniſ. Coriand. vel paſſulis leviter cocta & per manicam tranſcolata. *Cereviſia* probatur defæcata, clara, tenuis, & quò clarior ac tenuior, eò præſtantior in peſtis conſtitutione, contrà verò, quò craſſior ac turbidior, eò quoque nocentior. *Vinum* laudatur Rhenanum, Neccarinum, Rheticum, Alſaticum item rubrum &c. vel per ſe, vel cum ſucco citri limon, aut Arantiorum acidorum &c. bibitum. Quemadmodum & vina quædam medicata inſigniter proſunt, ut vinum Abſinth. Carduib. Enulatum, Zedoar. Junip. citriorum malorum, borrag. bugloſ. meliſſæ, roſmarini, & id genus alia.

3. *Motus & Quies.*

Circa motum ſeu exercitium 3. potiſſimum conſideranda; Locus nimirum, Tempus & Modus. 1. *Locus* exercitii eligendus temperatus, tepidus potiùs quàm frigidus; quoniam exercitati à frigore læduntur quam facilimè. 2. *Tempus.* Non enim omne tempus ad exercitia corporis aptum eſt, aliàs Silenus ex laboribus & intempeſtivis exercitiis ut Hippocrat. habet lib. 1. Epidem. ſect. 3. non incidiſſet in lethalem febrem: neque Balis filius, in monte oberrans, in eum morbum incidiſſet, quo novem dierum ſpatio extinctus fuit, teſte *Hippocrat. lib. 7. Epidem. textu 18.* neque etiam Cn. Planeus in moleſtam incidiſſet febrem, ut refert Cic. in Epiſt. Exercitationis ergò aptum tempus erit matutinum, aere nimirum radiis ſolaribus probè repurgato, corpore adhuc jejuno nec cibis repleto. Unde *Galen. in lib. de Succ. bon. cap. 2.* ſcribit, ſe exercitio ante cibum ſumendum inſtituto, proſperam valetudinem in plurimos annos & ſibi & aliis conſervaſſe. Idem tempus approbat *Oribaſius l. 6. coll. cap. 12. & lib 1. Synop. cap. 2.* Item *Æginet. lib. 1. ca.* deter-

6. *Aetius lib. 1. ſerm. 1. cap 2. Celſus lib. 1. cap. 2.* Antequam tamen quis ad exercitium accedat, corpus excrementis, quantum poteſt, liberet, alvi excrementa & urinam deponat, nares emungat, & lotione denudatas partes, ut faciem & manus mundet. 3. *Modum* denique ſeu menſuram exercitij determinare, difficile eſt, niſi quis victus rationem, conſuetudinem ac vires ejus, qui movetur, probè exploratas habeat, labores enim cibis æquales eſſe oportet. Qui igitur parum cibi aſſumpſerunt, illis valde noxia eſt exercitatio intenſior, diſſipantur enim ſpiritus, viresque totius corporis debilitantur: ingerentes verò alimentum copioſius, valentiori motu, citrà tamen ſudoris elicium, indigent. Conſuetudinis etiam hîc maximè habenda eſt ratio, illa enim, quouſque corpus movendum, nós admonet. In genere tamen exercitium omne potius ſit moderatum, quàm immoderatum, nam quantum utilitatis corpori, ex moderatiori motu accedat, teſtatur *Fulgentius* hiſce verbis: Exercitium eſt humanæ vitæ conſervatio, caloris nativi lima, virtutum robur, ſuperfluitatum conſumptio, temporis lucrum, juventutis debitum, & ſenectutis gaudium. Et *Avicenn. 3. primi Fen. c. 1.* Si homines tempore debito, moderato exercitio ac labore uterentur, carêre poſſent multis medicamentis. Item *Ariſt. 2. Ethic.* Exercitium temperatum conſervat ſanitatem. Nec non *Gellius l. 11.* vita humana (inquit) propriè uti ferrum eſt, hoc ſi exerceas, conteritur, ſi non exerceas, rubigo tamen illud interficit: Sic homines exercendo nimirum conteruntur, ſi nihil verò exerceantur, torpedo atque inertia plus detrimenti adfert, quàm exercitatio. Ex immoderatiori enim exercitio præſertim in aëre & loco impuro inſtituto, 1. aperiuntur ſpiracula corporis, & ita ingreſſus facilior eſt veneni Peſtiferi. 2. Incitantur etiam per motum vehementiorem reſpiratio, & avidius attrahitur aer impurior. 3. agitantur etiam motu nimio humores ac ſpiritus, quo via facilior veneno ad cor ſternitur. Moderatum ergò ſit, neceſſe eſt.

4. *Somnus & vigilia*

Somnus & vigilia, utraq; ſi modum exceſſerint, reprehenſione non carent, *teſte Hippoc. 2. aph. 3.* Nam immodicæ vigiliæ cerebrum exiccant, ſpiritus diſſipant, calidum nativum hebetant, capitis dolores accerſunt, concoctionem impediunt, cruditates pariunt, totumque corpus labefactant, undè morbi graviſſimi, ſæpèq; mors ipſa

conſequitur. Somnus verò immoderatus, cerebrum multis pituitoſis humoribus replet, caput aggravat, catharros generat, hebetudinem ingenii affert, diſſolvit corpus, excrementorum proventum auget, ſenſusq; omnes, ut & reliqua membra, ad munia ſua, ignava & torpida reddet Parcè igitur ſomno indulgendum, & non niſi nocturno tempore, quantum virium conſervatio requirit, dormiendum, ſi qui tamen in multam noctem vigilarunt, vel totam noctem inſomnem duxerunt, vel qui tanta membrorum laſſitudine premuntur, ut erecto corpore ſtare nequeant ſimiliter & qui imbecilli laborant ventriculo, ac in quibus alimentorum concoctio, difficulter, magnoque negotio perficitur, nec non qui dolore aliquo corporis, aliave quadam ægritudine impediti, nocturnam capere quietem nequeunt, iis permiſſum omninò eſt, per unam atque alteram horam diurno tempore conquieſcere, & ſi poſſunt, ad ſomnum ſe componere. Quantitas autem ſomni ex ſpatio ad alimenti coctionem, & naturæ refectionem ſufficienti menſuranda; Cum itaq; tempus coctionis in omnibus non ſit idem, nec ſomni ſpacium idem eſſe poterit. Communiter quidem in optima conſtitutione, 7. horis ſalubriter terminari ſomnum poſſe, Medici aſſerunt, ſed tamen pro ratione alimenti aſſumpti, defatigationis, vigiliarum antecedentium, ætatis, temperamenti, temporis anni & ſtatus cœli, hic terminus modò extendendus, modò abbreviandus erit, de quo quidem nunc latiùs diſſerere, propriè hujus loci non eſt, nec inſtituti noſtri ratio permittit.

5. *Repletio & Inanitio.*

Repletionis nomine Medici redundantiam, plenitudinem ac multitudinem humorum in vaſis contentorum intelligunt, cujus quidem origo plærumque eſt alimentum, quo corpus dum nutritur, ſimul etiam nimiâ humorum ſuperfluitate repletur ac oneratur, undè *Vindicianus* Medicus antiquus in Epiſt. ad Valentinianum Imp. memoriæ prodidit, Peſtem ex ſolâ crapulâ & repletione ſæpè ortum duxiſſe. Præſtantiſſimum igitur remedium adverſus repletionem eſt *Evacuatio*, tùm quæ naturali motu fit, tum quæ artis induſtria perficitur, de quo quidem poſteriori, ſuprà c. 5 abundè diximus. Si igitur alicui alvus ſit conſtipata, protinus ad ſaburram ventris educendam, curet ſibi Enema emolliens injici, vel glandem acutam indi, aut Syr: roſ. ſolut. El. de ſucco roſar. vel Manna in juſculo diſſol.

Bal-

Balſamo Aloetico, vel aliis medicamentis laxantibus utatur. Nam non facilè peſtilenti febre corripietur, qui alvum quotidie habet facilem & apertam. *Hæmorrhoides quoque & urinæ*, præter naturæ legem ſuppreſſæ, convenienti remediorum applicatione iterum provocandæ, quemadmodum & in virginibus ac mulieribus, quibus vel parciùs menſtrua fluunt, vel penitùs ſubſtiterunt, horum excretio ſeu profluvium, non minùs venarum malleoli ſectione, quàm medicamentis internis, cùm externis, tùm internis, juvandum ac promovendum erit. Ita enim ſuperfluis ejectis, & naturâ à farcinâ excrementitiorum humorum, quibus premebatur, liberatâ, corpus reddetur perſpirabile, neque materia aliqua putredini ſuperſtes relinquetur, nec calor innatus obrutus alicunde adventanti contagio cedet, ſed validiùs inſurgens, omnem malignitatem, longiſſimè à ſe propellit.

6. Animi Pathemata.

Tandem animi affectus, qui nihil aliud ſunt, quàm motus quidam præcipites, fervidum animum, turbulentum & inquietum, & à recto rationis tramite evagantem, agitantes, quod attinet, eorum impetus gubernaculo Rationis ſic coercendus ac moderandus erit, ne forſan illorum procelloſi fluctus in extrema vitæ pericula nos rapiant. *Ira* enim eſt omnium perturbationum atrociſſima & fecundiſſima infinitorum malorum mater quæ naturam hominis in truculentam commutat feram. In pectoribus humanis graves excitat fluctus caloris, juxta cor eſt uti quidam fervor. *Ira* Nam dum cor exardeſcit, calor accenſus, perque habitum totius corporis diffuſus, non ſolùm faciem, oculosq; flammantes ac ſcintillantes oſtentat, verùm etiam mentem de ſtatu ſuo prorſus deturbat, hominemq; rationis quaſi impotem extrà ſe ipſum rapit. Idem quoque ſpiritus ac humores vehementer exagitat, calefacit ac inflammat, undè non rarò Ephemera vel Synochus, interdum quoque ſi adſit cacochymia ingens, putrida vel maligna accendi ſolet febris, *teſte Galeno in lib. de cauſis morbor. It. lib. 3. de Placit. Hippocrat. & Plat. It. lib. 6.* de tuenda ſanitat. *& Fabritius Cent. 1. obſervat. 18.* inquit: Ira eſt quidam fervor caloris circa cor ubi is per totum corpus diſpergitur, ſolet Febris ſuccendi, eaque acuta. Sanguinem item concitat in venis, Cerebrum concutit, humores exagitat, ca-

calorem labefactat innatum. Hominem doctum cognovi qui facilè (ut ſæpius ipſe vidi) ex irâ in febrim ut plurimum Ephemeram nonnunquam in Tertianam incidebat, non ſine magno periculo. *Triſtitia* quoque cum calorem ac ſpiritus paulatim intrò revocet, cor, totumq; corpus refrigeret, & oſſa, ut *Eccleſiaſtes* loquitur, exiccet, nec non ſanguinem cæterosq; humores incraſſet, melancholiam conciliet, humidum tandem radicale abſumat, idcircò non minùs ac peſtis ipſa fugienda. Quemadmodum & tempore ejuſdem contagij graſſantis, *metus, formido ſeu timor* omnis abjiciendus, hoc enim pathema animi, ſpiritus introrsùm revocatos, ſuffocat ac jugulat, undè cordis vires franguntur, quâ ratione id ad veneno reſiſtẽdum efficitur magis invalidum, nec tractas ex aere conſpurcationes disjicit, nec occurrentibus malis repugnat, ac deniq; primis tàm periculoſi, ac ſubdolè ſubintrantis morbi primordiis non reſiſtit, undè ipsâ luce meridianâ clarior, Experientia multoties conteſtatum fecit, plurimos ob ejuſmodi inanem metum ac formidinem, vel ob ſolum nomen Peſtis, vel ob viſa cadavera mortuorum vel ob veſpillonis, ſacerdotis aut Chirurgi (ut vocant) peſtilentialis occurſum improviſum, vel ob nudum ædium infectarum conſpectum, cõceptam, contagium hoc lethiferum & contraxiſſe & contracto eo, tandem miſerè extinctos fuiſſe. *Gaudium* tandem quod ſpectat, profuſum ac immoderatum omne exulet, ſiquidem id ſpiritum caloremque tàm vehementer à corde in corporis extima effundit, & effuſa diſſipat, ut cor caloris beneficio prorſus deſtitutum, vel ſyncope, aut repentinâ morte corruat, quod aliquando, ſenibus imprimis ac naturâ imbecillioribus cõtigiſſe, memoriæ proditum fuit à *Cælio lib.1. cap.18.* & *Æliano, var. hiſt. lib.9.* Lætitia tamen moderata admodum confert, quia cor exhilarat, ſpiritus vegetat ac diffundit, calorem nativum ſuſcitat, ſanguinem & humores extenuat, & omnes fuliginoſos vapores cordis ac cerebri diſcutit, undè *Pauſanias & Plutarchus* referunt, Thaletem Cretenſem, excitatata lætitia, per ſuavem Muſicæ harmoniam, à corporibus peſtem fugare ſolitum fuiſſe.

FINIS LIBRI II.

LIBER

LIBER III.
DE CURATIONE PESTIS.
PROOEMIUM.

EXplicatis præcedentibus duobus libris ad amuſſim ijs omnibus, quæ tùm ad exactam peſtiferæ luis diagnoſin, quàm ejuſdem quoque ſedulam atque accuratam præcautionem, pertinent, reliquum nunc eſt, ut de illius legitimâ Curatione quoq; nec non, Symptomatum quorundam, ei ut plurimum ſupervenientium, emendatione, tertio & ultimo hoc libro, ſermonem perſpicuum inſtituamus ſicq; methodum therapeuticam perfectam tradamus, Antequam autem hanc aggrediamur, priùs ſequentes quæſtiones controverſas, ab inſtituto noſtro minimè alienas, expeditas dabimus; Quarum 1. erit, nùm venæ ſectio in curâ peſtis aliquid conferat? 2. An purgatio in eadem requiratur? 3. An veſicantia conveniant? 4. An Olei vitrioli exhibitio utilis ſit. 5. An lapis Philoſophicus valeat contrà Peſtem. 6. An lapidi Bezoardico, virtus aliqua inſit peſti curandæ? Quibus declaratis, poſteà rectâ ad infectorum curam, & tandem ad Accidentium correctionem, tranſitum faciemus, finem ſic operi huic noſtro impoſituri.

CAPUT I.
De venæ ſectione. Nùm in curâ Peſtis neceſſaria ſit?

ARdua, tùm inter veteres, tùm Neotericos Medicos, hactenus agitata fuit Quæſtio, *An ſc. pro curatione febris Peſtilentis, neceſſarium ſit ſanguinem mittere nec ne?* Utinam autem hîc tàm concors omnium

omnium Medicorum eſſet ſententia, quàm longè diſcors, & diametraliter quaſi inter ſe pugnans eadem repetitur, ſanè publicæ optimè videretur conſultum ſaluti, & procul dubio non exiguus numerus eorum, adhuc ſuperſtes eſſet, quos damnanda, ſummeque deteſtanda hæc diſcordia, nefariè ivit perditum. Verùm digladientur, pugnent ac contendant invicem Medici, quouſq; & quamdiù libuerit, nos interim noſtras res agentes, propriæque conſcientiæ rationem habentes, quid nobis de propoſita hâc quæſtione videatur, breviter & μονοσυλλαβηκῶς quaſi aperiemus.

Rationes ob quas improbamus venæ ſectionem in Peſte.

Sentimus itaq; pro Peſtis, ab externis cauſis productæ, curatione, venæ ſectionem, præſertim in corporibus minus plethoricis, minusq; phlebotomiæ aſſuetis, itemq; debilibus, ac per horas 7. 8. vel 10 aut plures, veneno jam obſeſſis, inſtitutam, non ſolùm eſſe ſupervacaneam, verùm etiam cum ingenti ac præſenti vitæ periculo conjunctam, idq; ob has Rationes 1. Quod
1. venenum peſtilens non niſi ſpecificis Alexipharmacis poſſit debeatque expugnari ac ejici. At nemo, niſi bardis ac aſinis ſtupidior, aſſeret, phlebotomiæ aliquid alexipharmaci ineſſe, cum illud tantùm rationem antidoti obtineat, quod peculiari & occultâ proprietate, ſeu (ut vocant) totâ ſubſtantia veneni reſiſtit, & ſpiritus ac cor vegetet & roboret, id quod de venæ ſectione nullatenus dici poteſt. 2. 2.
Quod cæterorum venenorum omnium curatio minimè per phlebotomiam perficiatur, quod aliàs maximè fieri deberet, ſi huic ſingularis ineſſet virtus, venenum intus latitans, per apertam venam extrahendi, ſeu extrà corpus propellendi, quod tamen nunquam ab ullo Medicorum obſervatum fuit. 3. 3.
Quod difficile, imò tantùm non impoſſibile ſit, peſtis venenum, ceu ſummè ſpirituale, circa cor poiſſimum ſtabulans, ac ſuccis quoque excrementitiis præternaturalibus, primæ corporis regioni impactis, tenaciter inhærens, foràs evocari, ac per tulam venam educi. 4. Quod 4.
ejuſmodi venæ ſectione, ſanguine ſæpè bono & laudabili pleno, plurimisque ſpiritibus vitalibus ſimul exhauſtis & diſſipatis, vires ægrotantis ſummopere debilitentur, adeo ut poſtmodum illæ, tam gravi morbo perferendo, ſuperandoq; pares eſſe nequeant. Et quamvis ſæpè validæ videantur vires, tamen inſperato & ſubitò dejiciuntur. 5. Quod ſæpè ſpontanei ac ſa- 5.
lutares naturæ motus, venenum peſtiferum inſpiratum, vel per ſudorem, vel per puſtulas externas, vel vomitum aut alias vias excurrere nitentis, tali venæ inciſione impedian-

pediantur ac diſturbentur, cum pa-
6. tientis maximo vitæ periculo. 6.
Quod hâc ratione, omnibus pue-
ris, ſenibus, gravidis peſte infectis
certa mors eſſet expectanda, cum
nemo in his, ob ætatis viriumque
imbecillitatem, phlebotomiam in-
7. ſtituturus aut imperaturus ſit. 7.
Quod per venæ ſectionem ſangui-
ne, cæterisque humoribus vehe-
menter agitatis, venenum peſti-
lens, antea quaſi quietum in cor-
pore deliteſcens, magis irritetur &
commoveatur, promptiusq; ita ad
cor ipſum attrahatur, & ſpiritibus
vitalibus permiſceatur, cum po-
tius contrarium naturæ motum fa-
cere debeamus, & venenum à cen-
tro ad circumferentiam quaqua
verſus per ſudores evocare. Sic in
bubonibus venereis, ſi venæ ſe-
ctio inſtituitur, materia inſuppu-
rabilis redditur, & intrò revocata,
luem ♀ream deteriorem efficit.
8. 8. Quod in locum evacuati ſangui-
nis, protinùs venenum ipſum at-
trahitur, inq; venas vacuas rapia-
9. tur. 9. Quod neque *Hipp. in princ.
lib 2. de nat. hum.* neq; *Gal. lib. 1. de
diff. febr. cap. propr.* Phlebotomiam
inter peſtis remedia recenſeant,
aut illius mentionem faciant; *Rha-
ſis* quoque præſtantiſſimus inter A-
rabes Medicus, eandem quoq; alto
10. ſilentio involvat. 10. Quod bubo-
nes, carbunculi, puſtulæ peſtilen-
tiales, per palindromen, venæ ſe-
ctione, ad interiora revocentur. 11. 11.
Quod ipſa Experientia multoties
teſtatum fecerit & etiamnùm fa-
ciat, pleroſq; omnes quibus peſte
infectis, vena ſecta fuerit, morti
mancipatos fuiſſe, cui quidem qui
fidem habere renuit, cum ra-
tione inſanit; *Paræus enim lib.
21. de Peſte cap. 24.* teſtatur, ſe Anno
1565. quo toti ferè Galliæ funeſta
admodum peſtis fuit, ex omnium
urbium Medicis ac Chirurgis di-
ligenter ſciſcitatum eſſe, quid ægris
ex phlebotomiâ ſucceſſiſſet, illos
verò reſpondiſſe, ſe ſedulò obſer-
vaſſe, omnes peſte correptos, qui-
bus liberaliter ſanguis detractus
fuerat, deterius indè habuiſſe, tan-
demque interijſſe, reliquos verò,
quibus ſolis alexiterijs proviſum
eſſet, ferè cunctos evaſiſſe. Refe-
runt etiam Annales Anno 1510. Pe-
ſtem in Gallos crudeliter ſævijſſe,
ad quam profligandam, quibus ſe-
cta fuit vena vel alvus ducta, o-
mnes multò citius interiiſſe. *Gui-
lielm. Fabrit.* quoque *Cent. 4. obſer.
22. ſcribit*, in Peſte Lauſannenſi,
omnes ferè, quibus ſecta fuit vena,
obiiſſe. *Guinter. Andernac.* in lib.
de Peſte quoque teſtatur, Venæ
ſectionem in Peſte ſuo tempo-
re, Pariſiis magnum damnum de-
diſſe extinctis omnibus ijs, qui
illam adhibuere. Et *Fallopius*

quoque obſervavit, omnes quibus ab Anno 1524. uſque ad 1530. in peſte vena ſecta fuerat, interiiſſe, multos autem hanc omittentes, ſervatos fuiſſe. Huic accedit autoritas *Geſneri*, qui in magnâ illâ Tigurinorum peſte annotavit funeſtum illorum exitum, qui ſpem vitæ in venæ ſectione collocaverāt. Quod idem experientiâ quoque ſibi cognitum *Palmarius de febre peſtil. ca. 23* ſcriptum reliquit. Et *P. Salius, de feb. peſt. cap 21.* ſcribit, eos, qui artem medicam Ann. 1508. & 1529. profeſſi ſunt, uno ore aſſeruiſſe, omnes, quibus tunc in peſte vena ſecta fuerat, interiiſſe. Et *Petr. Foreſtus lib. 6. obſ. 9.* refert in peſte Delphenſ. Anno 1557. graſſata, quibus poſt h. 12. ſecta fuiſſet vena, mortuos eſſe, vel admodum paucos evaſiſſe. Item *Rodericus Fonſeca de ſanit. tuendâ cap. 27.* ingenuè fatetur, ex multis, quos malignâ febre curaverat, plures fuiſſe mortuos, quibus ſanguis aperta vena miſſus fuerat, pauciores verò, in quibus
12. abſtinuerat. 12. Deniq; quod multos inſignes ac præſtantes Medicos, nobiſcum ὁμόψηφους ſeu conſentientes hac in re habemus, ut *Andernacum, Geſnerum, Langium, Donzellinum, Bellocatum, Friſimelicam, Rod. Fonſecam, Jo. Anton. Sarracen. P. Foreſtum, Saluſtium, Leonhard, Fuchſium.* Item *Heurnium* lib. de peſte cap. 9. *Palmarium* de peſtil. febr. cap. 23. *Raimundum à Vinario, Dalechampium* de peſt. *Quercetanum* in Alexic. lib. 2. *Saluſtium Salvianum* lib. 1. de re medica, cap. 2. *Valleriolam* in append. loc. comm. cap. 2. *Petrum Salium* lib. de feb. peſt. cap. 21. *R. Mindererum*, in lib. de peſte, cap. 14. *Andream Chiocchum*, in comm. quæſt. de febr. mal. & morb. Epidem. cap. 3. *Cardanum*, lib. 2 contrad. medic. tract. 4. contrad. 4. *Martinum Rulandum* de febre Ungar. ca. 8. quæſt. 43. *Platerum*, in lib. de curâ febr. peſtil. *Joan. Bapt. Montanum* in conſil. 114. *Andr. Treviſium*, de cauſis, ſignis & cur. febr. peſtil. *Lemnium* l. 4. de occult. cap. 17. *Johann. Matth.* in Cent. quæſt. medic. 43. *Johan. Navium* tract. de Peſte, &c. quæ loca quilibet, qui volet, ſua ſponte, perquirere ac inveſtigare poterit.

Contrariæ ſententiæ refutatio.

Verùm huic noſtræ ſententiæ, obſtare & adverſari videntur ſequentes rationes, quas breviter di-
luemus. 1. Omnis morbus magnus 1.
poſtulat venæ ſectionem. At peſtis eſt morbus magnus. Ergò, &c. *Reſp.* negando Majorem, hydrophobia, hydrops, ſyncope, epota venena, Epilepſia, Apoplexia, Cholera,

Digitized by Google

-lera, Iliaca paſſio, &c. ſunt morbi magni, ratò tamen vel nunquàm phlebotomiam poſtulantes: *Vel diſtinguendo*, ſc. morbum magnum non per ſe, ſed per accidens tantùm, ratione nimirùm roboris virium illi conjunctarum, indicare venæ ſectionem, aliàs ſi vires ſint proſtratæ, præſidium hocce in omni morbo, quanta etiam magnitudo ei adſit, inutile ac fruſtraneum erit.

2. 2. Omnes febres putridæ requirunt venæ ſectionem, teſte *Gal. lib. 11. meth. cap 15. & 41.* At peſtis eſt febris putrida, ſuâ puttedine reliquis ſuperans. Ergò, &c. *Reſp.* Major eſt falſa, ubi manifeſtè docetur: febres putridas in ſe conſideratas venæ ſectionem non require. Et Gal. etiam citato loco, loquitur de illis tantùm putridis, quæ ſolum ex cacochymiâ humorum oriuntur, non verò, quæ malignitatem aliquam præſupponunt. Ad Minorem verò dicimus, illi putredini in peſte, conjunctam etiam eſſe venenoſitatem quādam inſignem quæ venæ ſectione minimè tollitur, ſed ad eam conterendam, præſidio Alexiteriorum indigemus. Vel ita ad minorem reſpondeo, Febrem Peſtil. non eſſe ſimpliciter febrem putridam, ſed gravi & excellenti putredinis gradu ad venenatas febres accedere. Ideoque alia curatio debetur Febribus ſimpliciter putridis, & alia Peſtilentibus, quæ enim in uno tertio conveniunt, illa propterea non ſunt eadem, & per conſequens eandem curationem non admittunt.

3. Quod ſudorem promovendo venenum peſtis à centro ad ſuperficiem evocat, ac per illam educit, illud pro ſalutari auxilio habendum. At venæ ſectio hoc facit. 3.
(*Galen.* in Comment. Aphor. 53. ſect. 1. inquit ſanguinem ad animi deliquium extractum, ſæpè ſudorem movere). Ergò, &c. *Reſp.* Major eatenùs vera eſt, quatenus ejuſmodi veneni ad ſuperficiem evocatio & eductio cum ſecuritate ſit conjuncta, nec plus periculi, quàm cōmodi ſecum adferat, id quod de venæ ſectione in peſte, minimè affirmandum, ſiquidem tantùm abeſt, ut illa, venenum contagioſum ad corporis ſuperficiem deducat, & per apertam venam evacuet, quin potiùs magis ad viſcera interna & cor imprimis, idem attrahat. Et dato, non tamen conceſſo, aliquod venenatorum vaporum ſimul cum ſanguine egredi, illud tamen adeò exiguum erit, ut inde ne tantillum quidem opis & juvamēti æger ſit perſenſurus, imò ob tàm precioſum naturæ theſaurum, ſanguinem nimirum, corpori ademtum, ac Balſamicos vitæ ſpiritus

Digitized by Google

diſſipatos, vires ipſius, potiùs adeò proſternentur peſſundabunturq́;, ut tàm ſævi tyranni inſultui, oppugnationiq́; hoſtili, nullatenus reſiſtere valeant. Præterea non ſufficit, ſudorem ſimpliciter in Peſte provocare, niſi tali quoque Pharmaco provocetur, quod malignitati ſimul reſiſtat. Hinc ſæpiſſimè obſervare licet, conatum iſtorum irritum eſſe, qui abſque Antidotorum uſu, vel montes adſcendendo, vel aliis violentiſſimis exercitiis ſudorem etiam largiſſimè provocant.

4. Quod fomitem malignitatis ac putredinis, ſanguinem nimirum, in corpore ſubtrahit, aut ſaltem præpedit, quò minùs ulterius progrediatur putredo, majuſq́; incrementum capeſſat, illud in peſtis curatione non videtur damnandum. At phlebotomiâ hoc poteſt effici. Ergò &c. *Reſp.* ad Minorem, illam concedendo, ſi potiùs præſervationis, quàm curationis ergò venæ ſectio inſtituatur, in corporibus ſanguineis. Nam in curatione, aliter ſe res habet, cum enim peſtis venenum, ſua malignitate extemplò cor ac ſpiritus inficiat ac corrumpat, hique infecti, celeriter quoque maſſam ſanguineam coinquinent, idcircò venæſectione, ſerpentem ejuſmodi infectionem ac putredinem, inhibere ac reprimere non licet, niſi mox in primis morbi initiis, hoc eſt antequam 5. vel 7. horæ elabantur, ſanguinem educas, in corporibus præſertim admodum plethoricis, ſanguineq́; abundantibus, in quo caſu & nos phlebotomiam non improbamus, ſed potiùs commendamus. Verùm quoniam rariſſimè, imò nunquam fere Medici, primis illis horis, quibus facta fuit infectio, ad ægrotorum vocentur, nec ipſe æger multoties, ſe ſeminarium contagij hauſiſſe, ſeque revera infectum eſſe, ſentiat, idcircò longè tutius ac ſalubrius judicamus, à venæſectione in tàm ancipiti caſu abſtinere, quàm præcipitanter eandem imperare.

CAPUT II.

De Purgatione. Nùm &c. electivè purgantia in Peſte conveniant?

Circa purgationem quoq́; non minùs, quàm circa phlebotomiam, de qua modò egimus, intricata admodum, dubiaque à multis movetur & agitatur quæſtio, variaque, ac diſcrepantes admodum hac de re extant ac inveniuntur Medicorum ſententiæ, dum quidam Purgationem pro cura peſtis, nunquàm non adhibendam ſuadent.

Digitized by Google

dent, alij verò contrà eandem, ceu noxiam ac periculoſam, ſemper rejiciendam contendunt.

Rationes, purgationem in peſte ſuadentes. 1. *Qui pro Purgatione faciunt, eo imprimis fulciuntur argumento.* 1. Ubicunque vel præſens adeſt, inſignis humorum turgeſcentia, vel ea ſaltem mox affutura metuitur, in eo caſu minimè differenda purgatio, ſed protinus convenienti pharmaci exhibitione, humores illi pravi turgentes è corpore excludendi. At in peſtilentibus febribus, adeſt ejuſmodi humorum turgiditas, undè periculum ne rapti ad partes principes, & ad cor imprimis, calorem ejus inſitum opprimant, ſpiritus vitales diſſolvant, omneſque totius corporis vires proſternant. Ergò extemplò & mox ab initio purgatio adhibenda.

2\. 2. Accedit, Peſtilentibus febribus correptos, inſigni cacochymiâ laborare, maximiſque humorum corruptionibus ſcatêre, qui cum per concoctionem ad nullam bonam frugem redigi, aut à naturâ ſuperari, vel inſenſibiliter diſcuti queant, idcircò illos ſtatim è corpore educendos, & aptâ revulſione à partibus nobilibus avertendos eſſe, quod nulla re commodiùs, quàm purgantis alicujus Pharmaci adminiſtratione aſſequemur, quâ primum nimirum gravia illa ſymptomata ſe produnt, & antequam gravior virium lapſus ſequatur.

3\. Adde, quod febris intendatur, internaq; viſcerum inflammatio augeatur ac deterior reddatur, per uſum Alexipharmacorum internorum, utplurimùm inſigni caliditate præditorum, niſi per præcedentem purgationem mox ab initio adhibitam, humorum peccantium ac putridorum ſuperfluitas dematur ac ſubtrahatur. 3.

4\. Præterea conſtat, in curatione febrium malignarum, ob corruptionem humorum, ſæpè ſalubriter, maximoq; cum ægroti juvamine, purgantia medicamenta, à probatis expertiſq; Medicis, mox ab initio morbi decerni, ut videre eſt apud *Rulandum de morbo Ungarico*. Cur ergò idem quoque in medicatione febrium Peſtilentium, utpotè in quibus major & excellentior malignitatis ac putredinis gradus viget, factitare non licitum ſit. 4.

5\. Ad hæc, *Avicenna, Avenzoar & Hipp* quoq; ad ejuſmodi purgationem moliendam non obſcurè nos adhortari vidētur, *ille* quidem *lib. 4 fen. 1, tract. 4.* in hunc modum ſcribēs, ſumma curationis febrium Peſtilentium eſt, exiccatio, & illud, cum phlebotomia & ventris purgatione, &c *Iſte lib. 3 Theyſir tract. 3 c. 14* exhibet medicamētum ſolvens, Euphorbium continens ſatis 5.

corpuſum. *Hic* vero *2. aph. 29.* ita loquens, Inchoantibus morbis, ſi quid movendum videtur, move. *Et 4. aph. 10.* purgandum in valdè acutis. Hinc *Rodericus à Caſtro in ſuo de Peſte Tractat.* purgari corpus vult à 2. uſque ad 3. diem. Si enim (inquit) turgente materia ſtatim utendum ſit purgatione, ob periculum ſc. delapſus humoris ad partes principes, unde quæſo majus impendet diſcrimen, quàm à pernitioſa ac venenata materia? quæ actioni naturæ non cedit, ſed indies deterior fit, graviusque adfligit, niſi protinus è corpore expellatur. Ita meminit *Galen. 5. meth. 2. Peſtis* Romæ graſſantis, in qua omnes ſuperſtites manſerunt, quibus corpus præpurgatum exſiccatumque fuerit. Ex his ergò colligitur, in febribus peſtilentibus, quàm citiſſimè, ſi uſquam alibi, ut purgans propinetur medicamentum, expedire, & quoniam peſtis acutiſſimus morbus eſt, & materia quoque illius toto genere præter naturam, quia venenata ac maligna, ea propter, ut quàm primum è corpore purgatione excludatur, omni ſtudio Medico providendum erit.

Rationes improbātes purgat: in peſte. *Ex adverſo verò alij, contrariam ſententiam ſuſtinentes, purgationem in peſte minimè admittendam, ſed tanquam noxiam ac periculoſam rejiciendam eſſe, cenſent; hiſce nimirum rationibus moti,*

1. Quod cauſa peccans peſtifera, in malignâ venenatâque proprietate conſiſtat, quæ propriè non purgantium, ſed potius Alexipharmacorum, veneno huic averruncando idoneorum adminiſtratione, vincenda & expugnanda. 1.

2. Quod cum peſti ſemper ſit conjuncta febris, & purgantia ferè omnia inſigni caliditate excedant, idcircò magnoperè verendum, ne horum exhibitione, calor febrilis magis intendatur, citiusque æger interimatur. 2.

3. Quod virium ſumma infirmitas, nunquam non peſtilentibus febribus conjuncta, ejuſmodi corporis evacuationem per electivè purgantia, inſtitutam, neutiquam ferat ac tolleret, ſed illam potiùs reſpuat ac prohibeat, utpotè quâ plurimum ſpirituum, in quibus corporis totius robur potiſſimum fundatur, inutiliter abſumuntur ac diſſipantur. 3.

4. Quòd peſte correptis, aliàs ut plurimùm alvi fluxus ſeu diarrhæa ſuperveniat, quæ exhibitione pharmaci purgantis magis exacerbata, citiùs in vitæ periculum, conjicere poſſet, unde & *Hipp. 3. Epid. ſect. 3.* & *Gal.* aſſerunt, in peſte, eorum tempeſtate graſſantibus, φάρμακα purgantia non contuliſſe, ſed omnes probè interijſſe, cum colliquatione, & fluxu excrementorum liqui- 4.

Digitized by Google

liquidorum alborum, & corruptorum. & *Joubertus de peſte cap. 17.* inquit, peſte imminente ſolent humores præcipites in ventrem decumbere, undè metuendus maximè alvi fluxus, vires dejiciens, quem multò promtius excitarent purgantia.

5. 5. Quod experientia multoties comprobatum iverit, infeliciter admodum ceſſiſſe, in pluribus, uſum purgantium remediorum in peſte, imprudenti ac temerario nimis conſilio adhibitorum, ut de hac re locupletiſſimum ferunt teſtimonium *J. Palmarius cap. 23. de febre peſtil. Ambroſ. Paræus. de peſt. cap 24. Foreſtus lib. 6. obſ. 9. Joan. Sarracenus de peſte.*

6. 6. Hiſce tandem accedit autoritas, illuſtrium quorundam Medicorum, purgantium uſum in curatione peſtis ſummoperè deteſtantium ac improbantium, ut ſunt, Gregor. Horſt. decad. 10. problem. 1. Et Johan. Bokelius in 2. part. ſui Regiminis cap. 9. inquit, Experientia didici, neque in Peſte, neque in Febribus Peſtilent. conferre fortes purgationes, tum quod valde dejiciant vires, tum quod maximam humorum agitationem inducant. Item *Valleriola cap. 2. in append. locor. comm. Maſſaria.* lib. 2. de Peſte, *Cardanus* lib. 2. contrad. Tr. 5. contrad. 3. *Palmarius* cap 23. de peſte, *Petrus Salius* cap. 22. de peſtil. febri. *Heurnius* & alij.

Deciſio Controverſiæ.

Pro hujus controverſiæ deciſione notandum, purgantium nomine poſſe intelligi, vel alvum moderatè ſolventia ac laxantia, ut ſunt, Sena, Agaricus, Rhabarbarum, &c. vel cum impetu quodam ſeu vehementia quoſvis humores totius corporis conturbantia & educentia medicamenta, ut ſunt Elleborus, Eſula, Colocynthis, vitrum Antimonij, ☿ præcipitatus, ☿ vitæ, & id genus alia. *Priora quod attinet*, quamvis libenter largiamur, ſi rectæ medendi methodo inſiſtere nobis ſit animus, primam indicationem in lue peſtilenti ab ipſo veneno deſumi, cui averruncando, nec calidum nec frigidum, nec Venæ ſectio nec purgatio, primò ac immediatè convenit, ſed alexipharmacum, ſeu ut vulgò loquimur, bezoardicum aliquod medicamentum, propriè requiritur, attamen ſi vel ob febrilem calorem exiccatis ac induratis nimiùm fæcibus, alvus conſtipetur, vel corpus ingenti cacochymia oppreſſum deprehendatur, tunc initio morbi, vel Clyſteris alicujus emollientis, vel ſuppoſitorij laxantis injectio, aut alterius cujuſdam phar-

maci

maci lenitivi exhibitio, (ut Mannæ unc. ij. in brodio gallinæ, vel Syrup. Roſar. ſolut. drach. jß. cum Rhabarb. Extract. vel Infuſion. Agar, Rhab. & Senæ in aq. Scabioſ. ſeu Card. bened. cum Elect. lenitivo. Vel Muchar. roſar. unc. iij. cum cremor Tartar. drach. ij. vel quod melius Tartar. Vitriol. gr. xvi.) minimè erit reformidanda, quemadmodum etiã *Quercetanus monet lib. 2. de peſte, cap. 7.* Quo conſilio quoque *Palmarius cap. 23. de febri peſt.* Rhabarbatum cum aquis bezoardicis infuſum præbet, vel etiam cum bolo Caſſiæ & Rhab. Mithridatium permiſcet, ſimiliter & *Heurnius de peſte*, Cæpe, pauxillo Theriacæ, Tormẽtillæ & Diptamni repletum & aſſatum, affuſis aq. Calend. Carduib. & aceto pauco, in mortario contundit, ſuccumque expreſſum, cum pharmacis ſolutivis cõvenientibus, ægrotis ita propinat. *Poſteriora verò quod ſpectat cathartica*, furioſo nimirum motu, totum corpus quaſſantia, & indiſcriminatim quoſvis humores redundantes, cùm bonos, tùm noxios exturbantia, ab illis ſatiùs erit, vel omninò abſtinere, vel non niſi in morbi declinatione, profligatâ jam omni malignitate ac evictâ putredine, cautè ac circumſpectè adhibere; aliâs ſi initio morbi illa uſurpentur, plus detrimenti, quàm emolumenti ab iis expectandum eſſe, longè certiſſimum haberi debet. Nam quæ fortiter & cum quadam violentiâ alvum turbant, non ſolum veneno & malignitati nihil reſiſtunt, ſed ipſa etiam per ſe malignâ qualitate prædita ſunt, corporis univerſi robur (excitatâ ſæpè periculoſâ hypercatharſi) inſigniter labefactandi & diſſolvendi, ut etiam monet *Jordanus de peſt. tract. 3. cap. 7.* Abſtineamus (inquit) à validis purgantibus, quia hîc alvi familiaria ſunt liquamenta, & quia deleteriæ facultatis ſunt participia, &c. Minimè igitur hic fides adhibenda rudibus Empiricis, qui vitrum antimonij, vel ☿ vitæ aut præcipitatum, in principio peſtis devoratum, venenatos & corruptos humores mirabili proprietate, supernè & infernè expellere, nõ minùs ſtolidè, quàm improbè nugantur. Et quamvis conſtet, horum & ſimilium mineralium uſum tùm in plurimorum aliorum morborũ, tùm in Peſtis quoque curatione, quandòq; non inſalubrem expertum fuiſſe, ut teſtantur *Matthiolus, comm. ad ca. 59. lib. 5. Dioſc. Crollius in Baſil. Chym. Quercet. in Alex. lib. 2. cap. 7. Julius Alexand. in Epiſt. ad Geſnerum, Antonius Snebergerus, Caſpar Kegler in regim. Peſtil. Henricus Ranzovius de ſanitat. tuend. Petrus Droetius de Peſte, ca. 11. Jacobus*

Pelle-

Pelletarius in lib. de peſte, Anton. Mizaldus in Centur. memor & alij. Tamen hoc quoq; affirmare non dubitamus, eoſundem, imprimis verò Antimonij, præpoſterâ & intempeſtivâ exhibitione, ab imperitis Paracelſiſtis factâ, quam plurimos hac lue infeſtatos, in extremum vitæ periculum conjectos, ſceleratiſſimeque necatos eſſe, quemadmodum hanc ſententiam noſtrā quoque egregiè confirmant, *Palmarius* loco citato: Incredibile dictu, quā multi ſtibio perierint in Peſte Lugdunenſi, &c. & *Augenius lib. 3. de peſte cap. 6.* Item *Crato in epiſt. med. 138. & 131. ac in conſil. de peſte, Cornelius Gemma & Bernhardus Cronenbergius.* Quæ quidem in eum finem hîc à nobis dicuntur, non ut Antimonialium, Mercurialium, aliorumque mineralium remediorum præſertim artificiosè legitimeq; concinnatorum, præſtantiæ ac nobilitati, aliquid detractum aut derogatum velimus, cum ipſorum in avertuncandis ſæpè, quantumvis contumaciſſimorum, longèque inveteratorum morborum, radicibus, ſtupendæ vires, nobis non ſint incognitæ, noſq; divinâ benignitate, illorum miraculoſos, quos in deploratiſſimorum aliquot affectuum extirpatione, edidêre effectus, non ſemel & obſervavimus & admirati ſumus. Sed ut tātùm quorundam medicaſtrorum apiricorum, effrenem nimis audaciam, licentioſamq; hîc petulantiam coerceamus ac reprimamus, ne quod hactenus factitatunt, tàm liberè & impunè de corio humano ludant, ac impoſterum, abſq; omni ratione & judicio, in peſtilentium morborum, utpotè ipſis non magis notorū, quàm cœcis ſunt colores, medicationem, importunè ac illotis quaſi manibus proruant, medicamētiſq; ſuis venenatis ac lethiferis, rudiſſimè paratis, ægrotiſq; porrectis, carnificinam potius, quàm medicinam exerceant, ſed potius alexiteriorum ſelectiſſimorum, longoque uſu probatiſſimorum præſidio, huic venenatiſſimæ lui, obviam ire, eamq; profligare diſcant, ita enim & propriæ ſuæ famæ ac conſcientiæ, nec non ſaluti quoque proximi, optimè conſultum ibunt, laudem tandem non vituperium indè reportaturi.

CAPUT III.

De Veſicantibus. Nùm illa adhibenda in Peſte, vel adhibita ſint ex uſu?

Porrò, à Medicis quoq; in diſceptationē vocatur, *Nùm in curâ febrium peſtilentium, phœnigmi ſeu veſicantia etiā adhibenda, & ſitnè eorum uſus probandus vel improbādus.*

 Affir-

Affirmativa.

1. 1. Quod ſingulari virtute ac facultate inſtructum eſt, venenatam qualitatem & ichores malignos, à corde,reliquiſq; partibus internis, ad extimam corporis ſuperficiem attrahendi,& ad ignobiliora membra prolectandi, illud pro peſtilentium febrium curatione ſummoperè prædicandum,& tanquam ſalutare protinus in uſum ducendum. At veſicantia, tali vi ac facultate ſunt prædita. Ergò,&c.

2. 2. Medicus naturam probè operantem, & à partibus dignioribus ad ignobiliores materiam peccantem tranſmittentem, ſemper debet imitari ac juvare. At in febribus peſtiferis ille ſæpè habet naturam rectè operantem, dùm nimirum venenatos humores ab intrà ad extrà vel per maculas in cute,vel per bubones & anthraces excutit. Ergò,&c.

3. 3. Si ſimplex materia turgens, nullâ expectatâ coctione,illicò veſicantibus,ad ignobiles partes, trahenda eſt,ſequitur multò magis,in Peſtiferâ febri, malignam ac venenatam materiam admodum turgentem,ad eaſdem quoq; eſſe trahendam ac evocandam. At verùm prius. Ergò,&c.

4. 4. Si in febre quacunque,non concocto humore, ratione cauſæ Antecedentis, quæ obſtructionem fovere poteſt,venæ ſectio & cucurbitulæ, poſſunt ſemper prodeſſe, conſentaneum videtur, veſicantia quoque cuti in peſte admota,obeſſe non poſſe; At antecedens verùm. Ergò,&c.

5. Si cutis inter corporis noſtri partes, omnium imbecillior fuit conſtituta, ad ſuſcipienda quævis excrementa, ut conſtat *Gal. teſtimonio 2. de uſu part, cap. 5.* ſequitur, 5. per eam quoque excrementitios humores in corpore latitantes,ducendos eſſe. Sed veſicantia inter ea præſidia, per cutim ſupervacanea recrementa evacuantia, primas quaſi tenent. Ergò,&c.

Negativa.

1. Quod concoctionem humorum impedit, 1. perturbat ſeu difficilem reddit, illud non minùs in Peſte,quàm in aliis morbis improbandum ac rejiciendum. At veſicantia hoc faciunt, teſte *Hipp. 4. de rat. vict. text. 44. & Gal. comm. ibid.* Ergò,&c.

2. Quod naturæ conatum ac 2. propenſionem impedire poteſt, illud pro curâ peſtiferarum febrium minimè proficuum videtur. At veſicantia ſæpè numero id facere poſſunt; Ergò,&c.

3. Quod ſummè dolorificum 3. eſt, vireſq; ægrotantis atterere poteſt,

Digitized by Google

teſt, illud neutiquam in curâ peſtilentium febrium adhibendum. At veſicantia, ſummum dolorem corpori inferunt, vireſque dejiciunt. Ergò, &c.

4\. Quod calore ac ſiccitate ſuâ febrim intendit, vigilias adauget, ſitim excitat, ac inquietudinem toti corpori adfert, illud à curâ peſtis abdicandum. At veſicantia adhibita cum naturâ ſint calida ſiccaq; & inſigni acrimoniâ prædita, id faciunt. Ergò, &c.

5\. Quod Alexiterium non eſt, ſpecificaque quâdam proprietate veneno peſtifero non adverſatur, illud à curâ hujus luis procul videtur eſſe amandandum. At veſicantibus, quæ plreumque ex cantharidibus conſtant, tantùm abeſt, ut vis quædam Alexiteria, quin potiùs iiſdem deleteria facultas, maximè ſit tribuenda & adſcribenda. Ergò, &c.

OPINIO NOSTRA.

Hiſce in utramque partem ita diſputatis, quæ noſtra tandem in hac controverſiâ ſit opinio, dicendum. Statuimus itaque in curatione extraordinaria febrium peſtilentium, ut omne revulſionum genus ſemper admodum conveniens exiſtit, ita & veſicatoriorum uſum minimè eſſe improbandum. Cum enim in illis febribus, aſſiduè humores ac vapores maligni, ſpiritibus vitalibus imprimis infenſi, in cor, aliaſque partes principes deferantur, idcircò dubium non eſt, quin illi ad ignobiliores partes, ejuſmodi auxiliis, quæ vel calore, vel dolore, vel vi vacui, aut ſubſtantiæ ſimilitudine attrahant, ut partim veſicantia faciunt, abduci debeant. In Curatione verò ordinariâ, non ſemper, ſed raró illa ſunt adhibenda, idque 1. ratione febris, quæ eſt intemperies calida & ſicca, quàm caliditate ſua potiùs intendunt, quàm imminuunt. 2. Ratione putredinis inſignis, cujus fontem ac fomitem exhaurire nequeunt. 3. Ratione debilitatis virium, quàm dolore ingenti, quem excitant, impendiò adaugent. 4. Ratione tardi auxilij, quod præſtant, cum ſæpè vix 10. 12. vel plurium horarum ſpacio operationem ſuam inchoent. Quibus autem partibus veſicantia ſint adhibenda, ignobilium partium ſitus, tùm earundem cordi contrarius oſtendit. Cruribus ac manibus extremis in extraordinaria cura ſæpè illa affigimus, ad revellendam ſcilic. materiam venenoſam à corde, in ordinaria verò in parte interna brachiorum, quæ valdè ab aliis non diſtet, & in coxis, quæ maximè ab inguinibus non abſint, ſunt enim hæ partes, principalium

Digitized by Google

viſcerum emunctoria, cordis ſc. ac jecoris. Poterunt tamen & aliis locis adhiberi, prout ſcil. ſubſtantia materiæ peccantis ſuadere videatur, interdum revulſionis, interdum derivationis gratiâ, ut ſi læſo capite, ſpatulis & ponè aures, quò delirantibus, & comate ſoporifero oppreſſis ſubveniamus: in bubonibus verò & apoſtematibus malignis, ſuper locum ipſum adhibeantur.

CAPUT IV.

De ſpiritu ſeu oleo vitrioli, an eo in Peſte uti liceat?

QUemadmodum in genere, de medicamentorum Chymicorum omnium, præſertim verò è metallis ac mineralibus paratorum, uſurpatione, inter Dogmaticos & Hermeticos, hactenùs gravis & acerrima viguit concertatio, hi nimirum illa magnificè deprædicantes, & laudibus hyperbolicis tantùm non in cœlum uſque ferentes, illi verò ex adverſo, eâdem ignominiosè deſpicientes, & maledictis ac convitiis ſuis ad ima uſq; tartara deprimentes: Ità in ſpecie quoque de ſpiritu ſeu oleo vitrioli, (indiſcriminatim ita à rudibus ac imperitis rerũ Chymicarum ſumptis,) nùm ſc. ejus aliquis uſus exiſtat, non minorem ſuſceperunt controverſiam. Inter eos autem, qui omnibus ingenij nervis, hujus medicamenti præſtantiam, ac famam convellere nituntur, præcipuus anteſignanus exiſtit, *Johan. Bapt. Sylvaticus*, qui in lib. Cõtrov. medic. 48. ex profeſſo, Oleum vitrioli impugnandum aggreſſus eſt, ratiunculis, non minùs putidis & elumbibus, quam ſtolidis ac ineptis, quas breviter hic ſubjiciemus, ac ſolidè diluemus.

1. *Ratio Sylvatici hæc eſt.* Vitriolum (teſte Dioſc. lib. 5. cap. 115. & Gal. lib. 9. ſimpl. fac. cap. propr.) erodentis ac ſepticæ facultatis eſt particeps. Ergò in calidiſſimo morbo, qualis eſt peſtilens, non exhibendum. *Reſp.* Negatur Aſſumptum: Neq; enim Gal. neq; Dioſc. citatis locis volunt, ſepticum eſſe vitriolum, ſed tantùm innuunt, illud caliditatem non vulgatem, non ſine maxima adſtrictione obtinere. Eſto tamen calidum ac ſepticum vitriolum crudum nec ulla arte elaboratum, ob idnè ſpiritum quoque ejus ab omni terreſtreitate ac impuritate corporis ſui ſeparatum, tali ſepticâ facultate eſſe præditum dices? Minimè verò gentium: Plurima enim reperiuntur mineralia, quæ ſpagyricè elaborata, & vel in ſpiritus, olea, Q. eſſentias, tincturas, & arcana alia redacta, longè alios.

Rationes Sylvatici contrà Ol. vitrioli in febribus peſt. 1.

lios effectus exerunt, ſæpèq; contrarias planè vires demonſtrant, quàm quæ initio crudis adhuc, nec Vulcani cultro diſſectis, ipſis inerant, ut patet in ſpiritu ſulphuris, qui ſummè acidus ac frigidus, quarumcunque febrium ferocientem æſtum, reſtinguit ocyùs, nec non pulveri pyrio inſperſus, hujus vim & actionem ita reprimit, ac obtundit; ut difficulter incendatur, cum tamen ſulphur, utpotè facilè inflammabile ac combuſtibile, per ſe calidiſſimum, omnium calculo habetur. Sic Arſenicum crudum, ſummè ſepticum ac corroſivum, ſalis Hermaphroditici adjectione, fixum redditum, innoxium ac ſalutare prorſus evadit medicamentum, cujus aliquot uncias abſq; valetudinis detrimento devorare liceat. Unde Gal. quoq; ſcribit, multa medicamenta quamdiù veterem ſuam naturam retinent, acerrima eſſe, & corpori noſtro inimica, domita verò ignis violentia, curationi fieri congrua.

2. 2. Vitriolum cum ſit medicamentum moleſtum & efficax, idcircò ejus oleum oblatum peſte correptis & naturæ moleſtiam adferet, eamq; ab opere ſuo diſtrahet, & cum morbo pugnam impediet. *Reſp.* Petit hîc principium *Sylvaticus*, illud pro conceſſo ſibi ſumens, quod tamen nondum demonſtravit, nimirùm olei vitr. exhibitione naturæ adferri moleſtiam, & motum naturæ impediri, quod quidem nos conſtanter negamus, cum potiùs conſtet, contrarium verum eſſe, illius ſc. uſu, evictâ putredine, febrili incendio extincto, ac humorum ὀργάσμῳ ſedato, naturam in triumphum duci, ac quàm maximè juvari.

3. *Actuarius lib. 6. meth. cap. 3.* 3.
teſtatur, vitriolum caliditatem augêre, ob acrimoniam non vulgarem, [illegible] habet. Ergò ejus oleum repu[illegible]dum. *Reſp.* Negatur, Oleum vitrioli, calorem augere, cum potiùs ſenſus ipſe ac experientia, ad quam hîc provocamus, ſole meridiano clariùs evincant, nullam non inflammationem internam, vel æſtum febrilem, illius uſu, celerrimè peſſundari ac profligari. Ita ut Actuarij autoritatem hîc nullius momenti eſſe judicemus, cum præſertim etiam ille non de oleo, ſed vitriolo crudo loquatur.

4. Nullorum probatiſſimorum Autorum autoritate, uſum olei vitrioli comprobari, idcircò meritò illud rejiciendum in peſte. *Reſp.* Negatur, & falſitas hujus effati mox in fine hujus cap. pateſcet ubi 24. autoritates & teſtimonia præclariſſimorum Medicorum, qui omnes ſummoperè hujus olei ſeu ſpiritus efficaciam ſingularem in peſte cu- 4.

randa deprædicant, adducemus & citabimus.

5. *5. Gal.10.meth.cap.2.& 11.cap.9.* Aquam calcanthinam in febribus ſuſpectis habuit,ob pororum cutis adſtrictionem.*Reſp.* Concedimus, aquam calchantinam foris admotam,vim adſtringendi habere. At nobis non de aqua, ſed de oleo ſeu ſpiritu vitrioli nunc ſermo eſt, quæ tàm longè inter ſe diſtant, ac ignis ab aqua,vel candidum à nigro, ſeu dulce ab amaro; Sunt igitur ſcopæ diſſolutæ. Præterea n[illegible]on de externo,ſed de interno h[illegible] medicamenti uſu loquimur, quod tã-tùm abeſt ut adſtringat, quin potius altè penetrando,craſſos, mucilaginoſos ac tartareos humores diſſecet,ac diſſolvat, omneſq; graviores obſtructiones mirabiliter expediat.

6. *6.* Tutiora habentur remedia,ipſo Calchanto,putredini reſiſtentia, Ergo hoc abdicandum. *Reſp.* Dicit id quidem ſimpliciter *Sylvaticus*, ſed deficit in probatione. Tutum enim id dicendum remedium, quod nullam læſionem ſeu noxam corpori inferat. At ejuſmodi eſt ſpiritus vitrioli. Ergò,&c. Damnum verò aliquod ſi forſan ex illius uſurpatione alicui contigerit, illud certè non tàm ipſi remedio, quàm imperito artifici, vel temerariæ, & non convenienti tempore inſtitutæ exhibitioni, adſcribendum.

7. Ut omnibus venenum ineſt metallis,ita & calchanto quoquè. Ergò id fugiendum. *Reſp.* Deſideramus hîc probationem,quæ prorſus nulla. Ergò eadem facilitate à nobis hoc pronunciatum rejicitur, qua à Sylvatico aſſeritur. Nùm enim in auro quoq; aliquid veneni hæreat, quod tamen inter præcipua cordialia à Medicis refertur, Nùm vitriolum quoque accenſendum inter metalla, & ſi inter ea, nùm præterea veneni conſors ſit? omnia iſta priùs eſſent probanda, quàm nudè aſſerenda. 7.

8. Vitriolum,*teſte Dioſc.* vomitum concitat,idcircò illius uſus calamitoſus in febribus peſtilẽtibus. *Reſp.* Negamus,vomitum à vitriolo cieri,& quamvis id de ſale ipſius minimè diffiteamur, cum Spiritu tamen,rem aliter ſe habere, Medici prudentes, nec Spagiricæ artis inexperti, optimè norunt. Siquidem ille vomitum præſertim immoderatum & effrenatum potius reprimit ac compeſcit, quàm ut eum excitet vel moveat,*teſte Quercet.in Alexic.lib.2. cap. 3.* Spiritus vitrioli (inquiens) nullam non modò perturbationem ſtomachi, aut nauſeam parit, ſed potiùs dicto citiùs, omnes violentas vomitiones mirificè compeſcit. 8.

9.Toti

9. 9. Toti Antiquitati hoc medicamentum fuit incognitum, Ergò nec nobis illud uſurpare licet. *Reſp.* Si hæc ratio valeret, utique à pluribus aliis præſtantiſſimis medicamentis, hactenùs à multis exercitatiſſimis Practicis & feliciter inventis, ac ſalutariter in uſum ductis, ut à thermis ſeu aquis medicatis, ab oleis ſtillat. Extractis, ſalibus, infuſionibus, vinis purgantibus, Tincturis, Spiritibus, Eſſentiis, & hujuſmodi aliis, priſcis illis Medicis Græcis & Arabibus, vix ac ne vix quidem de nomine notis, nunc eſſet abſtinendum, imò Rhabarbari, Senæ, Turpethi, Agarici, Mannæ, Caſſiæ, aliorumque benigniorum pharmacorum, quorum omnium nec Gal: nec Hipp. ullam habuere cognitionem, uſus, prorsùs foret jàm proſcribendus, & ex agro Aſclepiadeo exterminandus, cum tamen hodiè apud omnes, Praxin Medicam exercentes, in purgandis corporibus, hiſce nihil frequentius, nihilque uſitatius ac familiarius occurrat. Quæ quidem ideò à nobis dicuntur, ut exindè appareat, Medicinam non illicò ad ſummum perfectionis ſuæ faſtigium conſcendiſſe, ſed indies quoq; plurimis remediis eximiis locupletari, quæ idcircò minus ſunt expellenda ac rejicienda, quod antiquitati vel omninò non, vel ſaltem parùm nota ac perſpecta fuerint.

SENTENTIA PROPRIA.

Nos verò *Sylvatici* autoritate ſusq; deq; habitâ, ac exploſis mucidis ac rancidis ipſius ratiunculis, *ſtatuimus, ſpiritum vitrioli, unum præſtantiſſimorum medicamentorum eſſe, peſtilentibus febribus egregiè adverſantium,* tùm 1. ratione refrigerationis, quâ incedium malignum, coagulando nimirùm ſpiritus ſulphureos, ne ità per totum corpus libere vagentur, opprimit & extinguit, quæ quidem coagulatio certiſſimum inditium, internæ, imò magnæ ſpiritus vitr. frigiditatis, exiſtit, cum juxtà vulgatum Philoſophorum axioma, virtus quælibet condenſativa à frigore ſuboriatur ac procedat: 2. Tùm ratione exiccationis, quâ putredini malignæ ac venenatæ reſiſtit, corruptosq; humores mirificè abſorbet ac conſumit. 3. Tùm ratione facultatis diaphoreticæ, quâ præditus eſt, conſtat enim omnia acida, juſtâ doſi exhibita, ſudores pellere. 4. Tùm denique ratione tenuitatis, quâ obſtructiones reſerat, urinas ciet, venasque omnes celeriter permeat ac pervadit. Etenim propter hanc λεπτομέρειαν partium, non modò ſuas, quas propria dote poſſidet vires, confeſtim exerit,

ſed.

ſed aliis alexipharmacis permixtus, eorum quoque operationem accelerat ac promovet, imò ſegnē ipſorum operam extimulat & in actum ducit. Et huic noſtræ, de ſalubri ſc. ſpiritus vitrioli, uſu, tùm pro præſervatione, tùm pro curatione peſtiferorum morborum, adhibito, ſententiæ, ſubſcribunt ſequentes longè præcellentiſſimi & undiquàq; doctiſſimi viri, nempè *Matthiolus* comm. in lib. 5. Dioſc. ca. 74. *Amatus Luſitanus*, comm. in Dioſc. & in Cent. 3. Cur. 74. *Geſnerus* lib. 2. Epiſt. *Antonius Portus* lib. 2. de peſte, cap. 45. *Evonymus* in theſauro pharm. *Heurnius*, de peſt. cap. 9. *Anton Fumanellus* de comp. med. cap. 75. *Crato* in Epiſt. 135. ad Zvvingerum, *Jordanus* de peſt. tract. 1. cap. 9. *Augenius*, Tom. 2. Epiſt. lib. 6. Epiſt. 8. & in lib. 3. de peſte, ca. 17. *Joan. Renodæus*, Antid. lib. 4. ſect. 5. cap. 8. *Crollius* in Baſil. Chym. *Bernh. Penotius* in tract. de medic. Chym. *Querecetanus* in Alexic. lib. 2. ca. 3. *Anton. Mizaldus* in append. Centur. *Reimundus Mindererus* lib. de peſte cap. 17. *Ioan. Mollerus* in tract. latino de peſte, cap. 5. *Ioan. Bokelius* in regim. peſtil. parte 1. ca. 20. *Ioan. Matthæus*, in diſcurſu de feb. peſtil. *Eſaias Leſchius* in diſpur. medicochym. de peſte, *Rudolphus Goclenius* in Loimogra. *David Herlitius* in ſuo de peſte tractatu, *Andr. Starckius* in tract. de peſt. *Angel. Sala* in Tractat. de Vitriol. cap. 3. Sennert. in lib. Epitom. Phyſic. ca. 2. *Ioan. Neander* Archi: Brandeb: in ſuo Regimin. *Beſard. in Antr. Philoſ.* commendat. ol. vitriol. in peſte *Gerardus Dorneus* in Arte Chymica, &c. Quæ loca Autorum, nō falſò (quod quidem à pleriſq; fieri videmus) ſed bonâ fide hîc à nobis citata eſſe, quilibet rem inquirere volens, facilè deprehendet.

CAPUT V.

De Lapide Philoſophico. Num (ſi haberetur) valêret contrà Peſtem.

CUm Lapis Philoſophicus, tantoperè decantatus, Panacæa vulgò ſit ac dicatur, omnium morborum, corpus humanum infeſtātium, præſertim verò graviorum, deploratorum, ac difficulter curandorum, & luem peſtilentē quoque, horum in poſteriorum numero habendam eſſe, nemo inſuper negare audeat. Idcircò non immeritò hîc quæritur, ac dubitatur, *an pro ejuſdem maligna contagis profligatione ſeu curatione, in illius uſurpatione aliquid præſidij ſperandum ſit nec ne?*

Affirmativa ſententia. Affirmativam tenentes ita obratiocinantur. *1. Quod humidum radicale*

dicale ab omni parte integrum ac illæſum conſervat, calorem nativum renovat ac inſtaurat, Spiritus omnes recreat ac vegetat, vireſq; totius corporis, veneni peſtiferi malignitate labefactatas, ita confortat, ut adverſus hanc inſurgere & pugnare, tandemq; vincere & expellere poſſint, illud ſanè pro omnium nobiliſſimo in peſte profligandæ remedio erit habendum. At Lapis Philoſophicus ea omnia præſtat, ut concors & conſtans eſt ſententia omnium Hermeticorum Philoſophorum. Ergò, &c.

2. 2. *Quod à ſubſtantiâ corporis noſtri arcet omnem putredinem ac corruptionem, illud ſummis videtur expetendum votis pro peſtis profligatione. At Lapis Philoſophicus id facit.* (Quia cum is ob ſummam tenuitatem ac ſimplicitatem ſpiritualem, nec non puritatem ac fixitatem ſuæ ſubſtantiæ, nihil heterogenei in ſe continentis, nullæ corruptioni unquàm ſit obnoxius, nec ab ulla Elementari qualitate, quãta etiam hæc ſit, alterationem vel mutationem aliquam ſubeat ac patiatur, idcircò veriſimile eſt, illum pollêre quoque facultate, omnes totius corporis partes, ut & alias res naturales, quibus applicatus is fuerit, ab omni corruptione & putredine potenter conſervandi, Balſamumque naturalem confortandi, Quod autem incorruptibilis ſit Lapis Philoſophicus, teſtatur *Raimundus Lullius* hiſce verbis: Lapis Philoſophicus, cum nihil inquinatum in ſe recipiat, etiamſi ad diem judicij in igne violentiſſimo detineretur, & ei omnes putrefactionum modi adhiberentur, quotquot excogitari poſſunt, tamen ille nec conſumeretur nec corrumperetur.) *Ergò, &c.*

3. *Si ſimplicis Tincturæ Auri, vel vulgaris tantùm Auri potabilis exhibitio, plurimum momenti habere judicatur, in peſte vel præcavendâ vel curandâ: Utiq; non minores poſſidere vires, ſed longè nobiliores demonſtrare effectus in ejuſdem Luis curatione, Lapidem quoque Philoſophicum, cenſendum erit,* (Ratio conſeq: eſt. Quia Lapis hic reverâ nihil aliud eſt, quàm verum ac genuinum Aurum potabile, multiplicatum tamen. Genuinum autem dicimus, ad excludendum Sophiſticum, quod non irreductile eſt, ſed rurſum in priorem corpoream ſuam ſubſtantiam facile redigitur.) *At verum prius, Ergò, &c.* Minoris probatio 1. *Geſnerus* enim *in lib. Epiſt. Medicar.* ità inquit: Chymici, Aurum potabile valdè extollunt contrà peſtem, 2. *Quercetanus in Tetrat.* Aurum potabile, inſigniter contra venena, peſtem, alioſq; morbos commen-

dat, ut etiam patet ex *Andrea Libavio, Tom. 2. Syntagm. in Apocal. Herm. cap. 19. 3. Jobus Fincelius de curâ Peſtis:* Extrà controverſiam eſt, Tincturam Auri in peſte, omniumque febrium peſtilentium curâ, primas tenere. Qui hanc habet, utatur G. 3 cum aqua Borrag. quotidiè ter. *4. Bernh. Penottus de medicam. Chym.* Aurum potabile Philoſophicum eſt Elixir vitæ, omnem morbum contagioſum pellens. Et paulò poſt: Auri potabilis virtutes tantæ ſunt, ut eas vix numerare poſſim. In peſte, dum cor vehementer laborat, peſtilens venenum repellit, propinando aliquot guttas. Contra omnia veneni genera quoque, remedium eſt præſtantiſſimum. *5. Chriſtoph. Hornius in Dialogo de Auro Philoſoph.* Spiritus ſolaris (id eſt Q. E. ſeu Tinctura Auri) adverſus venena omnia, ac aerem infectum & peſtilentem, antidoti loco eſſe poteſt, hinc medicamentis, quibus ipſe ineſt, contrà omnis generis venena, ac inſuper peſtilentem contagionem nihil præſentius, tutius ac præſtantius. *6. Franciſcus Antonius de Auro pot. cap. 7.* Aurum potabile, in Epidemicis & Peſte correptis, catholicon eſt remedium, ſi tempeſtivè ſumatur, Graſſante enim nuper peſte in civitate Londinenſi, teſtimonia apparebant ſatis ampla. *7. Henning. Scheunemannus in Tract. de peſte cap. 6.* Auri Eſſentiâ, nobilius præſervativum in peſte nec reperitur, nec dari poteſt.

4. Hiſce demùm accedit autoritas *Arnold. Villanovani, in penult. ſui Roſar.* in hæc verba ſcribentis: Lapis Philoſophicus habet virtutem efficacem, ſuper omnes alias Medicorum medicinas, omnem ſanandi infirmitatem, tàm in calidis quàm in frigidis ægritudinibus, eò quod eſt occultæ & ſubtilis naturæ, conſervat ſanitatem & virtutem, omnem corporis ægritudinem expellit, venenum declinat à corde, Arterias humectat, ſanguinem mundificat, contenta in ſpiritualibus expurgat, & ea munda ſervat, undè non immeritò hæc medicina, ſuper omnes alias medicinas, & mundi divitias eſt perquirenda, &c. 4.

Ex oppoſito verò *Negantes*, Lapidi Philoſoph. ineſſe contrà morbum peſtilentialem aliquid præſidij ſeu utilitatis, in hunc quidem modum argutantur.

1. Quod venenum peſtiferum fugare ac profligare debet, illud ſua natura alexipharmacum ſeu bezoardica virtute præditum neceſſe eſt. At Lapidi huic ejuſmodi Alexiteria vis non ineſt. Ergò, &c. Major ſtabilitur hoc proſyllogiſmo: Quale alicujus morbi, propriè eſt indicans, tale II.

quo-

quoque debet eſſe indicatum. At peſtiferæ luis indicans propriè eſt venenum : Ergò indicatum debet eſſe Antidotus, ſeu Bezoardicum aliquod remedium. *Minor probatur*: Cum enim L. P, ut paulò antè dictum, ex Auro, non quidem illo vulgari & excocto, ſed nativo, ac veris Philoſophis noto, per menſtruum illud naturæ univerſale reſoluto, & in æthercam ſubſtantiam redacto, paretur : Auro autem per ſe, nemo unquàm vim aliquam bezoardicam, contrà peſtiferum venenum, adſcripſerit, idcircò nec lapidem Philoſoph, quoquè talem proprietatem poſſidere, ſeu alexipharmaci naturam obtinere, dicendum erit, juxtà illud: Quod quis non habet, alteri dare non poteſt.

2. 2. *Cujus medicamenti virtus, neque certis ac indubitatis, multorum annorum experimentis ſatis confirmata, neque firmis ac ſolidis, fide digniſſimorum Autorum teſtimoniis comprobata eſt, illud ceu anceps adhuc, minimèq; tutum præſidium, in peſtilentium morborum curatione erit rejiciendum. At hoc de Lapide Philoſoph. affirmari poteſt. Ergò, &c.* Quotuſquiſque enim quæſo Authorum reperitur ſivè Dogmaticus ac Hippocraticus, ſivè Chymicus ac Hermeticus is cenſeatur, qui Lapidis Philoſoph. (utpotè Phœnice, ſeu nigro Cygno rarioris) pro peſtilentis luis contagione, aliquoties exhibiti, feliciſſimos ſucceſſus, firmiſſimo, infallibilique ſuo teſtimonio conſtabilire auſit vel poſſit? Et quotnam ſunt, qui celebratiſſimæ illius ac verè θαυματεργῦ Panaceæ experimentum ut ſingulariſſimum, ita veriſſimum ac certiſſimum, vel in ſeipſis, vel in aliis, contagioſo hoc malo obſeſſis, fecerint, aut ſaltem revera fieri viderint vel audierint? Pauciſſimi ſanè erunt, imò vereor, vix ullum mortalium reperiendum, qui hujus rei luculentiſſimum edat teſtimonium, ut unicuivis, ſcripta Pragmaticorum ac Philoſophorum Chymicorum diligenter evolventi ac revolventi, facile conſtabit.

3. Si Lapis Philoſophicus expellere nequit cætera venena, vel ictu aut morſu animalium virulentorum extrinſecus illata, vel intrinſecus propinata, multò minus peſtiferum venenum inſpiratum propulſabit. At verum prius. Ergò & poſterius. 3. Aſſumptum probatur. Sit enim v. g. aliquis vel à vipera, Aſpide aut Scorpione graviter ictus, vel hauſerit, imprudens veneno infectum poculum aliquod, ſanè etiamſi huic ità intoxicato extemplò magnam hujus Lapidis quantitatem per

ós ingeſtas, ac devorandam præbeas, interim tamen eidem aliorum idoneorum Alexiteriorum adminiſtratione ſuccurrere neglıgas, è corpore tamen miſeri hâc ratione nunquàm venenum excuties, vel à periculo mortis ipſum aſſertum ibis, ſed potius paucarum horarum ſpacio, lamentabilem ejuſdem interitum videbis. *Sed dicas:* Lapis Phil. virtute, mirabiliter cor ac ſpiritus omnes confortantur, reliquiſque corporis viribus, eximium ac ſingulare quoddam robur afflatur, quò poſteà eò faciliùs ſuperatur atque expellitur. *Reſp.* Verùm quidem eſt, lapidem hunc excellens eſſe Analepticum, quo natura labefactata, & jam penè intermoritura oppidò & momento citiùs refocillatur reviviſcens, quæ nullis nec medicinis, nec nutrimẽtis erigebatur anteà. Attamen nec hoc quoque negandum, venenorum propriam curationem conſiſtere, non in medicamentorum inſigniter corroborātium ſeu reſumptivorum exhibitione, ſed principaliter, in diligenti antidotorum, unicuique venenorum generi appropriatorum admotione ac uſurpatione, quibus quidem imprudẽter rejectis ac poſthabitis, nullius aſſumti ſeu illati veneni, interim licet corpori, per Lapidem Philoſoph. gigantæo robore conciliato ac allato, medicatio, feliciter & ex voto, unquam ſuccedet.

Inſtantia.

Opinionis noſtræ Declaratio.

Cum de lapide Philoſophico 2. potiſſimùm quæri ſoleant, 1. *An ſit omnium morborum Panacea.* 2. *An valeat curare peſtem*, idcircò brevitèr de hiſce noſtram ſententiam ſubjiciemus. *Prius* ζήτημα *quod attinet*, diſtinctione hic utendum, cum alij morbi ſint & dicantur nativi ſeu congeniti: alij hæreditarij: alij verò ſpontanei ſeu accidentarij. *Priores*, ut ſunt cæcitas, ſurditas, gibboſitas, mutitas vel fatuitas nativa, nec Lapis Philoſoph. nec ullum aliud, quantumvis generoſiſſ. medicamentum, ullo tempore ſanabit, ſed divinæ duntaxat manus auxilium requirunt. *Medios* item, à parentum ſcil. ſemine in liberos propagatos, ac inveteratos denique ſeu confirmatos, cujuſmodi plerumque exiſtunt, Arthritis, ſeu podagra, Calculus, Phthiſis, Elephãtiaſis, lues venerea &c. perfectè tollere & radicitus extirpare, Lapidi huic minimè quoque conceſſum erit. *Poſteriores* verò, vel ex pravâ victus ratione vel ex temperamenti, ad hanc vel illam differentiam lapſu & mutatione, ſupervenientes, Lapis iſte convenienti tempore,

re,modo, ac quantitate uſurpatus, nullà difficultate exturbabit ac ſuperabit,idque tùm propter temperatam ſui qualitatem, tùm etiam ſummam puritatem in ipſo vigentem,qua nihil terreſtreitatis, fæculentiæ ac immunditiei in corpore humano repertæ, juxtà ſe ſtabulari aut latitare permittit, ſed illud totum, inſtar occulti cujuſdam ignis vel inſenſibilitèr conſumit, vel per conſuetos naturæ ductus celeriter ejicit ac expellit, atteſtantibus id ſummis Hermeticæ diſciplinæ Philoſophis, ut *Gerardo Dornao, de transm.metall.cap.14.* Tinctura (inquit) ſeu lapis Phyſicorum univerſalis quædam medicina eſt, quæ cunctos morbos conſumit, non aliter quàm ignis omne lignum. Et *Moriene*: Lapis noſter perfecta medicina dicitur, quæ habet virtutem ante omnes medicinas & potiones, ſanandi omnes infirmitates hominum. Item *Gebro*: Elixir rubeum,omnes infirmitates chronicas de quibus Medici deſperarunt curat,& facit hominem juveneſcere ut Aquila &c.Nec non *Juſto Balbiano in tract. 5. roſar. abbrev. circa finem*,ita loquente: Habet Lapis hic virtutem efficacem,omnem ſanandi infirmitatem ſuper alias medicinas,nam augmentat virtutem, conſervat juventutem, non permittit ſanguinem putreſieri,neque phlegma dominari, neque bilem aut melancholiam ſuper exaltari, contenta in ſpiritalibus purgat, & omnia corporis membra conſervat. Quibus adſtipulantur etiam *Mich.Scotus*,de naturâ ☉ & ☽. *Richard.Anglicus* cap. 14. *Calid.* cap. 14. *Villanovanus* lib. 2. roſ. cap.31. *Rogerius Baccho*. de mirab. pot. Art. & Nat. *Robertus Vallenſis* de verit.& antiq.art.Chym.cap. 3. & alii plures *Alteram verò quæſtionem quod ſpectat*, opinamur, abſurdum minimè eſſe ſtatuere,Lapidis Phil. applicatione, non infelicem, peſte laborantibus, afferri poſſe medelam,ſi ſc. is exhibitus fuerit, antequàm ſanguis patientis totus veneno inficiatur: ſi verò expectetur, donec univerſam ſanguinis maſſam,venenum corruperit ac inquinarit,tunc illius uſum inutilem, ſupervacaneum ac irritum pro eliminando ſc. veneno, cenſemus. Prioris quidem aſſertionis veritas ex hoc apparet, Quia aurum, ex quo tanquam ex propriâ materiâ conficitur Lapis hicce, ſi fuerit diſſolutum,ſecunda ſolutione philoſophicâ,quæ fit per aquam permanentem,licet non fuerint elementa ab eo in totum ſequeſtrata,&depurata, omne tamen impurum ab eâ expellit. Quantis ergò majoribus viribus tunc auctum illud putabimus,ſi perfecta Elementorum om-

omnium reductio, ſeparatio ac ſequeſtratio in eodem facta ac peracta, totusque lapis in ſe ipſo multiplicatus, & ad cœleſtem eſſentiam exaltatus fuerit, utique corpori humano tunc applicitus, in principio ægritudinis, antequàm totus ſanguis contaminetur, non dubitandum, quin latentem in corpore malignitatem atteret, omnéque noxium ab eodem expellet. *Poſterioris* verò effati veritas indè eluceſcit, quia potentia ſenſitiva principaliter conſiſtit in ſanguine, & in ſpiritibus, ſi igitur ſanguis totus induiſſet corruptionem ac pravitatem, non purgaret eum L. P. quia non eſt compoſitus de ſanguine humano, ſed de puriſſima ☉ ſubſtantia. Verùm quia Lapis, temperatiſſimæ ac perfectiſſ exiſtit complexionis, & naturæ ejus ſunt apertæ & abundantes in gradibus (ut ità loquamur) aureitatis integris, laboraret ſanè expellere omnem ſanguinem corruptum, & tunc maneret corpus, omninò ſanguine exhauſtum, & per conſequens, oporteret illum hominem mori, cùm vita non niſi in ſanguine conſiſtat. Idcircò ſi aliquam utilitatem ab iſto lapide expectemus, ſtatim in initio morbi, antequam nimium corruptio totam occupet maſſam ſanguineam, illum, cui ejus copia contigit, adhiberi convenit, ne procraſtinatione ſeu cunctatione diuturna, ſpe & expectatione noſtra poſteà penitùs fruſtremur.

CAPUT VI.

De Lapide Bezoar. Num exhibitus Peſtem profliget.

LApis Bezoar, magnam quidem hactenus apud plurimos adeptus eſt famam, quæ tamen poſteà variis diſſidentium, interque ſe pugnantium Medicorum opinionibus ſenſim vacillare, & non parùm ſuſpecta ac crepeta fieri cæpit, ita ut nonnulli, ejus, tamquàm peregrini & non ſatis cogniti medicamenti uſum, planè à cura peſtiferorum morborum relegent & abdicent. Alii verò contrà eundem, tanquàm ratum, ſingulare ac eximium, quoddam antidotum extollant ac prædicent. Nec ſanè utraq; pars ſuis deſtituta eſt patrociniis, ſed ambo, tùm validis rationibus atque experientia, tùm autoritatibus quoque minimè dubiis inter ſe decertant.

Affirmativa.

ET I quidem acriter hujus lapidis uſum in morbis venenatis ac peſtiferis propugnantes, tali nituntur ratiocinio.

1. Quod

1. *Quod valet ad profligationem febrium petechialium ſeu malignarum, illud quoque ad curationem febrium peſtilentium, omnimodò valebit.* (quia hæ febres inter ſe tantùm ſecundùm magis & minus differunt.) *At Lapis Bezoar Valet ad febrium malignarum curationem. Ergò, &c.* Minor probatur. *Diomedes Cornarius* enim *in lib. conſ. & obſ. hiſtor. 22.* refert, matronam quandam honeſtam, 8. impragnationis menſe correptam febre malignâ, cum G. 5. Lap. Bezoard. ſumſiſſet in aq. borrag. ab hac febre curatam fuiſſe. Ita *Claudius Richardus in deſcr. hujus Lap.* memorat, D. Staphylum 16. diebus acutâ malignâ febri laborantem, tandem exhibitis G. 7. hujus lapidis, integrè reſtitutum fuiſſe. Quemadmodum & *Monardes, lib. hiſtor. Ind. Occid. lib 2.* annotavit, cuidam nobili, omnes famulos, febre malignâ correptos fuiſſe, qui cum ex aqua, in quâ hic lapis maceratus fuiſſet, bibiſſent, à morte liberati, ſanitati reſtituti fuère.

2. 2. *Quod ſudorem movendi ſingulari vi præditum eſt, illud quàm maximè idoneum ac ſalutare in cura peſtis habetur. At hoc conceſſum eſt huic lapidi. Ergò, &c.* Probatur. *Rulandus de febr. Ungar. ca 8. quæſt 28.* Lapide hôc (inquit) crebrò uſus ſum ad felix ſudoris elicium. *Joach. Schillerus de peſt. Brit. ſect. 2. cap.* Lapis Bezoar per ſudorem omne venenum deponit. *Johan. Fragoſius cap. 10. Hiſtor. Arom.* Datur hic lapis in pulvere ad ſudorem movendum. *Gvaltherus Ryffius*: Sudores hic lapis potenter movet, & omnia maligna ad cutim pellit. *Anſ. Boetius lib. 2. de Gem. ca. 193.* Vult quoq; in hoc lapide, præter occultas quamplurimas facultates, etiam vim ſudoriferam reperiri, & *Mizaldus Centur. 1. diſt. 70.* inquit: Tantus hujus lapidis vi, ſudor cietur, ut penè totum corpus eliquari credas.

3. *Quod cæterorum venenorum*
vel intrò aſſumtorum, vel foris illa- 3.
torum, vim ac robur, ſpecificâ ſuâ proprietate, enervare, eorumq; malignitatem penitùs extinguere, tandemq; è corpore efficaciter ejicere poteſt, illud eadem virtute peſtis quoq; venenum exturbaturum, ſi adhibeatur corpori, minimè erit dubitandum. At prius lapis Bezoar facere poteſt. Ergò, &c. Minor probatur: 1. *De venenis intrò aſſumtis,* Bodinus *in theatro nat. l. 2.* ſcribit, Lapis Bezoar, nō ſolùm amuletum, ſed etiam adverſus venena omnia, antidotum ſalutare dicitur, eò quod repentè vim omnibus venenis adimere credatur. *Boetius loco antè citato,* aſſerit, eos, qui ab aquæ potu, in quâ animalia virulenta verſantur, illicò

intu-

Digitized by Google

intumuêre, ſumto bis vel ter iſto lapide, quemadmodum & illos, qui venenũ hausêre, ſanari *Leonh. Rauwolfius in ſuo itiner:* ſcribit, Pulverem hujus lapidis, adverſus quævis lethalia venena à Perſis exhiberi, vide & *Libavium lib. 2. Batrach. in ſch. ad cap. 19. Foreſtum* lib. 30. obſ 3. *Marſil. Ficinum* de morb. Epid. ca. 24. *Augenium* lib. 3. de peſt. cap. 8. *H. Montanum, & Ceſalpinum* lib. 2. de mer. c. 46. nec non *Gabelkoverum* in ſch. ad cap. 34. Baccij de gemmis. 2. *De externis venenis*, Lapidis hujus uſu ſanandis, vide *Cardanum* lib. 3. de ven. cap. 10. *Jordanum* tract. 3. de peſte cap 9. *Guilielm Fabritium* Centur. 1. Obſ. Chir. 87.

4. 4. *Cujus medicamenti virtus & efficacia in aliquo morbo profligando, experientiâ ipſâ multoties utilis ac fructuoſa, cognita ac perſpecta fuit, eam nefas erit impoſterum in dubium revocare. At Lapidis Bezoar virtus in peſte curandâ, aliquoties experientiâ minimè fallaci, utilis ac ſalutaris deprehenſa fuit. Ergò, &c.* Minoris probatio: Refertur enim à *Ludovico Gyone*, Dn: Vicecomitem N. Lutetiæ, peſtilenti febre correptum, & à Medicis deſertum, cum Soceri ſui conſilio, lapide Bezoar uſus fuiſſet per aliquot dies, parvo temporis intervallo integrè convaluiſſe. *Idem Autor* ſimiliter recitat, in arce Lucenſi, peſtem adeò ſæviiſſe, ut multi ſpacio 24. h. eà extincti fuerint, exhibitis verò reliquis ſuperſtitibus, anthrace & bubone peſtilenti jàm inſignitis, Granis aliquot pulv. Lap. Bez. omnes conſervatos fuiſſe. Item *Nicolaus Monardes prodidit lib. 2. hiſt. Ind. cap. 2.* Peſte in Germania graſſante, quotquot hoc lapide uſi fuerint, omnes ſervatos fuiſſe. Hiſce Exemplis addantur quoque Autoritates, ut 1. *Antonij Fonesij*, qui *in lib. de peſte* ſcribit, lapidem hunc aq: viol: & roſ: ſumtum à peſte mirè defendere. 2. *Adami Loniceri*, certius auxilium & remedium contrà Peſtem non haberi, quàm pulverem hujus lapidis exhibitum, qui potenter venenum è corpore ſudore expellat. 3. *Gab. Fallopij* affirmantis, hoc medicamentum in peſte, omnia ſuperare, ſeque multos in peſte Ferrarienſi, hoc lapide conſervaſſe. 4. *Diomedis Amici, in lib. de Peſte cap. 46.* ſcribentis, Manardum de hoc lapide periculum feciſſe in peſte Germanica à qua curati & præſervati fuerunt, qui illo uſi ſunt, cæteri verò minimè. 5. *Andernaci*, dicentis, Lapidem Bezoar præſtantiſſ. ac divinum antidotum eſſe, contrà omnis generis venena, & ipſam quoquè peſtem. 6. *Gabelkoveri in annot. ad cap. 35. Bacij de gemmis:* Lapis hic cum aq. acetoſæ bibitus, febrium peſti-

peſtilentium malignitatem extinguit. 7. *Joan. Renodæs lib. 3. diſp. c. 22.* Lapis Bezoar omnibus morbis cõtagioſis & venenatis multum prodeſt, ut peſt. &c. Vide & *Amat. Luſit.* in Cent. ſuis, *Mercurialem* de peſte c. 23. *Chriſtophorum Hornium* in tract. de auro Medico, *Carolum Cluſium* in hiſt. Arom. & Simplic. *Joan. Fragoſ.* cap. 10. hiſtor: Arom. Indiæ, *Augenium* de peſte lib. 3. cap 28. *Rulandum* de lue Ungar. cap. 6. & *Mizaldum* Cent. 1. diſtinct. 70.

Negativa.

Ex adverſo verò derogantes Lapidi huic, omnem vim Alexiteriam contra peſtem, contrariis rationibus, autoritatibus & exemplis in medium adductis, priorem ſententiam hunc quidem in modum impugnant.

1. *1. Quod minimè Cardiacum eſt, ſeu præditum facultate, cor ac ſpiritus corroborandi, illud pro curâ Peſtis, parum conferre videtur. Talis verò habetur Lapis Bezoar. Ergò, &c.* Quia iis tantummodò rebus cordi robur afflari obſervamus, quæ laudabilem ſanguinem de ſe promunt, indeque ſpiritus vitales, quantitate qualitateque juſtâ adaugent. In talem verò ſanguinem vel momentum ejus, Bezoar tranſire nemo unquàm probabit, niſi ſpiritibus, cordis robur ex Bezoar ſpirantibus, ſtabiliri finxerimus, & languentes ſpiritus vitales ſuſcitari, ſed quid ſpirituum, in ſemiſcrupulo, vel granis aliquot hujus lapidis, omninò ἄπνευς inſidêre poterit, ſique inſident, quid obſtat, quo minùs ſubitò evaneſcant in auram, in tenuiſſimum præſertim pulverem contrito lapide? Teſtis ſanè eſt Succinum & Magnes, quæ in pulverem redacta, ferrum & paleas, non ampliùs tam expeditè attrahunt, utpotè ſuis privata ſpiritibus, quorum ope tractus eſt factus. Præterea cum ita crudè datur hic Lapis Bezoar, nullas edere poteſt vires, ſed eodem modo quo propinatus fuit, per alvum ſine alteratione, redditur, quia ſpirituoſa ſubſtantia, omnis actionis cauſa, per corpulentam materiam colligata impeditur, quo minus operationem ſuam perficere poſſit, ita ut in crudo, vis illa quæ ſepulta lateat.

2. Quod medicamentum rarò legitimum & genuinum, ſed potiùs multis variisq; modis adulteratum ſeu ſophiſticatum ex locis peregrinis ad nos affertur, illud ſanè in curam graviſſimorum acutiſſimorumq; ac periculoſiſſimorum morborum, quales imprimis ſunt peſtilentes, 2.

Mmmmm neu-

neutiquam aſſumendum, *ſed tanquàm valde ſuſpectũ, periculoſum minimeq; tutum rejiciendum*. *At hoc de Lapide Bezoar affirmari poteſt*. *Ergò*, *&c*. Scribit enim *Monardes cap. 34*. tàm multos adulterinos lapides advehi, ut ex 100. vix 2. legitimos invenias, quẽadmodum ipſimet Indici ſcriptores fatẽtur, iſthîc multos adulterinos confici ac conflari. Nam *Joſephus à Coſta* tradit, Indos, ubi lapidis hujus uſum commendatum cognovêre, ſtatim arte multos confeciſſe, & pro veris, falſos ad alias regiones transmiſiſſe. Et *Joan. Franciſcus Ulmus*, *de occult. propr. lib. 4. cap. 5*. Adulterari hos lapides certum eſt, utili perſæpè mangonio, fraus tamen depræhenditur, &c. *Sanctorius* quoquè *in meth. vitand. err. lib. 13. cap. 4*. In noſtro (inquit) Bezoar, intrinſecùs eſt nucleus vel palea, quod ſatis oſtendit, eſſe arte factum. *Joan. Fragoſius cap. 10*. Referunt ij, qui in Indiis fuêre, incolas illarum regionum lapidem hunc adulterare certa quadam compoſitione, quàm ipſi norunt. Et *Guiliel. Fabr. Cent. 4. obſ. 24*. Etſi varia ac infinita ſigna, quibus Lapis Bezoar cognoſcitur paſſim à claſſicis Autoribus tradantur, ſæpiſſimè tamen incerta ea eſſe, & fucum detegere non poſſum affirmare audeo. Ibid. Hinc apparet, quam difficile ſit legitimum Bezoar ab adulterino diſtinguere. Lapides enim qui Bezoar referebant in equis & aſinis quoque repertos fuiſſe, *Jordanus, Crato, Bauhinus*, & *Mindererus* teſtantur. Et ego lapidem reſervo, qui in plurimis notis cum Bezoar reſpondet, & tamen in ductu urinario porcii fuit repertus. Itemq; alium habeo lapidem, qui à multis doctis viris pro Bezoar fuit habitus, qui tamen calculus fuit ex veſica hominis excluſus. It. *Lucas Pollio de Febribus malignis* refert, in equo cujuſdam Senatoris Uratislavienſis repertum eſſe lapidem inſtar Pomi Arantij magnum, ex omni parte Bezoar referentem. Itaque concludit, ſe nondum videre quibus notis certis atque indubitatis verus Lapis Bezoar cognoſci poſſit. Idem conteſtantur quoquè *Franciſcus Valleſius lib. 4. meth. ca. 2*. *Andreas Baccius*, de gem. cap. 34. *Hercules Saxonia*, de Plica ca. 59. *Garzias ab Horto*, & alij. Hinc Bauhinus cap. 26. de Lapide Bezoar, inquit, Eſt talis tantaq; impiorum hominum avaritia & aſtutia quorum ingenia auri deſiderium tantopere acuit, ut lapidis iſtius omnes conditiones naturales, tam externas quam internas, perbellè adeò imitentur, ut ferè diſcerni non poſſint.

3. *Quod medicamentum, tùm ad profliganda reliqua venena, tùm ad* Peſti-

Peſtiferos quoque morbos curandos, exhibitum, ſæpenumero irritum, fallax, incertum ac infructuoſum expertum fuit, illi impoſterum minimè erit fidendum, ſed ceu ignavum ac reſollaceum prorſus reiiciendum. At hoc de Bezoare affirmari poteſt. Ergò, &c. Aſſumti probatio. 1. *De venenis aſſumtis*, refert *Paræus*, coquo cuidam Regis Galliæ, ob furtum commiſſum, patibulo affigendo, mandato Regis venenum propinatum, ſimulque extemplò ab ejus ſumtione lapidem hunc exhibitum fuiſſe, qui nihilominus poſt 7. horas, horrendis ſymptomatibus excarnificatus, miſerabiliter interiit, nihil quicquam opis hoc antidoto ferente, Quod idem confirmat & *Ludovicus Gyon*, ſimili ferè hiſtoriâ. De 2. ad mortem damnatis, qui juſſu Caroli IX. Regis Galliæ, ebibentes venenum & ſimul pulverem hujus lapidis, nihilominus extincti fuerint. 2. *De morbis Peſtilentibus.* 1. *Caſpar Bauhinus in lib. de Bezoar. cap.* 24. Unum hoc addam (inquit) in peſte, quæ anno 1610. hìc apud nos Baſileæ ſæviit, plures quidem in curatione, hoc lapide, ſed abſque omni ſucceſſu uſos eſſe. 2. *Hercules Saxonia, de Plica cap.* 59. *& de feb. cap.* 37. Ego, ut ingenuè dicam, Venetiis olim maximam hujus lapidis copiam conſumpſi, nec egregiam operam ſenſi, quia ab ejus exhibitione nullum ſudorem vidi prorumpentem, vel ſi apparebat, erat imperfectus, itaque abjeci omnem ſpem hujus lapidis in febribus malignis ac peſtiferis. 3. *Joan. Crato in Epiſt.* 159. Bezoar in peſte, parùm conferre animadverti. 4. *Hennemannus Reyſing in Idea Loimod.* Crepant multi experientiam, Bezoar in peſte profuiſſe, Ego dico, experientiam teſtari etiam, in talibus morbis, hunc lapidem nihil profuiſſe, &c. 5. *Reimundus Mindererus de peſte cap.* 15. De lapide Bezoar tantoperè celebrato, & laudibus ſuper theriacam evecto, quod ſcribam, non habeo, vix enim eum unquam in aliis morbis benignioribus nedùm in peſte, eos effectus præſtitiſſe vidi, quos inſignes, quantumvis viri, multo teſtimonio pollicentur. Vide & *Rulandum de morbo Ung. cap.* 6. *& Maſſariam lib.* 7. *Prax. cap.* 24. idem de hoc lapide confirmantes.

OPINIO NOSTRA.

Tandem ut noſtram quoque opinionem de hoc lapide hùc afferamus, cum plerumque hic lapis adulterinus, quod ipſi quoque Indici ſcriptores non diffitentur, in noſtras afferatur regiones, & inter centenos, vix unus, qui legitimus ſit, in Pharmacopoliis Europæ pro-

ſtet, prætereaque à genuino etiam, non plus virium, quàm à cornu cervino præp. vel à floribus Antimonii diaphoreticis, ſit expectandum, Idcircò judicamus, dictum Bezoar, utpotè medicamentum ignotum ac peregrinum, nec ſatis uſu adhuc comprobatum & expertum, inſuperque nimis carum ac ſumtuoſum, & ad myropolas & aromatarios magis ditandos, eorumque loculos implendos, quàm ad ægros juvandos ac ſublevandos, inventum ac introductum, pro extirpando peſtis veneno, potiùs parvifaciendum, quàm magni æſtimandum eſſe; idque tantò magis, cum divinâ benignitate, hoc noſtro ævo non deſtituamur domeſticorum ſalubrium remediorum copiâ, quorum uſum neutiquàm aſpernari, ſed potiùs admirari ac prædicare decet: Prætereàque longè tutius eſſe, cognitis ac expertis medicamentis, ægrotantibus ſubvenire, quàm incognita, exotica, & ab ultimis terræ finibus petita, anxieque & operosè nimis conquiſita ſimplicia, in morbi tàm acuti, tàm præcipitis, tamque periculoſi, profligationem acceſſere.

(:)

CAPUT VII.

De Methodo Curativâ Peſtis.

EXpeditis ità Quæſtionibus hiſce controverſis, tempeſtivum eſt, ut ad ipſius peſtis curationem nos accingamus, & remedia quædam ſelecta, ſeu antidota nobiliſſima, longoq; uſu comprobata, in ſalutem generis humani proponamus ac palàm faciamus. Initio igitur à curatione auſpicaturi, duplex potiſſimum hîc ſeſe offert Indicatio, una morbi, altera virium. *Morbus*, quia occultis pugnat telis, idcircò ſe ocyùs ſuperandum, eradicandum atq; extirpandum eſſe occultis ſimiliter & inexplicabili qualitate ſeu facultate ſibi oppoſitis, cordi verò amicis ac familiaribus remediis indicat. *Vires* verò quia cordis ζωτικῇ δυνάμει à veneno oppugnatâ & impeditâ, adeoq; confeſtim, & ἐμφύτῳ & ἐπιῤῥύτῳ cordis θερμῷ vehementer debilitato, maximoperè concidunt, & urgent, idcircò valentiſſima, quæ Cor reficiunt, ejusque vitalem facultatem ac calorem nativum adeòque univerſum corpus corroborant, ipſique putredini prætereà & calori febrili, reliquisque ſymptomatibus omnibus reſiſtunt, indicant.

præ-

Digitized by Google

præſidia. Et quidem ſecundum haſce quoque 2. indicationes, curationem noſtram, quàm breviſſimè, vitatis omnibus verborum ambagibus, orationisque elegantiâ poſthabitâ, nunc perſequemur atque inſtituemus.

CAPUT VIII.

De primâ Indicatione Peſtis.

Quomodò ſc. venenum ejus, ſpecificis & Alexipharmacis, ſudorem moventibus, ſit oppugnandum èq; corpore ejiciendum.

CUm igitur, ut præcedenti Capite dictum, Peſtiferæ luis Eſſentia, ut potè primam indicationem præbens, in venenatâ & occultâ δυσκρασία conſiſtat: ad quam ceu cauſam præcipuam & originalem, reliqua omnia conſequuntur, & quâ, niſi ſublatâ, cætera verè curari nequeunt: nihilq; ſit quod magis urgeat, facilè hinc colligitur, prudentis Medici conſilium, ad hujus veneni extirpationem, tanquam ad ipſius principalis morbi curationem, principaliter etiam dirigendum, & præ cæteris omnibus hoc ipſi agendum eſſe, ut peſtilens illa δυσκρασία, quamprimùm fieri poteſt, contrariis antidotis ſuperetur, extinguatur ac eliminetur; Quod quidem ille non difficulter conſequetur, ſi neglectâ ac poſthabitâ venæ ſectione ac purgatione (utpotè præſidiis dubiis, minimèq; tutis) illicò ſudoriferorum medicamentorum, venenatas fuligines ad extimam corporis ſuperficiem propellẽtium, propinatione, ſemel atque iterum factâ, ægroto ſuccurrere ſtudeat. Principiò igitur Medicus, ad curam hujus morbi vocatus, blandis verbis patientem alloquatur, bonoq; animo eum eſſe, nec omnem planè ſpem de ſalute corporis ſui abjicere, ſed conſtantem in Deum fiduciam collocare, optimèq; de curationis ſucceſſu ſperare jubeat, deindè, num Alvus etiam hactenus officium ſuum probè fecerit nec ne, diligenter inquirat ac percunctetur, Quod ſi illam feciſſe cognoverit, tunc è veſtigio aliquod Bezoardicorum ſudoriferorum, paulò poſt deſcribendorum, ægrotanti offerat, eumque ad ſudandum ſedulò compellat ac hortetur. Sin verò minùs, in eo caſu, antè exhibitionem medicamenti diaphoretici, glande acutâ, alvum irritet, vel *hujus Clyſteris* injectione, (ſi 20. ætatis annum tranſcenderit) ventrem eidem emollire ſtudeat. Rec. Rad. Alth. Petaſid. Scorzon. an. unc. ß. *Clyſter. emoll.*

Mmmmm 3 herb.

herb. Veron. Scabioſ. Malv. Parietar. an. M. j. Scord. fl. Cham. Melil. Galeg. an. M. ß. Sem. fænugr. Aceroſ. Carduib. an. drach. ii. Prun. Damaſc. No. 5. Inciſa & contuſa coq. in ſ. q. aq. com. pro unc. xij. In quibus diſſolve Tripheræ Perſ. drach. vj. Elect. lenit. drach. iij. Ol. Cham. Rutac. an. unc. j. Lap. Prunel. ſcr. ß. Miſce fiat Enema. Alvo ſubductâ, nec incendio febrili nimiopere flagrante, ac per viſcera ſæviente, protinus, nullâ interpoſitâ mora, ægrotanti ad felix ſudoris elicium, propinetur *Elixir Peſtilentiale Crollij*, (Pauperes ſumere poſſunt Flor. Sulphur. Hi enim drach. ß. vel ſcr. ij. pondere pro ratione ætatis, cum modico aceti vini ſumti copioſum excitant ſudorem, teſte *Angelo Sala in lib. Ternar. Bezoart cap. 3.*) quod ſecretum ſingulariſſimum habetur in Peſtè, aliisq; morbis Epidemicis ac Venenatis profligandis, & ad miraculum quaſi expellendis, id quod nos ipſi experiëtiâ ſuperiorum annorum edocti, teſtari poſſumus. Anno enim 1610. cum lues peſtifera ſatis ferociter in urbem patriam ac concives noſtros ſæviret, meminimus, majorem partem eorum, qui ſecuti noſtrum conſilium tempeſtivè hujus Elixiris ſumptione, bis vel ter ſudorem elicuêrunt, cõtritâ & oppreſsâ ſic in ipſis initiis

Elixir Peſtilentiale.

morbi, veneni malignitate, integrè convaluiſſe, & ex hoc lethifero morbo eluctaros fuiſſe feliciter, vix uno atque altero tantùm extinctis, qui tardiùs nonnihil ad ejuſdem uſum acceſſiſſent. Hujus igitur tàm nobilis, tàmque præſtantis medicamenti compoſitionem, qui ſcire deſiderat, adeat ipſum Crollium, qui in Baſilicâ Chymicâ, pag. 228. luculentiſſimè illam tradidit. Adultioribus quidem dedimus ſcr. ij. cum ũnc. ß. Acet. roſ. Junioribus verò drach. ß. cum eodem aceto, vel alio convenienti liquore. Et felicem indè effectum (quẽadmodum diximus) in ciendo ſudore & veneno expellendo, vidimus & obſervavimus. (Notetur tamen quod ſudorifera eadem non omni tempore omnibus cõferant. Tempore enim æſtivo & cholericis calida nimis diaphoretica plus obſunt quam proſunt, cum ſanguis inde magis accendatur. Pro cujuſque itaque temperamento, ac anni tempore varianda ſunt ſudorifera medicamenta.) Summum quoque Arcanum Bezoardicum ad Peſtem curandam, radicituſque extirpandam prædicatur *ſequens Mixtura Theriacalis*, cujus hæc eſt compoſitio. Primò autem neceſſe eſt, in promptu habeas, Spiritum Theriacalem Camphoratum, qui ita elaboratur: Rec. Theriac. Ven. antiq.

Mixtura Theriacalis præſtantiſſima.

Digitized by Google

antiq. unc. v. Myrrh.tub.unc.iiß. Croci unc.ß.Spiritus vini opt.unc. x. Inditis omnibus cucurbitæ vitreæ, impoſitoq; Alembico cæco, in cujus roſtro priùs ſint poſitæ drach.ii.Camphoræ, ſtent in infuſ. per octid. in loco calido. Deinde fiat in B.M.deſtill. igne lentiſſ. Et ſic habebis Spiritum Theriacalem ſubtiliſſ.calidiſſ.ac penetrantiſſ.qui vel ſolus drach. iß. vel drach. ii. pond.cum cochlear: aq. Carduib. exhibitus, ad miraculum ſudorem prolicit, ac *σπέρμα σηπεδονῶδες* in totum disjicit ac diſſipat, id quod non uno experimento, in dicta peſte Hallenſi,quæ viguit 1610. compertum habemus.Hujus igitur Spiritus Theriac. Rec. drach. v.adde Spiritus Tartari opt. rectif. ſuper colcothar vitrioli drach.iii,ſpiritus vitrioli opt.drach.iß. Confuſa invicem miſceantur. Et ſic parata erit mixtura iſta: Cujus doſis in adultioribus drach. i. vel ſcr. iiii. cum aq.Scord.vel Carduib. in junioribus drach.ß.vel ſcr.ii. plus minusvè,pro ætatis ratione.Hæc mixtura revera ſuperat,& longo ſtadio poſt ſe relinquit,omnes alias aquas theriacales ſeu peſtilentiales, cæteraq; quævis antidota, quocunq; etiam nomine appellanda veniant. Quia in illa latitant omnia ea (ut ita dicam) requiſita,ad perfectam abſolutamq; curam peſtilentium morborum propriè ſpectantia ſeu pertinentia, deobſtruit enim ſeu aperit egregiè, venenatos vapores ſeu ſpiritus , tetro ac fœdo miaſmate pollutos , inſtar occulti ignis potentiſſimè exurit, & per extimam corporis ſuperficiem educit, omni etiam internæ corruptioni ac putredini reſiſtit miraculosè, ac tandem naturam corporis mirificè inſtaurat ac corroborat. Quod ſi verò mox ab initio ingentiſſimus calor febrilis ægrum exerceat, iſque toto corpore vehementer æſtuet, tunc à nimis calidis ſudoriferis,utpotè febrem intendentibus, ſpiritus vitales reſolventibus , ac vires totius corporis dejicientibus abſtinendum,eorumque loco uſurpanda alia,temperatâ qualitate prædita, & citra inſignem aliquam calefactionem, halitus venenatos disjicientia, ac per cutem expellentia, qualia ſunt, Bezoardicum Minerale, Flores ♁ fixi diaphor. Aurum diaphoret. ☿ præcipit: diaphoreticus, ☿ præcipitatus ♀ris diaphoretic. Crocus metallorum fixus diaphor. Sulphur fixum diaphoret. Item *ſequens Acetum Bezoardicum, & aqua Peſtilentialis*, quorum compoſitio hæc eſt: Rec. Rad. Petaſit: Elenii, Pimpin. Angel. an. drach.vi.Bacc.Junip.unc.iß. Cort. Citri exic. unc. i. Cymar. Rutæ drach.v. herb. Scord.Scabioſ.Valer.

Acetum Bezoardicum.

Digitized by Google

ler.Carduib.an. M.j. Flor. roſ. Calend.& Anth.an.P.j.Camph.ſcr.ii. Croci drach.i.Inciſa & contuſa infund. omnia in Aceti Caryophill. hort.lib.iii,vas benè opertum quotidiè agitetur, & de hoc aceto præbeantur infecto,cochlearia 2.vel 3. ad ſudandum. Miraberis ſanè hujus medicamenti,quantumvis vulgaris, effectum & operationem:

Aqua ſudorifera Peſtilent. *Vel ejus loco uſurpetur hæc aqua ſudorifera Peſtilentialis:* Rec.Diptam. albi unc.iß.rad.Torment. Pimpin. Scorzon.Morſus Diab. an. unc. i. herb. Carduib. Acetoſ. Galegæ, Scordii,Meliſ.an. M. j. flor. Borr. roſar,Bugl.an.Mß.Sem. Citr. Carduib. Acetoſ.an.drach.iiß. Zedoar. unc.ß.Sant.citr.Cinam.an. drach. iii.Macerentur per 5. vel 6. dies in Aq.Nuc.virid.& Carduib. an. lib. ij.Aq.Scabioſ.Scord. & veron. an. lib. ß. Dein exprim.Expreſ.adde Ther.vet.unc.iß.Conſ. roſ. acetoſ. borrag. an. drach. vi. Diaſcordii unc.i Spet.Diamoſchi dulc.& Diaxyloal.an.drach.ii.Succ.Citr.& vini Granat,an.unc.iii. Croci drach. iii.Denuò macerentur per triduum, dein deſtil.ad ſiccit.Doſ.unc.ij.

Obſervationes de ſudore ac ſudoriferis medicamentis.

Regulæ. Verùm circa ſudorem, & medicamentorum quoque ſudoriferorum exhibitionem hæc imprimis notanda & obſervanda.1.Ne quod nonnulli faciunt, jubeamus ægrum, acutiſſimo ac periculoſiſſimo hoc morbo laborantem, ſtragulis undiquaque benè tectis, ad 4. vel 5. horas continuò ſudare, cum enim, quod nemo facilè ibit negatum,violenti & longi ſudores, non modò gravibus morbis oppreſſos,verùm etiam ſano & robuſto corpore præditos, mirificè debilitent,idcircò non dubitandum, ſudorem tàm longum, prætereaq; coactum,& virtute imprimis calidiſſimorum medicamentorum provocatum,cum magno periculo, in perniciosâ iſtâ lue, per ſe repentè corpus exolvente, ac vires omnes proſternente, eſſe conjunctum, ac proindè ineptè ad tot horarum ſpacium illum imperari, ſed tantummodò, binas ad ſummum horas pro felici ejus elicio, unâ vice ſufficere.2.Ne Medicus vel patiens ſibi perſuadeat,ſe ſuperatis cunctis periculoſi hujus morbi ſyrtibus, jam prorſus tutum in portu ſalutis navigare, quandò ſemel tantùm vel bis, medicamenti alicujus diaphoretici uſurpatione, ſudorem prolicuerit,ſed potius teneat, eam eſſe hujus contagij fraudulentiam, ut licet ſemel à corde repulſum videatur,facilè tamen aliquam portionem ejus abdere ſe ſe in reliquo poſſe corpore, undè poſtmodum eruptio-

Digitized by Google

eruptionem faciens, cor, vitæ, arcem, de novo vehementiſſimè affligat, niſi per primum biduum, ad minimum quinquies vel ſexies, fortiſſimis ejuſmodi ſudoriferorum bezoardicorum machinis oppugnetur & ex corpore eliminetur.

3. 3. Ne rejecto forſan ob imbecillitatem ventriculi ab initio, à patiente ſudorifero per vomitum, Medicus actutùm animum deſpódeat, & ob id à curâ reſiliat, & pro derelicto eum habeat, ſed potiùs, ore priùs aquâ & aceto mundato, ejuſdem alexiterii exhibitione, ſecundâ; tertiâ, vel quartâ etiam, ſi opus erit, vice, reiteratâ, ità omni conatu illi ſuccurrere ſatagat. Quod ſi nec tunc retineat, inditium eſt, morbum naturâ ſuperiorem factum, paulò pòſt ægrum neci traditurum eſſe.

4. 4. Ne æger à ſumtione ſudoriferi ſomno indulgeat, ſed hunc ſi forſan obrepat, tanquàm nocivum ac θανάσιμον, omni ingenio à ſe excutiendo, vigiliis potiùs incumbat, donec vi ac perniciè veneni, retusâ, hebetatâ ac fractâ, nullum ampliùs ab illo periculum metuendum eſſe appareat, aliàs hoc neglecto, nec crebrò ægro excitato, animi defectio ſtatim, & ſæpiùs mors ipſa ſubſequi ſolet.

5. 5. Ne facto jàm per hydroticorum aſſumptionem ſufficienti ſudoris elicio, patiens, retecto ſeu aperto, in quo decumbit, lectulo, nudum corpus aeri frigido objiciat, ſed linteis moderatè calidis ac ſiccis ſudorem undiquaque ab omnibus corporis partibus, blandè abſtergendo, quietè in lecto novis lodicibus conſtrato ſe contineat, omnemque auræ frigidæ appulſum vitet.

6. Ne Medicus, quando forſan ad internorum alexiteriorum exhibitionem, nullo prorſus modo ſudorem ſuccedere aut ſubſequi viderit, è veſtigio patientem deſerat, eique omne auxilium deneget, ſed vel fortiorem diaphoreticorum propinatione, vel laterum calefactorum linteisque involutorum, vel lagenarum aqua calida repletarum, vel panis calentis infrà perforati, & perfuſi vino Malvat: aqua vitæ & ſucco rutæ, in quibus Theriacæ parum diſſolutum ſit, aliorumq; id genus externorum auxiliorum, ad axillas, umbilicum, pedes, vel alias corporis partes, applicatione, laboranti opitulari, & ita fomitem venenatæ qualitatis per ſudorem educere ac evocare ſtudeat. 6.

7. Deniq; ne durante ſudore, vel eo peracto, ſi vires ægrotantis fortè nimium fatiſcant, eaſdem cordialibus medicamentis ac analepticis reſtaurare negligamus, de quibus infrà Cap. 10. dicturi ſumus. 7.

Nnnnn CAPUT

CAPUT IX.

De aliis quibuſdam Sudoriferis Bezoardicis, uti raris, exquiſitis & elegantibus, ità jucundis, tutis & expertis.

PRæter ſuperiora à nobis deſcripta Bezoardica hydrotica, quibus ferè palmam præ cæteris tribuimus, innumera adhuc apud varios autores proſtant ac reperiuntur Remedia, ejuſdem morbi alexicaca, & nemo ferè non eſt, qui in hâc re proprium ſibi non fingat experimentum, ac planè ſingulare crepet jactetq; myſterium, adeò, ut in tantâ Alexiteriorum multitudine paſſim, ut dixi, obviâ, non immeritò quis hæſitet, ac ſuſpenſo animo expectet; quodnam alterum alteri ſit præferendum, & cui præ cæteris plus fidei ac efficacitatis tribuendum. Verùm cum major pars illorum medicamentorum, ex crudis ac impuris, nullaque arte correctis atque elaboratis conſtent ac compoſita ſint pharmacis ſeu ſimplicibus, inſuperque ſuprà à nobis demonſtratum ſit, Peſtem ceu morbum acutiſſ: ſummeque ſpiritualem atque aſtralem, requirere item medicamenta tenuiſſ: ſubtiliſſima, aſtralia & ſpiritualia, eamque difficulter raròque vulgaribus iſtis officinatum pulveribus, Syrupis, Electuariis, aliiſque id genus corporalibus ac craſſis remediis, utpotè nimis ignavis ac torpidis, profligari ſuperarique, idcircò, miſſis factis his poſtremis, hoc loco ſelectiora aliquot, nobiliora & elegantiora medicamenta curativa nunc ſubjiciemus.

I. VARIA SVDORIFERA SPAGYRICA VNIVS GENERIS.

1. *Aurum Diaphoreticum.* Rec. ☉ puriſ. drach. ii. Diſſolv. in aq. Philoſ. ex Sale Sulph. & ☿ali paratâ. Solutioni inſtilla oleum ex ☿: ſubl. deſtill. & 7. rectific. circiter unc. j. Ebulliant. Pone vas ſuper calentes cineres ad h. 3. vel 4. Poſtea præcipita calcem, affuſâ aquâ com. Pulverem indè collectum ſæpè ablue aq. roſ. Reſerva demum uſui. Vide & egregias nonnullas præparationes ex ☉ diaphoretico, quas tradit *Johan. Daniel. Mylius* in Baſil. Chym. lib. 1. pag. 11 12, 13, 14, 15, 16, 17, &c. Item, Tinctur. ☉ Extractionem quam Vide lib. 1. jam citati Autoris. ☿rius ♀ris diaphoreticus inſigne eſt ſudoriferum & ſpecificum in Peſte, cujus deſcript. vide in *meo Theſ. Jatrochym.* Tit. de ☿rio ♀ris. Item, Cinnabar. Dia-

diaphoreticam quoque vide in meo *Theſaur. Chemic. Titul. de Cinnabar.*

2. *Bezoardicum Minerale.* Rec. Liquorem illum gummoſum, qui exit in deſtill. ☿ vitæ, hunc 3. vel 4. rectificatum inde vitro capaci, guttatim inſtill. Spir. Salis Sulphurei ſeu Hermaphroditici donec nihil amplius repercutiatur. Hunc liquorem pelle in arena per retortam ad ſiccitatem uſque pulverique remanẽti ſuperfunde novum, ſpiritum & deſtilla ut prius, hanc cohobationem ſexies repete, ſemper novum ſpiritum addendo. Tandem pulverem album in fundo collectum ac prius edulcoratum uſui reſerva. Doſis G.6. vel 8.

3. *Turpethum Minerale Diaphoreticum* Rec. ☿ 3 vel 4. ſubl. pone cum in aquam com. in qua laminæ ♂ jacent. Poſteà parum coque, & revivicabitur ☿. Hujus opt. depur. Rec. unc ß, & Ol. vitr. unc. iß. Miſce in cucurbitâ parvâ, cui ſuper impone Alembicum. Poſteà Ol: vitr. per deſtill. abſtrahe à ☿. & in fundo reſtabit pulvis albus, ſuper quem reaffunde novum ol. vitr. denuòque ab eodem abſtrahe Tertia vice Rec. ☉ drach. ß, diſſol: in aq. R. & quando ab oleo videbis pulv: reſol: tunc affunde tuum ☉ ſimiliter diſſol: & aqua abſtrahatur per deſtill: primùm lento, dein forti igne, adeò ut candeſcat. Quod fixum non erit, illud ſublimatione elevabitur in Alemb. Reſiduum, quandò refrixerit, igneſce in tigillo per ſemihoram, Poſteà acredinem per repetitas ablutiones ab eo tolle. Et ſic habebis pulv. flavum, fixum ac dulcem, cujus G. 4. cum aqua Tartari exhibita, potentiſſimè ſudorem cient.

4. *Flores Antimonij fixi Diaphoretici.* Rec. Calcem Antimonii & ſalis Hermaphroditici an. lib. ß, Mixta invicem, ollæq; indita, ad ignem carbonum calcinentur per h. 1. vel ampliùs. Poſteà effracta olla, exime materiam, illamque in pulv. contere: Pulveri huic tantundem dicti Salis Hermaph. adde, iterum per horam calcina. & contere. Et hic labor tertia quoq; vice, ſemper novum ſalem addendo, repetatur. Tandem contrita materia, Sal ille per affuſionem aquæ calidæ à pulvere albo Antimonii, qui in fundo ſubſidebit, ſeparetur. Pulvis probè edulcoretur & reſervetur. Cujus G. 8. 12. vel 15. ſudorem ſatis validè elicient, ut id plus quàm centies experti ſumus.

5. *Sulphur Auratum Diaphoret.* Rec. Calcis vivæ, Salis uſti, & Tart: calc an: Superfund. aq. com. fiat lixivium, quod ſæpè colando clarificetur, hoc, Antimonio crudo pulv. ad 4. vel 5. digitos infunditur,

datur,& per horam circiter coquitur. Deindè ſedimentum quietè colligitur,Lixivium, ſi clarum eſt, transfunditur,fæcibus additur novum,proceditur q; ut priùs, donec tota tinctura extracta ſit.Lixivio omni confuſo,inſperge Aceti deſtill. & videbis Crocum Auratum ſtatim in fundum deſcendere , Lixivium deindè per inclinationem ſepara,& prædictum pulverem Croceum optimè ablutum, edulcoratum & deſiccatum,ſeorſim collige & reſerva.Doſis Gr.8.vel 10.

6. *Crocus Metallorum ſudoriferus.* Rec. Antim.crudi,& Salis naturæ Sulphurei ana unc.vi,Pulv.ſimul miſce.Dein pone crucibulum inter prunas accenſas, ut candeat, tùm injice cum ſpatula ferrea hujus mixturæ unc. ii, plus minùsvè, & ſtatim Crucibulum operi,donec fumus & ſtrepitus ceſſet. Poſteà amoto operculo , novos pulveres injice & claude,ita ad finem continuando , tandem da ignem liquefactionis ad horæ quadrantem. Crucibulo refrigerato , materiam exime & tere , eique novum Sal permiſce, & procede ut priùs. Et hunc laborem 5.vel 6.reitera. Tandem ſuperaffuſâ aq. cal. materiæ, Sal illud ſeparetur, pulvisquè aq. Carduib. edulcoretur. Doſis Gr. 12.vel 15. &c.

II. SUDORIFERA SPAGYRICA BEZOARDICA, PLURIUM GENERUM.

1. *Aqua Theriacalis deſtillata:* Rec. Rad. Enulæ,Imperat.Angel. Carlinæ an. unc. iß. Zedoar. Diptam. Valer. Petaſit. an.drach.vi, Cort.Citr.ſicc.unc.ii, Bacc. Junip. unc.iß,herb.Scordii,Rutæ, Meliſſ. an Mj.Diptam.Cret. P. j. Cinam. Macis an. drach.iiß,contuſa craſſo modo,macerentur per 6. dies ad ignem B.M.in vini Malv.lib.iii,Succor.depurat. Citr. lib. j. Scabioſ. Carduib.Meliſ.an. lib. ß. Deindè exprim.Expreſſ. adde Ther. Vet. Andr.& Mithrid.an.unc.ii. Conſerv. Acetoſ. roſ. borr.an.unc. i, Camph. drach. i. Digerantur denuò vaſe clauſo per triduum, deindè per cineres aut baln. vaporoſ. lento igne ad ſiccitatem deſtill. Doſis unc.ij. Non ſolùm ſudorem provocat,ſed & malignitati vehementer reſiſtit , cor.ac ſpiritus recreat,ſyncopemque tollit.

2. *Extractum ſeu Antidotum:* Rec.Rad.Zedoar. Angel. Tormét. Olſnitii,Scorz an.unc.i, fol. Scordii,Carduib. Veron. Rut. Diptam. an.drach.ß,Cort.Citri,& bacc.Junip.an.unc.iß,Sem:Citr. Carduib. Acetoſ.an.unc.ß, Inciſa omnia indantur

dantur vitro, & cum aceto vini deſtill.l.a.fiat Extractio, donec non ampliùs acetum coleretur. Acetum omne confuſum, & filtratum priùs per deſtil. iterum abſtrahatur, & Extr. manebit in fundo. Hujus Extr. Rec. unc.ii, adde Magiſt. corn. cerv. drach. ii, Salis Fraxini & Abſinth. an. drach. i. Miſce. Doſis drach. i, in adultis. *Aliud Extractum*: Rec. Rad. Angel. Enulæ, Gentian. an. unc. ii, Zedoar. drach. vi, Cort. Citri unc. i, Spęr. Diamb. Diamoſchi dulc. an. drach. iii, Diaxyloal. drach. iß, Contundenda contundantur, & in cõvenienti vaſe permiſc. ſuperaffuſâ ſ.q. Aquæ vitæ ſeu Spiritus Juniperini. Extrahatur omnis tinctura. Tincturam hanc priùs bene filtratam. per deſtill. tandem abſtrahe, donec materia, quæ in fundo reſidebit, conſiſtentiam quandam mediocrem inter durum & molle adipiſcatur. Hujus Extr. Rec. unc. i. cui adde & permiſce Magiſt. Perl. & Hyacinth. an. drach. ß. Eſſēt. Cāph. & Extr. Croci an. ſcr. i. Bezoardici metallici ſcr. i. G. 5. Ol. Citri G. 7. Ol. Angel. G. 5. Ambræ & Moſchi opt. an. G. iii, Aquæ Theriac. q. ſ. redigātur omnia in formā Antidoti mollis. *Aliud Extract*: Primò paretur Extractum cum aceto deſtillato, Ex Radic. Gentian. Zedoar. Angelic. Diptam. Olſnitij, Scorzoner. Enulæ & Valerian. an. unc. i, quod ſeorſim ſervetur. Dein aliud paretur Extractum ex Cinnamom. Cortic citri ſicc. an. unc. ß. Macis Galang. Caryoph. an. drach. iii, Croci drach. iß, cum optim. S. V. quod etiam ſeorſim ſervetur. Cui adde in fine, Ambræ, Moſchi an. gr. aliquot. Item, Balſam. Peruvian. drach. iß, vel drach. i, Camphor. ſcr. Horum 2. extractorum Rec. ſingulorum an. unc. i, Commiſce una, adde denuo illis Bezoar. Minerał drach. iß, Magiſter. Perlar. & Corallor. ſcrup. ii, Magiſt. Corn. Cerv. drach. ii, Tincturæ ☉ drach. j, M. unâ. Hujus mira vis eſt, naturam totius corporis corroborandi, ac venenum peſtiferum à centro ad circumferentiam per ſudorem evocandi, ſi adultæ perſonæ ſcr. ii, in convenienti liquore diſſoluti propinentur.

3. *Mixtura Bezoardica*: Rec. Mixturæ illius Theriacalis, cujus ſuprà cap. 8. facta eſt mentio, unc. ii, Spiritus Ligni ſancti, Liquoris cornu cervini an. unc. ß, Extracti Gran. Junip. unc. ß. Extract. Angel. Gentian. & Meliſſ. an. drach. ii, Extr. Cornu cervini Extr. Petaſit. Torment. Valer. ac Rutæ an. drach. i, Extr. Cinam. Xyloal. & Cort. Citri an. drach iß, (Nota: Iſta extracta omnia non debent eſſe duriter inſpiſſata, ſed liquida inſtarque mel-

Digitized by Google

lis fluida, aliàs nunquam rectè invicem permiſcerentur) Syr. Aceroſ. Citri, Syr. de Ceraſis cum Caryophil. noſtr. Syr. de Scord. & de ſucco Garduib. an. unc. ß. Miſceantur optimè omnia, & colentur mundiſſimè. In colatura diſſolve. Tincturæ Corall. Extr. Ambræ, Moſchi & Croci an. ſcr. ß. Pone in vitreâ phiolâ ad diregendum in balneo, per menſem integrum; ut omnia optimè uniantur. Doſis hujus precioſi medicamenti, quod, ut compoſitio ipſa docet, ſingulare & curativum & præſervatuvum omnium contagioſorum ac peſtilentium affectuum exiſtit, eſt unc. ß. plus minusvè, pro ætate patientis, cum pauxillo vini, aceti vel aquæ ſtillatitiæ alicujus ſpecificæ.

Alia Mixtura: Rec. Extract. carn. Vip. drach. ii, Magiſterij ☉ (quod paratur ex calce ☉ edulcoratâ, commixtaque cum Ambra, Moſcho & Soluto Perlarum) ſcr. ii, Lapid. Bezoar veri Orient. drach. ß. Gr. 5. diſſol. in S. V. & eodem iterum abſtracto, Succi rad. Carlin. rec. condenſ. Succi Carduib. & Succi Scord. inſpiſſ. an. drach. i, Ol. Angel. Ol. Succini alb. an. G. 15. Ol. Zedoar. & Junip. an. G. 4. Fiat horum mixtio, & ſervetur in pixide argenteâ inauratâ ad uſus. Doſis in curatione ſcr. ii. plus minusvè, pro ut neceſſitas exigit, cum vino generoſo.

4. *Spiritus Antipeſtiferus:* Rec. Aq. Theriac. unc. xii, Spir. Tart. rectif. unc. iii, Spiritus Sulph. rectif. unc. i, drach. ii, Spirit. Vitr. unc. i, Omnia indantur phiolæ Vitreæ benè lutatæ, & ad digerendum in locum calidum per 14. dies ponantur, ut benè uniantur. Tandem apertâ Phiolâ quandò refrixerit, in aliud vitrum effundantur, uſuique reſerventur. Doſis hujus ſpiritus eſt drach. i, plus minusvè, pro ætate patientis, cum aqua quadam Bezoardica.

5. *Eſſentia Mummiæ Alexiteria:* Primò paretur Tinctura Mumiæ hunc in modum: Eligatur cadaver hominis ruffi, integri, recentis ſine macula, viginti aliquot annorum, ſuſpenſi vel rotâ contriti, per diem & noctem tempore ſereno collectum. Hanc Mumiam à 2. Luminaribus ſemel illuminatam ac conſtellatam, fruſtulatim conſcinde, & aſperge pulv. Myrrhæ, & pauco Aloes (alioquin nimium amareſcit) poſteà imbibe macerando aliquot dies in S. V. ſuſpendatur parùm ac iterum imbibatur, tandem in aere, fruſtra ſuſpenſa ſiccescant, tunc aſſimilatur carni fumo duratæ ſine fætore. Et poſteà S. V. ſ. a. Tinctura rubicundiſſ.

Digitized by Google

diſſi extrahatur. Rec. Hujus Tincturæ, ſeu Extracti Mumici, à quo tamen S. V. denuò abſtractus ſit unc. iii, Ther. Androm. unc. ii, Magiſter. Perlar. & Corall. an. drach. i, Extr. Gran. Junip. drach. vi, Boli Arm. veri unc. i, Moſchi opt. drach. ß, M. & digere circulando per menſem. Doſis drach. i. in aq. Carduib. vel Angelicæ.

6. *Elixir proprietatis Paracelſi.* Rec. Myrrhæ ſplend. Al. Epat. Croci Orient. an. unc. iij, Pulveriſ. indantur vitro, humectando optimo S. V. Poſteà affunditur rectific. Spiritus Sulph. acidus, ad 3. vel 4. digitorum eminentiam, ponatur in digeſtione & circulatione per biduum. Tandem, quod tinctum & extractum fuit, per inclinationem ſeparetur, Materiæ verò in fundo reſtanti, affunde bonum S. V. & circulando per menſes 2. iterùm coloratum extrahe, ſepara ac priori liquori colorato miſce. Fæces in fundo lentè deſtillentur, quod primò egreditur, addatur ſuperiori Tincturæ, & ita per menſem adhuc ſine deſtill. circulentur. Doſis pro curâ peſtis drach. i. in vino, &c.

CAPUT X.

De alterâ Indicatione Peſtis.

Quomodò nimirùm vitalis facultas collapſa, medicamentis corroborantibus iterùm inſtauranda, ægerq; à ſudoribus, cibis optimis reficiendus ſit.

HActenùs dictum fuit, quomodò venenum Peſtis bezoardicis ſudoriferis, ſemel atque iterum adminiſtratis, extrà corpus ſit ejiciendum. Quoniam verò à peractis ſudoribus ut plurimùm propter ſpirituum nimirum vitalium, qui omnium laudabilium actionum, totius corporis, præcipui ſunt opifices, ingentem reſolutionem ac diſſipationem, ægrotos viribus dejici ac labefactari contingit, idcircò Medici prudentis cura, in eo potiſſimum verſari debet, ut tùm exquiſitis medicamentis corroborantibus, tùm alimentis quoque εὐχύμοις καὶ εὐπέπτοις, collapſam vitalem cordis facultatem, actutum inſtaurare, novamque ità toti corpori afflare & conciliare robur, ſollicitè omni niſu ſtudeat atq; laboret, alias ſcopo hoc curativo

Digitized by Google

tivo poſthabito, omne molimen ejus, quod in averrucanda per ſæpius reiterata hydrotica, morbi hujus malignitate, adhibet, irritum planè ac früſtraneum erit, nec curationis eventus, voto & expectationi ſuæ unquàm rectè reſpondebit.

Poſtquam igitur, ut ſuprà dictum, ſudores per unam atquè alteram horam, pro ægri tollerantia ac viribus ritè profluxerint, erunt hi linteis mediocriter calentibus exiccandi & abſtergendi ne aere frigido occurrente, veneni labes intrò repellatur ac recedat, ægerq; mũdiore ac ſicciore lecti loco collocandus, quod ubi factum, eidem aqua roſacea, aceto permixta, & modica, ſi odorẽ ferre poſſit, Camphora injecta, offeratur, hacque faciem, os ac manus proluat. *Naribus verò ad odorandum objiciatur nodulus hic*: Rec. Cort. Citr. ſic. drach. iß, Cinam. Caryoph. an. drach. ii, flor. roſ. odor. drach. i, Macis drach. ß, Zedoar. drach. ß, Camph. G. 4. cõtuſa minutim ligentur in nodulo, qui vel vino generoſo, vel aceto roſaceo, vel aquâ Cinam: imbutus, ſubindè naribus applicetur: mirificè recreat ſpiritus, ſopitam vitalem ac animalem facultatem excitat, ac cor cerebrumq; confortat. Vel ejus loco, medulla panis triticei recentis, vino Malvat: intincti, vel aquâ roſ. irrorati, in qua parum Croci diſſolutum ſit, naribus ad odorandum applicetur. Egregiè quoque confert, (Si vinum cydoniatum vel granatorum poſt ſudorem ægro ad cordis robur præbeatur,) ſi tùm inter ſudandum, tùm poſt ſudorem æger crebrò maſticet, pulpam Citri, Magiſterio Perl. vel Corall leviter conſperſam, vel de vino Granat. Succo Citrij, Limonum, vel de Rob. ribium ſeu berberum. cochlear unum ſubindè capiat ac deglutiat. Item ſummoperè conducit, 3. vel 4. ſeq. Rotularum crebrò deglutire. Rec. Magiſt. Coral. & Perl. an. drach. i, Magiſt. Hyacinth. drach. ß, Extr. Croci ſcrup. ß, Confect. Alcherm. ſcr. i, Ambræ & Moſchi diſſ. in aq. roſ. an. G. ij, Ol. Cort. Citri & Cinam. an. G. ii, Sach. albiſ. diſſol. in aq Cinam. roſata q. ſ. M. Fiat *confectio in Rotulis*: Immediatè verò ſingulis vicibus, poſtquàm ſudaverit æger, ad cordis tutelam ac virium reſtaurationem ei hauſtulus unus atque alter *de ſeq. aqua Cordiali* præbeatur: Rec. Aq. flor. Cit. Roſ. Borrag. Bugl. Carduib. Acetoſ. an. unc. iiii, Acet. roſ. & Caryophil. noſtr. an. unc. ii, vini Rhen: gener. vel ejus loco, vini Granator. aut Cydon. ſi habeatur, unc. viij, Syr. de ſucco Berb. vel & acetoſitat. Citri, unc. iii, Julapij Roſ. unc. ii, Pulv. Cordial. drach. iii, Mar-

Rotulæ confortantes.

Aqua Cordialis inſtaurãs.

Digitized by Google

Margar. præp. vel Sal Perlar. drach. ii, Miſce. Vel ſorbenda dentur cochlearia bina vel terna hujus *aquæ confortativæ*, cujus inſignes vires ac efficaciam, quamplurimi in Peſte Hallenſi Anno 1610. cum maxima corporis ſui Salute experti fuêre: Rec. Aq Carduib. Acetoſ. Bugloſ. Scabioſ. an. unc. ii, Aq. Cinam. & Roſ. an. unc. i. Spir. Carduib. & Meliſ. an. drach. vj. vini Granat. (vel Cydon) unc. iij. Syr. de Acetoſ. Citr. unc iii, Extr. Croci drach. ß. Magiſt. Perl. & Corall. an. drach. iß, Confect. Alcherm. drach. ß, Gr. 5. Arc. Vitrioli ſcr ii, Miſc. perfectè invicem. Vel ſequens Julapium, Rec. aq. Card. bened. Scabioſ. Acetoſ. Borragin. an. unc. iij. In quibus ebulliant una atque altera ebullitione, Conſervar. Roſar. flor. Tunic. Acetoſ. & Scordij an. drach. vi, decoctum coletur & clarificet. Cui adde. aq. Capon. deſtill. unc. v. aq. roſar Cinnamom. unc. ii. Extract. Granor. Juniper. unc. ß, Extract. Croci ſcrup. j. Extract. Santal. Citrin. ſcrup. ii. Syrupor. de Acetoſitat. Citri de flor. Tunic. Granator. an. unc. ij, Syrup. de Borragin. unc. i. Sal. Perlar. Corallor. an. ſcr. ij, Arcani Vitriol. q. ſ. ad acorem M. & percolentur iterum aliquoties per chartam. Aut ſi ægrotus magis *Condito* delectetur, ſequens illi præſcribatur, quod magnarum virium eſt, in viribus corporis collapſis, citò reparandis. Rec. Conſ. fl. Citr. unc. iß, Conſ. roſ. acetoſ. Borr. an. drach. vi, Pulp. Citr. cond. an. unc. ß, Ribium condit. drach. iii, Magiſt. Hiacynth. & Perl. an. ſcr. ij, Magiſt. cornu cerv. & Conſ. Alcherm. an. drach. ß. Sper. Diamoſch. dulc. drach. 1, Diamargar. frigid. ſcr. ij, Syr. de acetoſ. Citr. q. ſ. cum Spirit. Viti. ſ. q. ad acorem ſvavem. Miſce. Doſis ad magnitudinem juglandis, ſuperbibendo immediatè hauſtulum aq. Carduib. Qui verò lautioris ſunt fortunæ, quoſque non piget aut pudet, nihil non facere ſumtuum in precioſa quævis medicaméta, modò iiſdem, ad morbos propulſandos, ſanitatemque recuperandam potiri poſſint, hi ſudoribus debilitati utantur crebrò Q. E. Perlarum, quo medicamento poſt Opotabile, ad naturam humani corporis confortandam, nullum adhuc repertum eſt nobilius, nullum elegantius ac præſtantius. Cujus quidem deſcriptionem, licet à quibuſdam ſecreti loco habeatur, & ob id minimè ſit vulgaris, eam tamen in gratiam benevoli lectoris, utpotè cui prodeſſe hoc noſtro ſcripto ſtudemus, hic ſubjungere non gravabimur.

alia Aqua

Conditũ corroborans

Ooooo *Olei*

Olei ſeu quintæ Eſſentiæ Perlarum vera deſcriptio.

Rec. Margaritas optimè lotas, & in pulv. tritas. His phiolæ inditis ſuper perfunde Menſtrui acid. volatilis, vegetabilis, vel mineralis, ad 3. vel 4. digitorum eminentiam, ac phiolam benè occluſam, cineribus calidis impone, donec Perlæ omnes ſolvantur & in liquorem abeant. Menſtruum deindè in B. M. abſtrahatur, & in fundo Magiſterium Perl. reſtabit. Hoc ſume, ipſiq; aliud menſtruum affunde, ut denuò ſolvantur, tunc nonnullæ impuritates ab eo ſeparabuntur, à quibus, quod clarum eſt, & in menſtruo delitеſcit, effundito, ne fæces cum illo permaneant, denuoq;, ut priùs menſtruum abſtrahatur, & rurſus, quod in fundo manet, ſolvatur, idque tamdiu repete, donec nullas ampliùs impuritates Perlæ rejiciant, & ſolutio pura appareat. Quandò igitur menſtruum, ultima vice abſtractum fuerit, affunde aq. pluv. deſtil. & cum ea magiſt. hoc ablue, quo facto, aqua rurſus per deſtil. ſeparetur, idq; tantiſper, donec aqua inſipida prorſus guſtui ſe offerat. Accipe nunc hujus Magiſterij q. v. eiq; affunde S. V. opt. ad 2. digitos, vaſe cum luto optimè clauſo, ad octoduum in cineribus calidis ad digerendum illud colloca, in quo temporis ſpatio, nonnihil in oleum ſpiſſum reſolvetur, quod ob ſuam ſubtilitatem S. V. innatabit. Hoc oleum per inclinationem cautè à remanentia ſepata, & alium S. V. affunde, clauſoq; vaſe, tuam materiam in calidis cineribus, ut ante, digere, toties repetendo, donec omne Magiſt. in oleum converſum ſit. Hoc Ol. ſeu Q. E. per triduum cum S. V. circulato, ac tandem S. V. ab illo per B. evocato, ita tamen, ne Eſſentia nimiùm areſiat, & ad uſum reſervato. Hujus Q. E. 7. 8. vel 10. Guttulæ cum aq. Cinam. Borrag. vel Meliſ. propinatæ, mirificè vires corporis proſtratas erigunt, & ſyncope correptis, in momento quaſi ſuccurrunt & opitulantur. Nonnulli quoque ad vires inſtaurandas, ſudore nimio debilitatas magnopere extollunt *Aquam Caponis deſtill:* quam & nos, eo præſertim modo, ut jam docebimus, præparatam, improbare nequimus, ſed eam potiùs longè utilem & excellentem in hoc caſu judicamus. Rec. Caponem unum antiquum & pinguem exenteratum, conſcinde in fruſta, & in cucurbitam vitteam capacem injice, addendo Conſ. roſ. Borrag. Acetoſ. Meliſ an. unc. ii, Cort. Citr. unc. iii, Sãtali odor. & Cina. an. unc. i. Macis unc. ß, Zedoar. unc. ß, flor. *Aqua Caponis deſtillata.*

roſ.

roſ. Anth. Borrag. Ocym. an. P. j. Vini Rhen. gener. ℔. iiii. Sach. albiſ. ℔. ß. vas benè clauſū, ut nihil expiret, collocetur in B. M. per 8. vel 10. dies, donec Capo, vi bullientis aquæ in minutiſſ. partes decoctus fuerit. Exprim. poſteà omnia fortiter per torcular, & deſtill. Doſis hujus aquæ, cochlearia 2. vel 3. pro vice.

Externa confortantia. Prætereà non negligenda quoque *externa præſidia*, nihil enim nō tentandum, quo cordi ac ſpiritibus vitalibus, utpote præ cæteris in hac maligna lue plurimum laborantibus, robur afflетur, in quem finem maximè ex uſu videntur eſſe *Sacculi Cordiales*, in hunc fere modum præparati: *Sacculus Cordialis.* Rec. herb. meliſ. Ocymi an. M j. rad. Zedoar. Angel. an. drach. iß. flor. roſ. rubr. Mß. flor. bugl. anthos an. P. i. Cinam. Cort. Cit. an. drach. i. Sant. Citr. ſcrup. ii, Macis drach. ß, Croci ſcr. i. Ex tuſis & inciſis fiat Sacculus, qui vino generoſo imbutus & expreſſus, tepidè cordi admoveatur.

Epithema Cordiale. Sic & Epithemata, ex aquis cord. & vino Malvat. in quo Crocus & Camph. ſint diſſoluta, tepidè applicita, mirum in modum proficua exiſtunt, pectore ſc. à carbunculis minimè obſeſſo. E. g. Rec. aq. roſar. Borragin. Meliſſ. vini Malvatici, ſucci Limon. an. unc. ii, Acet. roſar. unc. iß. Extract. croci ſcrup. j. Camphor. ſcr. i. Miſce. Huic aquæ infunde nodulum ſequentem. Rec. Cortic. Citri drach. iß, Sem. Citri, Ocym. ſicci, Flor. Lavendul. Majoran. Cinnamom. optim. Macis an. drach. i, ex inciſis paretur nodulus qui maceretur dicto Epithemati, & aliquoties exprimatur fortiter.

Unguenta ſeu linimēta Cardiaca. Quēadmodum & *Unguenta ſeu linimenta Cardiaca*, ſuam hic merentur laudem, imprimis verò ea, quæ ob λεπτομέρειαν partium, citiſſimè penetrant, qualia hæc ſunt. Rec. Balſami Nuc. Moſch. drach. i. Balſami Citri & Cinam. an. drach. ß, Ol. ſtill. roſ. G. 4. Ol. Ocymi G. ii, Moſchi opr. G. ii, Zibethi G. j. Miſce: *vel* Rec. Extract. Rut. & Granor. Junip. an. drach. i, Extr. Croci ſcr. ß Ol. Corr. Arant. G. 7. Ol. Zedoar. G. 5 Balſ. Succini & Angel. an. drach. ß. Miſce. Quibus cordis regio, & pulſus arteriarum in manibus inungantur. Et hæc quidem de confortantium medicamentorum uſurpatione dicta ſufficiant. Reſtat nunc, ut quomodo alimentorum εὐχυμῶν καὶ εὐπεπτῶν adminiſtratione, ægro ſit proſpiciendum videamus, id quod ſequenti quidem Capite breviter expediemus.

(·.·)

CAPUT XI.

De victus ratione, circa ægros Peſte correptos, inſtituendâ.

CUm nullum tàm efficax Medicina habeat remedium, quod ſolidum queat afferre auxilium, ſi non competens victus ratio ei adjungatur, Idcircò traditis hactenus, multis egregiis experimentoque ipſo ſæpiſſimè comprobatis remediis, luem peſtiferam, occultâ ſuâ virtute & oppugnantibus & expugnantibus, tempeſtivum nunc eſt, ut ad legitimæ Diætæ ab infectis curioſè obſervandæ conſiderationem quoque deſcendamus. Conſiſtit autem illa in convenienti 6. rerum non naturalium adminiſtratione, de quibus quidem cum etiam libro 2. cap. 9. prolixum inſtituerimus ſermonem, eapropter ne hîc actum agamus, ac crambem bis coctam reponamus, breviores & conciſiores nunc erimus.

De Aere. *Aer:* Aerem primò quod attinet, cùmprimis ſtudendum, ut cubiculum, in quo æger decumbit, ſit mundum ac lucidum, aurâque ſalubri perflatum, & inprimis verò, ſi locus id ferat, ut Eurus & Aquilo illud ſubintrent. Aerem enim frigidiuſculum ore excipere, & attractu Pulmonum in cor tranſmittere, extinguendi febrilis incendij gratiâ, minimè nocivum ægro exiſtimamus, modò ſtragulis ita corpus ſit contectum, ut apertis cutis ſpiraculis, exhalâre lurida vis malignitatis poſſit. Tempore itaque æſtivo, pavimentum cubiculi conſpergatur foliis & floribus herbarum odoriferarum ut ſunt: Vitium, roſ. nymph. viol. meliſ. &c. Ad parietes quoque expandantur panni linei, aceto vel aq. roſ. intincti, nec non ſuffitus ex aq. roſ. & viol. in quibus coxerint ſantalum, Cort. Citr. Xyloal. Camph. &c. hinc indè per domicilium excitentur. Brumali verò tempore, aer alteretur per ſuffimigia & odoramenta calida, cor, cerebrum ac ſpiritus roborantia, de quibus cum ſuprà in prophylaxi copioſè dictum fuerit, idcircò ſupervacaneum erit, plura hîc addere, illud ſaltem adhuc inculcantes, cum conſtet, ægros ſemper expirare halitum venenatum, ob id conclave illud, in quo peſte correptus aliquis decumbit, ſæpiùs de die, ſuccenſo in illo, igne, ex ligno præſertim Junip. Cupreſſ. Laurino & roſmarino, repurgetur, quia habet ille peculiarem vim omnia μιάσματα putrida abſumendi.

Cibus & Potus: Cum vires in- *De cibo & potu.*

hoc.

hoc morbo, ſemper admodum proſtratæ jaceant, idcircò pro illarum reſtauratione, neutiquam convenit adhiberi craſſa ac concoctu difficilia alimenta, ſed requiritur cibus, qui non ſolùm exiſtat εὔχυμος καὶ εὔπεπτος, verùm etiam ταχύτροφος cum celeri refocillatione hic ut opus, jubente id ipſum *Hipp. 2. aph. 7.* Hujuſmodi autem ſunt juſcula caponum, pullorum gallinarum, cum ſucco Citri vel Lim. aut aceto roſ. imbuta. It: lac amygdalinum ac pineatum cũ aq. roſ Magiſt. Perl. & Corall. paratum; ut & brodium pulli cum vitello ovi, Croci ac maceris momento; vel ovum molle ac ſorbile, cum inſperſo pulvere Cinam. & Maceris. Proderunt & aviculæ aſſæ, ſucco limonum irroratæ, nec non carnes pullorum gallinaceorum, perdicum ac vituli trimeſtris, ad mollitiem cum infuſ. Cort. Citr. coctæ. Reliquas verò carnes, ut ſunt bubulæ, vaccinæ, ovillæ, ſuillæ, & quæ in ferinarum habentur genere, ut ipſimet ægri plerumque averſantur, ita nec ad earum comeſtum ſunt cogendi, quod difficilioris concoctionis à debilitato ventriculo & nauſeabundo, vix citrà corruptionem conficiantur.

Reſtaurativum egregium.

Pro illarum tamen eſu ſubſtituatur *hoc Reſtaurativum*, quod ſanè egregium eſt, & cætera ferè omnia ſuperat. Rec. Caponem 2. aut 3 annorum deplumatum & exenteratum, quem collo, pedibus, alijsque rejectis, in fruſta minuta conſcinde. Porrò accipe 1. vel 2. Perdices, coxam vervecinam vel vitulinam. Hæ carnes omnes minutim inciſæ & invicem mixtæ, in vino albo per h. 12. macer. Indantur poſtea vitro, addendo Cinam. unc. i. Nuc. moſch. craſsè contuſ. No. 4. flor. borrag. roſ. bugl. Caryophil. hort. an. P. j. Coral. & marg. præp. an. unc. ß. Omnibus ritè mixtis, vaſiſque orificio optimè clauſo, ac in aheno aquâ repleto, collocatis coquantur, idque ſine intermiſſione ebullitionis per h. 8. Tepefactum vas aperiatur, jusque indè ſeparetur, exprimendo reſiduam carnium partem per linteum, omnibus refrigeratis, pinguedo, ſi quæ reſtat, cochleati ſeparanda eſt, ſiq; fortè cruditatis quædam apparent veſtigia, jus inter 2. patinas recoquendum eſt, donec albedinem ac decoctionem perfectam conſequatur. Hujus reſtaurantis inſtar Gelatinæ gelati, accipe 3. vel 4. cochl. quod in patinâ ſuper carbones eliquatum, ſorbendum præbeas ægro ad vires inſtaurandas, idque continuandum ſingulis 3. aut 4. horis, ex quo brevi robuſtiorem illum fieri videbis. Vel huc Rec. Caponem bene nutritum & viſce-

ribus,pinguedine, pedibus, collo, & extremis alis ſpoliatum. Item, Carnis vitulin. lib. j. in minutas partes ſcinde & matracio impone cum ſucci Meliſſ. Bugloſſ. & Scabioſ. an. unc. iii, clauſo vitro in B. per 8.vel 10.dies retine. Poſtea cola & per linteum exprime, addendo Gelatin. cydonior. transparent. Gelatin. Citri, Syrup. Violar. an, unc. iß. aq. Cinnamom. drach. j. Miſce de quo patienti 1. 2. vel 3. cochlearia ſubinde exhibe, ſingulis vicibus admiſcendo Magiſt. Corallior. Perlar. an. g. 6. aut ☉ potabil. gutt. iii. *Angel. Sala.* *Piſces*, cum facilè corrumpantur in ventriculo debili, idcircò ab illorum eſu tamdiù abſtineat æger, donec priſtinam corporis integritatem reſumpſerit. Omnia quoque ſalſa, acria ac nimis calida hîc damnoſâ ſunt, cùm ſanguinem inflamment. *Fructus* quod attinet, non improbantur mala Citria, Limonia, Cydonia, ribes, ceraſa acida, berberis & id genus alia, vel cruda, vel cum ſaccharo condita, moderatè comeſta. *Potum quod ſpectat*, æger primis 4. vel 5. diebus, ubi propter feroci entem nimis ardorem, ac malignum totius corporis æſtum, omnia periculi plena ſunt, à vino penitus abſtineat, nec illud guſtet, ne πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχλίζῃ, in declinatione tamen febris ad ejuſdem uſum intrepide accedat, quo calorem languentem mirificè inſtaurari, ſpiritus proſtratos citiſſimè reſuſcitari, vireſq; totius corporis fatiſcentes, potentiſſimè refocillari, non eſt, quod dubitemus: Interim eo tempore, quo vini uſum novit ſibi interdictum, ejus loco admittat hanc *potionem*: Rec. Rad. Acetoſ. unc. ii, herb. acetoſ. M. iß. Tamarind. unc. ß. Cort. Citr. exic. unc. ii. flor. borrag. P. j. Paſſul. Corinth. unc. i. Sant. Citr. drach. ii, Cinam. drach. iß, Coq. omn. in ſ. q. aq. font. limp. vaſe occluſo, ne quid evaporet, Poſtea decoct per manicam coletur, & uſui reſervetur, Doſis, quantum lubet. *Vel.* Rec. Cornu cervi uſti præp. unc iiß, Coq in aq. Acetoſ. & Carduib. an. lib. ii, Decoctum coletur. Cui adde Succi Limon. deput. unc. iii, Succi Ribium vel Berb. unc. ii, Miſce. Doſis, cyathus unus. Vel curet ſibi præparari *hoc Julapium*, quod guſtui admodum gratum & acceptum eſt, inſuperq; naturalem Muſti ſeu Vini recentis, colorem & ſaporem æmulatur. Rec. Aq. fontanæ claræ lib. iiii. Syr. Viol. unc. iiß. Syr. Acetoſ. Citri unc. ii, Arcani Vitr. ſcr. iiij. Transvaſando hinc indè fiat Julapium. Sunt etiam, qui hîc *Aquæ gelidæ potum* liberaliorem commendant ac imperant, quorum tamen ſententiæ ſimpliciter accedere nequimus,

Potio.

Julapium ſuave.

nam

Digitized by Google

nam licet optimè ſitim ac calorem febrilem extinguat, ventriculum tamen valdè debilitat, venenum intùs magis impingit, calorem nativum, aliàs per ſe nimis languidum, obruit, Spiritus ſubtili ſubſtantiâ præditos extinguit, cruditates inſignes, variaq; obſtructionum genera parit, vel aliter corpus aggravat & afficit, quò minùs veneni injuriis reſiſtat.

De Somno & vigiliis.

Somnus & Vigilia. Hæc ſint moderata, ἀμφότερα γὰρ τοῦ μετρίου γινόμενα μᾶλλον, κακόν, *teſte Hipp. 2. Aph. 3.* Præſtat tamen ſemper in hoc morbo, primo nimirùm biduo, vigilare, quàm ſomno corpus tradere. Nam per ſomnum calore nativo intrò tractо, veriſimile eſt, venenum quoq; eò faciliùs ac promtiùs ad cor & interna rapi viſcera, ſicq; per totam maſſam ſanguinis diſpergi: cum contrà vigiliis, calore forinſecùs converſo, ſicq; à Centro ad ſuperficiem corporis evocato, ſimul quoquè multos venenatos halitus ac vapores, eò attrahi, propelli ac traduci, credibile ſit. Elapſo verò biduo, ne vigiliæ nimiæ, exaſperato nimirùm indè febrili incendio, ſpiritibus reſolutis, viribusq; ægroti dejectis, plus obſint, quàm proſint, ſatis erit per certa intervalla, ad virium nimirum collectionem ſeu conſervationem, 3. vel 4. horarum ſomnum impetrare. Quomodò verò æger, ſi primis diebus nimiùm in ſomnum propenſus fuerit, ab eo ſit excitandus, vel quomodò vigiliæ ſuperfluæ emendandæ, in fine hujus libri docebitur.

De replet. & inanit.

Repletio & Inanitio. Omnis fugienda repletio, & ſi forſan alvus, ſponte non fecerit ſuum officium, tunc vel glande adhibitâ, vel Enemate aliquo molli injecto ad excretionem ſollicitetur, nequaquàm autem illa, validis laxantibus Pharmacis laceſſatur ac ſtimuletur, periculum enim tunc non leve ſubeſt, ne in dyſenteriam vel diarrhæam prorumpat. Quare ultra Trypheram non ſe erigat Clyſmatum vis. Circa finem tamen morbi, extincto febrili incendio, & acciſâ omni malignitate, inſuperq; neceſſitate aliquâ ſuadente, fortiora purgantia, tùm per os ſumta, tùm per alvum injecta, minimè erunt reformidanda.

De animi paſſionibus.

Animi Pathemata. Omnia quoque animi moleſta, vehementioraque accidentia vitentur, imprimis verò ira, mæror, triſtitia & puſillanimitas longè exulent, & contrà quãtum fieri poteſt, gaudium, ſpes ac lætitia procurentur. Speret itaq; æger optimè, & ſit in patientiâ hilaris, divinum implorãs auxilium, Medicoq; ſuo obediens, nec dubitet Deum, utpotè in cujus manibus,

Digitized by Google

bus, omnes poſitæ ſunt ſortes noſtræ, qui eum in deploratum ac calamitoſum iſtum morbum conjecit, ex eodem quoque, ſecundùm divinæ voluntatis ſuæ beneplacitum, illum erepturum ac liberaturum, ſicque tandem priſtinum corporis vigorem, ſanitatem ac integritatem poſtliminiò donaturum eſſe.

CAPUT XII.

De curandis Bubonibus & Anthracibus.

BUbo nihil aliud eſt, quàm tumor cum inflammatione conjunctus, ruber, dolens, renſus & tangenti renitens, quandoque etiam pulſans, in glandulis conſiſtens, quæ vel in inguinibus ſitæ ſunt, vel ſub axillis, ac circa aures, collum, mammas emergunt. *Oriuntur autem ejuſmodi Bubones* in peſte, quandò nimirum expultrix partis alicujus principis facultas, à pravâ veneni qualitate ſtimulata, in adenes ſeu glandulas, ceu loca ignobilia ac infirma, ſuaq; naturâ aptiſſima ad quaſvis humorum excrementitiorum noxiorumq; colluvies ac ſuperfluitates recipiendas, diram ac malignam deponit & eructat materiam. *Anthrax verò ſeu Carbunculus*, qui Avicennæ pruna, & ignis Perſicus dicitur, eſt tumor maximè adurens, nigram cruſtram habens: vel eſt ulcus cruſtaceum, nigricans, pruriginoſum & exedens, cujus partes circumpoſitæ admodum livent, undè *Gal. cap. 12 de differ. morb.* voluit, Carbunculum eſſe morbum, è tumore & ulcere compoſitum. Hic autem plerumque cum pruritu primitùs erumpit, quem ſequuntur una vel plures puſtulæ, ab initio quidem parvæ, deindè ſenſim accreſcentes, quibus quidem vel ſpontè, vel per affrictum manuum diſruptis, ulcus malignum cruſtoſum ſuccedit: omnibus præthereà his circumpoſita caro ad ſummam pervenit inflammationem, quæ tamen non calorem Eryſipelatis præ ſe fert, ſed ad lividum ac nigricantem potiùs vergit. Indiſcriminatim autem Anthrax in omnibus corporis partibus, prout ſc. magis in uno, quàm in alio loco materia reperitur, & pars debilior eſt, erumpere ſolet. *Generatur verò* ſeu ſubnaſcitur, à retorrido, exuſto, & venenato ſanguine, qui vel ſuopte impetu efferveſcens eò irruit, vel naturæ robore propellitur, quæ quidem exuſtio, prout major vel minor exiſtit, ſic etiam vario Charactere carbunculus ſeſe oſtentat. *Caterùm illud adhuc obſervandum*; Bubones & Anthraces non ſemper neceſſariò omnem

Anthrax quid.

omnem comitati peſtem, ſiquidem non paucos extingui videmus, quorum corpora ne veſtigium quidem ullum dictorum Apoſtematum præ ſe ferunt, idque in Ephemerâ potiſſimum peſtilenti contingit, quæ citiùs jugulat ac interimit, quàm ut natura putridi ac venenati humoris ſequeſtrationem aggredi poſſit; vel eum omnis naturæ vis ſubitò oppreſſa languet, ideoque ob inſignem debilitatem quaſi jàm à morbo ſe victam ac ſuperatam ſentiret, malignam materiam à corde ad emunctoria excutere vel protrudere nequit.

Curatio Bubonum.

Bubonis igitur Peſtilentis curam quod attinet, jure hîc laudantur ea remedia, quæ partim laxandi & emolliendi, partim attrahendi, & attractam demum materiam ſuppurandi facultate prædita ſunt. *A laxantibus & emollientibus* primùm res auſpicanda, in quem finem utiliſſimè adhibentur fotus & linimenta per inſenſilem tranſpirationem, peſtiferos halitus diſcutientia. *Fotus talis paretur.* Rec. Rad. lil. & Alth. an. unc. i. herb. malv. viol. veron. Scab. an. M j, flor. Cham. Melil. Rutæ, Abſinth. an. M ß, Sem. lini & fænugr. an. unc. i, Inciſa coq. in aq. com. Spongia nova *Fotus laxans.* huic decocto immerſa & expreſſa leviter tepidè admoveatur loco, in quo Bubo conſiſtit, ſemel atq; iterum repetendo. Hic fotus non ſolùm demulcet dolorem, verùm etiam cutim laxando, ejuſque poros aperiendo, venenum ſubtùs contentum, attenuat, in halitus reſolvit & inſenſibiliter diſcutit. Juxtà Fotum, *linimenta* etiam laxantia ex butyro, pinguedine gallinæ, anſeris, mucilag. ſem. lini, alth. ol. lil. amygd. dulc. concinnata & adhibita maximè ex uſu erunt. Cute hoc modo ſufficienter laxatâ, poſteà incumbendum attractioni & evocationi veneni ad extimam corporis ſuperficiem. *Attrahentia.* Evocatur autem foràs calidis attrahentibus admotis. Quamobrem ex uſu erit *Cataplaſma ex Theriacâ & cepis* confectum, quod ſic paratur: Excaventur Cæpæ aliquot, intra quarum cavitatem indatur theriaca, & Succus Rutæ expreſſus ſuoque operculo integantur, & involutæ lino ſeu ſtupæ aceto madefactæ, poſteaque prunis ſubditæ, donec molleſcant, reſideant, tandemque probè tritæ, ac panno illitæ Buboni inſtar Cataplaſmatis admoveantur. Vel imponatur Emplaſtrum ex Fermento, fol. Rutæ & Scordij, nec non ficubus & Sale invicem contuſis & mixtis confectum. Vel Emplaſtri Magnetici attractivi,

Digitized by Google

ejus deſcription. Vide *in Joan. Daniel. Mylij, lib. 5. Baſilic. Chymic. pag.* 625. ex *Angelo Sala* quod valde commendatur in bubonibus & apoſtemat. Peſtiferis. Nonnulli quoque venenum in profundo latitans, extrorſùm evocare ſtudent *Gallinarum aut pullorum gallinaceorum vivorum diſſectorum, & adhuc calentium, nec non Buſonum torrefactorum Syndoniq; involutorum impoſitione.*, quorum ſanè conſilium ac intentionem non poſſumus non laudare, cum indubitanter conſtet, in hiſce maximam vim attractricem vigêre. Tandem etiam validiſſimè, maximâq; efficaciâ attrahit *Cucurbitula*, tumori impoſita, præſertim Cute priùs altè ſcarificatâ, cavendo tamen venas, arterias, nervos, tendines. Optima etiam ſunt *Cauteria actualia*, de quibus conſule Paræum. Item *Cauteria potentialia*, ex ranunculo, allio, ſinapi, fermento, ſtercore columbino, aliiſque id genus parata, & tumori ſuperpoſita hic ſuum in attractione veneni uſum habent. Attracto nunc ad ſuperficiem veneno, eoque in unum quaſi locum coacto, Tumoreq; inſuper renitente admodùm ac duro exiſtente, *Suppurantia* applicata, tunc utiliſſima erunt, in quorum numero habentur Empl. Diachylon, de mucilag, & de moliloto, *Item ſequens*:

Rec. Emplaſtri de melilot. Diachyl. an. drach. ii, Dialth. drach. i, Farin. tritic. unc. ß. Mellis drach. iß, Ol. Scorpion. drach. iß, M. pro Emplaſtro. *Vel*: Rec. Caricar. pingu. No. 6. rad. alth. & lil. an. unc. ß. farin. ſem. lini & fænugr. an. drach. iij. Pulv. flor. Cham. & melil. an. drach. i, Ammon. in aceto diſſ. unc. ß, ol. lil. alb. & ſcorp. an. unc. ß. Pingued. gallin. drach. iii, Butyri majalis non ſaliti q. ſ. Miſce pro Empl. Cujus portio aliqua ſupra pannum lineum extenſa calidè buboni imponatur, renovando 2. vel 3. in die, donec maturuerit Commendatur quoque Angel. Salæ Cataplaſ. faciens ſuppurare Tumores renitentes, quod Rec. Amygdal. amar. contuſ. unc. ii, Gummi ammoniaci, Farin. Fabar. an. unc. i, Sal. Gem. unc. ß. Oxymel. ſimpl. unc. iii, decocti Card. bened. unc. viii. Bulliant ad conſiſtentiam Cataplaſmat. & addatur Theriac. unc. 1, De quo ſatis inſpiſſato, applicetur Tumori. Aperit poros, materiam evocat, reſiſtit Putredini, & duritiem reſolvit. Maturato illo ſeu ad ſuppurationem adducto, poſteà phlebotomo, vel lapide ſeptico, Chirurgis noto, rumpatur & aperiatur, puſque ſenſim effluere permittatur. Facto jam ulcere, illud abſtergatur ac mundificetur *ſeq. injectione*: Rec. Rad. ireos, ariſtol. an. drach.

Abſtergentia ulceris.

Digitized by Google

drach.ii,herb.abſinth.Scord. Centaur.min.an.M j.Myrrhæ drach.iß. Coq.in ſ.q.vini pro drach. vi, quibus adde Balſami Sulph. drach. ii. Miſce. Hoc ulcus ſæpiùs abluatur & detergeatur: Vel ejus loco uſurpetur ſequens unguentum. Rec. Terebinth.unc.iß, Vitel.ovor. No. 2.vel 3. Agitentur ac concutiantur invicem, donec linimenti formam acquirant, Poſteà adde ad horum omnium pondus tantum quoque mellis roſ.coq.ad ignem, & in fine adjice Ol.Myrrhæ, ☿ præcip. an. drach.i,miſce, Mirificè omnes ſordes,omnem fætorem, omnemque purulentiam detergit ac tollit. Ulcere nunc ſufficienter mundificato, diuque ſic aperto conſervato, tandem illud carne impleatur, ac cicatrice obducatur, *hoc vel ſimili medicamento*: Rec. Myrrhæ drach. iii, Sarcocoll. Aloes.an. drach.ii, Maſtich drach.iß, Thur. drach. i, rad.Torment.ſcr.ii,Tutiæ drach.i, Pulv.omnia,adde Ol.Ovor.&Hyper. an. drach.vi, Balſami Sulph. drach.iß,Ol.Thuris ſcr.ii, Ceræ q. ſ.miſce pro unguento, *Sarcoticon.*

Curatio Anthracum.

Anthrax primò erumpens inſtar parvi furunculi, pruritum ingentem habet conjunctum ac dolorem, qui tamen mox latius ſerpit, & incrementum ſumit magnum inſtar Puſtulæ, colore fuſco vel impuro,citò diſrumpendus, ac tardè conſolidandus. Rumpitur autem *ſeq. Emplaſtris* impoſitis: Rec.Ther.Andr.Mithrid.an. drac. i,Fermenti acr.unc.ß. ficuum No. 3. Cæpam ſub cineribus aſſatam No.1. Alii ſub cineribus toſti drach. iß,fimi colum.drach.ii. Sem.Sinapi drach.iß,Croci ſcrup.iii, Sapon. Ven. drach. iß, Butyr. rec.unc.ß, Miſce pro Emplaſtro. Commendatur etiam à multis ſequens, Rec. Mellis roſ. unc. iß. Sapon.Sarrac. unc.iii,fuligin. Camin. drach. iiß, Terebinth. Butyr. fermenti an. drach.ii,Salis com.drach.i.vitel. ovi N:1.Theriac.vet.drach.i, Incorporentur invicem in mortario pro Empl. Vel hoc Emplaſtrum aperitivum applicetur, Rec. Sagapen. Ammoniac.& Galban.an. unc. iii, Terebinth coctæ,Ceræ Virgin.an. unc.iiiiß,Magnetis arſenical. ſubtil.pulver.unc.ii.drach ii,Radic.Aron.unc.i,Gummata defecata eſſe oportet aceto ſcyllitic. coctaque in formam Emplaſtr. Tunc addantur cetera ſpecies. Pollet excellenti ac ſpecifica virtute attrahendi venenum,inque pus convertendi. *Angel. Sala in Ternar. Bezoar.* Præparat.Magnet.Arſenic. Rec. Arſenic.Cryſtall.Sulphur.vivi & ♄ crudi an.p. æq. contuſa indantur matratio vitreo quod ſtet in arena, △is ſic regatur donec hæ ſpecies omnes

Digitized by Google

omnes inſtar picis colliqueſcant. Poſtea frange vitrum & materiam ſubtiliter tere & ſerva ad uſum. Quidam Herbam Paridis viridem, ſin die imponunt. vel ſcabioſam contuſam, addito pulvere Scordij, inſtar Cataplaſmat. impone. Alij Vitellum ovi, Sal & parum croci ac pulverem ſcabioſæ, & mixta imponunt. Renovando ſingulis horis. Rupto Anthrace, *ſuppuratorium hoc unguentum* applicetur: Rec. Vitel. ovor. No. 2. Terebinth. Butyr. rec. an. drach. v. Ol. Hyper. drach. iii. Agitentur invicem, donec conſiſtentiam unguenti acquirant. Ulcus verò Empl. Baſilico contegatur. Poteſt etiam urgente admodùm neceſſitate, partibus Carbunculo adjacentibus, ad muniendas eas contra inflammationes, & ulteriorem ejus ſerpiginem, *hoc linimentum*, adhiberi. Rec. Boli Arm. Terræ ſigill. an. drach. i. Ungu. roſ. & Santal. an. unc. ß. Sacchar. ℞. Camph. ſcrup. ß. cum ſ. q. ſucci Aceroſ. Scordii & plantag. miſce. Amota Eſchara, ulcus ſuperioribus decoctis & unguentis optimè mundificetur, carne repleatur ac conſolidetur. Vel applicetur hoc defenſivum. Rec. Minii aceti Sambucin. unc. v. Infund. in B. M. per hor. 3. deinde colentur per chartam & adde Ol. Sambuc. & Roſar. compl. an. drach. vi. Santal. rub. pulver. ſcr. iiii. Croci ſcr. ß. M. in mortario plumbeo ad conſiſtent. Unguenti. Reſiccatum ſubinde renovando.

CAPUT XIII.

De Symptomatum quorundam, Peſtem comitari ſolitorum, correctione ſeu ablatione.

PEſtis, ut primo libro diximus, nunquàm ita ſola hominem invadit ac corripit, ſed ſemper ingentem graviſſimorum ac periculoſiſſimorum Symptomatum, tanquàm individuorum Comitum catervam ſecum ducit, quorum quidem, quamvis pro diverſa corporum conſtitutione, non ſemper una eademque ſit facies, ſed multipliciter ſæpè varient, nihilominùs tamen hæc ſequentia, præcipua exiſtere, & nulli non ferè peſti conjungi ſolêre, hactenus obſervatum fuit.

I. DOLOR CAPITIS.

Si igitur dolor capitis, initio morbi immaniter affligat, alvo laxâ exiſtente, protinus *hâc Emulſione* adhibitâ, ille ſedêtur ac placetur: Rec. Nucl. Perſ. Amygd. amar.

amar.an.drach.vi, Sem. Aneth. & papav. alb.an. drach iii, Terantur in mortario lapideo cum ſ. q. Aq. Verben.& flor.Samb. F. Emulſio cui adde Acet.roſ.unc.iii,Lap.Prunel.drach.iiß,M.Lintea hâc emulſione intincta leviterque expreſſa, tepidè fronti applicentur ac temporibus,ſæpiusque repetantur.*Raphanus* quoque conciſus & cum Sale & Aceto contuſus plantiſque pedum vel nuchæ applicatus, revellendo à capite malignos vapores,egregiè ad dolorem ſedandum facit. Obſervavit etiam *R. Dodonæus* plurimum conferre, quando columba vivens per medium diſſecta plantis pedum admovetur. Item, Egregias quoque ſuppetias tulit ſæpè, linimentum ex albumine ovi cum pulvere Aluminis Rochæ & aq.roſar.invicem mixtis, & retro caput adhibitis.

II. DELIRIUM.

Ad Delirium ſedandum, ferè eadem, quæ in capitis dolore præſcripſimus remedia, proſunt. Initiò igitur *hoc Oxyrrhodinon* paretur: R. Aq.Plantag. Semperv. Solani an.unc.iiii,Ol.roſ.unc.ii, Aceti roſ. unc. iiß, Miſce. Pedibus interim Raphanus quoque, conciſus, ut antè dictum admoveatur, nec non tempora Ungu. Alabaſtr. innungantur. *Phœnigmi* etiam adhibiti hîc plurimum conferunt. Tandem his omnibus nihil juvantibus, *pulmo calidus ex vitulo vel vervece extractus*, fronti ac vertici capitis raſo applicetur; vel ejus loco *gallina nigra*, *aut columba per medium diſſecta*, calidè adhibeatur. Hiſce enim Delirium inſigniter ſedari ac mitigari, multiplici experimento, à præſtantiſſimis quibuſdam Medicis hactenùs obſervatum fuit.

III. VIGILIÆ.

Si Vigiliæ modum excedant, & vires ægrotantis impendiò dejiciant,illis obviandum erit hoc unguento, temporibus illito Rec. Ungu.Popul.drach.iß, Ol. Viol.& Papav.an. drach. i; Ol. N. moſch. per expr.ſcr.ii,Croci ſcr. ß, Laudani Opiati G. 6. Miſce pro unguento. *Vel hoc Anacollema* fronti, & temporibus applicetur: Rec. Sem. Aneth. & Papav. alb. an. unc. ß, Sem. Melon. Cucum. Cucurb.an. drach.ii, Trita cum aq. Lactuc. & Nymph. fiat Emulſio, Hujus Rec. unc. viii, adde Croci triti ſcrup. i, Laudani Opiati ſcrup. ß,Miſce,linteum hoc liquore intinctum, circumligetur fronti & temporibus. Internè quoque præbeatur hæc *potiuncula hypnotica*: Rec.Emulſ. amygd.dulc. & 4. ſem. frig. major.

unc.iß,aq.lactuc.& viol.an. unc. i, Syr.de Papav.drach.vi,Miſce, ebibatur totum. Quod ſi nec hiſce ſomnus inducatur, tunc ultimò ad *Laudanum Opiatum Paracelſi* confugiendum, cujus G.5.6.vel 7. pro ratione ætatis in formâ Pillulari exhibita, te expectatione,in blandè conciliando ſomno, non fruſtrabunt.

IV. LETHARGUS.

Quandoque accidit, ut hac lue correpti in profundum ſoporem ſeu lethargum præcipitentur,quod cum fit,ſedula cura adhibenda eſt, ut ab illo iterum excitentur , ne hoc modo ſenſim mors obrepens, ægrum poſteà nunquàm ampliùs evigilare faciat. Mature igitur huic Peſtilenti Sopori ſuccurrendum Errhinis Veſicatoriis, frictionibus manuum ac pedum, clamoribus, vinculis, clyſteribus & glandibus acutis,partium vellicationibus, odoramentis calidis & acribus, & id genus aliis. *Naribus igitur Piper contuſum cum aceto mixtum inſtilletur ut ſternutet. Poteſt etiam admoveri naribus hic nodulus*, in aceto rutaceo maceratus: R. Sem.Nigel.drach.i,Angel.Zedoar. an.ſcr.ii,Caſtor.ſcrup.i, bacc. lauri drach.ß,Camph.G.7. Contuſa minutim inſerantur globulo ex ſyndone parato ; Vel ruta viridis ſeu ſerpillum contuſum cum ſale & aceto, naribus odorandum veſicatorium quoque ex fermento Canthar. Sem. Sinap. & aceto ad aures ponatur. *Fotus quoque* hic Capiti raſo adhibitus calidè , inſigne præſtat juvamentum: Rec. Bacc. Lauri & Junip. an. unc. iß, Rad.Angel. Zedoar. Imperat. an. unc.i,herb.roſmar.ſalv. Beton.an. M i,Rutæ,Satureg. Major.flor. Lavend.an.M.ß,Inciſa minutim, bulliant in ſ. q. aceti vini, ſpongia ſeu linteum hoc decocto madefactum mediocriter calidum, capiti ſemel atque iterum imponatur. Quo ſic rigato, linteaminibus poſteà calidis ac ſiccis madorem abſtergito,& caput,tonſis capillis, hiſce oleis inungito,ſeu perfricato: Rec. Ol.rutae.& Major an.drach.ii, Ol.Satureiæ ſtill.ſcr.i,Ol.Succini deſt.ſcr.ß, Ol.roſmar.&Zedoar.an.G.7.Miſce. Intrà corpus exhibe cochleare parvum *ſeq. mixturæ*: Rec. Extr. Gran.Junip.drach.i, Extr. Angel. & Zedoar.an.ſcr.i,Ther. Androm. vet.ſcr.ii,Syr.de ſucco Scord. & de acet.Citri an. drach. v. aq. Rut. drach.iii,aq.Cinam.drach.iß, ſpir. vitr.G.9. miſce.

V. HÆMORRHAGIA NARIUM.

Natium hæmorrhagia nimia ſi moleſta ſit,adeò ut virium dejectio inde

indè ſequatur, bracchia ac crura revulſionis ergò vinculis conſtringenda erunt, cucurbitulæque vel hypochondriis, vel extremis pedibus affigendæ. Fonti applicetur *hoc Anacollema*: Rec. Aq. Plant. & Burſæ Paſt. an. unc. iii, Acet. roſ. unc. ii, Album. 2. Ovor. Lap. Hæmat. Boli Arm. an. drach. i, Lap. Prunel. drach. iß, Miſce. Per os detur *hic Potus*: Rec. Aq. frond. Quercus & Plantag. an. unc. iß, Syr. de corallis unc. i, Extr. Torment. drac. ß, Suc. Plantag. inſpiſſ. ſcr. ii, Lap. Prunel. drach. ß, ſpir. vitr. G. 10. Miſce pro 2. doſibus: *Vel dentur* ſcrup. ii. *ſeq. Pulv.* Rec. Boli Arm. veri drach. i, Magiſt. lap. Hæmat. & Corall. an. ſcr. ii, Croci Martis drach ß, cornu cervi uſt. rad. Torment. & Succini an. ſcr. i, M. pro pulv. cum aq. Equiſ. vel Plantag. Multi quoque ad hæmorrhagiam hanc ſiſtendam jubent ægrum in manibus tenere *Uſneam, ſeu Bufonem exiccatum*, ſyndone involutum, donec incaleſcat; quibus incantamenti inſtar, quemcunque ſanguinis fluxum è veſtigio ſupprimi ac reſtringi affirmant. *Jaſpidem* item qui habet, is eam de collo, ut nudam attingat cutim, appendat, quàm enim arcana virtus inſit huic lapidi ſiſtendi vel hæmorrhagias deſperatas, luculentiſſimè teſtatur *Anſelmus Boethius lib. 2. de gem. & lapid. cap. 102.* adductis in medium, memorabilibus aliquot hiſtoriis & exemplis.

VI. ÆSTUS AC SITIS INGENS.

Ad Æſtum ſitimque ingentem, Peſti utplurimùm, ob febrem continuam, conjunctam, extinguendam, æger crebrò maſticet ac deglutiat taleolas mali Citrij, Saccharo benè conſperſas, vel in ore teneat, pulpam Tamarind. aut fruſtula Melon. Pepon. & Anguriarum, Item, Ceraſa acida condita, lactuc. Ital. ribes ac berber. condit. Frequentèr etiam ſub linguâ liqueſcere ſinat portiunculam aliquam *Lap: Prunel*, qui præ cæteris ferè medicamentis omnibus, inſigni præditus eſt virtute, calorem quemcunque præternaturalem excedentem coercendi, ſitimque extinguendi. Conducit quoque ſæpè ſorbêre Succum Limon: Cit: Granat: Ribium, Cydon: *Hic potus* propinatus, valenter etiam calorem & ſitim extinguit. R. Rad. Acetoſ. unc. i, Pulpæ Tamar. drach. vi, Ceraſ. acidor. exic. unc. i, Paſſul. Corinth. unc. ß, Sem. Melon. drach. iii, Inciſa minutim coq. vaſe occluſo, in ſ. q. Aq. Endiv. pro lib. ii. Decoctum coletur, eiq; addantur, Succi Limon: depur. unc. iiii, Miſce. Doſis cyathus parvus: Palmam tamen prædictis omnibus meritò

præ-

Digitized by Google

præcipiunt *hac 2. Julapia*, non minus ob ſingularem guſtus ſuavitatem, quàm inſignem virtutis præſtantiam, in calore ac ſiti profligandâ, commendata. Rec. Aq. Endiv. Acetoſ. Cichor. Borrag. an. unc. iii, in quibus ebull. unicâ & alterâ ebull. Conſ. Roſ. viol. roſ. acetoſ. flor. Tuni. an. drach. iii, Decoct. ſenſim refrigeretur & coletur. Huic adde Aq. Capon. deſtil. unc. iii, Aq. roſ. odoratiſſ. unc. iß, Salis Nitri præp. drach. i, Extr. Cichor. ſcr. ii, Extr. Junip. drach. i, Syr. de acetoſ. Citri, de ceraſis cum Caryoph. noſtr. an. unc. iiß. Miſceantur exquiſitè invicem: *Al.* Rec. Aq. Carduib. Acetoſ. viol. an. unc. vi, Syr. viol. unc. iii, Spir. vitr. rectif. ſcr. ii, Tranſvaſando hinc indè, F. Julapium. De quo detur pro libitu.

VII. VOMITUS.

Haut infrequens peſte correptis vomitus exiſtit, quibus difficulter medicamentis Bezoardicis ſuccurri poteſt, cum illi ea aſſumta ſtatim regerant. Idcircò quandò ventriculum, effrenatâ iſtâ vacuatione nimis laceſſi ac diſſolvi contingit, illi tùm intrò aſſumtis, tùm extrinſecùs etiam adhibitis præſidiis ſuccurrendum, ſicq; omni arte & ingenio, vomitus iſti ſuperflui & immoderati compeſcendi, quod efficietur, ſi *laterem calefactum*, aceto roſ. & vino Rhen. aſperſum, pannoque duplicato involutum, ventriculi regioni imponamus; vel *hunc ſacculum*, Aceto vini priùs immerſum, & expreſſum, calidè applicemus: Rec. Rad. Cyperi, Galang. Torment. Zedoat. an. unc. ß, herb. menth. abſinth. flor. roſ. rubr. an. M i, Nuc. moſch. drach. iß, Caryophil. arom. ſcr. ij, Ex inciſis ſingulis minutim, fiat ſacculus. Compertum quoque, vomitus nimios illicò ſiſtere, *ſequens*, ſtomacho appoſitum: Rec. Fermenti acris unc. iii, Menthæ ſiccæ pulv. Maſtich. pulv. an. drach. iß, Cariophil. arom. drach. i, Acet. roſ. parum. Miſce fiat maſſa, quæ extenſa ſuper pannum lineum, & calidè applicata, inſignem operationem præſtat. *Intrà corpus verò exhibeatur ſubindè cochleare unum hujus mixturæ.* Rec. Syr. de ſucco Cydon. & Granat. an. unc. iß, de ſucco Ribium unc. i, Extr. liquidi Abſinth. unc. ß, aq. Cinnamom. Extr. Torment. mediocriter inſpiſ. ſcrup. ii, Magiſt. Corall. drach. i, Arcan. vitr. G. 18. Miſce. Vel ſolius Spir. Sulph. ſeu Vitr. G. 9. vel 10. cum cochleari uno ſucci Cydon. liquid. Vel unc. ß, Extr. liquidi Menthæ cum pauxillo Syr. Granat. & Corall. præp. per intervalla præbeantur. *Illud tamen notandum*, mox à principio morbi, vomitum non ſedandum eſſe, ſi ingruat,

gruat, ne vitioſi humores, quorum expulſionem ſic natura molitur, cohibiti, in majorem malitiam ac putredinem abeant, ſed qui naturæ limites excedit, vireſq; ægrotantis magnoperè exoluit, illi tantùm occurrendum.

IIX. SYNCOPE ET PALPITATIO CORDIS.

Cum in omni Peſte graviſſimè afficiatur cor, vivificumq; ejus nectar ſeu balſamum radicale, calorem ſc. & ſpiritus, venenata illius qualitas nunquàm non depaſcat ac depopuletur, idcircò illud neceſſariò tandem fit debile, inducunturque crebrò hæc 2. Symptomata, Syncope & Palpitatio, quibus citiſſimè occurrendum, remediis, è Catalogo ſuprà Cap. 10. enumerat: corroborant. repetendis. Extrinſecus autem Naribus applicetur hic nodulus irroratus prius cum aqua roſar. & Cinnamom. Rec. Cinnamom. opt. ſtorac. calamit. Caryophil. aromat. an. drach. i, Santal. Citrin. Ladan. Macis an. drach. ʒ. Cortic. Thymiamat. ſcr. ii, Majoran. Siccæ, Ocym. ſicci an. ſcr. j. Moſchi gr. iii, contuſa ligentur in nodulo. Cordi applicetur *Sacculus hic* vino Malvat. priùs irroratus atque expreſſus. Rec. Herb. meliſ. Ocymi, flor. roſ. rub. Borrag. Viol. Tunic. an. P. i, Cort. Citr. & Arant. an. drach. ii, Xyloal. Cinam. Macis an. drach. i. Spet. Diamb. & Diamoſch. dulc. an. ſcr. ii, Croci ſcr. i, Camphoræ ſcr. ʒ. Ex inciſis minutim F. Sacculus. Vel illinatur cor Balſamo Citri, Cinam. Nuc. moſch. Succini, Anthos, quibus Granum unum atque alterum Moſchi addatur. *Interiùs dentur* aq. Cinam. in qua pauxillum Extr. Croci & Magiſt. Perl. ſolutum ſit. Item aq. flor. Citri & borrag. cum ſucco Citri & Confect. Alchermes: Nec non vinum Malvat. cum Q. E. Perlarum & Lap. Bezoard. veri aliquot granis. Vel *Tinctura Vera Corallorum,* de qua *Anſelmus Boethius in lib. 2. de Gem. c. 154.* ſcribit, ſe cum febre peſtilenti extremè laboraſſet, cum crebris animi deliquiis, ac de ſua ſalute, omnes deſperaſſent, Tincturæ hujus G. 6. ſumtis, exemplò & quaſi miraculosè fuiſſe liberatum, cordis ſpiritibus ita recreatis, ut illicò quaſi luce depulſis tenebris, morbi vim medicaminis efficacia manifeſtè abigi perceperit. Præſtantiſſima quoque habetur *hæc infuſio*: Rec. Vini Malv. lib. iʒ. In quo infund. Cort. Citri ſicc. unc. ii. Zedoar. drach. ii. fol. Meliſ. flor. borrag. bogloſ. anthos an. Mʒ. Cinam. acut. unc. ʒ. Macis drach. ij. Spet. Diam. frig & Diamoſch. dulc. an. drach. iʒ. Croci Orient. drach. i. Inciſa indantur vitro ſupernè benè clauſo.

Agitetur quotidiè vitrum aliquoties. Doſis cochleare unum. Mirificè ſpiritus ſuffocatos ſeu collapſos revocat. Imprimis verò nobilitate & excellentiâ virtutis ſuæ, in Syncope & Palpitatione cordis momento quaſi tollendâ, cætera remedia cordialia omnia, multis paraſanguis poſt ſe relinquit, *ſequens pretioſiſſ. Mixtura*, olim pro Rudolpho II. Imp. auguſtiſſimæ memoriæ, à quodam ſuo Cubiculario Medico præparata, quæ ſic ſe habet: Rec. Ambræ gryſ. opt. unc. i, Moſchi Orient. drach. ii, Miſce & frica in concha vel tabula marmoreâ, ut inſtar pulveris fiant. Affunde Roſarum Spiritum fragrantiſſimum ad 3. digitos in cucurbitulâ mundâ. Locentur in Balneum vapidum, exactè clauſo orificio, 3. vel 4. dieb Spiritus attrahet tincturam rubicundiſſ. Effuſum in aliud vas, ſepone, & alium repone. Tandem ſpiritum leniſſimo Balnei calore revoca uſq; ad mellis liquidi conſiſtentiam. Huic adde Magiſterii Perlarum Magiſt. Rubin. Magiſt. Hyacinth. Orient. an. drach. ß. Tincturæ veræ ☉ ſcrup. i, Confect. Alchermes ad pondus omnium. Miſce. Detur pauxillum, cum hauſtu vini Malvatici.

IX. ALVI PROFLUVIUM.

Antequàm Alvi profluvium cohibeatur, diligenter attendendum num criticè vel ſymptomaticè illud fiat. Si natura Criticè per hanc viam, multa putrilaginoſa, fætida ac corrupta excrementa egerat, iterùm hæc cautio adhibenda, nùm hæc cum virtutis tollerantia fiant necne, ſi prius, naturæ motus non erit ſiſtendus aut inhibendus, ſin verò poſterius, ille ſenſim coercendus, injecto tamen priùs Clyſmate aliquo abſtergente. Si verò Symptomaticè natura variorum excrementitiorum humorum colluviem per ventrem exturbat, quibus mox vires ægroti inſigniter dejiciuntur, tunc ejuſmodi profluvium omninò ſupprimendum erit. Quia ut ſcribit *Palmarius de febr. peſtil. c. 24.* omne tale profluvium in febre peſtiferâ, quod vel bubonum vel carbunculorum ſuppurationem, vel urinarum coctionem, vel aliorum ſymptomatum remiſſionem antevertit, meritò ſuſpectum ac periculoſum haberi debet. Ægro itaque diarrhæâ nimium debilitato offeratur ſæpè parumq; *de hoc condito*: Rec. Conſ. roſ. ver. unc. iß. Conſ. flor. Acat. drach. vj Carnis Cydon. condit. unc. i Myrobol. cōdit. unc. ß. Nucis moſchat. torref. drach. i. Corall. præp. drach. i. Croci Martis ſcr. ii, Pulv. rad Torm. & Succini albi an. drach. ß. Cum ſ. q. Syr. de Corallis, addito ſimul Spir. vitr. ſcr. i,

ſcr.i,Miſce pro Condito: Vel Detur ſequens Syrupus. Rec. Syrup. de ſucco Cyton.unc.ii,de Mentha drach.vi,Extract.Torment.drach. ß,Magiſter.Corallor.ſcrup.ij. Aq. plantagin.unc.i,Arcani Vitrioli g. 15.M,Doſis cochleare: vel per intervalla drach.ß,ſeu ſcrup.ii, hujus pulv.cum Syr.Granat.Cydon. vel Maſtich.aut aqua plantag. capiat. Rec. Magiſterii Corall. drach. iß, Boli Arm.Terræ ſigill.an. drach.i. rad.Torment.Croci Mart. an. ſcr. ii. Miſce pro pulvere tenuiſſimo. Aut ſi delectetur magis *potione:* Rec.rad.Torm.& Acet. an.unc. i, Pimp. unc. ß, Zedoar. drach. iij, herb.Card.M j,Cina.drach.iß. Incoq.in ſ.q.aq. Hord. pro unc. vi. Quibus adde Syr.Gran.unc.ii, Arcan.vitr.G.12.Miſce pro 2.doſibus. Stomacho quoque & abdomini *hic ſacculus* imponatur. Rec. rad. Cyper. unc.i, fol.menth.roſ.rub. Abſinth. an: Mj. Galang. unc.ß. Sem. Cym. Caryoph. arom. an. drach.iß,flor.roſm. & lav. an. P.j, Cort.Cydon.drach. vi, Inciſa minutim includantur ſacculo, qui aceto leviter incoctus, & expreſſus, calide demùm adhibeatur, & aliquoties reiteretur. Item inungatur Abdomen ſeq Rec. Ol.Maſtich.& Cydon.an. drach. iii, Ol. Stillar. Menth.& Nuc.moſchat.an. ſcr. ß. M.pro Linimento.

In extrema neceſſitate dentur Laudani Opiati G.vj.diſſolut. cum ſucco Cydon.

Atq; hæc ſunt, quæ de malignâ ac truculentâ iſtâ Lue, quâ in genere humano vix ulla crudelior ac terribilior exiſtit, ad DEI imprimis Omnipotentis honorem ac gloriam: deindè quoq; ad Patriæ, proximiq; ſalutem & utilitatem, in præſentiarum conſcribere ac commentari volimus Æternus & immortalis DEUS, cunctis hiſce remediis, divino ſuo aſpiratu, clementer benedicat, & benignâ miſeratione, diram hanc Luem, ſeu Furiam potiùs infernalem, à Laribus & focis noſtris, longè ejiciat ac repellat, nobiſq; ſemper tranquilla donet Halcyonia, propter ſempiternam Nominis ſui gloriam, cui ſit Laus, & Honor in ſecula ſeculorum. AMEN.

(∴)

F I N I S.

Digitized by Google

MATTHIÆ UNTZERI D. M.

ANTIDOTARIUM PESTILENTIALE.

IN DUOS LIBROS TRIBUTUM.

ADMODUM REVERENDO,
Strenuiſſimo, ac Nobiliſſimo

JOHANNI-ERNESTO
à Treſchkow/
Metropolitanæ Eccleſiæ Magdeburgenſis CAPITULARI longè Spectatiſſimo, & in Nigrip/ Bukow/& Schalene Hæreditario.

UT ET

PERANTIQUA GENERIS NOBILITATE,
SPLENDIDISS: EQUITI,
BUSSONI AB Aſſeburg/ in Beſekendorff/ Falckenſtein/& Newdorff Domino.

NEC NON

GENEROSIS AC NOBILISS:

THEODORO
ET
ACHATIO
} à Quitzow/

Fratribus Germanis, & Hæreditariis in Wedelaw/ Sprintz/Ellenburg/Rußſtadt & Klötze.

Dominis & Patronis ſuis magnis, ſummoq; obſervantiæ ſtudio perpetim colendis,

Inter

Digitized by Google

INter alia calamitatum atq; adfliƈtionum genera, quibus Deus ter Opt. Max. juſto ſuo judicio, Hominem in hâcce vitâ, ob Legis ſuæ tranſgreſſionem, multipliciumq; peccatorum ac flagitiorum commiſſionem, obnoxium eſſe voluit; Morborum quoq; inſultus atrociſſimos, non poſtremum obtinêre locum, nemo cui vel mica ſani judicij in peƈtore ſupereſt, facilè ibit negatum. Quamvis autem morbificarum adfeƈtionum, furioſiſſimè ſæpè in nos debacchantium, calidumq; nativum unà cum humido primogenito βιαςικῶς depopulantium, adeòq; exquiſitam carnificinam in corpus noſtrum exercentium, permagnus utiq; ac penè infinitus ſit numerus; illarum tamen omnium, quocumq; etiam nomine veniant adpellandæ; nullam prorſus reperire licet, vultum (ut ità dicam) oſtentantem truculentiorem, minasq; ſpirantem ferociores, ut & majorem horrorem ac trepidationem hominibus incutientem, ipsâ Lue Pestifera, idq; triplici potiſſimùm de causâ.

1. Ratione Summæ Malignitatis Ac Venenositatis, ipſi conjunƈtæ, quæ profeƈtô talis tantaq; exſiſtit, ut non ſolùm Hominem, optimè valentem, ſæpèq; aliud agentem, clanculariè ac inſidiosè invadat ac proſternat; verùm etiam eumdem, ni maturè ipſemet ſuæ Saluti conſultum ac proſpeƈtam eat, unius interdum diei; imò quandoq; paucarum horarum intervallo crudeliter abripiat, repenteq; jugulet, ac neci tradat, id quod non ſemel, ſed multoties, diſtinƈtis temporum intercapedinibus, accidiſſe, πολυδιδάκτος illa Magiſtra rerum, Experientia ſcilicet, luculentiſſimè probatum ac teſtatum fecit. Et quamvis non inficiandum, cæterorum quoq; venenorum, ſeu ex Animalibus deſumptorum, ſeu ex Vegetabilibus aut Mineralibus petitorum, vim, rabiem, ac pernitiem, quam in lædendo ac enecando quocumq; animalium genere, naturaliter poſſident, haut eſſe minimam aut exiguam, ſed potiùs inſignem admodùm ac conſpicuam, adeòq; neutiquàm flocci pendendam; tamen cum ipſis, præter Spiritalem ſubſtantiam, à quâ notiſſimum omnis ἐνέργεια ſeu aƈtio proficiſcitur, mul-

tum quoq; corporeæ molis, terreſtriſq; fæculentiæ concretum ſit atq; adhæreat, idcircò non ità promptè ; & in momento quaſi corpus ipſum ſubire, & tali pernicitate in vitæ arcem unicam, Cor nimirum penetrare, vel impetum facere poſſunt, quali quidem venenum Peſtilens, utpotè ſummè Aſtrale, tenue, ac ſubtile, totumq; Spiritale, fontem caloris nativi, vitaleſq; in eo Spiritus aggredi, eoſq; labe ſuâ inficere, diſſipare, tamdemq; penitùs exſtinguere ac ſuffocare videmus.

II. Ratione Atrocitatis Symptomatum hunc Morbum comitantium, & ob id non immeritò haut levem terrorem homini incutientium, ut ſunt. 1. Dolor Capitis, ſæpe adeò vehemens & acutus, ut præ nimiâ ejus ſævitiâ ac atrocitate ægrotans vix reliquas corporis paſſiones ac dolores ſentiat, imò vix quoq; oculorum palpebras aperire, aut eas apertas diù tenêre valeat. 2. Vigiliæ intenſiſſimæ, Spiritus animales Cerebri, continuis ac indefeſſis motibus hûc illùc agitantes, conturbantes, eoſq; tamdem inflammantes, diſſipantes ac reſolventes. 3. Delirium, ſeu mentis emotio ingens, Senſuumq; interiorum depravatio, aut omnimoda ablatio, quâ fit, ut contagioſo hôc malo tacti, non ſolùm plurima abſona ac ridicula proferant & loquantur, nec adſtantes aut domeſticos agnoſcant, verùm etiam interdum, ni impediantur, aut diligenti ſub cuſtodiâ habeantur, ex alto ſeſe dent præcipites, vel manus ſibimet inferant violentas, quemadmodum factum legimus in calamitoſiſſ. illâ Peſtilentiâ, à Thucydide lib. 2. Belli Pelopon. deſcriptâ, quæ homines adeò adfecerat, ut omnium prorſus obliviſcerentur, ſeq; in puteos præcipitarent; convaleſcentes verò, nec parentes, nec familiares ampliùs agnoſcerent. 4. Palpitatio Cordis graviſſima, ac Syncope horribilis, ob quam multoties frigidum toto corpore emittunt ſudorem, mortiſq; colorem faciei induant, ità ut jàm jàm animam efflaturi videantur. 5. Vomitus enormes ac continui tùm alimentorum ingeſtorum, tùm medicamentorum adſumptorum, unde vires univerſæ collabeſcunt ac dejiciuntur, cruciatuſq; maximus circà στέρνον ſeu præcordia excitatur. 6. Æſtus febrilis adeò intenſus ac immoderatus, ut viſcera, ac corporis interiora, lento quaſi quodam igne peruri, torrêri & ex-

Digitized by Google

& exſiccari ſentiantur. 7. Sitis ſæpe plùs quàm Tantalea, hacce Lue obſeſſos tantopere adfligens, ut nullâ arte, nulloq́; ingenio edomari profligariq́; queat &c.

III. RATIONE DIFFICULTATIS CURATIONIS. Difficile autem medicatu hocce malum reddit, tùm multitudo magnitudoq́; Symptomatum, modô commemoratorum, quorum quodlibet ſæpé primò ac per ſe, felicem medentis manum expoſcere & ad ſe trahere videtur; tum ἰδιοσυγκρασίας veneni Peſtilentis ignoratio. Cum enim hoccé venenum non ſemper aliorum toxicorum more, unam eamdemq́; individualem naturam obtineat, ſed pro diverſitate temporum, diverſas quoq́; proprietates induat, ſicq́; inſtar Protei cujuſdam, in multiplices formas, unde etiam varij ac diſpares effectus prodeunt ac reſultant, ſeſe tranſmutet: idcircô certum quoq́;, ſpecificum, & infallibile Alexipharmacum ei opponere, non modò difficile, ſed tantùm non impoſſibile judicatur. Nam propriam veneni alicujus Antidotum feliciter inventurus ſeu inveſtigaturus, antè omnia id ſedulò dare debet operam, omneſq́; ingenij nervos eò intendere, ut, quantum pote, propriam quoq́; ac ſpecificam illius veneni naturam, peculiaremq́; ejus nocendi modum, quàm exactiſſimè ac perfectiſſimè habeat cognitum atque exploratum, ni fruſtraneam operam ſumere, aut prorſus incaſſum ſudare ſatagat. Quotuſquiſq́; autem Medicorum eſt, cui ἰδιοσυγκρατικὴ natura Veneni Peſtilentis ad amuſſim ſit perſpecta? Nullum certè in hunc uſq́; diem vidimus, qui in publicum prodiens, id de ſe jactitare aut profiteri fuerit auſus, nec poſthâc quempiam facilè fore putamus, qui tàm abſtruſiſſimæ intricatiſſimæq́; rei ſcientiam, in ſolidum ſibi arrogare atq́; adſcribere temere præſumat, præſertim ſi penſi habuerit, inq́; memoriam ſibi revocaverit, Hippocraticum illud τὸ θεῖον, quod morbis quibuſdam, inprimis verò Epidemiis, inter quos Peſtis jure primum agmen ducit, ſummus ille Dictator voluit ineſſe. Quamvis autem verùm, ſpecificũ, ac genuinum PESTIS Alexipharmacum, nulli mortalium exacté cognitum, ſed ſoliùs DEI potentiæ ac Majeſtati reſervatum ſit, nihilominùs tamen par eſt, decetq́; eos, qui ex profeſſò ſtudio Medico ſe dicârunt ac manciparunt, conſilia

ſua,

Digitized by Google

ſua, cogitationesq́ omnes eò conferre, ut ex Naturæ reconditis penetralibus, ſelectiſſima quæq́, efficaciſſima, uſuq́ multiplici expertiſſima Remedia antipeſtifera, ſolerti mentis indagine, eruant, erutaq́ ac inventa poſteà non ſibi ſolis reſervent, ſed in publicum ea protrahant, & ex Chriſtianâ charitate, liberaliſſimè aliis communicent, quo proximus noſter hiſcè adjutus, vitam ac ſanitatem ſuam, à tam ferocis Tyranni rabie & inſultu, ſartam tectamq́ conſervare, aut ſi forſan eum labe diri hujus veneni infici contigerit, ejuſmodi Alexiteriorum ope ac præſidio, terram illam malignitatem extemplò opprimere, penitusq́ è corpore profligare atq́ ejicere poſſit.

Hoc & Ego mecum perpendens, jampridem in eum finem, nulli labori aut operæ parcens, nobiliſſima aliquot, ſecretiſſ. rariſſ. elegantiſſ. nec non plurimis experimentis feliciſſimè comprobata medicamenta Antipeſtifera, partim proprio ſtudio ac diligentiâ inventa, accuratâq́ indagine excogitata, partim verò ex aliorum præſtantiſſimorum celebratiſſimorumq́ Medicorum laboribus decerpta, ſollicitè collegi, collecta methodicè digeſſi, digeſta in certas Claſſes diſpeſcui, & ſic peculiare quoddam Σύνταγμα *ſeu* ANTIDOTARIUM MEDICUM *indè exſtruxi ac confeci. Quod etſi certas ob cauſas, prælo ſubjicere, & foràs dare, animum nondùm induxiſſem, ſed potiùs illud adhûc aliquamdiu ſupprimere, & inter privatos parietes detinêre, decreviſſem: Tamen quorumdam mihi amiciſſimorum hominum, quibus aliquandò iſtius mei laboris qualiſcumq́ videndi facta eſt copia, quiq́ eum ceu valdè utilem ac neceſſarium Reipubl. Medicæ prædicarunt, preces ac hortamenta tantum apud me valuêrunt, ut iis expugnatus, nullum ampliùs tergiverſandi locum invenerim, ſed libentiſſimè illorum petitioni ac voto annuerim, manusq́ tamdem dederim, ſicq́* iſthæc collectanea mea, *juvandæ communis Patriæ ergò, nunc publici juris fecerim. Quibus tamen, ne ſolitaria ita, &, ut ſic dicam, nuda prodirent, ſed comptiora nonnihil, honeſtioriq́ quaſi veſte tecta, in publico adparêrent,* Generalem *quemdam de* PESTE Diſcurſum *præmittendum duxi, in quo per Quæſtiones ac Reſponſiones dilucidas ac perſpicuas, univerſam naturam malignæ iſtius Luis, ut & ejuſdem*

præ-

præcavendæ ac curandæ modum, quàm breviſſimè ſum complexus. Veritatem potiſſimum in conſpectavi, & ob oculos mihi poſui, cum me non lateat, hæc omnia magnis Diſputationibus, & prolixis ac operoſis Commentariis, ab aliis ad faſtidium uſque inculcata eſſe. Nec quoquè aliquam Ingenij laudem, hâcce qualicumque meâ Lucubratiunculâ ambitioſè quæſitum ivi, ſed tantummodò aliorum, quibus ampla magnaq; de PESTE conſcripta volumina evoluere ac perlegere, aut non libet, aut non vacat, commodis inſervire, horumq; ſtudia, breviſſimo quodam Compendio, pro virili adjutum ire volui.

Quia autem veteri more inter litteratos hactenus receptum, ut aliquid Lucubrationum ſuarum in lucem daturi & emiſſuri, de magni nominis Mecœnate, aut primariæ dignationis, eminentisq; autoritatis Patrono aliquo, maturè cogitent ac ſolliciti ſint, cui ſua nuncupent ac dedicent, quo illius præſidio muniti, eò alacriùs confidentiusq; malitioſorum hominum tela, quibus ſæpè bonorum ac innocentum capita, licenter nimis ac petulanter petunt, obtundere, frangere, & elidere queant. Idcircò & EGO huic conſuetudini ſanè non culpandæ nec improbandæ inſiſtens, inter omnes, VIRI NOBILISSIMI, vos potiſſimum mihi Patronos & Mecœnates nunc eligere, veſtroq; ampliſſimo Nomini, huncce meum LIBRUM inſcribere & dedicâre volui, idq; tàm propter inſignem Familiarium veſtrarum, uti antiquiſſimarum, ità nobiliſſimarum, inq; Aulis magnorum Regum ac Principum, quà intrà, quà extrà Germaniæ limites atq; oras, adprimè ſpectatarum & celebratarum, ſplendorem ac decôrem; quàm propter præclaram & illuſtrem, de præclaro veſtro in litteras adfectu, politâ doctrinâ, exquiſitâ Linguarum exoticarum peritiâ, nec non ſingulari Virtutum Heroicarum, fulgentiſſimi cujuſdam Pyropi inſtar, mirâ luce in VOBIS radiantium præſtantiâ ac eminentiâ, longè lateq; ſparſam & diſſeminatã Famam.

Suſcipite igitur, VIRI NOBILISSIMI ac GENEROSISS. libenti ac hilari fronte, hoc tenue & exiguum, quod VOBIS nunc conſecro, & in ſinum quaſi veſtrum offero ac depono, Litterarium Munus, tamquàm Adfectus, Cultusq; mei in vos devoti, fidum ſincerumq;

Rrrrr pignus,

Digitized by Google

pignus, ac monumentum perpetuum. Et quamvis illud veſtro Splendori atq; eximiæ Dignitati longe impar eſſe, optime norim, nihilominus tamen ſpero, vos, pro inſito generoſis animis veſtris candôre ac humanitate ſingulari, id minimè adſpernaturos, ſed potiùs huncce meum conatum, atq; Offerumentum, *tamquàm ab optimo Animo profectum, optimè quoq; interpretaturos, illûdq;, ſi opus fuerit, à lividorum maledicorumq; homuncionum linguis ac dentibus viperinis, nec non peſſimorum Sycophantarum, utpotè optima quæq; injurioſis præjudiciis damnantium, ſcabioſeq; ac calumnioſè traducentium, improbis cavillis, vindicaturos, mihiq; ſuavem Amoris ac Favoris veſtri Zephyrum, placide benigneq; adſpiraturos, tamdemq; me ac mea Studia quàm commendatiſſima ſemper habituros. Id quod calidé rogo, uniceq; voveo, ſicq; me totum nunc* VOBIS *devoveo. Valete* VIRI NOBILISSIMI, *& ſoſpites, florentes, ac felices longiſſima vitæ tempora tranſigite. Scribebam* HALLAE-SAXONUM *19. die M. Aprilis.* ANNO *ἐνσαρκωθέντος τοῦ λόγου. M. DC. XXI.*

V. V. V.

NOBILITAT.

Obſervantiſſ.

MATTHIAS UNTZERUS D.
Medicus ibidem Ordinarius.

MATTHIÆ

MATTHIÆ UNTZERI D. M.

ANTIDOTARII PESTILENTIALIS

LIBER I.

In quo, tamquàm in Synopſi, per Quæſtiones ac Reſponſiones ſuccinctas, Doctrina univerſa de natura Pestis, breviter, perſpicuè, ac methodicè traditur, & legenti ob oculos ponitur

In tres Partes tributus.

PARS I.

Continens Deſcriptionem, Differentias, Cauſas, Signaq; tàm Diagnoſtica quàm Prognoſtica Peſtis.

DISTINCTIO I.

Quale Genus morbi PESTIS

Morborum Genera quot ſunt?

Peſtis quale genus morbi

RESP. Tria: 1. *Intemperies*, ſeu 4. primarum qualitatum exceſſus, competens potiſſimum partibus Similaribus. 2. *Morbi Compoſitionis ſeu conformationis*, qui proprij ſunt Organorum ſeu partium diſſimilarium 3. *Unitatis ſolutio*, quæ utriſq; communis eſt,

Ad quod Genus igitur referenda Peſtis.

Rem ſi penſiculatiùs examinaverimus, ad neutrum genus propriè Peſtem referre poſſumus.

Et cur non Intemperies, ea dicenda?

Solam intemperiem Peſtem non eſſe, *Peſtem non eſſe*

Digitized by Google

Intemperiem, Ratio. 1. eſſe, aut dici debere, probatur. 1. Quia nulla intemperies, ſive ea ſit ſimplex ſive compoſita, celerem ſubitumvè generationis modum ſortitur, ſed ſenſim tantũ ac ſucceſſivo quaſi motu procedit ac ſuboritur. Peſtis verò plerumq; repentè & ἐξ ἀπροσδοκήτου hominem invadit ac corripit, viresq; ejus adeò enervat ac proſternit, ut ſæpè antequàm ſe ægrotare putet, ad ultimũ Fati limen, illum perducat, vitâque proſsus exuat.

2. 2. Quia nulla intemperies καθ' αὑτὸ contagioſa exiſtit. At Peſtem, contagioſiſ. eſſe morbum, citiſſimè in plures ſe diffundentem, nemo niſi rationis inops negatum ibit.

3. 3. Quia omnis intemperies, qualiſcumq; ea ſit, è corpore ablationem ſui poſtulat tantùm per contraria adhibita. Verùm Peſtis non niſi alexipharmacis quibuſdam ſpecificis, atq; appropriatis Antidotis, nullâ qualitate manifeſtâ agentibus, avertuncatur & profligatur.

4. 4. Quia nulla intemperies, tàm validæ activitatis exſtitiſſe unquàm comperta eſt, ut paucorum mēſium, dierum vel horarum ſpatio, aliquot centurias vel chiliades hominum peſſum dederit; Peſtem autem ſæpiſſimè ſemeſtri vel trimeſtri tantùm ſpatio, multa millia hominum miſerabiliter jugulaſſe, ac internecioni dediſſe, pleni ſunt Hiſtoricorum probatiſſimorum Commentarii.

5. 5. Quia nulla non intemperies, methodo therapeuticæ ſemper eſt ſubjecta. At Peſtis curatio extrà methodum medendi ordinariam conſiſtit, neque ad eam, teſte *Gal. lib. 1. de differ. morb:* propriè pertinet.

Quare autem inter Organicos morbos Peſtis non reponenda?

Peſtem non eſſe morbum Organicũ. Ratio 1. 1. Quia vix ullius membri figura naturalis, in hâc Lue ita vitiatur, pervertitur atq; immutatur, ut actiones illiûs impediat, quod ſanè fieret, ſi ea, quæ recta ſunt, curvarentur, vel quæ curva, recta evaderent, ſed plerumque eamdem figuram, quam antea habuerunt, in morbo quoq; retinent.

2. 2. Quia in Peſte partem ſeu membrum aliquod corporis, vix ac ne vix quidem adeò ſuprà debitum naturæ modum excreſcere, vel infrà hunc ſubſiſtere videmus, ut planè omnẽ ſuam naturalem actionem deperdat.

3. 3. Quia Peſtis neque exuperantiam aliquam rerum non neceſſariarum, aut toto genere præter naturam ſecum adfert; neq; defectum alicujus rei naturalis inducit

4. 4. Quia omnes partes in hoc adfectu venenato ita ſuum ſitum naturalem retinent, ut ne minimum quidem loco ſuo convenienti receſſiſſe conſpiciantur.

Ergò

Ergò nec locum quoq́ habet inter morbos ſolutæ unitatis?

Peſtem non eſſe unitatis ſolutionem. Ratio 1.

Minimè: Nam ſi Peſtis unitatis ſolutio dicenda eſſet, tunc illa vel cum vulnere, vel cum ulcere, vel cum fracturâ neceſſariò conjungeretur. Quod tamen ſemper fieri minimè videmus. 1. Non enim adeſt vulnus, quia hoc non niſi ab externâ causâ, vel ſecante, vel incidente vel pungente proficiſcitur, quæ prorſus hîc deficit. 2. Nec ulcus inſeparabiliter in omni Peſte, nec in omnium hâc lue correptorum corporibus reperitur, imò conſtat, plures contagioſo hoc malo actos ex hac vitâ abripi, in quibus nec antè nec poſt mortem ullum aliquod ulceris veſtigium adpareat, quamvis non negandum, interdum è rupturâ ſeu apertione Bubonum ſeu Anthracum peſtilentium, in quibuſdam ulcera maligna ſuboriri poſſe. 3. Multò minus Fractura aliqua huic morbo complicatur, quia deſtituitur corpore valido, denſo duroq; extrinſecùs irruente.

Ad quod igitur Genus morbi Peſtis referenda?

Ad morbos totius Subſtantiæ, quia non ſenſim, ſed ἀθρόως, maximâ vi ac celeritate multos vitaleſque Spiritus, ipſumq; adeò animæ proprium inſtrumentum, nempè calidum nativum, primùm ac per ſe tetra malignaque lue oppugnat, fatigat, ac plerumq; corrumpit ac proſternit.

Quid vocas Morbum totius Subſtantiæ?

Quid ſit Morbus totius ſubſtantiæ?

Morbus totius Subſtantiæ is eſt, qui non manifeſtis ſed occultis qualitatibus non calidum frigidum, humidum, ſiccum, ſed verum cujuſque partis vitale principium, quod Hippocrates τὸ θερμὸν ἔμφυτον vocat, oppuguat, qualitatibus nobilioribus, à formis partium viventium immediatè profluentibus, maximè contrarius eſt.

Sed dantur nè reverâ tales Morbi?

Eſſe morbos totius Subſtãtiæ probatur.

Maximè: Quamvis nullo non tempore aliqui exſtiterint, etiam inter præſtantiſs. Philoſophos ac Medicosſ, qui fortiſſimè huic ſententiæ ſeſe oppoſuerunt, eiq; ſtrenuè ſemper reclamarunt.

Undè autem id probas?

Quamvis ad hujus rei probationẽ multa adduci poſſent argumenta, in præſentiarum tamen hæc 2. tantùm ratiocinia ſufficiant. 1. Omnis actio læſa pro venit vel ab ali-

quo morbo partis, vel ob externum errorem. Sed dantur actiones læſæ in partibus ſimilaribus, quæ neq; ob externum errorem, neq; à morbo aliquo intemperiei proveniunt (ut in ſumptione vel hauſtu venenorum) Ergò neceſſe eſt ut in partibus ſimilaribus aliud adhuc detur genus morborum, à quo illæ actiones læſæ proveniant. 2. Omnis actio eſt inter contraria, quæ ſub uno eodemque genere comprehenduntur. Dantur autem agentia, ut ſunt medicamenta tùm purgantia, tùm alexiteria, tum venena, quæ totius ſubſtantiæ proprietates nos adficiunt. Ergò neceſſe eſt, ut ea non primas corporis qualitates, ſed potiùs totam illius ſubſtantiam adficiant atque lædant.

Quid nomine aut voce Peſtis intelligitur.

Æquivocatio vocabuli Peſtis. 1. Peſtis interdum ἀέρ☉ φθορὰν, id eſt, corruptelam Aëris denotat, à plurimis inquinamentis cauſatam, undè tamquàm à cauſa proximâ poſteà funeſtiſſimi morbi ſoboleſcunt. 2. Nonnunquam ſignificat morbum à tali aeris contaminatione natum. 3. Vulgus verò Carbunculum & Bubonem, vel maculas puſtulasque malignas, Peſtem adpellat, quæ tamen, comites potius morbi ſunt, quàm morbus ipſe. 4. Alii Febres peſtilentiales ipſam Peſtem nuncupant.

Quid igitur tu propriè Peſtem dicis.

DISTINCTIO II.

Definitio Peſtis

Definitio Peſtis. PEſtis eſt morbus communis ſeu Epidemius acutiſs. contagioſus & pernitioſus, quæ occultâ ſuâ malignitate, ac ſpiritali veneno, vel in Aere, ob variorum μιασμάτων & viroſarum exhalationum, à ſuperioribus vel ſublunaribus excitatarum, ſuſceptionem, concepto ac per inſpirationem poſteà attracto; vel occulto quodam incognitoque modo in noſtris corporibus genito, Cor ἀθρόως invadit ac inficit, omnem ipſius facultatem, ut & reliquas totius corporis vires confeſtim proſternendo, putredinem ac Febrem cauſando, tandemque multa periculoſa Symptomata inducendo.

Brevior definitio. *Vel brevius*: Peſtis eſt morbus contagioſus, communis ac venenatus, occultâ veneni ſui qualitate Cor adfligens ac infeſtans, ejuſque calorem nativum ac Spiritus vitales oppugnans, undè poſtmodum, plerumque maligna putredo, febris, Syncope, omnium vitium lapſus,

lapſus, aliaque id genus horrenda & atrocia Symptomata ſuperveniunt quæ tamdem mors ipſa frequenter excipit.

Quare definiiſti primò Peſtem, Morbum Epidemium ſeu communem?

Explicatio partium ſingularum Definitionis.

1. Quia non uni tantùm, ſed pluribus ac infinitis ferè uno eodemque tempore communis exiſtit, celerrimèque in quoslibet adpropinquantes ſe ipſam velut diffundit. Sunt enim propriè ac dicuntur morbi communes, illi, quicumque indiſcriminatim in omnes cujuſvis ætatis, ſexus, ac temperamenti homines ſæviunt, populariterque graſſantur: vel qui eâ ſunt naturâ præditi, ut ſe ocyſſimè in alios diffundere, ſeque quaſi multiplicare poſſunt. 2. Quia à communi cauſa, illa proficiſcitur, nimirum vel ab aere, vel ab alementis. Quæ namque compluribus uſui ſunt & evitari nequeunt, qualia commune alimentum ſunt & aer, eadem ſi fortè corrupta fuerint & inimica naturæ, pluribus quoque noceant, morboſque communes inferant, omninò neceſſe eſt. Et quantò quidem Aer alimento communior, tantò etiam ex illo, quàm ex hoc, Peſtis univerſalior ſæviorque exoritur.

Eſtne etiam differentia aliqua Morborum Epidem. ſeu communium?

Omninò. Alii enim vocantur mites, qui, etſi plures ſimul invadunt, non tamen omnes ſtatim peſſumdant, ſed paucos tantùm interimunt. Cujus generis ſunt Variolæ & Morbilli, item Catharrus & Tuſſis illa Epidemica, quæ Anno 1557. viguit, quâ etſi plurimi adficiebantur, nemo tamen mortem obibat, præter infantes, teſte *Valeriolâ in adpend. loc. comm.* & *Mercuriali.* Quò etiam pertinent Diarrhœa, Febris Ungarica, ſimileſque alii, certis quibuſdam annis, nunc hanc nunc illam regionem infeſtantes. Quidam autem dicuntur maligni, atroces ac perniţioſi, plurimos quos corripiunt, neci dantes, inter quos Lues peſtifera, primas jure merito tenet.

Cur deindè Peſtem dixiſti Morbum acutiſſimum?

Quia omnino ſervat eundem morem ac tenorē, quem alii morbi acuti obtinent, & ita Proprium illorum (ut dici ſolet) in 4. modo poſſidet.

Quodnam autem eſt proprium morborum acutorum?

Velociter & brevi temporis ſpatio,

Digitized by Google

tio curſum ſuum abſolvere, non ſine vehementia & gravitate Symptomatum maximâ & non abſque periculo, citò vel ad ſalutem vel ad mortem terminare. Cum igitur vix ullus alius morbus, majori celeritate ac vehementiâ hiſtoriam ſuam abſolvat, & 4. illa univerſalia morborum tempora percurrat, hominemque citiùs juguler, dirâ iſtâ ac venenata Lue, idcircò non immeritò, illa, hoc quidquid eſt Epitheti, ſibi vendicat.

Ob quam cauſam tertiò vocaſti Peſtem, morbum pernitioſum?

Inductus ad id tùm Ratione, tùm Experientiâ. *Rationem 1.* quod ſpectat, triplici potiſſimum modo Peſtis pernitiem & exitium corpori adfert maximum. 1. malignam ſeu venenatam qualitatem ſuam Cordi communicando. 2. occulto ſuo veneno, ſpiritibus vitalibus adverſando, eos diſſipando, ac tãdem ἔμφυλον θερμὸν unà cum humido primogenio corrumpendo, ac penitùs tamdem extinguendo. 3. Agmen ſeu lernam multorum periculoſiſs. accidentium inducendo. *2. Deinde Experientiam* quod attinet, nemo adeò rudis exſiſtit, qui non vel ex Hiſtoriographorum commentariis didicerit, vel à majoribus ac parentibus ſuis edoctus fuerit, vel propriâ obſervatione cognoverit, quantam ſtragem clademque maximam, Peſtifera Lues ſæpenumero generi humano dederit atq; intulerit. Et ut alia, quæ paſſim obvia ſunt hujus rei Exempla prætercam, illud inprimis memorabile, quod à *Nicephoro lib. 3. Hiſtor. Eccl. cap. 11.* refertur, Veſpaſiano imperante, Romæ tàm ingentem graſſatam fuiſſe Peſtem, quæ quotidiè ferè ad 10000. hominum abſumpſerit. Nec ſilentio involvendum, quod à *Leonclavio* proditum, *in Pand. ſuis Turc. No. 130.* Peſtem nimirum Conſtantinopoli intra 4. menſes 150000. hominum abſorpſiſſe, nec anno ſequenti pauciores interiiſſe. Ita *Albertus Crantzius*, & *Funccius in Chron. ſuis* ſcribunt, tempore Caroli 4. Imp: 3. annorum ſpatio, Monachorum tantùm Franciſcanorum (non ſupputatis aliis, aliorum ordinum perſonis) 124434. Peſte exſtincta fuiſſe.

Cur tamdem in Definitione vocem CONTAGII *addidiſti?*

Ad innuendam & declarandam Differentiam ſpecificam, quâ Peſtis ab aliis morbis diſtinguitur. Siquidem apud omnes Medicos in confeſſo eſt, proprium quaſi Characteriſmum Peſtis exiſtere *Contagium*

Digitized by Google

gium nec unquam obſervatum fuiſſe, Peſtem aliquam ex naturalibus cauſis productam, contagione caruiſſe, undè & *D. Baſilius in Homilia ſua ſuper Pſalm. 1.* ait, ab omnibus tàm Philoſophis quàm Medicis, hoc Peſti ſingulariter tributum eſſe, ut ſit contagioſa, & ut uno infecto, polluatur & alter. Et *Ariſtot. lib. 1. Problem. ſect. 7.* pronunciavit, Peſtem ſolam maximè eſſe contagioſam.

Contagium autem hoc quomodo transfertur?

Per Vaporem ſeu exſpirationem calidam, putridam, tenuem, malignam & tenacem, à corpore infecti egredientem celerrimè, & velut in ictu oculi in alterius corpus per manifeſta vel occulta ſpiracula ſe ingerentem.

Sed qui fit, quod ſalubres halitus ſeu Vapores non poſſint ſanitatem adferre morboſis corporibus?

1. Quia plura requiruntur ad alicujus rei conſtructionem quàm ejuſdem deſtructionem, & in pleriſque rebus naturalibus ita comparatum eſſe videmus, ut citiùs bona dent locum malis, quàm mala bonis. 2. Quia ex *Gal. & Ariſt.* doctrina, plura ad Sanitatem quàm ad morbum ſunt neceſſaria. Malum enim ex quovis defectu: Bonum autem ex integra cauſa. Sanitas ſolo tactu non comparatur, quia 3. Sanitas (ceu mediocritas quædam) non vincit exceſſum (ſcilicet morbum) Exceſſus autem facilè vincit mediocritatem. 4. Præterea quia Sanitas conſiſtit in quiete, morbus verò in motu. 5. Ad hæc quia Sanitas in concentu, morbus verò in diſſidio & ſolutione phyſica ac mathematica ſuam habet Eſſentiam. 6. Adde, quod in quavis contagione, ſubſtantiæ alicujus corruptio fiat, quæ nec à natura nec remediis corrigi, ſed ſola corruptæ ſubſtantiæ ablatione emendari poteſt. Vapores autem ſalubres, non exturbare poſſe corrupta extrà omnem diſputationis aleam poſitum eſt, cum id ſoliùs naturæ munus & officium ſit. 7. Denique tantùm abeſt, ut pauci halitus naturam à morbo oppreſſam erigant, quin citiùs ipſi quoq; inficiantur, vel certè diſſolvantur, quod facilimè fieri poteſt.

DISTINCTIO III.

CONTAGII *natura exponitur.* **DE CONTAGIO.**

Sed quid propriè Contagium eſt ac dicitur?

Contagium nihil aliud eſt, quàm adfectio præter naturam,

Digitized by Google

ram, quæ alteri corpori à corpore præter naturam ſimiliter adfecto communicatur. *Vel*: Contagium eſt corporis ſeu compoſiti quædam corruptio, ei ſimilis, à quo primum manavit, quæ infectione in particulis communicatâ, ex uno in aliud tranſit.

Eſtnè Contagium Morbus vel Symptoma?

Contagium neq; Symptoma dicendum, ſed cauſa morbi, ut potè in quo halitus quidam teter noxiuſvè Vapor ac malignus, aut aliud aliquid contagioſæ Luis ſeminarium, ab ægro in corpus ſanum influit, illudq; ſuo adventu & participatione contaminat.

Quæ requiruntur ſeu neceſſaria ſunt ad Contagium propagandum?

Requiſita Contagii. Hæc tria: 1. Ipſum agens ſeu corpus contagioſum, adfectionem illam præter naturam, quâ alia inficere poteſt, obtinens. Et ſi enim aliquid morbi alicujus cauſa eſſe poſſit, tamen niſi & eo ipſo laboret morbo, contagioſum eſſe, & aliud contagio inficere non dicitur. 2. Adfectio, quæ communicatur, quæ quiddam præter naturale eſt non tamen ipſe morbus, quo prior infectus eſt; qui in alium non tranſit, ſed corpus quoddã, & ſemen quaſi quod alteri adhærens & communicatum, adfectum illum, quo laborat is, à quo communicatur, excitare poteſt. 3. Patiẽs ſeu corpus, quod contagium ab alio corpore recipit. Cum autem non quodlibet agat in quodlibet, ſed in proportionatum, idcircò hîc quoq; inter agens & patiens, debita requiritur proportio. Semper tamen inter contagium & corpus patiens aliqua peculiaris ἀντιπάθεια neceſſaria eſt, & actio non tàm ob ſimilitudinẽ corporis communicantis & recipientis fit, quàm ob contagii peculiarem contrarietatem. Omnis enim actio eſt inter cõtraria, & omne agens cupit ſibi ſimile reddere patiẽs, eãdemq; ipſi naturam & actum tribuere.

Cauſæ Contagii quænam ſunt?

Cauſa Contagii. 1. Aeris corruptio, vel à ſolo qualitatum exceſſu, aut à commixtione putridorum ac Venenatorum vaporum, qui itàcum eo commiſcentur, ut ſicuti in reſpiratione nullatenus ſeparari queunt, ſic univerſum reſpirantium genus labe ſua neceſſariò conſpurcent ac inficiant. 2. Putrefactio in aliquo humore vel materia, quam præcedũt internæ obſtructiones & plenitudines cacochymicæ. Ejuſmodi igitur humorum putredo aliis communicata, Contagium producit.

3. Len-

3. Lentor fomitis, quia lenta, viſcida ac glutinoſa facilè tenaciterq; adhærent, nec ità citò diſſipantur aut diſſolvũtur, undè per moram, labẽ aliquã imprimunt. 4. Adhæſus materiæ putridæ in aliqua corporis ſuperficie ſeu cutaneis locis, ut in Scabie, Lue venerea, Lepra &c. undè illius facilè poſteà communicatio.

Quotuplex verò eſt Contagium?

Duplex. Alterum immediatum dicitur: Alterum verò mediatum.

Contagiũ duplex.

Quid vocas Contagium immediatum?

Immediatum contagium eſt, cum unum corpus alterum immediatè contingit, abſq; ullius alterius corporis interpoſitione, ut cũ quis accubando alteri, vel eundem contrectando, eundem tangit nullo alio mediãte corpore. Et ab hoc contagio facilima eſt morborum, qui ex contagio invehuntur, communicatio, ſicut id patet in Lepra vel Lue ♀ adfectis corporibus, quæ ſolo accubitu ac contactu, ſanum hominem inficere ſimilemq; morbum, quo ipſa laborant, eidem celeriter communicare poſſunt, non aliter atq; videmus, pyra, poma, aliosq; fructus marceſcentes ac putreſcentes, ſolo contactu ſuo alios ejuſdem generis fructus, nihil vitii adhuc paſſos, inficere, & putredinem ac corruptionem citam illis communicare. Undè *Juvenalis*: Uva etenim livorem ducit ab uva.

Contagium autem mediatum quid eſt?

Quod mediante alio corpore propagatur. Idq; Contagium rurſus duplex eſt, nempè eſt illud, quod fit per fomitem, & 2. quod fit ad diſtans ſeu per Aerem.

Quid nomine Contagij per fomitem intelligis?

Nihil aliud, quàm quod per fomitem quædam ab uno corpore in aliud tranſportatur. Fomes autem id præcipuè dicitur quodcumque ſeminaria Contagionis in ſe ipſum excipere, exceptaq; diu fovêre ac retinere, tamdemq; per hæc ipſa retenta & conſervata ſeminaria inficere poteſt, quemadmodum ſunt veſtes, linteamina, ſtragulæ, aliaq; id genus, quæ poroſa exiſtentia facilè recipiunt malam patientis qualitatem, inprimis vero ea, quæ ex goſſipio aut lana, aliave materia ſimili conficiuntur. Unde *Marſilius, Antid. Epid. cap. 24.* Ut ignis (inquit) Oleum ſeu nutrimentum veneni Peſtis eſt lana, & quidem ita enutrit lana hoc venenum, ut non modò conſervet ipſũm, ſed & augmẽtet ac fortificet.

dùm partem, idq; ſenſim. At talis corruptio eſt putredo. Quare cum per putredinem dumtaxat particulatim ſic diſſolvantur ſubſtantiæ, ut ex iis vapores putridi, caloris tranſvectores tolli, & ad propinqua deferri cum Contagio queant, perſpicuum hinc evadit, operâ putredinis morbos contagioſos fieri.

Sed cur ſublatâ putredine medicamentis exſiccantibus, non protinùs quoq; tollitur Contagium ipſum, ſed ad id auxilio Alexiteriorum opus eſt?

Tenendum, Contagium non in quavis conſiſtere putredine, ſed ſolummodò in ea, à qua ſcilicet evaporatio ſordida, lenta ac glutinoſa procedit, quæ evaporatio ſi deſit, nec Putredo quoq; contagioſa unquam erit, hac igitur ſublata convenientibus ſuis & adpropriatis remediis, non dubitandum, peſſum quoq; iturum Contagium ipſum. Prætereà conſtat, pharmaca Alexiteria, ejuſmdi prædita eſſe natura, ut non tantùm malignæ qualitati obluctentur, ſed & peculiari ſint inſtructa facultate, reſiſtendi putredini, idque ratione ſummæ ſiccitatis, quæ in illis viget. Putredine igitur per alexipharmaca in totû devicta ac repreſſa, nulla Contagii labes ampliùs in corpore reſidua ſeu ſuperſtes manere poterit.

DISTINCTIO IV.

Subjectum Peſtis proponitur

De Subjecto Peſtis.

Quodnam eſt verum Subjectum Peſtis?

VErum, principale ac genuinum Peſtis ſubjectum ſeu πρῶτον δεκτικὸν, in quo latitat ac hoſpitatur ſævus hiccè & immanis Tyrannus, nullum aliud eſt, quàm ipſum COR hominis, arx illa vitæ, & fons humidi primogenii, ſcaturigoq; caloris nativi, non quidem ſimpliciter, nec quatenus organicâ conſtitutione ſed quatenus non tantùm complexionali ſed propria & conſubſtantiali Craſi præditum, efficax eſt ad caloris influentis generationem. Viſcus igitur hoc nobiliſs. ab occulta, maligna & exitiali δυσκρασία per Peſtilentis ac venenati aeris attractum ſeu inſpirationem inducta, eiq; communicata, adfectum, confeſtim ad omnia ſua munia exercenda ineptiſſimum ac debiliſſ. redditur, præſertim verò ad ἐπιῤῥύτα Spiritus, caloris, vigoriſque vitalis productionem, qua ceſſante, non poteſt non Cor & totum corpus, ejusque inſervientes facultates & operationes omnes, inprimis verò Cor-

Digitized by Google

dis & Arteriarum pulſus, labaſcere protinus ac deficere.

Ergò Peſtilens venenum ſemper Cor petit & obſidet?

Ita eſt. Nam ſi proprium omnium aliorum venenorum ſit, primò ac principaliter Cor petere ac lædere, utique non dubitandum, Peſtilenti veneno, utpotè longè ſubtiliſs. ac penetrantiſſimo, talem quoque inſitam omninò eſſe proprietatem, illudque citiùs cæteris venenis ad Cor deſcendere, ejuſq; calorem nativum vel corrumpere ac labefactare, vel penitùs opprimere ac ſuffocare. Cujus quidem rei non creperam nobis faciunt fidem, horrenda ac formidanda illa Symptomata, quæ dirâ hâc lue obſeſſis ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſupervenire videmus, qualia ſunt Syncope, tremor ac Palpitatio Cordis, laſſitudo totius corporis, extremarum partium inſignis refrigeratio, atq; Virium omnium extrema proſtratio; Signa nimirum adflicti, & nefandi iſtius hoſtis tyrãnide ſummoperè infeſtati ac perculſi Cordis, certiſſima ac manifeſtiſſima.

Sed cur natura, Venenum peſtilens non ſemper extrudit ad ad Glandulas axillarum, tanquàm propria emunctoria Cordis, verùm interdum quoque illud deponit ad emunctoria Cerebri & Epatis, undè Parotides & Bubones?

Quamvis paulò antè dictum, Cor principaliter præ aliis viſceribus, in Peſte à veneni malignâ qualitate lædi ac infeſtari, non tamen ob id infitiandum, Cerebrum & Epar graviter quòque hic adfici poſſe, non tamen primariò, ſed ſecundariò, poſt læſum ſcilicet Cor. Quod verò natura ad aures vel inguina nonnunquàm venenum protrudat, & non ſemper ad axillarum glandulas illud derivet & exoneret, id materiæ ὀργάσμῳ, & indomitæ malignitati, quæ humores variè agitat, & huc atque illuc citra rationem impellit, acceptum referri debet; vel, eâ de causâ fieri putandum, quod forſan loca illa imbecilliora exſiſtant iis, quæ juxta Cor poſita ſunt, undè promptiùs impulſum virulentæ materiæ ſuſcipiunt, eamque in ſe recondunt.

Quâ autem vi ſeu qualitate Venenum Peſtis Cor adficit?

Actio hujus veneni planè ſpiritalis eſt, nec exceſſu aliquo primarùm 4. qualitatum Elementarium, ſed

ſed potius ſingularis cujuſdam, abſtruſæ, occultæ & incognitæ Virtutis potentia ac proprietate, ſubſtantiam calidi nativi oppugnat, labefactat & atterit, unde poſteà repentinâ omnium virium ac facultatum dejectio & exſolutio ſequitur. Id quod breviter tali Syllogiſmo probatur. Si Elementorum qualitates ſummæ ea efficere nequeunt in magnâ ſatis copiâ, quæ Peſtifera faciunt in exiguâ, in quibus qualitates ſunt remiſſiores, actiones iſtæ Peſtis aliundè, quàm à qualitatibus progrediuntur, utpotè totâ ſubſtantiâ. Atqui qualitates Elementorum ea nequeunt efficere, quæ faciunt peſtifera & venenoſa. Ergò &c.

Nulla ergò alia qualitas, præter occultam illam hic locum habet?

Nulla prorſus. Siquidem δυσκρασία illa, quam Venenum peſtilens corpori imprimit ac inducit, neutiquàm ſubjecta eſt ulli primarum qualitatum, aut per eas, operationes ſuas mirandas perficit & exequitur, (quamvis illis interdùm tamquam organis obſcuro modo utatur,) ſed naturam earum longiſſimè ſuperat atque tranſcendit, quia ſingularem vim φθαρτικὴν καὶ ὀλέθριον ſeu exitioſam poſſidet, & ipſi Cordi principaliter occulta tantùm ἀντιπαθείᾳ quadam contrariatur. Qua ratione dyſcraſiæ hoc genus ſeparandum, non ſolùm ab omni manifeſta, ſed etiam ab occultâ omni aliâ, quæ non principaliter Cordi, ſed cæterorum membrorum alicui craſi opponitur, licet ſit quoque lethalis & communiſſima. Luem enim Gallicam, uti nec Febrem Ungaricam, nec Dyſenterias contagioſas, licet ſatis pernitioſi ſint morbi, nemo tamen rectè Peſtes adpellabit, ut quorum δυσκρασίαι, utcumq; occultæ & communes, non tamen Cordis, ſed primariò Epatis vel inteſtinorum temperamenta, occulta ἀντιπαθείᾳ impugnare ſolent.

Eſt ne Febris ſemper conjuncta Peſti?

Febris num ſemper Peſtem comitetur

Ipſa peſtilens διάθεσις, quamvis per ſe Febris non ſit, continuò tamen per Putredinem inſignem illi copulatam, Febrim excitat ſibiq; adjungit. Peſtem enim inferens venenum illud, ſicut ἔμφυτον σύμφυτον Cordis: ita non minus etiam ab hoc ipſo quod progeneratur ἐπίρρυτον θερμὸν ob ſubſtantiæ συγγένειαν ubique & in omnibus corporis partibus, non in ſolo corde crudeliter proſequitur, oppugnat, & expugnare nititur, adeò ſanè, ut *Foreſto* teſte *lib. 6. de Febr. obſ.*

Digitized by Google

obſerv.22. Juveni cuidam robuſtiſſimo tela aranea quæ in domus infectæ ſcrinio quodam dependens, ſupra manum ei ceciđiſſet, ſubitò peſtiferam puſtulam, quà & ſecundà ſtatim die exſtinctus eſt, excitarit. Quo vel ſolo ſi alia experimenta & rationes deeſſent, evidenter ſatis cernitur, quanta veneni illius ſit pernities, & quæ σηπτικὴ δύναμις, quod ſive reſpiratione per Pulmones corpus ſubeat, ſive pulſu per cutis poros Arteriarumq; ſpiracula attrahatur, ſive contagio quodam contrahatur, confeſtim ejus, quam attigerit, particulæ calorem nativum, & ſubſtantiam labefactat & diſſolvit, eique putredinem inducit, non quidem levem aut ſimplicem, ſed excellentem & magnam, quà mox ipſam totā ſanguineam maſſam, omnes ſcilicet 4. humores ſimul, imò ſolidam quoque particulæ ſubſtantiam adurendo quodammodo deſtruit ac corrumpit, omnemq; ejus vitalem calorem momento depaſcitur, & emortuam jàm putredini exponit fœtidiſſimæ. Ejuſmodi autem Putredo cum abſq; præternaturali calore non conſiſtat, ſed hic potius illam, tamquàm umbra corpus ſemper comitetur, idcircò neceſſariò calor iſte, tamquàm genuina dictæ putredinis ſoboles, ſanguinem, Spiritus, ac humores pervadens, eos craſſeos ſuæ naturalis limites tranſcendere, & plus quàm par eſt, incaleſcere faciet, qui deindè calor non niſi febrilis cenſendus erit. Adplaudit inſuper dictæ rationi & ipſa Experientia, ſiquidem à tot centuriis annorum hactenus ſemper fuit obſervatum, & etiamnùm hodiè obſervatur, quotquot unquàm pernicioſiſſimum hoc Peſtis venenum adflavit ac infecit, eos omnes à prægreſſo horrore, febrili ſimul calore, malignoque æſtu obſeſſos fuiſſe, qui graviter illos exercuit, & victoriam inter morbum & naturam, ambiguam ſemper fecit.

Nullane igitur Peſtis abſq; Febre datur?

Ita quidem opinor. Nam quamvis nonnulli contrariam allegent Experientiam dicentes, compertum haberi, Peſtes quaſdam tanta violentia homines adortas eſſe, ut protinus eos è medio ſuſtulerint, antequam febrili paroxyſmo quidquam concederetur temporis, id quod adnotavit *Jacobus de partibus* in Peſte quæ ſua ætate dimidiam ferè partem hominum truculenter demeſſuit. Et *Alex. Bened. in lib. de febr. Peſtil. cap. 2.* adfirmat, Peſtem ſui temporis, ità ſubitò adveniſſe, ut homines plerumq; ſine febre, 12. vel 20. horarum ſpatio, abſque ulla pulſus urinæque mutatione interemerit,

merit. Ad quæ tamen, aliaque ejuſmodi Exempla reſpondendum, homines illi, quos commemoratæ Peſtes ſubitò & ex inſperato abripuerunt, quamvis evidenter febricitare non fuerint viſi, non tamen ob id exiſtimandum, eos omni prorſus caruiſſe febre, ſed potiùs Ephemerâ peſtilenti exſtinctos fuiſſe, quod nimirum ille putredinis gradus, quo venenum hoc præditum fuit ſingularem habuerit *ἀναλογίαν* ad Spiritus, non verò ita ad humores, vel ſolidas partes, propterea mirum videri non debet, ſi paucarum horarum intervallo illi interierint. Deindè & hoc pro rato habendum, multos tempore Peſtis ſævientis, etiamſi intelligant ac deprehendant ſe jam malignè infectos eſſe, tamen ad declinandam hujus rei ſuſpitionem, apud concives ſuos, ne vel opificia vel alia negotia ſua deſerere vel poſtponere cogantur, idcircò pulcrè ſanos ſeſe fingentes, morbumque callidè diſſimulantes ſæpè in publicum prodeunt, templa foraq; frequentant, undè ſi poſteà vel propter nimium corporis motum aut laborem, vel animi aliquam paſſionem, aut aliam cauſam irritantem Febris, quæ initio lenta, mitis, ac moderata, vixque ſenſibilis erat nimium adaugeatur & exaſperetur, fit interdum, ut extemplò quaſi fulmine tacti in publicis vijs corruant, mortemq; ita oppetant.

DISTINCTIO V.

Differentiæ Peſtis recenſentur.

Differentia Peſtis.

Quænam ſunt Differentiæ Peſtis, & undè ea petuntur?

1. Differentia ſumitur, *1. Ab ejus Subjecto*, nimirum corde. Hoc autem cum triplici conſtet Subſtantiâ, ſolidâ nimirum, humidâ, & ſpirituoſâ, idcircò, prout hæc vel illa in calefacto eſſe conſtituta eſt, ita etiam Febrium diverſa prodeunt genera 1. eſt *Ephemera peſtilens*, ortum ducens ex Spirituum cordis perniçioſâ & malignâ infectione. Hæc non diu durat, ſed breviſſimo temporis ſpatio, vel naturâ morbi malignitate ſuccumbente, hominem perimit, vel eâdem vincente, morbumq; ſuperante, omne Venenum ſubitò repellit perque ſudorem, vel *ἄδηλον διαπνοὴν* magnâ vi excernit, eoq; Diaria Peſtis finitur, quæ tamen ob magnam Spirituum diſſolutionem putredinemq; alicubi jam ceptam, magnam plerumque etiam poſt ſe virium imbecillitatem, aut novos morbos relinquere ſolet. 2. Eſt *Synochus putrida peſtilẽs*, q̃ in humoribus ſeu maſſa Sanguinis ſtabulatur.

1. A Subjecto Ephemera Peſtilens.

Synochus Peſtilens.

Ttttt Quan-

Quandò enim ex inquinamento permixtione ſeu contactu Veneni peſtilentis,Sanguis aliiq; humores, vel in ipsâ Cordis ſubſtantia, vel circà ipſam ac in venis majoribus contenti, putredinem concipiunt, tunc generatur hæc febris putrida, quæ inter reliquas ſpecies, & communiſſ. & frequentiſſ.exſiſtit 3.vocatur *Hectica peſtilens*; quæ indè oritur, quando nimirum venenum peſtilens, ipſam ſolidam Cordis ſubſtantiam non obſidet ſolùm &. expugnat, ſed ſummo cum imperio totam obtinet, confeſtim calorem inſitum opprimens & exſtinguens,ipſiusq; ἐπιῤῥυτε generationem prohibens,undè poſteà ex inopinato hominem paucis horis perimit,præcipitiq; curſu ad mortem ducit.

Hectica peſtilens.

Sunt nè & aliæ Differentiæ?

2. *Differ. A Morbo ipſo.*

Imò ſunt adhuc plures, ordine nunc commemorandæ:Petitur ergò,2.Differ.à *Morbo ipſo*,ita, ut alia Peſtis dicatur magna, vehemens, extremèq; pernitioſa, nec non exquiſitè Cordis craſi oppoſita: Alia verò parva,mitis,&.non adeò ſummoperè naturæ noſtræ infeſta: Alia tandem mediocris, quæ ſcilicet medio modo inter 2. haſcè ſe habet,& frequentiſſima eſt.

3. *A Cauſis.*

3, *A Cauſis*: Hinc nonnullæ Peſtes dicuntur Internæ,quædam Externæ.*Interna* ſunt,quæ à ſuccorum corporis pravitate, vel inſigni putredineac corruptione humorum originem ducunt. *Externæ* verò quæ vel ab intra corpus adſumptorum,nimirum alimentorum vitioſorum & pernitioſâ qualitate infectorum uſurpatione: vel ab Aëris corrupti venenatiq; attractu ac inſpiratione; vel deniquè à Contagij communicatione proficiſcuntur.

4. *A morbis conjunctis*

4, *A Morbis conjunctis*; qui interdum Peſtem comitantur; vel ei ſuperveniunt; interdum verò non comitantur. Hi autem ſunt vel interni vel externi.*Interni*,ut Phrenitis, Epilepſia, Lethargus, Angina, Peripneumonia,Pleuritis, Dyſenteriæ,Cordis tremor, Jecoris phlegmone, Ventriculi ſubverſiones, Colica &c. *Externi*, qui vel in ſuperficie cutis, vel in emunctoriis ſeu adenibus ut plurimùm conſiſtunt,ut ſunt Exanthemata, Petecchiæ,Parotides,Bubones, Anthraces &c.

5. *Ab Objectis.*

5. *Ab Objectis*. Undè duplex genus Peſtis.*Unum*, quod parcens hominibus, ſola bruta animantia adficit, & in hæc rabiem ac ſævitiam ſuam exercet atque effundit, undè non rarò compertum in quibuſdam regionibus ac provinciis, Contagium peſtiferum multas armentorum myriades catervatim pro-

proſtraviſſe atq; occidiſſe, hominibus interim ſanis & ab hujus contagij labe immunibus degentibus. *Alterum*, quod intactis brutis ſeu beſtiis ſolùm in humana graſſatur corpora, iisq; bellum indicit, interdum quoslibet, nulla habitâ vel temperamenti, vel ætatis aut ſexus ratione promiſcuè adoriens; interdum verò magis in ſenes quàm juvenes, vel vice versâ ſæviens, nonnunquàm verò mares aut fœminas magis adficiens. Datur præterea Peſtis alia quæ temperamento calidos, alia quæ frigidos, vel aliâ peculiari corporis conſtitutione præditos ſpeciatim adfligat & proſternat.

6. *A Spatio.* *6. A Spatio*, quod occupat. Hinc alia Peſtis dicitur *Univerſalis*, quæ totum ferè terrarum orbem, vel ſaltem majorem ejus partem pervadit, qualem ſub M. Antonino Imp. bis graſſatam fuiſſe, Romani Scriptores memorant. Alia verò *Particularis*, quæ unam tantummodò regionem vel provinciam occupat, vel unicam ſaltem urbem, imò interdum unicam tantum domum invadit.

7. *A Duratione.* *7. A Duratione.* Alia enim Peſtis breviſſimo durat tempore & paucorum menſium ſpatio finitur, ac conſumitur. Alia verò in multorum annorum ſpatium protrahitur, nec ità citò diſſipatur, aut periodum ſuam abſolvit, quemadmodum Peſtis illa, quæ aliquando Toloſæ graſſata, per integrum ſeptennium duravit, teſte *Julio Cæſ. Scaligero de Subtil: Exercit. 32.*

DISTINCTIO VI.

Cauſæ Peſtis eruuntur

Undè ſeu ex quibus Cauſis proficiſcitur Peſtis?

Cauſa Peſtis.

CAuſæ Peſtis variæ ac multiplices ſunt. Alias enim Theologi profitentur: alias docent Aſtrologi: alias deniq; Medici tradunt ac conſtituunt.

Quam igitur Cauſam Peſtis Theologi ſtatuunt?

Cauſa Peſtis ſecundum Theologos.

Eccleſiæ Doctores cauſam primariam & generaliſſ. uti aliorum morborum omnium, ita quoq; & Peſtis docent eſſe DEUM. Is enim cum ſit liberrimum agens ſoluſque omnia, quæcumque eveniunt, ſeu bona ſeu mala dicantur, juxtà divinum ac imperſcrutabile Juſtitiæ ac Providentiæ ſuæ decretum moderetur ac gubernet; idcircò exiſtimandum, morbos quoq; aliasq; calamitates, quibus crebrò exponimur, ab ipſo ſolo provenire, nec eas, abſque illius indultu ac permiſſione quidquam mali in nos machinari

chinari poſſe, quemadmodum id Propheta *Amos* non obſcurè innuit *cap.3.v.6.* dicens: Num erit malum in civitate, quod non fecerit Dominus? Cui adſtipulatur & *Syracides cap.11.v.14.* Bona & mala, vita & mors, paupertas & divitiæ à Deo ſunt. Speciatim verò Peſtem quod attinet, multa præclara in S.S. extant dicta & teſtimonia, expreſsè ſanè docentia, hanc Luem à Deo immitti, ut vidêre eſt *Exodi 6. & 12. Levit 29. Num 16. & 25. Deut.28 2. Sam.24.1. Paral.21. Jere. 14.21. & 29. Ezech.5. Amos 4.* &c. Cui divino decreto ſubſcripſerunt quoq; Ethnici & extranei, nullo veræ fidei lumine colluſtrati, utpotè *Gal: in proœm. lib.1. Epid. Plutarchus in vitâ Romuli, & Titus Livius lib.6.* Cauſa autem irritans Deum ad crebram ac iteratam hujus plagæ immiſſionem, & ſævam hominum punitionem, ſunt peccata noſtra, quibus ſolis, ceu jumentis propriis variarum multipliciumq; adflictionum ac miſeriarum cumulûm, vel uno verbo, omnium malôrum, inſtar decumanorum fluctuum ſæpè in nos irruentium, lernam ac Panegyrin ſponte nobiſmet ipſis acceſſimus. Firmiter tamen hoc tenendum, DEUM non permittere fieri ſeu Peſtem, ſeu ullum aliud malum, niſi noverit boni aliquid indè elicere. Ideò enim dicente *Gregorio*, premuntur juſti in Eccleſia, ut preſſi clament, clamantes exaudiantur, exauditi glorificent Deum. Et facit ſæpè Deus opus alienum, ut tandem faciat proprium, hoc eſt, punit, & cruce exercet, ut pœnitentiam agentibus peccata remittat & rurſus miſereatur. Dominus enim corripit nos ut emendet, emendat, ut ſervet, ſervat, ut ſalvos faciat, inquit *Cyprianus Epiſt.4.*

Quid verò Aſtrologi ſentiunt de cauſa Peſtis?

Aſtrologi cauſam Peſtis adſcribunt Aſtrorum ſeu Syderum ſiniſtro poſitui, vel Planetarum maligno influxui, infauſtæq; eorundem conſtellationi, cujus virtute Aeris ſubſtantia ita immutetur, pervertatur ac corrumpatur, ut venenatam planè naturam induat, ac μιάσματα σηπτικώδη in ſe recipiat, quæ poſteà cum Aere per inſpirationem attracta, malignâ ſuâ qualitate cor, ejuſq; calorem nativum adficiant, ſicque peſtiferam febrem cauſentur & inducant. Comperrum enim eſt fuiſſe aliquando peſtilentes cōſtitutiones, quæ orbem fermè totum graviter adflixêrūt. Cujus quidem rei cauſa, non niſi cœleſtibus corporibus, ſtellarumque certo occurſui & configurationi adſcribenda. Ab homine contagioſo in tot re-

Cauſa Peſtis ſecundum Aſtrologos.

Digitized by Google

regiones derivatum fuiſſe hoc malum planè ἄτοπον καὶ καταγέλαστον eſſet dicere, neq; etiam credibile. Aerem in tot locis à cauſis manifeſtis, ſeu ſublunaribus corporibus ita diſponi ac alterari potuiſſe, ut tantam malignam qualitatem induceret, cum admodum qualitatibus differant diverſæ regiones.

Qui ſunt igitur illi ſiniſtri adſpectus ſeu malignæ influentia Sydorum, Peſtem producentes?

1. Eſt combinatio ſeu adſpectus ſiniſter ♃ & ♄. Item ♂, ♄ & ♃, maximè verò conjunctio ♄ & ♂, quorum alter colligit fumos malignos in terræ viſceribus, alter eos in Aerem vicinum elevat, præſertim ☽ in aliquo maligno ad ipſos adſpectu exiſtente, vel per Eclipſin infortunatâ. Undè Anno 1348. ad conjunctionem ♃, ♂ & ♄ in 19. gradu ♒ ingens ſecuta fuit Peſtis, ut tradidêre *Boccatius* & *Guido de Cauliaco*, quemadmodum & ſimiles graſſata legitur Peſtis Anno 1524. cum ♄ & ♂ combinarentur.

2. Sunt ingentes Eclipſes, utpotè quibus Aer pravis ac malignis inquinamentis plurimum conſpurcatur. Exempla qui cupit, conſulat Autores, qui ex profeſſo hâc de re ſcripſêrunt.

3. Cometæ, ob quorum exſtinctorum fœtidum halitum Aer ità coi ſpurcatur, ut poſteà homines hunc attrahentes facilè inficiantur atq; intoxicentur.

Sed quomodo Syderum poteſt eſſe aliquis malignus influxus in hæc inferiora, cum illa non in pernitiem ſed ſalutem hominum ſint condita?

Verum quidem eſt Deum Opt. Max. Cœlum, ſtellas ac Planetas omnes, in utilitatem hominum creâſſe, iiſque certas ac definitas leges indidiſſe, ſed ita tamen, ut ipſe præſit omnibus, & quos illis indidit ordinatos motus ac vires, eas aut remoretur, aut acceleret, aut immutet pro ſuo nutu ac voluntate. Poteſt itaq; Deus, peccatis noſtris offenſus, & ob id contemptum ſui ac Verbi ſancti ulturus, Sydera ita inter ſe commiſcêre, eorundemque motus ita diſponere & variare, ut indè non niſi pravus effectus reſultet.

Quæ tandem ſunt Peſtis cauſæ ſecundum Medicorum placita?

Cauſa Peſtis Secundum Medicos.

Medici duplices cauſas ſtatuunt, Externas nimirum & internas. Ad illas refertur. 1. Aer

 2. Con-

2. Contagium, & 3. Veneficium. Ad has verò Cacochymia ſeu inſignis humorum in corpore noſtro putredo, ab eſculentis & potulentis corruptis orta.

1. *Cauſa Externa Peſtis* AER.

I. Cauſa Externa Peſtis, AER.

Quomodo Aer poteſt Peſtem producere.

AEr naturaliter ſe habens nunquam lædit aut Peſtem inducit, præter naturalem verò conſtitutionem adeptus, valdeq; ſecundum Craſin vel ſubſtantiam immutatus, tunc tàm Peſtem, quàm alios periculoſos morbos excitare poteſt.

Quid vocas mutationem Aeris ſecundùm craſin ſeu qualitates?

Quandò nimirum Aer in qualitatibus ſuis manifeſtis, puta, calore, frigore &c. tálem alterationem ac mutationem ſubit, ut in unâ vel alterâ notabilẽ patiatur exceſſum.

Aer quotupliciter mutetur.

Quotuplici modo fit ejuſmodi mutatio?

Duplici. 1. *A locis & regionibus* prout hæc vel humida, ſicca, frigida aut calida ſunt ſuâ naturâ, & prout ſunt vel montoſa ac alta vel depreſſa, & in valles porrecta. Item, prout mari, fluminibus, ſtagnis ac paludibus adjacent, vel ab iiſdem procul diſſita ſunt; ita quoque Aerem vel nimis calefaciunt vel humectant, vel aliâ qualitate adficiunt.

2. *A Temporibus anni*, cum ὡρᾶια non ὡραίως eveniunt, hoc eſt, quandò tempora propriam ſuam temperiem & conſtitutionem minimè ſervant, ſed unum alterius naturam induit, ut ſi hyems ſit calida & ſicca, Æſtas verò frigida & humida &c. vel aeris conſtitio, toto ferè anno, à prægreſſis nebulis & pluviis, Auſtrina ſemper adpareat; indè enim in corporibus, inſigni humorum inductâ corruptelâ non ſolùm varia morborum genera ſoboleſcere, verùm peſtem ipſam quoq; ſuboriri poſſe non ſolùm *Hipp. lib. 2. & 3. Epid.* & *Gal. lib. 1. de Temper.* & *lib. 1. de differ. Febr. cap. 4.* ſed & aliorum Medicorum ac Hiſtoricorum, quos hîc citare, brevitas hujus Scripti non permittit, luculento conſtat teſtimonio.

Quid nominas mutationem Aeris ſecundùm Subſtantiam?

Mutatio Aeris ſecundùm ſubſtantiam nihil aliud eſt, quàm intimæ ejus naturæ, propriæque ſubſtàn-

ſtantiæ, particularis quædam tranſmutatio ac corruptio, quâ malignam ac venenatam adquirit naturam, aptitudinem habentem, corporibus peculiariter ad id diſpoſitis, ſimilem corruptionem communicandi, exitialemq́ue qualitatem iiſdem imprimendi.

Quomodo cauſatur ejuſmodi ſubſtantiæ Aeris mutatio ſeu corruptio?

Duplici modo cauſari illa poteſt, vel à putredine ipſius Aeris, vel à ſuſceptione variorum *μιασμάτων* ac fœdarum exhalationum ab aliis corporibus ad ipſum elevatarum.

Poteſtnè verò Aer putreſcere?

Aërem putreſcere poſſe probatur.

Aerem putreſcere poſſe probant hæ rationes. 1. Quia juxtà *Ariſt. 4.*
1. *Meteor.* omnia naturaliter mixta, (excepto Igne) putreſcere poſſunt. At Aer eſt corpus naturale mixtũ.
2. Ergò &c. 2. Quia quæ humidiſſ. calidáq; temperie prædita ſunt, citiùs faciliuſq; aliis putredinis ſunt ſubjecta. Aeris autem temperies talis eſt, teſte *Ariſt. lib. 2. de gener. ac corr.* & *Gal. lib. 2. Simpl.* ac *Zoare*
3. *cap. 4.* 3. Experientia tandem teſtatum fecit, Aerem in terræ ſpecubus, vel aliis in locis longo tempore concluſum nec difflatum omninò computruiſſe & ex ſe peſtilentes halitus diffudiſſe, ut præter alia Exempla teſtatur Hiſtoria illius urnæ diù concluſæ, & à militibus poſt direptum templum in Seleuciâ tandem apertæ, ex qua Aer totus venenatus ac putridus erumpens, horribilem excitavit Peſtem, tertiam ferè hominum partem abſumentem, quemadmodum *Ammianus Marcellinus* ſcriptum reliquit.

Ex quâ cauſâ naſcitur ejuſmodi putredo Aeris?

Interdùm naſcitur ex diuturnâ ejus conſtitutione humidâ pluvioſáq; interdum verò ex ſuſceptione putritarum exhalationum ſeu inquinamentorum malignorum.

Undè autem excitantur Aeriq́; communicantur tales viroſæ exhalationes?

Excitantur vel *à corporibus Aſtralibus*, ut ſunt infauſti Syderum poſitus: Eclipſes variæ: Cometæ, Chaſmata &c. de quibus ante dictum: Vel *à ſublunaribus*, quæ duplicia ſunt, nimirum aut *Elementa*, ut Terra & Aqua; Aut *Mixta*, & ea quidem tàm imperfectè mixta, ut Nebulæ, Pluviæ, venti &c. quàm perfectè mixta, ut variorum animalium cadavera, ſepulturæ carentia.

A Ter-

Digitized by Google

Quomodo à Terra maligni. Vapores in Aerem eleventur.

A Terra quomodo maligni vapores in Aerem elevari poſſunt?

Duplici modo, idque vel Situs, vel Contentorum ratione. 1. *Situm* quod attinet, is præcipuè hîc intelligendus, qui eſt in valle, ac locis admodùm depreſſis; Hic enim ſingulari præditus eſt proprietate Aerem contaminandi, idque ratione ἀντιπεριστάσεως montium, cum hoc modo Aer à ventis, radiiſque Solaribus optimè purgari, perflari ac ventilari nequeat. 2. *Contenta* Terræ ſunt vel Mineralia venenata, vel Sepulchra, Cloacæ, Fimus, Sordes, Hiatus, Foveæ, Specus ſubterranei, Scrobes Charoneæ, aliaq; ejuſmodi Mephitim ſpirantia. Ex his enim halitus ſeu vapores, peculiari conditione maligni erumpentes, nullo negotio Aeris ſubſtantiam pervertere, eique venenatam qualitatem, undè poſteà peſtiferi excitantur morbi, imprimere poſſunt. Sic in agro Neapolitano temporibus Arnoldi Villanovani, ut ipſe refert *lib. 4. cap. 30.* mons diſruptus fuit, ferax Serpentum & plenus monſtrorum, undè halitus tàm peſtifer exhalavit, qui incolas illius loci catervatim enecavit. Eodem modo Peſtes ſæpè graviſſimas à viroſis exhalationibus per ingentem terræ motum ac quaſſationem ab imis ejus receſſibus egreſſis, & in aerem quaſi eructatis, progenitas fuiſſe pleni ſunt Hiſtoricorum libri. Cujus quidem rei evidens ratio à Philoſophis traditur, quod Spiritus, qui perpetua terrarum nocte torpeſcit, diutiusq; ſitu peſtilens includitur, per terræ motum emiſſus, purum hunc Aerem polluit & corrumpit, latè vitium ſuum ſpargens, & cum naturaliter vincuntur meliora à pejoribus, hic Spiritus, vel aer, quem ſingulis momentis trahimus & haurimus, ille ſubterraneo halitu peſtilente corruptus & infectus, hanc contrahit noxam.

Ab Aqua quomodò egredi poſſunt putrida μιάσματα, Aerem corrumpentia?

Si nimirum illa ingentem putredinem ac corruptionem induit, undè ejus natura planè pervertitur ac deſtruitur. Undè *Avenzoar lib. 3 Theiſir cap. 2.* docet, Epidemiam, quæ fit ex putredine & corruptione Aquæ, omnibus aliis Epidemiis pejorem exſiſtere.

Quotupliciter autem illa corrumpitur?

Aqua quomodo corrumpatur

Tripliciter. 1. *Propter deficientem eius motum* ſeu jugem quietem. Hinc *Ovidius:*

Et

Et vitium capiunt, ni moveantur Aquæ.

2. *Propter plantas quaſdam graveolentes*, vel variorum animalium cadavera in illam conjecta, undè *Auguſt.* lib 3. de civit: Dei cap. 3. *Oroſius* lib. 5. cap. 8. *Sabellicus* lib. 9. Ennead. 5. *Livius* lib. 9. *Eutropius* & alii adnotarunt, aliquandò ingentem Locuſtarum multitudinem in Africa, violento ventorum turbine in mare fuiſſe dejectam, quibus poſteà mortuis, & ad littora propulſis & putrefactis, tantam quoq; ſubſecutam fuiſſe aquarum putrefactionem, ut brevi univerſus Aer infectus fuerit, qui tantam Peſtem induxit, ut in ſolo Maſiniſſæ regno 800000, in maritimis verò oris 200000. & Uticæ juniorum militum 20000. perierint.

3. *Propter Piſces in eâ mortuos.* Hinc *Georg. Fabrit. in ſuis Chron.* refert, Anno 999 tàm intenſiſſ. fuiſſe æſtum, omnia flumina exſiccantem, adeò ut ex aquarum defectu, ingens piſcium numerus emortuus fuerit, quorum putredine ac fœtore infectus Aer ingentem importavit Peſtilentiam.

Quâ ratione mixta corpora corrumpere poſſunt Aerem?

Corpora hæc vel ſunt *imperfectè mixta*, ut Pluviæ continuæ, Nebulæ fœtidæ ac craſſæ, Venti Auſtrini, Chaſmata aliaque ejuſmodi φαινόμενα aerem alterantia, de quibus paulò ante dictum: vel *perfectè mixta*, ut ſunt variorum animalium, tàm aquatilium, quàm volatilium ac terreſtrium cadavera, inhumata ſupra terram vel in aquis relicta, inque tabum diſſluentia; Itemque & hominum, ut in ingentibus præliis accidiſſe, multoties compertum fuit, tunc enim ex neglectâ ſepulturâ ejuſmodi cadaverum, ob putridos & viroſos vapores ab illis emanantes, & per Aera quàquaverſum ſparſos ac diffuſos, facilimè tùm febres, tùm alii contagioſi morbi, ſi tales λοιμικὰς ἀποῤῥόιας homines hauriunt, ſuboriri ac generari poſſunt; quemadmodum accidiſſe legimus Anno 1527. in occupatione urbis Romæ à Cæſareanis factâ, in quâ occiſis ad 12000. ad putreſcentia poſtea ſub dio cadavera trimeſtri ſpatio, ultra 100000. hominum Peſte exſtincta memorantur.

II. Externa cauſa Peſtis, CONTAGIUM.

2. Externa cauſa Peſtis. CONTAGIUM.

Poteſtnè etiam Contagium propagare Peſtem.

MAximè. Videmus enim atq; Experientiâ docemur, peſtes

Digitized by Google

illas in noſtris hiſce oris ſeu regionibus graſſantes, majorem partem, non tàm ab Aere corrupto, & venenatis inquinamentis obſeſſo, provenire, quàm per ſolum ferè Contagium, aliundè importatum, propagari, inq; plures diſſeminari.

At quomodo Contagium hanc Luem producit?

Per contactum corporum, ſivè id fiat mediatè, ſive immediatè. Non tamen ſolus contactus, quatenus talis, ad hanc rem ſufficit, ſed inſuper quoque requiritur, ut, quæ ſe mutuò contangunt, utraq; in eodem communicent morbo. Peſtis namq; ſi in alium debet propagari per Contactum, ſeu corporalem ſeu virtualem, neceſſe omninò eſt, ut is, qui alteri illam communicare vult, priùs ipſe ſit infectus, & ita ſeminaria Peſtilentis mali in ſe recōdita habeat, quæ poſteà vel inſenſibiliter per ſpiracula cutis egreſſa, vel ſenſibiliter per oris aut narium halitum vel exſufflationem emiſſa, contactu ſuo vicinum corpus præſertim ad id diſpoſitum, eodem peſtifero veneno contaminare poſſunt.

Qualitas nè vel ſubſtantia rei contagioſæ alteri communicatur?

Quamquàm plerumq; ex rebus contagioſis, ipſa tabifica qualitas, non niſi in ſubſtantiæ alicujus tenuiori portione exhalet & dimânet: Attamen non ſemper, nec in omnibus neceſſe eſt, ut quò penetret contagio qualitatis, eò quoq; perveniat ſubſtantia vel pars ſubſtantiæ contagioſi corporis; quin potiùs fieri poteſt, ut re contagioſa ſublata aut prorſus abolita, nihilominus qualitas, quæ in aliud corpus jam migravit, diù perduret ac diffundat ſe ultrà latiſſimè, quemadmodum exſtincto in fornace igni, caliditas nihilominus in ipſa fornace & Hypocauſti aere diù permanens, homines quamplurimos ingredientes excalefacere; Et putidarum etiam rerum fœtor, ipſis licet jampridem expurgatis, diu tamen in aere hærêre, & moleſtus eſſe poteſt.

Ob quam cauſam non omnes, cum lue peſtiferâ infectis converſantes, ſimili quoque Contagio inficiuntur?

Ad actionem alicujus rei producendam, non tantùm ſufficit ſola fortitudo agentis, ſed inſuper quoque requiritur certa ac peculiaris diſpoſitio patientis. Si igitur corpus alterius, minùs ad contagium ejuſmodi ſuſcipiendum ſit diſpoſitum, infectionem nullam patietur,

idq;

idq; vel ob peculiarem robur caloris nativi, ac temperamenti bonitatem; vel ob carentiam excrementitiarum ſuperfluitatum, aliàs fomitis inſtar, ſeminarium Peſtiferum facilè promptèq; concipientium; vel ob præſumpta certa Antidota, Veneno huic peculiariter obſiſtentia; vel deniq; ob denegatam moram Peſtiferi inquinamenti in corpore.

Queuntnè etiam corpora inanima recipere in ſe μιάσματα Contagii Peſtilentis?

Corpora inanima ſunt duplicia. *Alia mollia*, rara, laxa, poroſa, levia, ut veſtes, pelles, culcitræ, pallia, linteamina, panni, lana, goſſipium &c. quæ omnium maximè idonea ſunt, ſeminaria peſtifera in ſe non ſolùm recipiendi, ſed & longiſſimo tempore, eadem ſervandi ac retinendi, quemadmodum in confirmationem hujus rei innumera adduci poſſent hîc Exempla, ſi opus eſſet. *Alia verò dura*, denſa ac ſolida, ut Lapides, Metalla, Mineralia, Gemmæ &c. quæ minùs apta habentur, ad ejuſmodi tabificorum μιασμάτων vel receptionem vel conſervationem. Quod confirmat *Mercurialis lib. 1. de Peſte cap. 12.* dicens: Neq; Ferrum, neq; Marmor, neque ullum ex Metallis, poteſt eſſe fomes, tùm propter denſitatem, tùm propter frigiditatem, & qui recuſant monetas tractare, certè ſimplices admodùm mihi videntur &c.

Monetæ ergò vel Nummis nullumnè poteſt inhærere Contagium?

Monetæ num Contagium quoq; inhæreat.

Quatenùs nummi vel monetæ, illis propriè & per ſe nullum poteſt inhærere contagium, propter earum ſoliditatem ac duritiem; Sed per accidens tamen fieri interdum poteſt, ut fœda quædam μιάσματα, ſeu inquinamenta venenata, illarum ſuperficiebus, ob pinguis viſcidæque alicujus materiæ, alteriuſvè ſorditiei ac impuritatis adhæſum, adglutinentur, quorum ratione poſteà contagionem inferre alteriq; communicare queunt. Id quod monuit quoque *Johan. Sarracenus in tract. de Peſte*, dum inquit; Etſi nummi, aliaque metallica Contagium non ſuſcipiant, tamen ſi fortè à lue peſtil. inquinato, dum ſudore diffluit, humentvè manus, contrectentur, ſuſpecta ſunt, cum ſint ex eorum genere, quæ ex madore rubiginem contrahere poſſunt, & præſertim ſi immunda & ſordida ſint, faciliùs iis adhæreſcere aliquid poteſt.

Digitized by Google

Quam diù Contagium in fomite conſervari poteſt?

Quamdiù Contagium conſervari queat in fomite.

Diſtinguendum inter Fomitem perflatum & non perflatum. Fomes à ventis,aut aliâ quapiam Arte optimè perflatus, peſtilentem Vaporem, quem in ſe recipit,diù ſervare nequit,ſed neceſſe eſt, ut is continuâ ac diligenti illa agitatione ſenſim imminuatur, diſſipetur, tandemque prorſus deleatur. E contrà Fomes ille, levem tantùm vel nullam prorſus perflationem aut agitationem paſſus, vaporem tetrum ac pernitioſum,utpotè lentoris ac viſciditatis cujuſdam participem, diutiſſimè, & per plures ſæpè annos retinêre,potis eſt. Cujus rei memorabile adfert Exemplum *Trincavella, lib. 3. Conſil. 17.* de chordis ſeu funibus quibuſdam, Juſtinopoli, tempore graſſantis Peſtilentiæ, ad demittenda infectorum cadavera in ſcrobes ſubterraneas, à veſpillonibus adhibitis, & ceſſante Contagio poſt capſulam quandam projectis, ibique relictis ac neglectim habitis. Hoſce funes cum poſt 20. demùm annos, ſervus quidam protraxiſſet iterum atque eventilaſſet, tantam (ſcribit) ibi exortam fuiſſe Peſtem, quæ 10000o. hominum in Libitinam miſerit.

Poteſtnè Contagium Peſtilens aliquandiu in corpore humano latitare,priuſquàm in actum erumpat?

An diù Contagium latere poſſit,priusquam in actum prorumpat.

Peſtilens Venenum,licet ſit ſummæ activitatis, & in oppugnando ſtrenuiſſimè calore nativo, miras obtineat vires,abſurdi tamen nihil habeat dicere, illud nonnunquàm aliquamdiù, priusquàm læſionem ſenſibilem inducat, in corpore quietum deliteſcere poſſe, idque more aliorum quorundam venenorum. Rabioſi enim canis venenum,per 3.5.7.vel 9. annos, ut vidêre eſt apud *Amatum Luſitan.* Cent.7.in ſchol ad curat. 41. *Palmarium* in lib. de morb. contag. *Alb. Magnum* lib.7.Hiſt animal. c. 2. Imò interdum per duodeviginti, ut adnotavit *Guainerius in Tract. de Venen.* & quod fidem ferè ſuperat,etiam per 40. annos, ut tradit *Alpharabius*, in corpore humano latitare poteſt, antequàm vim ſuam exſerat. Sic Venenatus ac malignus humor, ex quo Cancer generatur,ſæpè longo tempore, ſine ſingulari aliquâ noxâ quietus latet,antequàm Cancer per ſeptica vel corroſiva medicamenta adhibita exaſperetur vel ulceretur. Cur ergò idem de Peſtis Veneno quoq; non adfirmandum?

Eſt pè:

Eſtnè vel à cadaveribus Peſte exſtinctorum, an verò viventium infectorum corporibus, plus contagij metuendum?

A poſterioribus major impendet metus Contagii, tùm ad continuam halitus venenati per os ac nares exſpirationem, quâ facilè Aerem vicinum contaminant; & eos, quos vicinos vel adſtantes habent, ejuſdem ſeminarij peſtiferi, quo ipſi tacti ſunt, participes faciunt: tùm quoque ob citiorem maleficæ materiæ, in vaporem ſubtiliſſ. reſolutæ, per cutis meatus, utpotè ob febrilem calorem magis patulos & apertos, egreſſum, ejuſdemque ad proxima corpora translationem. Peſte verò exſtinctorum cadavera, cum omni tàm inſpiratione quàm exſpiratione careant, prætereaque Cutis pori, ob jam exſtinctum calorem nativum, in illis admodum anguſti, adſtricti ſeu contracti ſint, & tandem Veneni intus latitantis actio torpida planè evaſerit; idcircò minus periculi ab illis hinc formidandum.

(.:.)

Chartæ vel litteræ ex locis infectis adlatæ, poſſuntnè Contagionem aliquam peſtilentem recipere?

An Chartæ ſeu litteræ Contagium recipere poſſint.

Charta, ſicca, tenuis ac lævigata, vel per aquam glutinoſam tracta, inque loco ſicco adſervata: quemadmodum & litteræ, ſicca Cœli conſtitutione ex Peſtiferis locis adlatæ, nec madore aliquo imbutæ, aut ſpurcitie adfectæ, peſtiferam qualitatem non facilè ſuſcipere, aut ſuſceptam diu retinêre poſſunt, idque tùm propter earum ſubſtantiam admodum ſiccam, tùm ob lævorem exquiſitum, ob quem difficilior fit Contagij adhæſus.

Cur autem nonnunquàm aliqui à talium litterarum acceptione vel lectione, contagio hoc infecti ſunt?

Id non tàm ipſi Chartæ vel litteris, quàm 1. vel filis, ligamentis ac involucris, quibus litteræ circumdatæ fuerunt, utpote facilimè putredini ſubjectis. 2. vel forti alicui imaginationi. 3. aut timori ac terrori legentis, ex nuntio parùm læto, repentè orto. 4. vel

denique γραμματοφόρῳ ipſi, γοσεgᾶς ἐκκεjσεις, veſtibus ſuis ex locis infectis ſecum adferenti, eaſque in traditione litterarum, alteri communicanti, adſcribendum.

Fuitnè ullum aliquod tempus aut ſeculum, quo mundus omni planè Peſtiferâ infectione caruit?

An Mundus unquam Peſte caruit.

Equidem non puto. Sed quemadmodum cetera Venena omnia, in corporibus certis, ab initio mũdi innata inhærent, ita veriſimile, & Peſtis venenum, non tantùm hominum quibuſdam, qui jam Peſte ægrotant, ſed & aliorum nondum febricitantium corporibus & veſtibus, aliiſque quibuſcunque clandeſtinis ineſſe, & illic ſubſiſtere poſſe, & poſteà de corpore in corpus tàm mutuo cõtactu, quàm intermedio Aeris, transferri. Et proin credendum, Peſtis ſeminaria, in aliqua mundi plaga ſemper certis corporibus inhærere, & ſic per contagionem, Aere licet puriſſ. exſiſtente, paulatim de unâ regione, provincia vel urbe, in aliam, & ab hac ad illam, ab illa rurſus ad aliam transferri ac propagari, ita ut Peſtis penitus exſtincta, aut è mundo ſublata, quamvis interdum nihil de ea audimus: vere dici nequeat, ſed ſemper ſub aliquo certo mundi climate viget ac conſiſtit ejus ſeminarium, quod quidem quotannis, ſi non Europæis, tamen vel Aſiaticis aut Affricanis, nec ſi hiſcè populis, tamen certè Americanis, vel novi orbis incolis, bellum indicit, eosq́; vexat & adfligat, donec tandem Contagii quadam diſſeminatione, ad noſtras quoque regiones perveniat.

III. Externa cauſa Peſtis, VENEFICIUM.

3. Externa Peſtis Cauſa VENEFICIUM

Cur Veneficium quoq́ inter cauſas Peſtis recenſes?

Quia Experientia docuit ac palàm fecit, nonnunquàm abſentibus aliis cauſis, mediante ſolo Veneficio homines nefarios ac maleficos, Peſtilens contagium procuraſſe, & per plures iſtud diſſeminaſſe.

Quibus mediis verò id perêgerunt?

Inventi ſunt nonnulli, qui vel lucri aut pecuniæ turpi ancupio excœcati, vel odio plus quàm Vatiniano erga alios inſtigati, aut vindictæ acri cupiditate inflammati, pravo ac perverſo ingenio, arteque plus quàm Diabolica, quædam peculiaria Venena ita concinnavêre, miſcuêre ac præparavêre, ut illa vel

vel intrò, in pulveris, vel potiunculæ alicujus forma exhibita, vel à foris, unguentorum, aut linimentorum modo illita vel admota, cõtactu ſuo poſtmodum Peſtiferam infectionem invexerint.

Poteſtne ejuſmodi Unguentis reverâ talis ineſſe vis atq; efficacia ad huncce effectum producendum?

Quod evidenti ſenſuum judicio conſtat, de eo haut fas eſt ambigere. Nunc autem ipſe Senſus claram fidem facit, ad ejuſmodi unguentorum venenatorum illitum, à maleficis factum, Peſtem interdum excitatam fuiſſe. Ergò de eorum vi atque efficacia neutiquàm dubitandum, præſertim ſi componantur ex Venenis ſubtiliſſimis, penetrantiſſ. ac ſpiritali qualitate præditis. Hæc enim per poros ſeu meatus cutis, præſertim natura nimis patulos, vel motu corporis intenſiori, dilatatos, intrò ſubeuntia, & Spiritibus Vitalibus, utpotè quorum inſignis ſemper copia nullibi non præſto eſt, permixta, facilè Cor malignè ac peſtiferè inficere poſſunt, id quod confirmat *H. Augenius, cap. 13. lib. de Peſte* ſic ſcribens: Non deſunt, qui exiſtimant fieri non poſſe, ut tales compoſitiones Unguentorum Peſtiferorum effectum tanti ſtuporis producant, quibus tamen fides hac in re non danda, cum mihi perſuadeam, fieri omninò poſſe, ut unguenta hæc tantæ malignitatis ſint, ut qualitate peſtilenti inficere poſſint, non ſolùm unam provinciam, ſed etiam, niſi remedium adferatur, totum mundum.

Adfer quæſo hujus rei Exempla aliquot?

Dion Nicæus, & Xiphilinus in vitâ Commodi Imp. prodidêre, tempore hujus Imper. Peſtem Romæ graſſatam, una die 2000. hominum interfeciſſe, quæ indè nata fuit, quod malefici quidam homines, mercede pellecti, acus, certis, quibuſdam venenis oblitas, in alios conjecerint. Ita *Hercules Saxonia in lib. de Plica cap. 22.* & *Fallopius, lib. de Bubone Peſtif. cap. 13.* tradunt, Peſtem illam, quæ Anno Chriſti 1555. viguit, non aliundè ortam fuiſſe, quàm ex fomite quodam cõtagioſo ac peſtifero, quem malefici homines ex cadaveribus Peſte exſtinctis atque elixatis concinnarunt, cumque Unguenti formâ, oſtiorum peſſulis, repagulis, manubriis, poſtibus ac liminibus illivêrunt, quorum contactu poſteà alii ſano corpore infecti ac venenati fuêre. Et *Michael Saxo in adpend. ſua Chron.* recenſet, Anno Chriſti

Chriſti 1600. Turini de aliquot veneficis, qui inunctione linimentorum venenatorum, multas ædes Peſte infecerant, extremum ſumptum fuiſſe ſupplicium, inter quos & barbitonſor quidam fuit, qui faſſus eſt, ſe plus quàm 100. hominibus, ejuſmodi veneficio mortem attuliſſe. Sic *Bodinus libro 4. Dæmon. cap. 4.* refert. Genevæ Anno 1568. per ſeptennium, Peſtilentiam ſæviiſſe, quæ excitata fuit ab inunctione Coronidis januarum, à mulieribus veneficis factâ. Vide & Exempla aliquot apud *Wierum lib. 2.* de præſtig. Dæmon. cap. 50.

II. Cauſa Interna Peſtis.

II. Cauſa Peſtis, INTERNA.

Quæ eſt Cauſa Interna Peſtis?

CAuſa interna, à qua Peſtis proficiſcitur, nulla alia eſt, quàm inſignis quædam, peculiariq; conditione magna, tùm Sanguinis, tùm aliorum humorum in corpore humano corruptio ac putrefactio, à quâ tetri ac virulenti Vapores per Arterias ad Cor delati, Spiritibusque vitalibus permixti, Febres poſtmodum accenduntur malignæ ac Peſtilentiales.

An humores corporis, Venenati fieri poſſint.

Poſſuntnè Humores corporis noſtri adeò corrumpi, ut venenatam qualitatem induant?

Hoc non infrequenter fieri, ſatis ſuperq; teſtantur nonnulli morbi & adfectus, quorum Symptomata ſimilima ſunt, & ad amuſſim reſpondent, aliorum venenorum externorum accidentibus ſeu effectis, ut ſunt, Suffocationes Hyſtericæ, inſultus Epileptici, adfectus Gangrænoſi & alij ſimiles, qui plerumque comites habent, Syncopas graviſſimas, Cordis tremores periculoſos, difficultatem anhelitus maximam, Sudores frigidos, præcordiorum anguſtiam inſignem, convulſiones horrendas, extremorum frigiditatem &c. ad quæ ſæpè numero, vix uuius aut alterius horulæ interjecto ſpatio, repentina ſubſequitur mors. Et in ipſo quidem humano corpore per certum quemdam putredinis vel alterius corruptionis modum ſeu gradum fieri poſſe, ut ejuſmodi venenatam, naturæque noſtræ infeſtam qualitatem adquirant humores, nemo facilè negatum ibit, qui conſiderat ac intelligit, quàm malignam qualitatem interdum concipiant Semen & Sanguis menſtruus, nec non quælibet pars corporis putreſcens

ſcens

ſcens, quæ etſi non eadem penitus, haut tamen abſimilis ſit ipſi Peſtiferæ qualitati. Humores igitur cum multifariam ſæpè alterentur corrumpanturque, varias etiam ac multiplices adquirunt qualitates, & interdum quidem eò malignitatis deveniunt, ut tabificam qualitatem ejuſmodi contrahant, quæ Cordi, virulentis ſuis vaporibus vim inferant ſummam iſtam ac Peſtilentem.

Undè autem fit & accidit ejuſmodi humorum corruptio?

A pravâ victus ratione. Quandò nimirum homines, vel extremâ fame victi, vel aliâ ſummâ neceſſitate impulſi, coguntur veſci cibis, naturæ noſtræ minimè familiaribus, ſed vel carnibus putridis, fœtidis ac in tabum diffluentibus; vel piſcibus emortuis, ac putrilaginem olentibus; aut leguminibus ſemiputridis, mucidis, & à vermibus corroſis, vel aliis hujuſmodi inſolitis, abſurdis, & conſtitutioni corporis noſtri ſummè contrariis eſculentis; Item pro Potu uti Cerevisiis vel Aquis turbidis, fœculentis corruptis, putridis, aut alia peregrina qualitate adfectis. Ex horum igitur ſimiliumque eſculentorum potulentorumq; uſurpatione, quid aliud quàm inſignis humorum corruptio in corpore humano exſpectanda?

Poſſuntnè dari hujus rei Exempla aliquot?

Imò poſſunt, & quidem plura, ſi opus eſſet; ſufficiant tamen nunc iſta. *Julius Obſequens* ſcriptum reliquit, ad inſulam Liparas, mare fervefactum plurimos piſces neci dediſſe, quibus ad littus ejectis, cum incolæ avidius veſcerentur, ex interna corruptione, Peſtem exortam, quæ plurimos abſtulerit. Ita *Julius Cæſar lib. 2.* refert de Maſſilienſibus, qui obſidione cincti, & ſummâ annonæ penuriâ preſſi, cum Panico vetere & Hordeo corrupto alerentur, aliaq; inſueta comederent, omnes in graviſs. incidiſſe Peſtem. Et ex neotericis *Metteranus lib. 7. Hiſtor. Belg.* meminit Peſtis cujuſdam Hollandicæ Anno 1578. non aliundè quàm ex variorum inſuetorum ciborum comeſtione, ob aliorum victualium penuriam apud Leydenſes, tunc arcta obſidione diu preſſos, exortæ, quæ intrà ſemeſtre ſpatium ad 6000. hominum abripuerit.

Poteſtnè etiam Peſtis ab Imaginatione cauſari?

Simpliciter & per ſe non poteſt. Nam ſi Imaginatio valeret producere in homine Peſtem,

 quid-

quidni eadem & alios morbos, quoſcumque modò vellet, in illo excitaret, quod tamen nunquàm accidit, quia, qui imaginatur ſibi Febrim, non ob id protinus re ipsâ eum febri corripi videmus, nec qui Icterum aut Podagram menti ſuæ fortiter imprimit, is ſtatim iiſdem adfectibus laborat quoque. Ad hæc, ſi in perfectâ Paralyſi, Imaginatio tantum præſtare nequeat, ut membrum reſolutum jactet, moveat, vel ſenſum ei largiatur: Nec in Gangrænâ, exſtincto vel intercepto calore nativo in Venas & Arterias, Vitales & Naturales Spiritus potis ſit diffundere: multò minus exiſtimandum, ipſam, tàm longè ſævum ac pernitioſum morbum, qualis eſt Peſtis, inducere aut efficere poſſe. Non tamen negandum, per accidens φαντασίαν aliquid conferre ad peſtiferum morbum procreandum, quatenus ſcilicet illa movet alias animæ potentias, habentes vim corpus movendi & alterandi, ſeu quatenus magnum infert timorem, qui timor movet malignos humores in corpore latitantes, hi mox Peſtem poſteà faciunt. Comprobat hoc *Thomas Fienus in lib. de vir. imag.* in hæc verba ſcribens: Ego dico, imaginationem Peſtem non facere, niſi in corporibus ad eam diſpoſitis, ut ex eo patet, quod tempore Peſtis graſſantis multi ſæpè intenſiſſimè, & cum ſubſequente maximo timore de eâ cogitantes, non propterea tamen eâ corripiantur, tempore verò non graſſantis, multò minus, cujus ratio eſt, quod in neutris diſpoſitio ad Peſtem adſit.

Poteſtnè Metus ſeu Timor inferre Peſtem?

Timor per ſolus hoc facere nequit, Alioquin ad nullum non timorem ſeu formidinem; præſertim magnam, & ex improviſo incuſſam, hominem contagio Peſtifero infici neceſſe eſſet. Quod autem pavidi ac meticuloſi tempore hujus Luis graſſantis citiùs aliis tàm calamitoſo malo exponantur, eique obnoxii fiant, id accidit propter præconceptum jam antea fomitem, intus in corpore quietè latitantem, hic enim per metum agitatus, & quaſi in a[illegible]um traductus, propulsâ ejus malignitate verſus Cor, Peſtiferum adfectum infert.

DISTINCTIO VII.

SIGNA Futuram Peſtem denunciantia.

SIGNA Peſtem futuram denunciantia.

Signa peſtis quotnam ſunt?

Duplicia. Alia futuram denunciant Peſtem: Alia præſentem indicant.

Qua

Quæ ſigna demonſtrant futuram Peſtem?

Ea ſunt in quatruplici differentia, nimirum, 1. Cœleſtia 2. Aerea. 3. Aquea 4. Terrea.

Cœleſtia quænam ſunt?

Cœleſtia Signa. 1. Malignæ Syderum conjunctiones, eorundemque adſpectus infelices, inprimis verò Saturni & Martis. 2. Cometarum adparitiones. 3. Ecclipſes variæ. 4. Uberior Chaſmatum proventus. 5 Frequẽtes Stellarum cadentium ut & Pareliorum & Halonum adſpectus. 6. Stellarum ardentium in cœlo oberrantium concurſus, nonnunquàm eliſio, & in terram prolapſio. 7. Trajectionum inuſitatarum, Trabium ignitaram, aliorumque ὑποκαύματων generationes. Quæ omnia cum Aerem ſæpè variis νοσεροῖς μιάσμασι impleant, idcircò non immeritò mortalibus metum Peſtis injiciunt.

Aerea Signa quæ dicis?

Aerea Signa. 1. Tempora anni, naturalem ſuam Craſin non ſervantia, ſed ab eâ ſæpè exorbitantia, ut cum Autumnus non in Hyemem, ſed Ver abire videtur, maximè verò cum Aer toto ferè anno humet à nebulis aut pluviis, ſique tunc Hyeme ſuam algioſam vim non exeruerit, & ſi Ver frigeat, Æſta q; humida ac tepida ſit, nam talis mador in humorum proventum luxuriat, & calor ad putredinis promotionem facit. 2. Pluvias prodigioſarum ac inſolentium rerum, ut ranarum, murium, ſanguinis, carnis, lactis, lumbricorum, & ſimilium. 3. Nebularum craſſarum ac fœtidarum copioſiorem proventum ac generationem.

Aquea qualia ſunt?

Aquea Signa. 1. Aquarum ſeu Fluminum graveolentia ſeu fœtor ingens. 2. Fontium ex puritate ac limpiditate nativâ in fœculentam ac turbidam ſubſtantiam commutatio. 3. Piſcium fluminibus innatantium ſeu piſcinis altorum, repentinus magnusq; interitus. 4. Rubetarum & Ranarum multiplicatio. 5 Cancrorum, Aviumque aquatilium, deſertis propriis latebris in fluminum oras ſeu margines egreſſio, vel in continentem proreptio. 6. Inſolentes Aquarum excurſus ſeu eluviones, multas ſordes ſecum devehentes.

Terrea tandem quæ ſunt?

Terrea Signa. 1. Inſolita terrarum ſterilitas. 2. Satorum, Germinum, Vitium & Arborum marcor & ſyderatio. 3. Boletorum, Fungorum, aliarumq; rerum graveolentium inſolens

proventus ac copia. 4. Terræ motus ſeu concuſſio ingens. 5. Roſarum, Violarum, aliorumque Florum ſub Autumni tempus nova pregerminatio. 6. Bubonum dirorum & feralium nocturni clamores ſeu ululatus.

Ex his commemoratis Signis prægreſſis, non indubiè futuram Peſtem quis prædicere poteſt.

Signa ſpecialiora futuræ Peſtis.

Suntnè præter hæc, etiam quædam Specialiora Signa, futuram Peſtem denunciantia?

Imò ſunt, & quidem Varia ac multiplicia, quæ ordine nunc recenſebo. 1. Eſt Contagium in vicinis locis ſerpens. 2. Variolarum & Morbillorum promiſcuè tum pueros cum adultos infeſtantium crebrior exortus ſeu adparitio. 3. Fames, ſeu alimentorum idoneorum ingens penuria. 4. Strages ingens vel hominum occiſorum in prælio, ſepultura carentium, vel animalium, ob corrupti pabuli devorationem catervatim mortuorum. 5. Numeroſior Ranarum, Buffonum, Muſcarum, Papilionum, Erucarum, Scarabæorum, aliorumque Inſectorum progeneratio. 6. Macularum variarum, præſertim nigrarum in linguis ranarum adparitio, harumque mutua inter ſe conſcenſio. 7. Avium ex proprijs nidis diſceſſio, & in ſalubriora loca tranſmigratio. 8. Murium, Serpentum, Talparum &c. ex latebris ſuis repentina fuga. 9. Carnium Fructuumq; aeri non diù expoſitorum cita corruptio vel verminatio. 10. Omnium obſoniorum generum in patentibus conclavibus repoſitorum ſitus & mucoris inductio. 11. Panis recens è furno extracti, calideq; lanceæ impoſiti, manè contracta muciditas & corruptio. 12. Ovorum mollium ac recẽtium, ſubitanea à nocturno aere facta putredo ac corruptio.

Hæc Signa prægreſſa non obſcurè Peſtem inſtãtem præſagiunt.

Signa Peſtem præſentem indicantia.

Quæ verò Signa Peſtem præſentem indicant?

Peſtis cum magnam multiplicemque horrendorum Symptomatum turbam ſecum trahat, idcircò Signa indicantia, aliquem verè Peſtifero veneno infectum eſſe, non ſemper ſunt eadem, ſed cum primùm hominem invadit hoccè malum, inconſtantes admodum notas habet: nam quibuſdam cum horrore ac frigore accedit, aliis cum calore. Ut plurimum tamen ſequentia Signa, ceu Pathognomonica, Peſtiferam Luem prodere ac detegere ſolent, idque tantò magis, ſi conſtet, plures in vici-

nia.

Digitized by Google

nia hoc morbo laborare & adfici.

1. Eſt ſpontanea laſſitudo totius corporis, citra omnem cauſam manifeſtam, & repentina Virium omnium proſtratio. 2. Febris putrida, Cujus calor ſæpè intùs & extrà ſeſe prodit, interdum verò intùs ſolùm magnus eſt, extrà verò mitis; nonnunquàm nec intùs nec extra magnus admodùm percipitur. 3. Inſignis dolor Capitis, adeò adfligens, ut præ ejus ſævitia ægrotantes vix reliquorum Symptomatum paſſiones ſentiant. 4. Vigiliæ nimiæ atque intenſæ, adeò ut omnem ad ſomnum ægroto propenſionem eripiant, unà cum inquietudine & anxietate maxima totius corporis.

5. Interdum tamen loco Vigiliarum quidam Lethargo corripiuntur, ſeu in profundum ſomnum præcipitantur, à quo vix excitari queunt. 6. Delirium ingens, undè multa abſona ac ridicula loquuntur, nec adſtantes aut familiares agnoſcunt. 7. Cordis palpitatio & Syncope, ob quam ſæpè frigidos ſudores emittunt, & jam jam ſe animam quaſi efflare velle videntur. 8. Pulſus Arteriarum, inprimis carpi, obſcurus, languidus, parvus, tremulus ac intercidens. 9. Cardialgia, ſeu compreſſio ingens circa præcordia, undè ſe Corde dolère dicunt. 10. Vomitus crebri, undè tùm alimenta, tùm medicamenta ingeſta rejiciunt, nec continère poſſunt. 11. Summa adpetitus proſtratio, ob quam averſantur maximè omnes cibos, nec eorum odorem ferunt. 12. Sitis ingens, undè propter perurentem internum æſtum, potum ſubindè flagitant, nec eo ſatiari poſſunt. 13. Linguæ ſcabrities & exuſtio, fauciumque ariditas maxima, ob quam difficilior fit deglutitio. 14. Alvi fluxus immoderatus, quo putrida & fœtidiſſima quæque excernuntur. Alii contrà eam adſtrictam valdè habent. 15. Maculæ ſeu Petechiæ varicolores per corporis ſuperficiem hinc indè diſperſæ, quæ tamen non omnibus ſuperveniunt. 16. Bubonum ſeu Carbunculorum vel juxta Aures, vel axillas, vel inguina, aut aliis in locis eruptio, quæ interdum fit primo morbi initio interdum verò poſt aliquot dies, ſuntq; pauci qui ejuſmodi Tumoribus non inſigniuntur.

Hæc ſunt præcipua Signa, quibus an aliquis Peſtilenti contagio tactus ſit nec nè dignoſcere licet, quæ tamen, ut modò dictum, non junctim omnia, neq; eadem omnibus ſemper accidunt, ſed alia aliis, & nunc plura, nunc pauciora ſeſe oſtendunt, prout fert peculiaris cujusque natura, & veneni populariter ſævientis adfectio, nec non hu-

Digitized by Google

humorum in corporibus aliis, alia diſpoſitio, harumque vel illarum partium majus robur vel debilitas, tandemque prout materia morbifica ad hanc vel illam partem ruit, impetumq; facit.

DISTINCTIO IIX.

Progno-ſtica Signa Peſtis

PROGNOSTICA Signa

Prognoſtica Signa Peſtis quotuplicia ſunt?

DUplicia. 1. Quædam enim reſpiciunt ipſum hominem, quatenus nimirum hic vel ille Peſti ſuſcipiendæ magis minusvè obnoxius eſt. 2. Quædam verò concernunt Salutis vel Mortis præſagium in illis, quos infecit ſæva hæc Lues.

Quæ igitur Corpora citiùs vel tardiùs aliis, Peſte corripiuntur?

Qui citiùs vel tardius aliis Peſte corripiantur.

1. Corpora Sanguineo temperamento prædita, citiùs recipiunt Peſtem, quàm quæ phlegmaticam ac melancholicam obtinent conſtitutionem.

2. Naturâ Bilioſi, maximè quoque habiles idoneique habentur ad ejuſmodi contagioſam infectionem.

3. Melancholici, quamvis omninò ſibi à Peſtilenti contagio immunitatem ſpondêre nequeant, eos tamen non ità celeriter ac reliquos, aura Peſtifera invadit ac proſternit.

4 Senum corpora non ita prompta ſunt ad labem hanc ſuſcipiendam, atque Juvenes.

5. Pueri & adoleſcentes, magis cæteris ætatibus, fomitem Veneni Peſtiferi excipiunt.

6. Facilè ſudantes, auram venenatam faciliùs attrahunt aliis, qui non ità citò in ſudorem ſolvuntur.

7. Otio torpeſcentes, nec ſeſe exercentes, lue hâc malignâ citiùs polluntur cæteris, moderata exercitia ſubeuntibus.

8. Carnibus aliisque cibis πολυτρόφοις ſeſe nimiùm infarcientes, ac in immunditie degentes, magis redduntur Peſti obnoxii, quàm alii homines.

9. Arthritici ſeu Podagrici, modò in victu non delinquant, minùs aliis Peſte infeſtantur.

10. Pauperes, victu pravo utentes, magis ſunt expoſiti huic Lui, ditioribus.

11. Gravidas mulieres, citiùs hoc Contagium invadit, quàm utero non gerentes.

12. Pavidis & ultrà modum triſtibus ac meticuloſis, majus à Venenatâ iſta Lue impendet periculum, atq; aliis qui animo ſunt erecto, atq; hilari.

13. Vir-

13. Virgines & mulieres citiùs malo Peſtifero tanguntur, quàm viri.

14. Fonticulos geſtantibus, ſeu ulcera in externis partibus habentibus, minus periculi à Peſtilitate exſpectandum aliis, qui illis caret.

15. Cacochymiâ obſeſſis magis inſidiatur Labes hæc pernitioſa quàm aliis, quibus nulla talis eſt impuritas corporis.

16. Luxurioſè ac intemperanter viventes magis ſunt oportuni Peſtifeſæ infectioni, quàm alii, qui Continentiæ ſeu Temperantiæ ſtudent.

17. Peſte ſemel tentati, ſecundâ vice vix eodem tempore in eandem relabuntur.

NB. Cum harum Adſertionum ſeu Aphoriſmorum rationes, quivis intelligens, & vel leviter ſaltem in Phyſicis verſatus, facilè adſequatur, idcircò eas hûc adponere minimè operæ pretium judicavimus, ne ſtudiò prolixitatem adfectaſſe videremur.

Qualis Prognoſticatio Salutis vel Mortis, in Peſte correptis inſtituenda?

Prognoſticon Salutis ac Mortis quale inſtituendum in Peſte.

Nulla certa, firma ac conſtans Prognoſticatio hîc poteſt inſtitui; ſiquidem tàm dubia & inconſtans eſt hujus morbi conditio, ut ſæpè ægri, cum ſibi Salutem ſpondent, & ſe jam quaſi convaluiſſe putent, tacitè interim, & ex improviſo jugulentur. Nihil itaq; certi de eventu contagioſiſſ. hujus Luis Medicus poteſt prædicere, ſed judicium ſuum tantiſper ſuſtinêre debet aut ſuſpendere, donec de peractâ Naturæ cum morbo pugnâ, præſagitionem ſtabilem apud ægrum inſtituere queat.

Sed poteſtnè aliqua ſaltem de futuro morbi eventu Conjectura capi?

Conjecturare quidem hîc aliquid licet, certi autem nihil prædicere licet. Sæpè enim cum omnia rectè in hoc contagioſiſſ. morbo ſe habere videntur, Mors ex inſperato occupat. Siquidem in facie Salutem, in tergo verò funus gerere, iſti Lui perquàm ſolemne eſt.

Quæ igitur ſunt Conjecturæ periculi ac mortis impendentis in hoc Morbo?

Prognoſtica Mortis in Peſte.

1. Si Peſte laborans, faciem oſtentet Hippocraticam, nimirum, nares acutas, collapſa tempora, aures frigidas, oculos acutos, pallorem labiorum, cutis duritiem circa frontem, colorem faciei lividum, nigrum vel cadaveroſum, ungues liveſcant, atque membra externa frigore extenuata algeant, tunc præ-

præ foribus Victricem mortem adſtare, intrepidè pronuntiandum.

2. 2. Si peſtiferè febricitans, oculos habeat rubros, nictabundos, vel caliginoſos, ſeu prorſus non videat, audiat, aut perpetuis aurium tinnitibus vexetur, inſuperque ſit valdè inquietus, tunc ſpem in anguſto poſitam eſſe profitendum.

3. 3. Si labe Peſtifera pollutus, mentem ſemper habeat alienatam & turbidam cum quadam balbutie, vel omninò obliviosus evadat, ac continuò vigil perſiſtat, aut econtra in Lethargum præcipitetur, à quo vix excitari poſſit: vel ſi domeſticos ac familiares ſuos non ampliùs agnoſcat, nec dolorem ullum in aliqua parte corporis ſentiat, tunc de ipſius Salute conclamatum, funeſtumq; morbi exitum præſtolandum eſſe, audacter denunciandum.

4. 4. Si Peſte correptus, anheloſè admodùm reſpiret, crebris animi deliquiis corripiatur, vel vehementiſſ. Cordis tremore aut palpitatione infeſtetur: adhæc ſi pulſus admodùm exilis, tardus, tremulus, ac formicans percipiatur, tunc ægrotum à Fati limine non procul abeſſe, prædicendum.

5. 5. Si febri peſtilenti contaminatus, Siti immenſa prematur, adpetentiam extremè habeat dejectam ac proſtratam, averſeturque omnia eſculenta; inſuperq; Vomitibus àſſiduis ac enormibus urgeatur, Ventriculusque continuis ſingultibus lancinetur, & oblata Antidota mox per os iterum rejiciat, tunc exiguam Salutis ſpem ſupereſſe, prognoſticandum.

6. Si inquinamento peſtifero 6.
adfectus, mox ineunte morbo, ingenti exerceatur Hæmorrhagia, vel à ſumptione Alexiteriorum, ſudoris difficultatem experiatur, vel Pectus facieſque frigido ſudore perfundantur cum animi deliquio: Itemque ei diarrhœa ſeu fluxus colliquativus alvi ſuperveniat, tunc ad extremum ventum eſſe, morbumq; triumphum meditari, non indubiè præſagiendum.

7. Si malo peſtifero tactus, lin- 7.
guam valdè exuſtam, nigricantẽ & aridam habeat, eique anhelitus fœteat, nec non maculæ paucæ, eæque lividæ, plumbeæ vel nigræ circa pectus tantùm, vel in dorſo occupent, inſuperque Bubones vel Anthraces priùs prominentes, intrà corpus ſubitò recurrant, & ita ad Cor palindromen faciant, tunc ex his inditiis, ægroto præſens imminêre vitæ exitium, non vanè augurandum.

8. Si Peſte obſeſſus, Bubonibus 8.
vel Carbunculis inſigniatur pluribus, iiq; ſemper maneant duri, nec ullis remediis ſuppurati queant: Item-

Digitized by Google

Itemque ſi ei Anthtax circa fauces vel pectus effloreſcat; vel ſi ex Carbunculis apertis non erumpat Pus ſanioſum, ſed veluti quædam ſpuma, tunc de calamitoſo morbi exitu conjecturandum.

Prognoſtica Salutis in Peſte.

Quæ ſunt Prognoſtica Salutis in Peſte?

1. 1. Si æger per totum morbi decurſum mente ſemper optimè conſtet, & vel omninò nullis vel levibus ſaltem delirijs ac vigilijs tentetur; inſuperq; vigore omnium ſenſuum probè ſit inſtructus, facilèq; reſpiret, nec halitum graveolentem emittat, nulliſq; etiam animi deliquiis aut παλμῳ prematur, Pulſumq; habeat fortem & æqualem, tunc ſanè Salutis ſpem non dubiam adfulgêre judicandum.

2. Si patiens Antidotum potum non evomat, ſed eum retineat, nullis inſuper Vomitibus exagitetur, cibum potumque oblatum non averſetur, nec fluxu colliquativo alvi aut dyſenterico fatigetur, tunc naturam, debellato morbo victoriam reportaturam, præſumêdum. 3.

3. Si infecto Tumores ſubitò & confertim erumpant, & poſt eorum eruptionem Symptomata remittant, inſuperq; illi mox ad ſuppurationem tendant: Si item per largum ſudoris profluvium toto corpore factum, venenata qualitas expellatur, vel crocea urina fundatur, tunc ægrum periculoſiſſimum Vitæ naufragium, quod ei imminebat, evaſurum, prænunciandum. 4.

PARS II.

Continens προφύλαξιν ſeu Præſervationem Peſtis.

DISTINCTIO I.

Quotuplici modo Præſervatio à Peſte inſtituenda?

TRiplici: nimirum Theologicè: Politicè & Phyſicè ſeu Medicè.

Quomodò Theologicè præſervatur corpus à Peſte?

Theologica Præſervatio à Peſte.

Theologica προφύλαξις, quæ omnium efficaciſſima atq; certiſſima, in hiſcè 3. potiſſimum conſiſtit.

1. *1. In devotâ & ardentè ad Deum fuſâ precatione.* Hâc enim magis,

quàm ullâ aliâ re, Numinis Divini majeſtas,delictorum atque iniquitatum noſtrarum tùm multitudine, tùm magnitudine & atrocitate irritata exaſperataq; placari mitigariq;, ejusq; indignatio adverſus nos concepta prorſus averti ac reprimi poteſt. Quod intelligens olim inter Gentiles quoq; *Avicenna* Medicus Arabs.*1.Metaphyſ.*dicit;Iram Dei ſanctis ac devotis precibus ſolùm reconciliari. Eſt enim teſte *D. Bernhardo*, pia & ex fide profecta oratio, ſalubre in omnibus adverſis remedium,clavis & apertio Paradiſi, ſcutum defenſionis, in æſtu calamitatum refrigerium, in morbis pharmacum, gladius contrà Diabolum, & murus contrà infortunium. Ad quas preces nos exhortatur quoq; *Eccleſiaſta cap.38.v.9.*& *Jacobus in Epiſt.ca.5.v.15.*Indeſinenter igitur ad Chriſtum clamemus:

Ne nos Peſtis edax conſumat, Chriſte rogamus,
Arce tu Peſtem, Peſtis & omne malum.
Verus Alexicacos, verè tu Chriſtè vocaris
Extrà te nobis omnia Peſtis erunt.
In te ſed nobis ſunt omnia plena Salutis:
Vita,Salus, Robur; te tribuente venit.

2. *In verâ ſcelerum ac peccatorum à nobis perpetratorum agnitione, confeſſioneq;*, eorumdemque non fucatâ contritione, ſeriâque ad Deum converſione, Ad hanc enim SS. oracula paſſim nos exhortantur, ut *Jerem. 3.* Revertere Iſrael, & non faciam cadere iram meam in vos, quia ſanctus ego ſum, nec in perpetuum iraſcor, ſolùm agnoſce iniquitatem tuam &c. Et *Joel. 2. Cap.* Convertimini ad me toto corde veſtro in jejunio & planctu, & ſcindite Corda, & non veſtimenta veſtra. Item *Eſaiæ 43.* Ego, ego deleo iniquitates propter me, & non recordabor peccatorum tuorum. Revertere ad me,quia redemi te. *Et cap.55.*Convertimini ad me & convertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Dicas item cum *D. Bernhardo*: O Domine perditè vixi, remitte mihi peccata mea; ſufficit mihi ad omnem juſtitiam, te ſolum habere propitium,cui ſoli peccavi. Item cum Regio Prophetâ *Davide Pſalm. 32.* Delictum meum cognitum tibi feci, & injuſtitiam meam non abſcondidi; Confitebor tibi transgreſſiones meas,& tu remittis mihi impietatem peccati mei. Et cum *Auguſtino in Soliloq.* Commiſi ego Dn. undè me damnare potes, ſed tu non omiſiſti, unde me ſalvare potes. Omnis ſpes,

ſpes, & totius fiduciæ certitudo mihi in te eſt &c.

3. In Vita emendatione, coercendo nimirum vagas carnis noſtræ illecebras, & frenum injiciendo pravis cupiditatibus, inſuperq; vitando omnis generis vitia, & improborum hominum ſocietates, pièque, modeſtè caſtè & religioſè Vitam inſtituendo, omniaque humanitatis & caritatis officia proximo noſtro cumulatè præſtando atque exhibendo, tamdemq; Spem & fiduciam firmiſſ. in miſericordia ac tutelâ Dei Omnipotentis ponendo, ejusq; certum auxilium præſtolando, quia is optimus adjutor in oportunitatibus, & juxtà eſt Dominus invocantibus eum, & ex omnibus tribulationibus pios liberat ac eripit, *Pſalm. 34.* Hoc ſi fecerimus tum ab omni peſtiferæ auræ adflatu, tum aliorum quoq; malorum incurſu tuti erimus, minimè dubitantes, ſeu vivamus ſeu moriamur, quod in utroque caſu Domini ſimus.

DISTINCTIO II.

Politica Præſervandi ratio, in quibus conſiſtit?

Politica ratio præſervandi à Peſte. 1.

EA conſiſtit, 1. *in amolitione ſeu repurgatione omnis fœtidæ ac cœnoſæ materiæ*, inprimis verò fimi ac ſtercorum Anſerum & Porcorum, aliarumque ejuſmodi ſordium, quæ communiter tùm in viis ac plateis publicis, tùm privatis ædibus colligi ac coacervari ſolent. Hæ enim niſi removeantur, ſed ita intactæ relinquantur, diuturnâ morâ ſuâ Aerem variis inquinamentis putridis & morbidis excretionibus conſpergere & inficere, ſicque cauſam generationis febrium peſtilentium præbêre poſſunt. Undè *Palmarius in lib. de feb. Peſtil. cap. 8.* refert ob ſordium, purgamentorum & fimorum equinorum, Lutetiæ, utpotè tunc temporis duriter per totum Autumnum obleſſæ, in vicis collectorum & adſervatorum, fœtorem & gravem exſpirationem, Aerem ità vitiatum fuiſſe, ut proximo Vere, malignæ & peſtilentes Febres exortæ, admodùm graſſati ceperint, quæ poſteà totâ æſtate & autumno ſubſequenti multò ſæviores factæ quamplurimos interfecerint. Prudens itaq; ac diligens Magiſtratus, cui civium ſubditorumque ſuorum Salus curæ cordiq; eſt, in id præcipuè incûbere, ſummamque operam navâre debet, ut cum minas peſtilentes contagii alicundè impendere viderit, per certos præfectos ac miniſtros ad id officij peculiariter deputatos, omnẽ ſorditiem ac ſpurcitiem, qualis etiam illa

illa ſit, intra vel extra urbis mœnia congeſtam, quantocyùs removêri, remotamque ad loca diſſita transportari, ſicque vicos & plateas omnes, quantum quidem id pote, quàm mundiſſimè conſervari curet. Quò etiam pertinet, publico Senatus conſulto ſeveriſſimè prohibêri, urinarum, aliarumq; ſecum, tàm nocturno, quàm diurno tempore in vias publicas, effuſiones, utpotè quibus non ſolùm civitas alicujus loci maximè deformatur, verùm etiam Aer ipſe diſpoſitionem aptam nanciſcitur ad generandum ex ſe Venenum peſtiferum, vel ſeminium Contagij ſuſcipiendum atq; fovendum.

2. 2. *In peregrinorum hominum ex locis ſuſpectis adventantium excluſione atq; devitatione.* Quod etſi nonnihil inhumanitatis aut inhoſpitalitatis præ ſe ferre videatur, ingreſſu nimirum urbis prohibere aut receptum denegare Amicis, aliisq; peregrinis, ad nos, animi vel negotiorum causâ commeantibus: Attamen qui probè conſideraverit, penſiq; habuerit, Commodum publicum nunquàm non privato eſſe anteferendum, nec publicam alicujus urbis Salutem, ob unius aut alterius privati utilitatem periclitari par eſſe aut decêre, is æquior omninò hîc erit in judicando, & nonnihil benigniùs, ejuſmodi advenarum ſeu extraneorum, (ſæpè Sturnorum inſtar ex locis infectis ac impuris, in alium locum ſeu urbem, contagij peſtiferi labe nondùm inquinatam, catervatim confluentium,) excluſionem, aut hoſpitij denegationem, interpretabitur; præſertim cum experiẽtia multoties teſtatum fecerit, tali peregrinorum hominum ex locis ſuſpectis advolantium admiſſione ac receptione, Peſtiferam Luem longè lateq; propagatam fuiſſe, totasque regiones ſeu provincias θανασίμως καὶ ὀλεθρίως ſic infectas fuiſſe.

3. *In Conventuum publicorum interdictione, aut ſaltem rariori eorumdem indictione ac celebratione.* 3. Conventus autem publici nomine hîc intelliguntur Nuptiæ: Sacra Luſtrica: Choreæ ſeu tripudia: Balnea: Tabernæ potoriæ: Luſus jaculatorij: Exercitia palæſtrica: Theatrica ſpectacula: Nundinæ: Compotationes tribulium opificum: Pædagogia puerulorum & puellarum, & id genus alia. Pij itaq; Magiſtratus officium erit, ejusmodi conventus; præſertim verò eos qui adeò neceſſarii non ſunt, & in aliud tempus longè commodiùs, ſine cujuſpiam diſpendio aut jacturâ aliquâ, rejici ac differri poſſunt, ſerio,

ſeriò prohibere, & ita hôc alioque quocumque id fieri poterit modo, Saluti civium ſuorum conſulere.

4\. 4. *In ædium infectarum obſeratione.* Ob eum autem præcipue finem interdicto Magiſtratus publico domus ejuſmodi peſtilentes per certos miniſtros occludi, vel etiam (ut in quibuſdam locis fieri ſolet) certâ atque peculiari quâdam notâ ac charactere inſigniri debent, tùm ne alii, corpore adhuc ſani; & in publicum prodeuntes, ad illas adpropinquent, ſed eas, tanquàm vitæ periculum minitantes fugiant ac declinent: tùm ne infectis, in hujuſmodi ædibus commorantibus, vel aliis, ipſis miniſtrantibus, egreſſus ſeu prodeambulatio in publicum, utpotè quâ contagioſum hoc malum latiùs diffunderetur, pateat. Hâc tamen Chriſtianæ caritatis moderatione ſimul adhibitâ, ne infecti ἀβοήθητοι planè relinquantur, ſed ipſis omnia, quæ tùm ad victum convenientem, tùm ad profligationem tanti atrocis ac periculoſi morbi, Sanitatiſq; amiſſæ recuperationem neceſſaria, maximèque expedire videbuntur, benignè alacriter ac liberaliter ſubminiſtrentur.

(∴)

DISTINCTIO III.

Phyſicè tandem, quomodo præſervari corpus à Peſte debet?

Phyſica Præſervatio à Peſte

Hiſcè quinque modis ſeu mediis. 1 Aerem peſtilentem ac vitioſum vel declinando vel emendando. 2. Loca ac Perſonas, contagii nomine ſuſpectas devitando. 3. Cacochymiam corporis ſeu pravitatem humorum, pharmacis convenientibus ſubtrahendo. 4. Cor ac principalia viſcera, corroborando, & à Veneni adpulſu idoneorum Antidotorum adminiſtratione præmuniendo. 5. Rerum 6. non naturalium mediocritatem obſervando, & earundem immoderatum exceſſum fugiendo. In hiſcè 5. rebus univerſa præſervandi ratio, ſecundùm Medicorum præcepta ac monita conſiſtit.

I. Medium, AERIS electio & correctio.

Quomodo primò Aeris vitioſitas declinanda ac corrigenda?

Qualis Aer eligendus.

1\. Si portæ, feneſtræ atque ædes, in quibus degimus, diligenter occluſæ ſerventur, præſertim Aere craſſo, caliginoſo, turbido, pluvio,

ac nebuloſo exſiſtente, nec non ventis ſpirantibus Auſtrinis, Circinis, vel Notolybicis. Cum enim hi Venti naturâ humidiſſ. ſint, idcircò promptiſſimè quoque putrida ac venenata *μιάσματα* in ſe recipiunt, corpusq; humanum, ad putredinis fomitem concipiendum diſponunt, undè & ab *Hipp. in Aphor.* pro omnium inſaluberrimis habentur. Quamvis autem Aer ſeu calidior, humidior, craſſior, aut aliâ dumtaxat qualitate manifeſtâ adfectus, ipſe peſtilens nondum exſiſtat, nihilominus interdum ſic corpus, humores, vel alimenta corporis, alterare ac labefactare poteſt, ut per accidens, licet & remotior, cauſa tamen eſſe poſſit intus generati veneni, vel certè ipſemet eo ipſo, ad majorem aliquam labem in ſe recipiendam, aptior reddatur. Sedulò itaque, quicumque Sanitatis ſtudioſus eſt, tempore gliſcentis Contagii, domicilia ſeu habitacula ſua, ab hujusmodi Aeris inſalubris occurſu ſeu ingreſſu, omnium portarum ac feneſtrarum, præſertim Auſtrum & Occidentem versùs ſpectantium, obſtructione ſeu occluſione munire: econtrà verò eas, quæ versùs Orientem ac Septentrionem poſitum habent, cœlo ſereno, aereq; puro, itemque flante Euro atq; Aquilone, aperire debet, quia hi venti, propter ſuam frigiditatem & ſiccitatem, labi putredinis admodum reſiſtũt, teſte *Avicenna 2. primi doctr. 2. & Avenzoare, tertio Theiſir, tract. 3. c. 1.* & νεωτερὰς ἀποκρίσεις, Aeri inſidentes, potenter disjiciunt, conſumunt, ac torpidas quaſi reddunt.

Quid poſteà agendum?

Correctio Aeris, incenſione ignium.

1. Ignis luculentus, tùm in ædibus, tùm in compitis publicis accendendus ex rebus præſertim ſuaviter olentibus, abditâq; ac peculiari vi Veneni peſtiferi malitiam obtundentibus & infringentibus. Cum enim Ignis omnium agentium naturalium, validiſſ. actuoſiſſimusquè exſiſtat, nulli parcens corpori, ſed omnia quæ tangit, ac vicina habet, depaſcens, deſtruens, ac in cineres redigens; idcircò credibile, peſtifera quoque ſeminaria Aeri inſperſa, ab ejus vehementia penitus abſumptum ac diſſipatum iri. Quod optimè intelligens, magnus ille *Hippocr.* in famoſa illa Peſte Athenienſi, ignem variis in locis incendit, injectis ſimul in eumdem, herbis floribusque odoratiſſ. cujus vi poſteà labes diri hujus veneni in totum diſcuſſa, ſicque civitas à calamitoſo hoc malo vindicata fuit. Sæpiùs igitur in die per omnia domus conclavia, flammeus ignis excitetur, conſtans ex lignis Juniperinis, Cupreſſinis, Quer-

Quercinis, Fraxineis, Betulaceis, Fagineis, &c. quibus injiciantur Baccæ Juniperi vel Lauri, Abſinthium, Roſmarin: Salvia, Origanum, Thymus, Maſtix, Ruta, Lavendula, Roſæ, Santalum; & id genus alia odorata. Hac enim ratione exſiccatur Aer, & maligna qualitas, ſi qua ei inhæret, auffertur, ſubſtantiaque illius purior, & ad Sanitatis conſervationem ſalubrior omninò commodiorq; redditur. Nonnulli quoque hîc valdè laudant tormentorum bellicorum diſploſionem, manè & veſperi factam, nec id ſanè abſque ratione; cum enim hæc vi ignis ita excuſſa, validiſſimè Aerem & ad diſtans commoveant, ſonituſque maximus ab iis concitetur, idcircò judicandum, eorum diſploſionem ſæpiùs iteratam, ad Aeris validam purificationem ab omnibus inquinamentis pravis, quàm maximè facere & conducere.

Præter hanc ignium accenſionem, quomodò Aer ampliùs corrigendus?

3. Si Conclavia vel habitacula, vel Aceto, vel alio liquore apto & convenienti ſæpiùs in die conſpergantur, itidemque facies aqua aliqua odorata irroretur ac humectetur. 1. *Prius*, quod attinet, maximè hîc ex uſu ſunt Aq. Angelicæ, Rutæ, Lavend. Roſmar. Meliſſæ, Malorum Citrior. & Arant. &c. ſi iis pavimenta conſpergantur. Aceta pariter Roſar. Junip. Sambuc. Rutae. vel Scordij ſummoperè commendantur, ſi nimirum eorum, ſuper tegulam candentem priùs fuſorum Vapor, cubiculo excipiatur, vel per totum conclave derivetur. Ineſt enim Aceto ſingularis quædam vis ac proprietas ſpecifica, ſeminariis illis contagioſis, ſeu morbidis excretionibus per Aerem ſparſis, reſiſtendi, omnemque putredinem amoliendi. Undè & *Lemnius lib. 2. Occult. cap. 36.* Acetum (inquit) venenis reſiſtit, & Peſtilentis morbi contagia repellit, ſic ut conſulti mihi facere videantur, qui graſſante morbo populari, moderatum Aceti uſum familiarem ſibi reddunt, diſſipat enim vitioſum aerem; & ſi quid in corpus hauſtum eſt, humores infici ac putreſcere prohibet. 2. *Alterum* quod ſpectat, faciei nimirum ac narium irrorationem, tenuioris fortunæ homines, eorumdem modò dictorum Acetorum humectatione, vel Aq. Roſ. Lavend. Major. Meliſ. cõſperſione cõtenti eſſe poterunt. Locupletiores verò ſequenti Aqua ſuaveolenti faciem ſæpè imbuant aut abluant. **Faciei irroratio.**

℞. *Aq. Roſ. lib. iß. Aq: Major. & Lavend. an. unc. iiij. Aq. Cinam. unc. iß.*

In quibus diſſolve Moſchi & Ambræ an. ſcr. ß. Styr. liq. ſcr. ij. Miſce.
Al. aqua. Egregia quoque hæc eſt: R. *Moſchi & Ambræ ana q. v. Aquæ Vitæ opt. unc. j. Ligatum Moſchum & Ambram in nodulo, hunc Vaſi vitreo adapta, ita ut filo is adligatus, & ſuſpenſus, fundum Vitri non attingat. Vas autem ſtrictiſſimè occluſum in cineres per triduum, lentiß. calore colloca, cavendo diligenter, ne Nodulus in aqua marcidus fiat, hoc enim ſi accidat, ſtatim is mutandus erit, novusq; Nodulus eum M. & A. ſubſtituendus.* Quo facto, ſerva hanc Aquam odoratiſſ. & ſuaviſſ. eâq; tinge faciem, nares vel manus tempore graſſantis Contagij.

Pluranè adhuc ad Aeris correctionem requiruntur?

4. Si nimirum Suffumigia excitentur ſeu inſtituantur, ex rebus odoratis, labemq; expugnantibus,
Suffitus. tempore quidem *brumali*, calidioribus, ut ex Xyloaloe, Cinamomo, Caryophyllis, Zedoaria, Corric. Arant. & Thymiamat. Bacc. Lauri & Junip. Rad. Angel. Ireos, Myrrhâ, Maſtiche, Thure, Succino, Styrace, Ladano, Ruta, Salvia, Diptamno, Major. Serpillo, Orig. &c. *Æſtate* verò frigidis ac temperatis, ut Benzoino, Ladano, flor. Roſ. Viol. Nymph. Tunicar. Meliſ. Borrag. Cort. Limon. Cydon. ac Citr. Santalis, Baccis Myrthi, Puraminibus Pomorum ſuaveolentium &c. Hujuſmodi enim Suffumigia & odoramento plurimum utilitatis in maligni aeris emendatione adferre, *Plinius* teſtatur lib. 36. cap. 27. Et *Galenus* quoque *in lib. de Ther. ad Piſon.* hanc præſervandi rationem per ſuffumigia commendat his verbis cum ait: Hippocratem multis modis laudo, qui Luem illam ex Æthiopia Græcos invadentem non aliter curavit, quàm aeris mutatione alterationeque ne talis ampliùs inſpiraretur &c. Et quamvis Aerei illius veneni, Antidotum certum nos lateat, veriſimile tamen eſt, è tàm numeroſâ fragrantiſſimarum rerum congerie, aliquid reperiri, quod è diametro virulentiæ illi oppoſitum ſit.

Suffitus autem non tantùm in ædibus privatis, ſed & in Curijs, Prætorijs, Ædiculis publicis, atq; Templis, quandò conciones habendæ ſunt ad populum, inſtituēdi. Templa enim cum clauſas ſemper habeant feneſtras, & rarò perflentur, idcircò tempore gliſcentis veneni peſtiferi, maximè opus habent Suffumigiis, ad Aerem, impuris ſæpè variorum hominum halitibus alteratum & inquinatum, corrigendum. Suffitus autem potiſſimùm ex Succino, Thure, Myrrhâ & Baccis

cis Juniperi in illis excitandus, ſunt enim hæc naturæ amica, & σπέρματα τοῦ λοιμοῦ, ἢ σηπεδονώδη μιάσματα admodum diſſipant ac conſumunt. Aliàs privatim adhibeatur talis ſuffumigatio. R. *Aceti Roſ. & Rutac. an. unc. iiij. Aq. Roſ. & Lavend. an. unc. ij. Quibus infunde Bac. Junip unc. j. Cinam. Caryophyl an. drach. ij. Cort. Citri ſicc drac. iß. Styrac. drach. j.* Hujus liquoris parum funde ſuper lapidem calefactum, & fiat evaporatio conclavium, ter in die.

Suntnè præter hæc & alia Suffituum genera?

Plura Suffumigia parari quoq; poſſunt ex certis Pulveribus, Trochiſcis & Candelis.

Pulvis pro ſuffitu. 1. I. Pulvis *pro Plebejis*: R. Bac. Junip. unc. i. Bacc. Lauri drach. iii. Rad. Angel. & Ireos an. unc. ß. Fol. ſicc. Rutæ, Abſinth. & Serpil. an. Mß. Thuris, Succini an. drach. iß. Fiat indè Pulvis groſſus, qui inſpergatur Carbonibus.

2. Alius *pro Ditioribus*: R. Florum Roſ. incarnat. Caryophyl. an. unc. ß. Benzoin. Styr. calam. an. drach. ii. Ladani opt. drach. iß. Xyloal. Cinam. Santali citr. an. drach. i. Moſchi G. 7. diſſol. in aq. Roſ. Miſce pro Pulvere groſſo, inſpergendo laminæ ferreæ excalefactæ.

Trochiſci. 1. II. Trochisci *pro Pauperibus*. R. Rad. Angel. & Zedoar. an. drach. iß. Succini, Myrrhæ, an. drach. j. Gran. Junip. No. XX. Sem. Rutæ drach. i. Pulv. excipiantur ſucco Rutæ, & indè fiant Trochiſci pro fumo, injiciendi prunis.

2. Alii *pro Locupletioribus*. R. Aſæ dulcis drach. ii. Styr. calam. drach. iß. Xyloal. ſcr. ii. Balſami Peruviani ſcr. i. Moſchi opt. Gr. 7. Sachari fini unc. iß, diſſol. in Julepo Roſ. Formentur indè Trochiſci parvi pro ſuffitu.

Candelæ. 1. III. Candelæ *pro egentioribus*. R. Bacc. Lauri & Junip. an. drach. iij. Maſtich. Thur. Bdelli an. drach. i. Rad. Ireos & Zedoar. an. ſcrup. ii. Fol. ſicc. Meliſ. & Scord. an. drach. i. Carbon. Ligni Salicum unc. ii. Piſtentur omnia cum Gum. Tragac. & Aq. Roſ. F. Candelæ, accendendæ pro fumo.

Aliæ *pro opulentioribus*. R. Ladani opt. unc. i. Styr. calam. unc. ß. Caryophyl. arom. Xyloal. flor. Roſ. odorat. an. drach. i. Cinam. Thur. Major. an. ſcrup. ii. Trochiſc. Galliæ & Aliptæ moſch. an. ſcrup. i. Diſſol. Arom. & Gum. cum piſtillo cal. cum ſ. q. mucilag. Tragac. & Carbon. Tiliæ, Fiat maſſa, ex qua Candelæ parentur.

Digitized by Google

Fœtida improbantur pro Suffumigio.

Quid ſentiendum de rebus fœtidis tempore graſſantis Contagii?

Et ſi quidam ſunt, qui Hircum olidum domi habêre, magnum præſidium putent, & nidore quoque Cornuum, Oſſium, ac calceamentorum veterum cõbuſtorum in ædibus ſuis, Contagionem Peſtilentem abigere, longèq; à ſe propellere ſatagant. Prætereàque non deſint alii, qui ad hujus venenatæ Luis præcautionem, quotidiè fœtidiſſ. cloacæ aut latrinæ teterrimum odorem, naribus excipiendum eſſe contendant. Tamen horum omnium ſententia prorſus improbanda, ſiquidem quotidiana Experientia ſatis ſuperque declarat, nullâ re Spiritus vitales magis debilitari, reſolvi, proſterni ac diſſipari, quàm ejuſmodi viroſorum ac graveolentium, utpotè naturæ noſtræ extremè adverſantium, fœtore, multosque ex hâc ſolâ cauſâ in gravem Syncopem ac deliquium animi incidiſſe. Fugienda itaq; ſunt talia, abominando fœtore prædita, & econtrà amplectenda ea, quæ ſingulari fragrantiâ, ac odoris ſuavitate prædita ſunt, quemadmodum ſunt illa, quæ modò commemorata fuêre, ceu quibus Spiritus, miris modis eriguntur, vegetantur ac reficiuntur.

2. Medium, FUGA Alterum Peſtis Prophylacticum quodnam eſt?

IPſa Fuga, atq; loci aut etiam Regionis permutatio; Hæc enim omnium, tutiſſima ſecuriſſimaque Præcautio cenſetur.

Num fugere liceat tempore Peſtis.

Sed licitanè eſt ejuſmodi Fuga?

Fugam eſſe licitam, nec per ſe repugnare DEO, multa Exempla Sacrarum litterarum manifeſtè docent ac comprobant, Nam & *Abraham* Gen. 20. *Iſaacus* Geneſ. 26. *Jacobus* Gen. 27. *Moſes* Exod. 2. *David* 1 Sam. 4 19. 20. & 21. *Elias* 3. Reg. 19. *Tobias* in lib. Tob. cap. 1. *Paulus* 2. Cor. 11. & Actor. 9. 14. & 17: *Mathatias & filij ejus* 1. Maccab. 2. *Jonathas & Simon*, Maccab. 9. *Joſephus cum Maria* matre Jeſu, Matth. 2. & alii ſancti Viri, tempore grandis alicujus periculi, aut calamitatis impendentis, Fugâ ſaluti ſuæ proſpexêrunt. Imò *ipſe Chriſtus* ſæpè fugâ ſibi conſuluit, ut vidêre eſt apud *Matth.* cap. 12: *Marcum* cap. 14. Joan. cap 6. 7. 8 &c.

Qui igitur ingruentem Peſtem fugere poteſt, neque officiis publicis retinetur, neq; rei familiaris anguſtiâ, aut aliis incommodis præ-

pedi-

Digitized by Google

peditur, is non ſe temerè exponat periculo, nec reus fiat interitus & ſui ipſius,& proximi ſui, quem alias ſibi caventem, ipſe infectus poſteà inficit ſibi inſervientem: atque ita cõtagium, malumq; ceu incendium publicum, quod omnes potiùs pro viribus profligare debent, contrà conſcientiam augeat. Et ad id quoque nos hortatur non tantùm dictum illud vulgare: Sis procul à jaculis, & ferière minùs. Et effatum illud Alcibiadis apud *Plutarchum* in ejus vitâ: Stultum eſſe non fugâ ſibi conſulere, cum fugere poſſis; verùm etiam autoritas S.S. Scripturæ, ut *Ezech.7*: Qui in civitate ſunt, Peſte fameque devorabuntur, qui verò auffugerint ex eâ ſalvabuntur. Sciant tamen fugientes, ad officia caritatis nihilominus ſe obſtringi, ut ope & ære inopum miſerias ſublevent, iiſque, quibuſcumquè poſſint modis, ſubveniant, inſuperque pro Salute ac incolumitate concivium ſuorum, devotas ſubindè preces ad DEUM fundant, nec ut corpore, ità & animo atq; adfectu, ſeu precum communione, ab illis ſeparati vivant maneantq;.

Ergò Fuga omnibus promiſcuè eſt permiſſa tempore Peſtis?

Minimè, Sunt enim aliqui, quos à fuga retrahit ſpecialis quædam vocatio, ut ſunt Conjuges, Parentes, liberi, conſtituti item verbi divini Miniſtri ac Medici, itemque Chyrurgi & Obſtetrices juratæ, nec non Magiſtratus quidam,&alii, quorum opera Reipub. ſummè neceſſaria eſt; Hi enim quamvis fugerent Peſtis tyrannidem, manus tamen DEI Omnipotentis non effugerent, ſed illas ultrices ac vindices, ob ipſorum ſummam perfidiam ergà proximum, magno ſuo malo tamdem experturi eſſent. *Non omnibus eſt permiſſa.*

Quomodò autem Fuga debet eſſe comparata?

Qui in Fugâ Salutis ſpem collocant, ij quibus libet & licet. 1. *Maturè* & mox fugâ ſe proripiant, priusquàm admiſſum Aeris vitium corporis Spiritus & humores infecerit, Cordiq; ſe altiùs inſinuarit. *Citò.* Ex iis enim qui ſeriùs locum mutant, atq; fugam arripiunt, non pauci Peſtis fomitem jàm conceptum intùs geſtant, qui vires adquirit eundo, eoſque brevi in Aere ſereniſſ. & ſaluberrimo loco incautos perimit. 2. *Longè* ſe abducant, & ad diſſita loca, à Peſtilenti contagio planè immunia ſe recipiant ac conferant. *Longè.* Nam qui in viciniâ tantùm conſederit, ad hunc, venti, halitus peſtilentes, Aeriſque in-

Digitized by Google

inquinamenta putrida ac contagioſa, nullo negotio transferre ac propellere queunt. 3. Et *Tardè* tamdem, ſed non priùs redeant aut domum remigrent, quàm omne Contagium ſopitum, exſtinctum, aut ſublatum ſit. Periculoſus enim è loco ſalubri in gravem & inſalubrem tranſitus eſt, conſultiùsque ij faciunt, qui non aliò migrant, quàm qui abeunt, & citiùs quàm Aeris malignitas prorſus devicta fuerit, in patriam regrediuntur. *Tardè.*

Quid verò faciendum iis, quibus fugere non licet?

1. Sperent optimè, ſciantque ſe omnibus in viis ſuis, ac vocatione ſuâ, Angelorum cuſtodiâ non deſtitui, qui in manibus ſuis portabunt eos, & ſe tutos omninò ſub umbra JEHOVÆ verſari ac conſiſtere. 2. Deindè, ad excutiendam memoriam Peſtis ſævientis, caveant frequentare convivia Bacchica, ac crapulis gravâri, vel tripudia inſtituere, utpotè quibus DEUS maximè irritatur, atq; offenditur, ſed potiùs piam, caſtam & temperantem vitam inſtituant, frequententque ſæpiùs templa, ac ſacris diligenter operentur. 3. Deniq;, quantum conſcientiæ relligio, & muneris ratio permittit, vitent hominum infectorum conſortium, atq; ex iis conſanguineorum inprimis conſuetudinem, ac converſationem, nam teſtis eſt Experientia, citiùs hâc labe imbui ac corripi eos, inter quos quædam ſimilitudo, & naturæ cognatio intercedit, quàm ubi nulla talis ſyntimoria, ſanguiniſque propinquitas locum habet. Aut ſi omninò cum peſtiferè febricitantibus converſandum illis ſit, ut id fiat ore aliquantum averſo, & vento ſecundo, non verò adverſo, nec colloquium ſit longum, ſed breviſſimum, citòque abrumpatur.

3. *Medium*, CACOCHYMIÆ *Subtractio.*

Quinam eſt tertius Præſervandi Modus?

AD tertium Præſervandi modum pertinet apta & conveniens corporis à ſuperfluis noxiiſque Humoribus expurgatio, inprimis præſente aliquâ cacochymiâ, quæ tamquàm fomes, virus contagioſæ Labis ad ſe trahit rapitq;. Ejuſmodi autem vacuatio, non niſi pharmacis benignis, & naturæ familiaribus, vireſque corporis non nimiopere exſolventibus aut dejicientibus, mollienda atque inſtituenda, cujuſmodi ſunt Sena, Rhabarbarum, Agaricus, Aloe, vel horum Extracta. Quò pertinent etiam *Cryſtalli Tartari*, pondere diach. *Extracta purgant. Cryſtalli Tartari*

Extr. Panchym. Crollij. Diacarth. Helleb. nigri Scammon

drach.ii.vel drach.iij. in brodio ſeu juſculo aliquo exhibiti. Item, *Extr. Panchymag.* Crollii. aut *Extr. Diacarthami*, ad ſcr.ii.vel drach. ß. vel in forma Boli, vel Pillularum, porrectum. Natura robuſtiores, *Extr.* quoquè *Helleb. nigri* ſcr.i.vel *Scammon.* Gr.10, aut 12. Itemque *Gummi de Peru* ſcr.ß.cum G.3.Lap.Prunel. in pillulas redact. deglutire poſſunt. Vel horum loco, ſi liquidis magis delectaretur, ſumere Infuſionem vel *Croci metallorum*, aut

Crocus Metallorum, ☿ Vita, & Flores ☿.

Mercurij vita. Delicatioribus autem offerenda, *Florum noſtrorum Mercurij* (in Anat. ☿ Spagir. lib. 2. deſcriprorum) G. 3. vel 4. cum Conſ. Roſ. vel Borrag. vel *Morſulor. laxat.* unc. ß. ſeu *Diacydon. luc. lax.* aut *Confectionis Rhabarb.* drach. ii, plus minusvè pro ratione ætatis, viriumque robore. Communiter tamen *Eſſentia Aloes cum ſuccis*,

Eſſentia Aloes.

juxta deſcriptionem Quercetani, drach. ß. vel ſcr. ii. pondere, hora j tantùm ante paſtum ſumpta, bis vel ter in menſe, plurimum momenti habet ad quoſvis humores noxios exturbandos, & putredinem reprimendàm, quemadmodum & ſequens Potiuncula, multum conducit ad exonerandum corpus à ſaburra vitioſorum ſuccorum. R. *Rad. Helen. & Pimpin. an drach. iij. Rad. Valer. & Angel. an. drach. iß. Her. Carduib. Veron. Sca-*

Potiuncula purgans

bioſ. an. M j. Flor. Perſic. Centaurii min. & Geniſt. an. P j, Bacc Junip. drach. iij. Sem. Citri, Aniſ. an drach. j. Fol. Sena Alex. drach. iij. Rhabarb. & Agar. troch. an. drach. iß. Cinam. drach. ß. Macis ſcr. j. Spica Ind. ſcr. ß. Infund. per noctem in ſ. q. Aqua Carduib. Mane factâ ebullit. expr. fort. & col. Colat. hujus. R. unc. iß. Extr. Diacarth. ſcr. i. Vel drach. ß. Syr. de Cicb. cum Rhab. drach. iij, Cremoris Tartari ſcrup. i. Aq. Cinam. drach. j. Spir. Vitrioli G. 8. Miſce pro potiunculâ, quæ tota exhauriatur manè, jejunando deſuper per 3. horas. Si verò cui magis placuerit Claretum aliquod laxativum, vel vinum purgans, is ab Ordinario Medico illud petat. Inprimis tamen, tamquàm ſpecificum purgans in Peſte commendatur hoc Oleum ſtillalitium:

Ol. ſtillat.

R. *Aloes opt. lib. iß. Rhabarb. lib. j. unc. iij. Agar. opt. unc. iiij. Turpethi unc. vj. Polypod. unc. x. Bacc. Junip. unc. ij. Rad. Gentian. Elenij. Zedoariæ, Imperator. an. unc. i. Bacc. Lauri unc. ß. Cinam. Macis. Santali rubri an. drach. ij. Myrrhæ, Maſtichis, Olibani an. ſcr. iiij. Xyloal. Caryophyl. an. drach. j. Camph. drach. iß. Contuſis omnibus minutim adfunde Succi Borrag. Meliſſæ & Citriorum ana q. ſ. ad humectationem ſpecierum, Macerentur per octiduum, Vas quotidie agitando. Poſtea in B. M. deſtillentur. primò exibit aqua. poſtea Oleum, ſi*

ignem intendas, quod ſeorſim colligendum. Doſis hujus Olei pro purgatione eſt drach.i. vel circiter pro ratione ætatis. Vel cum Vino, Vel cum juſculo carnis &c.

Cauteria ac Fonticuli multum conferunt in præſervatione.

Faciuntnè Cauteria ſeu Fonticuli quoque ad Peſtis præſervationem?

Fonticuli inſigne præſtant emolumentum ad præſervandum corpus ab infectione contagioſâ, ſiquidem per eos, tamquàm per helices ſeu tubulos quoſdam, omnis vitioſorum humorum in corpore coacervatorum colluvies ac ſentina corrivatur, atque expurgatur, unde ſubtracto iſto quaſi fomite, homo minus Peſtiferæ lui obnoxius redditur, quod confirmans quoque *Jul. Palmar. lib. 1, de Febr. Peſt. cap. 13.* ita ſcribit: Inter medicamenta præcipua, quæ ab imminente Peſte multos vindicaſſe comperimus, jure numerantur Ulcera in tibiis aut femoribus arte facta. His enim corporis ichores, ſeroſaque excrementa excurrunt ac repurgantur, ſicque aufertur Peſtis præparatio &c. Et *Gulielmus Fabritius Centur. 4. Obſ. Cheir. 23. & 86.* teſtatur, ſe in Peſte Lauſanenſi, beneficio fonticulorum in poplite dextro, & brachio ſiniſtro, conſervatum fuiſſe, imò obſervaſſe, perpaucos, qui fonticulos geſtarunt, Peſte correptos fuiſſe. Idem etiam calculo ſuo comprobant. *Antonius Portus* lib. 2 de Peſte, ca. 36. *Paræus* lib. de Peſte. *Georg. Garnerus* in lib. de Peſt. cap. 9. *Alex. Maſſaria* lib. 2. de Peſte, *Ingraſſias, Nicol. Maſſa, Joan. Arculanus, Gerardus Columba* & alii.

4. *Medium*, ALEXITERIOR: *Uſurpatio.*

Quarta à Peſte præſervandi ratio, in quo conſiſtit?

IN Cordis aliorumque viſcerum principalium corroboratione, eorumdemque per certa ac peculiaria quædam Antidota, à putrida hac labe, præmunitione.

Antidota autem illa quotuplicia ſunt?

Duplicia: Interna & Externa. Ad illa referuntur Aquæ deſtill. ſeu Theriacales: Mixturæ: Syrupi: Electuaria: Condita: Pulveres: Trochiſci: Morſuli ac Rotulæ. Ad hæc verò, Sacculi: Balſama ſeu Linimenta: Olea: Pilæ odoratæ &c. de quibus omnibus, fuſiùs ſequenti Libro tractabitur.

I, IN-

Digitized by Google

Alexiteria ſeu Antidota internè ſumenda pro præſervat. Peſtis.

I. INTERNA ALEXITERIA.

Quomodò primum per interna Alexiteria corpus præſervandum?

QUi à Venenatæ Auræ adflatu ſe tueri cupit, is ſubindè ore maſticet Rad. Angel: vel Zedoar: aut Olſnitii ſeu Diptam. Elenii, Imperator. Pimpinel. vel Cort. Citri ac Limon. aut Baccas Junip. tec. nec unquàm ſine maſticatione horum in publicum prodeat. Magnum etiam momenti habet, interdum manè pauxillum Conſervæ Roſ. Borrag. vel Meliſſæ quibus ſcr. i. Salis Abſinth. Scordii vel Angel. vel Gutt. 7. 8. vel 9. Spir. Vitrioli permixtæ fuerint: Item Theriacæ veteris, Mithridat. aut Elect. de Ovo drach. ß. vel per ſe, vel cum Flor. Sulph. ſcr. ß. deglutire. Tinctura etiam, Rubinus ſeu Balſamus Sulphuris, ter vel quater in ſeptimana, ad 6. 8. vel 10. guttas, vel cum Conſ. Scordii drach. ii. vel cum Sacharo permixtus: Nec non Magiſterium Corall. aut Cornu cervini, cum pauxillo Syr. Acetoſ. Citri jejunè ſumptum; Quemadmodum & Eſſentia rad. Angel. Zedoar. vel Elenii cum vino hauſta, aut Elixir proprietatis Paracelſi, ſeu Elixir Peſtil. Crollii, paucarum Guttarum doſi cum Vino Abſinth. aut Meliſ. potum, potentiſſimè omni malignitati adverſantur, nec humores in corpore putrilagine corrumpi ſinunt. Quod idem etiam præſtant. Ol. ſtillar. Succini albi: Angelicæ: Cort. Citri. Junip: &c. ut & Extract. Bacc. Juniperi. Aquæ item Theriacales, Spiritus Succini, Tinctura Mummiæ, Aurum potabile &c. convenienti doſi per intervalla exhibita & uſurpata. Confectio etiam Rotul. Liberantis, ut & Elect. Diaſcordii, convenienter uſurpata, pro Præſervatione contagii peſtiferi non ſunt contemnenda.

Rotulæ efficaciſſ.

Inprimis verò efficaciſſimæ habentur ſequentes Rotulæ: ℞. *Extr. Angel. ſcr. j. Extr. Zedoar. ſcr. ß. Confect. Alcherm. ſcrup. j. Extr. Croci Gr. 6. Ol. ſtill. Cort. Citri G. 4. Ol. Succini G. 2. Sachari fini unc. iß. diſſol. in Aq. Cinam. & Roſ. F. Confectio in Rotulis*, quarum 3. vel 4. manè deglutiantur. Nec minori Virtute & efficacia abigendi ſcilicet omne venenum Peſtilens, corpusque ab ejuſdem contactu immune conſervandi, pollet & hicce Pulvis, cujus hîc in noſtra patria Anno 1607. & 1610. graſſante Peſte, maximus & ſalutaris fuit uſus. ℞. *Florum Sulph. ter ſublim. drach. iß. Cornu cervi prap. drach. iß. Boli*

Pulvis præſervatarius excertiſſ.

ſexus, temperamenti, Viriumque, doſis antipeſtiferorum illorum medicamentorum, modò augeatur, modò minuatur, id quod prudentis ac experti Medici judicio relinquendum.

4. 4. Ne infantibus aut Gravidis, Antidota impensè calida ſiccaque exhibeantur, ſed potiùs temperata, & ad aliquem frigiditatis gradum inclinantia.

5. 5. Ne uni tantùm Alexipharmaco fidamus, aut inhæreamus, ſed modò hujus, modò alterius ſumptione nos præmuniamus.

Suntnè Alexiteria crebrò mutanda in Peſte?

Antidota cur crebrò mutanda in Peſte? Crebrò illa mutanda eſſe ſuadet hæc ratio. 1 quod cum ipſius Veneni in præſentiarum graſſantis ἰδιοσυγκρασίαν exactè ac perfectè cognitam exploratamq; non habeamus, idcircò quale Antidotum certum ac infallibile propriè ei opponere debeamus, ignoremus, mutanda igitur neceſſariò ejuſmodi remedia. 2. Huc accedit Experientiâ multijugâ jam conſtare, Antidotum quamdam unam plus in hâc, quàm aliâ Peſtilentiâ præſtitiſſe, nec omnes ſemper unius tantùm remedii, licet experti, uſurpatione, à quavis Peſte fuiſſe vel præſervatos vel curatos. 3. Deniq; dubitatur adhuc, an tale aliquod generale Alexipharmacum arte præparari poſſit, quod omnibus venenis obluctetur. *Paræus* ſanè id negare videtur, adſerens *cap. 36. lib. 20.* Naturam id non admittere, cum non omnium venenorum ſimilis ſit effectus neque ij ab eâdem causâ manent. Quædam enim ab occulta naturæ proprietate agunt, alia verò ab Elementari qualitate præcellente. Itaq; cuique ſuo, ſuum quoque proprium Antidotum opponi debêre.

Nullumnè ergò verum ac ſpecificum Peſtis Alexipharmacum datur?

Reverâ non datur. Nam propriam alicujus veneni Antidotum inventurus, antè omnia propriam quoq; ac ſpecificam illius veneni naturam debet habere perſpectam. At Peſtiferi Veneni naturam ἰδιοσυγκρατικὴν nemo unquàm rectè ac perfectè cognovit adhuc, nec facilè cogniturus eſt, cum ejus nec eadem ſemper ſit facies, neq; eundem quoq; nocendi aut perimendi modum perpetuò obtineat, quod indè patet. 1. quod illius Symptomata ſæpè ſint diverſiſſima. 2. quod interdum hæc Lues uno tempore magis, quàm altero, & in hæc magis quàm in alia corpora ſæviat. Ad præcautionem autem ſeu amolitionem tàm funeſtæ Luis, non *An detur ſpecificum Alexipharmacũ Peſtis?*

Digitized by Google

non ſufficit ſcire, hunc vel illum humorem in eâ putreſcere & corrumpi, ſed etiam inveſtigandum, quouſque progrediatur, ſeu quis terminus ille corruptionis, & in quid humores mutentur, quod non dicam difficile, ſed ferè impoſſibile eſt homini. Undè ex tali diverſitate corruptelæ humorum, pendet quoque differentia ac varietas præſervationis & curationis febrium peſtilentium, pro cujus diverſitate, diverſa quoque iiſdem adhibenda Antidota. Opinandum itaque, ſpecificum ac generale Peſtis alexipharmacum nec dùm inventum eſſe à quoquam mortalium, ſed illud adhuc in theſauris naturæ abſconditum deliteſcere, ſolique D E O ſapienti & immensè bono, cognitum eſſe ac perſpectum. Cujus ſententiæ quoque eſt *Geſnerus lib. 1. Epiſt. 64.* ita ſcribens: Remedia adversùs Peſtem nos certe nulla habemus, fortè etiam non placet Deo, ut contrà flagellum, peccatis noſtris debitum, ullum certum præſidium habeamus. Et *Crato in lib. de Peſte:* Ego (ait) exiſtimo, Verum Peſtis alexipharmacum ſolius D E I Majeſtati eſſe cognitum, eique ſoli eſſe reſervatum, nobis verò incognitum.

II. EXTERNA ALEXITERIA.

Quomodò per externa Alexiteria corpus à Peſte præſervandum?

Hic præſervationis modus conſiſtit in adhibitione exteriùs vel Cordi vel naribus quorumdam medicamentorum odoratiſſ. Spiritibus robur adflantium, malignamq; qualitatem Aeris propulſantium, qualia ſunt ſequentia.

I. SACCULUS. ℞. *Flor. roſ. ſicc. drach. ij. flor. Lavend. & Anthos an. drach. j. Rad. Ireos & Cyperi an. ſcr. ij. Aſa dulc. drach. j. Cort. Citri exſic. drach. iß. Styrac. calc. drach. ß. Rad. Angel. ſcr. ij. Cinam. Macis. Caryoph an. ſcr. j Camph. ſcr. ß.* Ex inciſis minutim omnibus paretur Sacculus quadratus ex Syndone; Cordi, vel naribus ad odorandum applicandus. 1. *Sacculus odoriſ.*

2. LINIMENTUM pro naribus: ℞. *Ol. Nuc. moſch. per expreß. ſcr. ij. Ol. ſtillat. Succini & Junip. an. G. 4. Extr. Angel. ſcr. j. Styr. liquida ſcr. ß. M* fiat Linim. quo nares inungantur. 2. *Linimenta pro naribus.*

Aliud ſuavius pro Ditioribus: ℞. *Balſami Roſar. incarn. ſcr. ij. Ol. ſtill. Citri & Cinam. an. G 3, Styrac. liqu. ſcr j. Balſami Peruviani ſcrup. ß.*

Zibe.

Zibethi & Moſchi opt. an. G. 2, M. pro Balſamo.

2. *Pomambra.*

3. Pomum Odoratum, ſeu Pomambra: R. *Ladani puriſs. & Styrac. calam an. unc. ß. Benzoin ſcr. ij. Santali citr. & Galliæ moſch. an. drach. ß. Nuc. moſch. Flor. roſ. Rad. Cyperi an. drach. j. Thur. Succini albi an. ſcr. j Styr. liq. drach. iß. Extr. Angel. ſcr. j. Ol. Citr. & Cinam. an. G. 4. Ol. Junip. G. 5. Ol. Succini G. 2, Moſchi G. 4. Gumm. Tragac. diſſol. in aq. Roſ. F.* Maſſa pro Pomo, de qua unc. ß. ligetur in Syndone rubrâ inſtar Globuli rotundi: Vel incluſa pixidulæ foraminoſæ, manibus ſæpè verſetur, naribusq́; quoties lubet, admoveatur.

4. *Acetum.*

4. Acetum. R. *Rad. Angel. Gentian. Imperat. an. unc. i. Cort. Citri ſic. drach. vj. Rutæ, Scordij, Galegæ, Valerianæ an. M. j. Bacc. Junip. & Lauri an. drach. vj. Camph. drach. ß Theriacæ unc. j. Conciſa priùs infund. Aceti Roſ. lib. ij. & ita per dies aliquot in infuſ. relinquantur.* Hoc Aceto ſpongias novas irrigato, & impoſito Globulo ex ligno Junip. tornato, ac plurimis foraminulis pertuſo, naribus ad odorandum admoveatur.

Plura Alexiteria tàm internè uſurpanda, quàm externè adhibenda qui ſcire deſiderat, conſulat ſequentem Librum hujus noſtri Antidotarij.

Amuleta ex Arſenico num aliquid conferant in Peſte?

Tribuenda nè etiam aliqua vis Amuletis ex Arſenico paratis ad arcendum Peſtis contagium?

Quamvis non deſinit multi, qui tamquàm ſingulare aliquod Peſtis Alexicacon, ejuſmodi Amuleta prædicant, mirisq́ue laudibus tantùm non ad cœlum usq́; extollunt, aliisq́;, ut tempore ſævientis Peſtis, ad ea ceu ſacram anchoram confugiant ſuadent atq́ue autores ſunt. Ego tamen illorum geſtationem atq́; uſum, tamquàm noxium, inutilem, ac pernitioſum, imò & ſuperſtitioſum rejiciendum fugiendumq́; eſſe cenſeo, idq́; ob multa graviſſ. Rationum momenta, à nobis *lib. 2. Catoptri noſtri Peſtilentialis, ca. 9.* fusè declarata. Et ſi quid omninò juvare creduntur, id potiùs fortiſſ. Imaginationi geſtantis, ac firmæ de iisdem conceptæ confidentiæ; vel Temperamenti bonitati ac robori ſingulari, quàm talium Periaptorum Virtuti atq́ue operationi adſcribendum, idq́ue eò magis, cum Experientia multoties firmam fidem fecerit, plurimos tempore Contagij ſerpentis, ejuſmodi Amuletorum geſtatione, nihil quidquam adjutos, ſed ſæpè citiùs aliis Peſtilenti labe pollutos: Et econtrà infinitos ferè eo-

rum præſidium ſuſq; deq; habentes, & aliis probatis expertiſque Alexiteriis utentes à contagione malignâ incolumes conſervatos fuiſſe. Qua de cauſa & omni tempore fuerunt inventi præſtantiſſimi quiq; Medici, qui ejuſmodi venenatorum Amuletorum Arſenicalium geſtationem ſummoperè impugnàrunt & damnârũt; quemadmodum vidêre eſt apud *Th. Eraſtum* in diſputat. 22. *Horat. Augen.* lib. 3. de Peſte cap. 27. *Gerard. Columb.* lib 2. de feb. Peſt. c. 17. *Joh. Matthæum* in Tract. de feb. Peſt. Et in Centur. quæſt. Med. *Alexand. Maſſar.* lib 2. de Peſte, *Martinum Molierum* in Tractatu de Febre Peſtil. *Hyppolitum Guarinoninum* part. 2. lib. de Peſte, *Cratonem* in Epiſt. medic. 168. *Herculem Saxoniam* in libro de Plicâ, cap. 12. *Joh. Bokelium* in tract. de Peſte cap. 11. *Henneman. Reyſing* in idea Loimode; *Gregorium Hörſtium* in Decade ultima, quæſt 9. &c.

5. Medium OBSERVATIO. ſex rerum non naturalium:

Ultimam Præſervandi rationem nunc indica?

HÆc in proba & exacta ſex Rerum non naturalium obſervatione conſiſtit.

Quæ autem ſunt illæ ſex res non naturales?

1. Aer. 2. Cibus & Potus. 3. Motus & Quies, 4. Repletio & Inanitio. 5. Somnus & Vigilia. 6. & Animi adfectus.

De Aëre, primò quid dicis?

1. Aer eligendus puriſſ. ac ſicciſſimus, & ſi natura talis non ſit, Arte procurandus. Quamvis autem privatus quiſq; univerſalem Aeris conſtitutionem corrigere nequeat, quilibet tamen in ædibus ſuis faciat, quæ poterit. Et ſi fortè Aer humiditate peccaverit, igne lucido tutiſſimè exſiccabitur: Si verò calidior juſto fuerit, omni ratione is refrigerandus, & ad mediocritatem revocandus, vel aquæ frigidæ fontanæ, vel Roſaceæ, aut ſimilium, Acetiq; adſperſione, vel ventorum Orientalium ac Septentrionalium agitatione. *1. Aer.*

Qualis Cibus atq; Potus eligendus?

2. Alimenta, quæ adſummuntur, ſint boni ſucci, concoctu facilia, non promptè putreſcentia, Contagii malignitati reſiſtentia, craſſum ſanguinem attenuantia, meatuum ductus apertos retinentia, & *2. Cibus & Potus.*

adi

ad cujusq; temperamentum, ætatem conſuetudinemq; accommodata.

Panis.

1. *Panis* igitur ex optimo frumento, nec vetuſtate, ſyderatione, rubigine, corroſione à teredinibus, putredine, marcoreq́ue corrupto inſuperq́ue ab omni lolio diligenter repurgato, paretur.

Carnes.

2. *Carnes* conveniunt non nimis vetulæ, humidæ & pingues, undè improbantur porcinæ ovinæ, anſerinæ ac ſimiles, quæ multum excrementitii humoris gignunt. Leporinæ, Cervinæ, aliæquè ferinæ carnes moderatè ſunt uſurpandæ. *Ex volatilium genere* Turdi, Alaudæ, Galli gallinacei, Gallinæ Indicæ, Perdices &c. maximè laudantur. Carnes etiam aſſæ elixis ſunt præferendæ, cum minus ſcateant humiditate excrementitia.

Piſces.

3. *Piſcium genera*, quia valdè humectant, & facilè corrumpuntur, non frequenter nimis in cibum veniant. Qui tamen mediocriter conditi ſunt, nō penitus ſunt improbandi. Omnia enim quæ Sale condita ſunt corpora exſiccant, & putredini adverſantur. Sic boni ac laudabilis quoq; ſucci judicantur Salmones, Lucii, Percæ, Funduli, Truttæ & Haleces. *Mizaldus* tradit ex *Antonio Ludovico*, Lampretas, tempore Peſtis frequenter comeſtas innata vi contrà tàm diram lùem efficaces haberi.

Lac.

4. *Lac* & omnia ex lacte parata, pinguia item, frixa, oleum atq; oleoſa, ut & dulcia nimis, viſcoſa ac craſſa vitanda, quia partim putredini, partim obſtructionibus variis cauſam præbent.

Butyrum.

Butyrum tamen recens non improbatur, quia illud matutino tempore cum pane & momento Salis, comeſtum, malignitati Aeris magnam facit reſiſtentiam.

Fructus.

5. *Ex Fructibus* conducunt Mala Citria, Arantia, Limones, Granata, Berberis, Ribes, Cydonia, Pyra, Cappares, Nuces juglandes recentes, Olivæ, Ceraſa acida &c. Proſunt etiam Allia, Cæpe, Sinapi, Raphanus marinus, quæ non alimenti, ſed condimenti loco utiliter uſurpantur.

Olera ac Herbæ.

6. Inter *Olera & Herbas* ex uſu ſunt Lactuca, Intybum, Cichoreum, Portulaca, Endivia, Aſparagi, Acetoſa, Petroſelinum, Borrago, Bugloſſa &c. cum Succo Limon. vel Citrior. vel Aceto, Sale, & Oleo olivarum rec. præparata. In Genere tamen confert cibus ſimplicior, conſuetus, ſuavior, etſi deterior paulò, niſi conſuetudo nimis mala ſit, quæ ſenſim mutanda.

Potus.

Pro *Potu* quotidiano eligatur Cereviſia probè excocta; lautioris qui ſunt fortunæ, utantur Vino Rhenano, Franco, Neccarino, Alſatico, &c. quibus ſemper aliquid de ſucco Citri vel Limonum permiſceant. Summoperè quoq; proſunt Vina Abſinth. Enulatum, Car-

Digitized by Google

duibened. Meliſ. Zedoar. Roſmar. Salviat. & Junipetinum moderatè pota. Dulcia verò exotica, ut ſunt Cretica, Hiſpanica, Italica, Gallica, Ungarica, non niſi rariſſimè in uſum veniant, parciſſimèque ſaltem guſtentur.

Spiritus Vini. Spiritus Vini, vel aqua Vitæ tempore peſtilentis conſtitutionis prorſus noxia habetur, præſtaretque publico Magiſtratus interdicto, illius uſum penitùs prohiberi, cum Epar ac ſanguinem incendat, humores exurat, & omnis generis perículoſas viſcerum oppilationes, undè febres, melancholia, Hydrops, Icterus &c. pullulant, inferat.

Quomodò motus ſeu exercitium corporis debet eſſe comparatum?

3. Motus. 3. Motus moderatus quemadmodum Sanitati adprimè confert, teſte *Avicennâ 3. primi, Doctr. 11. cap. 1.* ita ex adverſo, limites mediocritatis excedens, magnum adfert corpori nocumentum. Ex immoderato enim exercitio præſertim in Aere & loco impuro inſtituto. 1. aperiuntur ſpiracula corporis, undè poſteà veneno peſtifero, facilior ad interiora, via ſeu ingreſſus ſternitur. 2. per motum vehementiorem quoque Reſpiratio intenditur magis ſeu incitatur, cujus ratione Aer impurior avidiùs attrahitur, celeriusque ad Cor rapitur, 3. adhæc nimio motu humores omnes ac Spiritus agitantur valdè, ob quod poſteà citiùs quoque putridâ hâc labe inficiuntur. Motus itaque ſeu exercitium corporis. 1. in ejuſmodi loco inſtituantur, qui ſit puriſſ. proculq; diſtet ab omni graveolentiâ, nec pravâ aliquâ qualitate ſit adfectus aut contaminatus. 2. non ſtatim à prandio vel cœnâ, ſed antè paſtum ſuſcipiatur, ſic enim meliûs valetudini conſulitur. Undè *Gal. lib. de ſuc. bonit. cap. 2.* ſcribit, ſe exercitio antè cibum inſtituto, proſperam valetudinem in plurimos annos & ſibi & aliis conſervaſſe. Idem tempus quoque adprobat *Oribaſius* lib. 6. Coll. cap. 12. Et *lib. 1. ſynop.* cap. 2. Item, *Æginєta* lib 1. cap. 16. *Aetius* libro 1. Serm. 1. cap. 2. & *Celſus* lib. 1. cap. 2. 3. tamdem eò uſque producatur, donec totius corporis moderata calefactio, citrà omnem fatigationem, ac ſudoris, paulò tamen pòſt detergendi. profuſio aliqua ſequatur. Hoc enim pacto, meatus Cutis æqualiter aperiuntur, ſuperflua humiditas excernitur, partes omnes robuſtiores fiũt, totumq; corpus ritè exſiccatur.

Qualis debet eſſe Somnus & Vigilia?

Sint hæc pro cujuſque naturâ me- *4. Somnus & Vigilia*

Digitized by Google

medioeria, juſtoq; tempore capta. Somnus enim immoderatus corpus variis excrementis onerat, Caput adgravat, Catharros generat, excrementorum proventum auget, Senſusque omnes, ut & reliquas partes corporis ad conſueta munia obeunda, planè torpidas reddit. Plus igitur hîc vigilandum, quàm dormiendum, quia Vigiliæ multas ſuperfluitates abſumunt, & Vapores diſcutiunt. Inprimis verò fugiendus Somnus meridianus, ſeu mox à cibo factus, quia is concoctionem impedit, multosq; ex deſtillatione morbos infert, Caputque replet. Si tamen nox præterita inquieta fuerit, aut ætas vel conſuetudo id requirat, paululùm in ſellâ, horis 2, antè aut poſt cibum dormire licet.

Quænam in Repletione obſervanda?

5. Repletio & Inanitio. 5. Repletio corporis ſi adſit, tunc illa vel venæ ſectione, vel purgatione aufferenda. Venæ ſectionem quod attinet, ea tunc locum habet, quandò corpus nimia ſanguinis abundantia premitur, vel ſi ob aliquod forſam impedimentum, Sanguinem mittere minus liceat, in eo caſu Cucurbitulæ cum ſcarificatione, phlebotomiæ vicem ſuppleant. Purgatio verò inſtituenda in Cacochymia, quandò ſcilicet corpus variis excrementitiis ſuccis & ichoribus ſcatet atque refertum eſt. Hoc tamen obſervandum circa purgantium electionem, ne nimis validis dejectoriis pharmacis corpus turbemus ac moveamus, utpotè quibus internorum viſcerum virtus, teſte *Gal. comm. 2. de vict. acut. text. 12.* ita enervatur ac diſſolvitur, ut poſteà quaslibet ſuperfluitates liberiùs admittat; ſed potiùs blandis, mitibus, benignis ac naturæ familiaribus vacuationem moliamur, quæ autem illa ſint aut eſſe debeant, ſuprà indicatum fuit.

Animi tandem adfectus quomodò regendi?

6. Animi pathemata quod attinet, abſtinendum ab omnibus gravioribus curis & ſollicitudinibus, & cogitationes intentæ, præſertim de ipſa Peſte, abigendæ, ne maligni Aeris impreſſionem fortè inferant. Moeror ac mœſtitia, cum Cor, ejusque calorem inſitum ac Spiritum opprimant, idcircò longè abigenda & removenda, ac potiùs jucundis rebus, ut ſunt, ſuavibus cum amicis confabulationibus, Muſicisq; inſtrumentis opera danda; item Scripturæ ſacræ & Hiſtoriarum amænis lectionibus; animus reficiendus & oblectandus. Ira etiam coercenda, nec freni illi *6. Animi affectus.*

nimio-

nimioperè laxandi, ſiquidem ea humores ac ſpiritus excalefaciens, agitans & conturbans, ad ſeminarium Peſtis eò citiùs ſuſcipiendum illos præparat ac diſponit. Econtrà verò moderatè gaudendum, quia lætitia, mediocritatis limites non excedens, Spiritus omnes vegetat, atq; excitat, calorem nativum inſtaurat ac fuliginoſos Cordis vapores diſſipat. Undè *Thaletem Cretenſem* excitata lætitia per ſuavem Muſicæ Harmoniam, à corporibus Peſtem fugare ſolitum fuiſſe, *Pauſanias & Plutarchus* nec non *Leonhardus Vairus lib. 2. de Faſcino cap. 11.* memoriæ prodidêrunt.

PARS III.

Continens θεραπείαν *ſeu Curationem Peſtis.*

DISTINCTIO I.

Eſtnè Peſtiferâ Lue infectis Vena ſecanda?

An Vena ſecanda Peſte infectis Ratio 1. negativa.

MInimè, idque ob ſequentes Rationes graviſſimas. 1. Quia Venenum Peſtilens, non niſi remediis Bezoardicis oppugnandum, & è corpore ejiciendum, inter quæ phlebotomia pla-
2. nè nullum locum habet. 2. quia nec aliorum Venenorum curatio indicat aut poſtulat Venæ ſectionem.
3. 3. quia difficile, imò impoſſibile, Venenum peſtilens, tanquàm Aſtrale ac ſpirituale, circa Cor hærens, per ſectam Venam è corporis centro, ad περιφέρειαν evocare, & i-
4. ta quaſi foràs trahere. 4. quia ejuſmodi ſanguinis profuſione, quantumvis parca, ſimul vitales Spiritus egrediuntur, ſicq; Vires ſummoperè debilitantur, ut morbo tàm atroci ſuſtinendo, impoſterum pares eſſe nequeant. 5. quia ſæpè ejuſ-
modi venæ inciſione, ſpontanei ac 5.
ſalutares motus naturæ, venenum iſtud vel per ſudorem, vel vomitum, vel alias vias excutere conantis præpediuntur ac diſturbantur.
6. quia cum commotione & agita- 6.
tione Sanguinis, aliorumq; humorum per Venæ ſectionem facta, ſimul quoq; Venenum peſtilens, anteà quietè quaſi in corpore deliteſcens, agitatur, citiùsq; ad Cor rapitur.

Digitized by Google

tur, Spiritibusq; vitalibus permiſ-
7. cetur. 7. Quia in locum vacuati
Sanguinis protinus venenũ ipſum
8. attrahitur in Venas vacuas. 8. quia
Puſtulæ, Bubones & Carbunculi
Peſtilentiales per palindromen
Venâ ſectâ ad interiora revocan-
9. tur. 9. quia experientia quamplu-
ries teſtatum fecit, plerosq; omnes,
quibus ſecta fuerit Vena, morti
mancipatos fuiſſe, cui quidem qui
fidem habêre renuit, is cum ratio-
ne inſanit. Undè *Guinth. Ander-
nacus lib. de Peſte* ſcribit, Venæ ſe-
ctionem ſuo tempore Pariſiis,
dum Peſtis graſſaretur, magnum
damnum dediſſe, exſtinctis iis o-
mnibus qui eam adhibuêre. Et *Pa-
raeus cap. 24. lib. de Peſte*, teſtatur,
ſe Anno Chriſti 1565. ſedulò ob-
ſervaſſe, omnes Peſte correptos,
quibus ſanguis detractus fuerat,
deteriùs indè habuiſſe, tamdemq;
interiiſſe. Et *Fallopius* adnotavit, o-
mnes, quibus Anno Chriſti 1524.
& 1530. Venæ ſectionem admiſe-
runt, mortem oppetiiſſe. Ita *Guliel:
Fabrit: lib. 4. Obſerv. 23*, tradit, in
Peſte Lauſanenſi, omnes ferè qui-
bus ſecta fuerit Vena interiiſſe.
Quod idem quoque confirmant
Petrus Salius cap. 21. de feb. Peſtil.
Roder: Fonſeca de Sanit: tuenda cap.
2. *Palmar*: lib. de Peſte cap 23. *Fore-
ſtus*, lib. 6. Obſ. 9, *Saluſtius Salvia-
nus* lib. 1. var: Lect: *Andreas Caeſ oc-
cus*, in quæſt: de febr: malign: cap.
3. *Cardanus* lib. 2. contrad. medic:
tract. 4.

Convenitnè Purgatio in Peſte?

Purgatio-num conveniat in Peſte.

Quemadmodum Venæ ſectio,
ita & Purgatio inutiliter planè in
Morbi hujus principio aut ejus ſta-
tu inſtituitur, & proin cùm plus
noxæ ac detrimenti, quàm emolu-
menti aut juvamenti indè exſpe-
ctandum ſit, idcircò illa meritò
improbanda videtur.

Cur autem plus damni indè exſpectandum?

Rationes negantes

1. Quia cauſa peccans peſtife-
ra, in malignâ qualitate conſiſtit,
Cordi & calori inſito, totâ ſubſtan-
tia infenſa, quæ propriè non pur-
gantibus, ſed potiùs Alexiphar-
macis averruncanda, domanda at-
que evincenda. 2. quia Purgantia 2.
ob caliditatem ſuam, quâ prædita
ſunt, magis augent, intendunt at-
que exaſperant febrile incendium,
Peſti conjunctum. 3. quia purgan- 3.
tia peſtilentem perniciem Cordi
ac Spiritibus inſertam, illincque in
corporis ambitum, naturæ impe-
tu contendentem, exagitant, con-
fundunt, & ad præcordia, maximo
naturæ damno revocant ac revel-
lunt. 4. quia ſumma virium imbe- 4.
cillitas in hoc morbo neutiquàm

evacuationem per electivè purgantia inſtitutam perfert ac ſuſtinet. 5. quia Peſte correptis, ut plu-
86. rimum ſpontanea diarrhœa aut dyſentericus alvi fluxus ſupervenit, qui purgantium exhibitione magis incrudeſceret, omnesq; Vi-
66. res repentè exſolveret. 6. quia plurima cathartica, non modò Veneni non obluctantur, ſed etiam venenata ac malefica vi prædita ſunt, quâ corporis vim ac robur partium
77 diſſolvunt. 7. quia Experientia ſæpè comprobavit, infeliciter admodùm ceſſiſſe uſum pharmacorum purgantium in Peſte, ut teſtantur *Joh. Sarracenus* lib. de Peſte. *Ambroſ. Paræus* cap. 24. de Peſte. *Foreſt.* lib. 6. de febrib. Obſ. 9. & *Palmar.*
88. cap. 23. 8. quia multi excellentiſſ. Medici, ejuſmodi Purgationes ceu ſummè noxias ac pernitioſas damnant ac rejiciunt, ut ſunt *Petrus Salius* loco cit. cap. 22. *Valleriola* cap. 2. in adpend. Loc. com. *Maſſaria* lib. 2. de Peſte. *Gregorius Horſtius* decade 10. Problem. 1 *Cardan.* lib. 2. contrad. tract. 5. contrad. 3. *Palmar.* cap. 23. *Johan. Bokelius* 2. parte ſui Regiminis Peſtilen. cap. 9. *Andreas Lagnerus* Parte 2. ſui Promptuar. *Aloyſius Mundella,* Epiſt. medic. 16. *Mart. Panſa* 4. parte Pract. cap. 54. *Petrus de Stilla* in manuali Chirurg. cap. Tract. Part. 2. *Johannes Vallarius* libro 2. cap. 10. *Martinus Mollerus* in tractatu ſuo, diſtinct. 3 *Petrus Foreſtus*, lib. 6. obſervat. ſuar. & alii plures.

DISTINCTIO II.

Qua Methodo Peſtis curanda?

Cum in Peſte ſeu peſtilentibus Febribus peculiari occultoq; Veneno Cor graviter oppugnetur, nullaque Peſtis unquàm ſine malignitate aut detur aut reperiatur, idcircò omni ingenio, omnibusq; viribus enitendum, ut venenata iſtâ qualitas quantocyùs, nullâ vel minimâ interpoſitâ morâ aut cunctatione, è corpore ejiciatur atque expellatur, id quod nulla re convenientiùs, quàm Sudoris profuſione, per ſpecifica quædam Alexipharmaca excitata, exſequi ac perficere licet.

Clarius hæc explica?

Primò igitur omnium, ſi quis Peſte ſe correptum ſentiat, (id quod ex ſupra traditis Signis proclive admodùm erit cognoſcere) tunc poſt fuſas priùs ad Deum Opt. Max. devotas ac relligioſas preces, quandò Alvus ei ſit adſtricta aut obſtructa, protinus Suppoſitorio aliquo illam ſolliciter, vel hoc aut ſimile aliquod Enema ad ventris *Methodus curativa Peſtis.* *Enema emolliens.*

ventris laxationem, ſibi injici curet. R. *Rad. Alth. & Lil. an. unc. j, Rad. Angel. unc. ß. Flor. Chamom. & Melil Herb. Scabioſ. ac Parietar. an. Mi. Veron. Flor. Centaur. min. & Perſic. an. Pi. Sem. lini & fænugr. an. unc. ß. Sem. Melon. Cucum. an. drac. ij. Prun. Damaſc. No. v. Inciſa prius coq. omnia in aq. com. pro unc. xij. In colat. diſſol. Triphera Perſ. unc. j. El. lenit. drach. iij. Ol. Viol. drach. vj. Lap. Prunel. ſcr. iß. Miſce fiat Clyſter.* Alvo ſubductâ, nec febrili incendio nimiopere flagrante, è veſtigio ad ſudoris elicium, *Elixiris Peſtil. Crollij*, (cujus deſcriptionem ſeq. Libro dabimus) drach. j. vel ſcr. ij. pro ætatis ratione, cum unc. ß. Acet. Roſac. ægrotanti dentur. Quàm admirandas enim operationes, medicamentum iſtud perficiat, in edomandâ exſtinguendâq; hujus veneni malignitate, præſertim ſi mox ab initio, quo æger ſe infectum eſſe ſuſpicetur, propinetur, nos ſemel atque iterum obſervavimus. Vel ſi Elixir iſtud ad manum non ſit, ejus loco, ad ciendum ſudorem, offerantur Gr. 12. 15. vel pluta *Florum alborum fixorum Antimonij*: Vel G. 5. 7. &c. *Bezoardici Mineralis* Quercetani, cum Conſervâ Roſ. Borrag. vel Acetoſæ. Egregiè etiam Sudorem non ſolùm prolicit, ſed & efficaciſſimè omnem Veneni Peſtiferi pernitioſam qua-

Elixir peſtilens Crollij.

Flores Antimonij diaphor.

Bezoardicum Minerale

litatem obtundit & profligat, putredinique internæ reſiſtit, ſequens Acetum Bezoardicum, cujus unc. iß. vel unc. ij, exhibentur: R. *Aceti Vini opt lib. iß. Huic infunde Rad. Torment. Angel. Zedoar. Gentian. Scorzoner. & Valer. an. unc. ß. Fol. ſicc. Scordij & Rutæ an. Mi. Meliß. Fl. Roſ. an. Pi. Cort. Citri ſicc. drach. vj. Bacc. Junip. unc. i. Cinam. drach. ij Croci ſcr. j. Camph drach. j. Stent ita Vitro clauſo, quotidiè id agitando, tamdem expreſſâ materiâ infuſâ, Acetum per chartam optimè filtretur. uſuiq; prædicto reſervetur.* Expertiſſimus etiam eſt in Peſte ſequens *Spiritus Theriacalis*, drach. iß. vel drach. ii, doſi cum hauſtulo Aq. Carduib. vel Acetoſæ propinatus, peſtiferè febricitantibus, ad miraculum enim ſudorem pellit, ac ſeminarium Venenatum, in totum disjicit ac diſſipat. R. *Ther. vet. unc. v. Myrrha rub. unc. iß. Croci unc. ß. Spir. Vini unc. x. Indita omnia Cucurbitæ Vitreæ, lento B. calore deſtill.* Si quis verò magis delectetur Aquâ aliquâ Theriacali compoſitâ, ex iis, quæ 2. lib. Sect. 5. hujus Antidotarij tradentur, unc. i, Vel unc. iß, Vel per ſe, vel cum aliquo convenienti liquore, cum fructu capere poteſt. *Pauperes*, Theriacæ aut Mithrid. vel Electuar. de Ovo drach. ß, ſcr. ii, Vel drach. i, cum Salis Abſinth, aut Carduib. deglutire, aut in

Acetum Bezoardicum

Spiritus Theriacalis

Digitized by Google

Duo alia remedia aq:Rutæ; Carduib: Acetoſ: diſſol: ebibere poſſunt A nonnullis quoque ſuprà modum ſequentia 2. Remedia, mihi olim à docto quodam Medico communicata, in Peſte commendantur, ita ut ſi mox ab initio ſumantur, infectorum nemo moriatur. 1. R. *Aquæ Vitæ vel Theriacalis unc i, aut drach. vj, Croci ad quantitatem Ciceris, Camphoræ drach. ß, Miſce.* Infecto adulto propinetur totum; Juniori verò dimidium, ſuperbibi poteſt parum Aq: Carduib. Sequitur indè ſudor, quo abſterſo, ſequentibus Aquis ad ſatietatem reficiendus æger. R. *Aquæ Carduib: Buglos: Endiv. Acetoſ: an. unc. v, Spir: Vitrioli drach. ß, Magiſterij Coral: & Perl an. drach. i, Syr: Acetoſ: Citri unc. iiij,* Miſce. 2. Alterum. R. *Theriacæ Androm: vet: ſcr. ij, vel drach. i, Florum Sulph: ſcr. i, Camph: Gr. xv, Miſce.* Detur totum infecto, exſpectando indè ſudorem.

DISTINCTIO III.

Cautiones obſervandæ. *Quæ verò in Sudore aut circa medicamenta Sudorifera obſervanda?*

1. OBſervandum 1. Sudorifera eadem non omnibus naturis conferre, ſed aliis alia. Tempore enim æſtivo, & in cholericis, atque iis, qui nimis malignè febricitant, exceſſivè calida diaphoretica plus obſunt quàm proſunt, cum Sanguis & Spiritus indè magis accendantur, æſtusque febrilis reddatur magis intenſus. Pro cujuſq; itaque temperamento, vel anni tempore varianda ſunt ejuſmodi ſudorifera medicamenta.

2. Ne ſudor pro unâ vice, ultra 2. vel 3. horas protrahatur, ob metum Virium collabentium. 2.

3. Ne patiens arbitretur, ſi ſemel tantûm vel bis ſudaverit, ſe jam omne evaſiſſe periculum, inq; portu navigare, totâq; Veneni malignitate jam à Corde repulſâ, nunc peſſum iviſſe; ſed neceſſe eſſe, ut primis diebus morbi, ad minimum bis vel ter in die ad ſudandum ſe componat, niſi vitæ naufragium incurrere velit. 3.

4. Ne ſi forſan ab initio (ut interdum fieri ſolet) Antidota per Vomitum rejiciat, illicò deſperet, ſed ſecunda & tertia, ſi opus fuerit, vice, eorumdem ſumptionem repetat. 4.

5. Ne æger ab abſumpto Sudorifero ſtatim ſomno indulgeat, ſed hunc ſi fortè obrepat, ceu ſummè noxium ac pernitioſum, omni ingenio à ſe excutiat; verendum enim ne ſomni dulcedine delinitus, in lethalem ſoporem incidat. 5.

6. Ne ſudore jam erumpente, 6.

tere-

retecto lecto, corpus nudum Aeri frigido, à quo periculum regreſſus veneni ad interiora, objiciat, ſed linteis ſiccis, ſudorem manantem undique benè abſtergat.

7. Ne, ſi ab epoto Antidoto, ſtatim corpus ſudore madeſcere non viderit, animum deſpondeat, ſed illum, fortioris alicujus diaphoretici uſurpatione, aut aliorum externorum auxiliorum adminiſtratione promovêre ſtudeat.

A ſudore reficiendus æger.

Quid à peracto Sudore agendum?

Quoties æger Sudori ſtrenuam dederit operam, tunc Vires à ſudore nonnihil collapſæ ac debilitatæ, celeriter iterum ſunt reſtaurandæ, quo pares eſſe queant, morbo tam gravi ac perículoſo perferendo, quia, ut modò dictum, Veneni Peſtiferi pernitioſa qualitas, unius tantùm ſudoris prolectatione minimè profligatur. Convenit igitur, ut ægro ſemel atque iterum, hoc Julapium reſtaurans, ſuave admodùm & guſtui valdè gratum propinetur: R. *Aq: Cardusb. Scabioſ: Acetoſ: Borrag: ana unc. iiij, In quibus ebulliant unicâ vel alterâ ebullit: Conſerv: Roſ: Conſ: flor. Tunica, Acetoſa & Scordii ana drach. vi, Decoctum ſenſim refrigeſcat, poſtea coletur & clarificetur. Cui adde Aq: Capon: deſtill. unc. v, Aq: Roſ: fragrantiſ: unc. iß, Aq: Cinam: drach. vi, Extr. Gran: Junip. drach. iij, Extr: Santali ſcrup. ii, Extr: Croci ſcrup. i, Syr: acetoſ: Citri, Syr. de flor: Tunic: & Syr: Granat: an: unc. ij, Syr: de Borrag: unc. i, Magiſterii Perlar: & Corall: ana ſcr. ij, Spiritus Vitrioli q. ſ. ad ſuavem aciditatem. Mixta denuò colentur per chartam donec fiat Julapium limpidiß. quod ſervandum uſui.*

Julapium reſtaurans ſuave

Vel loco Julapii, patiens curet ſibi præparari hanc Aquam Cardiacam, excellentem admodùm ac miræ Virtutis in reficiendis Viribus: R. *Aqua Flor. Citri, Aq: Roſ: Borrag: Buglоſ: Carduibened. & Acetoſ. an: unc. iii, Aceti Roſ: percolati unc. ii, Vini Granat. aut Cydon unc. vi, Syr. Acetoſ: Citri unc. ii, Julapii Roſac. unc. iß, Spiritus Meliſſæ & Carduibened: an. unc. ß, Confect: Alcherm: drach: i, Extr. Croci Gr. xv, Salis Perlarum ſcr ii, Miſce.* Doſis cochlearia 3. pro vice. Habet etiam inſignem facultatem inſtaurandi vires proſtratas, ſequens Conditum, de quo per intervalla, ad nucis juglandis magnitudinem æger capiat, ſubindè hauſtulum Aq: Carduibened: ſuperbibendo: R. *Conſ. Roſ: unc. i, Acetoſ. & Borrag: an drach. vi, Cort: Citri condit. unc. i, Ribium condit: unc. ß, Confect. Alcherm. drach. i,*

Aqua Cardiaca excellens

Conditum reſtaurans vires efficax valdè:

Pulv. Cord. officin. drach. j. Magiſter. Perl. & Corall. an drach. ß, Magiſterÿ Cornu Cerv. ſcr. ÿ. Spet. Diamarg. frig. & Diamoſchi dulc. an. ſcr. j. Lap. Bezoar. Ver. G. xv, Ambræ ſcr. ß, Syr. de Acetoſ. Citri, & Spir. Vitrioli q. ſ. Miſce, Fiat Conditum. Elegans quoque & ratum hoc eſt, quo locupletiores, ad virium reſtaurationem, toto morbi decurſu, frequenter uti poſſunt. R. *Tragacanthi albiß. ſcr. iiÿ, Infunde in unc. xÿ, Aq. Roſ. fragrantiß. Coq. leniter ſuper prunas, quousq; inſpiſſetur, inſtar Gelatinæ: In fine decoctionis adde Cõfect. Alcherm. ſcr. iiÿ. Magiſterÿ Perlar. & Coralliorum. an. drach. j. Ol. Cinam. G. 7. Ol: ſtill. Cort. Citr. G. 4. Ambræ gryſ. Gr. 6. Moſchi G. 2. Spir. Roſar. odoratiß. drach. j. Miſce, coagulentur invicem inſtar Gelatinæ.* Detur in Vitro pellucido. De hâc Gelatinâ pauxillum ægrotanti præbeatur repetitis vicibus. Huc etiam refertur *Oleum ſeu Q. E. Perlarum*, à nobis in lib. 3. ca. 11. Catoptri noſtri Peſtil. deſcripta; Item Aurum potabile, quod ad miraculum Vires inſtaurandi, facultate pollet.

Gelatina reſtaurat. excellens.

Q. Eſſentia Perlar.

Aurum potabile.

Nihilnè ampliùs hic moliendum?

Externa corroborantia.

Imò præter jam dicta, externis quoq; auxiliis Cordi ſubveniendum, eiq; robur adflandum, ac Spiritus, ſudore nonnihil languidiores facti, poſtliminiò revocandi aut inſtaurandi. In quem finem, primò maximè, erit ex uſu, ægrotanti medullam Panis Triticei rec. Vino Malvat. intinctam, vel aqua aut Spiritu Roſar. imbutam, naribus ad odorandum objicere, vel loco ejus hunc Nodulum; R. *Cort. Citr. ſicc. drach. iß, Cinam. Caryoph. an. drach. j flor. roſ. ſcr. ÿ, Macis, Zedoar. an. drach. ß, Majoran. ſic. Styr. cal. an ſcr. i, Camph. G. 4. Contuſa minutim ligentur in nodulo ex Syndone, qui vel vino generoſo, vel aceto roſ. aut aq. roſ. & Cinam. imbutus, ſubinde naribus adplicetur.* Deindè ſequens Sacculus, Vino generoſo priùs humectatus, pòſt expreſſus, tepideq; Cordis regioni admotus, illius calorem naturalem admodũ refocillat. R. *Herb. Meliſ. Flor. roſ. Borrag. & Tunic. an. drach. ÿ. Ocymi, Major. an drach. iß. Flor. Anth. Cinam. Macis an drach. i, Rad. Angel. ſcr. ÿ. Cort. Citri ſcrup. ÿ, Sant. citr. drach. ß. Croci ſcr. j, Camph. ſcrup. ß, Specier. Diambræ & Diamoſchi an. ſcr. 1, Inciſa minutim omnia includantur Sacculo raro:* Nobile quoque Epithema hoc. R. *Aq. Roſ. Meliſ. Borrag. an. unc. iÿ, Vini generoſi, ſeu Malvat. Succi Limon. an. unc. ÿ, Aceti Roſ. unc. iß, Extr. Croci diſſoluti ſcr. i. Campb. ſcr. i, Lap. Prunel. drach ß, Miſc.* Huic aquæ infunde ſeq. nodulum. R. *Cort. Citri drach. iß.*

Nodulus

Sacculus Cordial.

Epithema Cordiale.

iſſ, Ocymi & Majoran ſicc an. drach. iſſ, Flor. Anthos; Meliſ: Lavend. an drach. j, Cinam. Caryoph. Macis an. ſcr. ij, Rad: Angel. Comar: Rutæ an. drach ß. Spicæ Indicæ ſcr. ß, Ex his tuſis vel inciſis fiat nodulus, qui per h. 8. vel 10. maceratus in ſupradictis aquis, exprimatur fortiter. Hoc liquore linteum molle duplicatum imbuatur, & leviter expreſſum, Cordi ſemel atq; iterum tepidè admoveatur. Vel Cordis regio, itemq; nares & pulſus arteriarum, inunguntur tali Balſamo ſeu Linimento.

Balſamũ ſeu Linimentum.

R. *Extr: Gran. Junip. drach. i; Extr. Rutæ & Angel. an. drach ß, Confect: Alch. ſcr. i; Ol: Nuc: moſch. per expreß. ſcr. i; Ol: ſtill. Citr. ſcr. ß. Ol. ſtill: Ocymi G. 5. Ol. Cinam. G. 3. Moſchi & Ambræ an. Gr. 2. Miſce pro Linimento molli.*

DISTINCTIO IV.

Quomodo æger cibandus?

Quomodo æger cibandus.

CUm vires in hoc morbo ſemper langueant, ac proſtratæ jaceant, idcircò ad eas iterum erigendas non tantùm ſufficit medicamentorum quorumdam cum foris, tùm intùs adhibitorum uſus; verùm etiam bona victus ratio inſuper ad hoc requiritur. Pro conſervatione itaque & augmento virium indicantur hîc τὰ πολύτροφα, καὶ ταχύτροφα, ſimul verò εὔχυμα καὶ εὔπεπτα. Spiritus plenè, facilè, citò, ſine multis excrementis reſtituentia, qualia ſunt ex pullorum gallinarum, caponum, perdicum, avicularum montanarum, Attagenarum, & ſimilium carnibus, juſcula; vel potiùs ſucci ex hiſcè carnibus contuſis & eliquatis expreſſi vel deſtillati; ex iiſque paratæ Gelatinæ. Inter cætera autem Reſtaurativa, primas meritò ſibi vendicare videtur hoc ſequẽs.

Reſtaurativum egregium.

R. *Caponem benè nutritum, & viſceribus, pinguidine, pedibus, collo, & extremis alis ſpoliatum, Item Carnis Perdicum unc. iiij, Carnis Vitulinæ lib. j. Scinde in minutas partes, & Cucurbita Vitrea impone cum expreſſis ſuccis Limon: Borrag. Meliſ. Scabioſ. & Calend. an. unc. iij, addendo ſimul Cinam. & Macis an. drach. iß, Flor. Tunicar. & Borrag. an drach. j. Clauſo Vitro, in B. M. per 6. vel 8. dies retine. Poſteà cola & per linteum exprime; addendo Gelatinæ Cydon. tranſpar. Gelatinæ Citr. an. unc. ij, Gelatinæ Pomor. redol. unc. i, Syr. Viol. unc. iß. Syr. Acetoſ. Citri unc. i, Aq. Cinam unc. iß, Spir. Roſar ſcr. iij Miſce.* De quo patienti, 1. 2. 3. &c. cochlearia pro ratione ætatis, ſubindè exhibe ſingulis vicibus admiſcendo Magiſterii Perlar. Gr. 4. 6. vel 8. Porrò ſæpiuſculè in die ci-

bus

bus ægro præbendus, quia vi veneni Spirituum copia valdè atteritur, parcè tamen, ut nimirum vires illius inſtaurentur ac conſerventur, non verò nimiâ alimētorum multitudine obruantur. Itaq; cibis ſemper aliquid Bezoardici permiſcendum, ut ſunt Succi Citr: Limon: Granat: Arant: Acetum roſac: vel flor: Tunic: Baccæ Junip: Corall: præp: Bolus Armen: Cornu Cervi uſtum, Pimpinel: Sem. Citri & id genus alia. A Paſtu quoque ſubindè ægrotus nonnihil Carnium Cydon condit. vel Ceraſ: acid: cond: aut Ribium condit: guſtet, quia hæc non ſolùm adpetentiam acuunt, ſitim, caloremque præternaturalem exſtinguunt, ſed & internæ putredini valdè reſiſtunt, ac malignam qualitatem opprimunt. *Potum* quod attinet, primis diebus, ob Febris malignæ præſentiam, à Vino abſtineant infecti, ſolaq; Cereviſia ſint contenti, vel ejus loco bibant Aquam Hordei, cui Ceraſa acida, vel Tamarindi, aut Acetoſa, Berberis &c. cum Cort: Citri, ac Paſſulis incocta fuerint, addendo in fine ſuavioris guſtus gratia aliquid Julepi Roſ. vel Succi Granat: aut Syr. Acetoſ: Citri. Egregiarum quoque Vitium eſt hic potus frequenter hauſtus: ℞. *Cornu Cervi uſti unc. ii, Coq. in Aq. Acetoſæ & Carduib. an. lib. ii, Decoctum coletur. Cui adde Succi Limon depur. unc. iii, Spir. Vitrioli drach. ß. Miſce.* Doſis, cyathus unus. Si verò Sitis ægrum nimis urgeat, de hoc Julepo refrigerante & humectante, hauſtulum per intervalla ſumat. ℞. *Aquæ fontanæ claræ lib. iiii, Syr. Viol. unc. iß, Syr. Acetoſ. Citri unc. ii, Spir. Vitrioli drach. i, Tranſvaſando hinc inde, F. Julapium.* Suave eſt, & naturalem Muſti, ſeu Vini recentis, calorem & ſaporem æmulatur. Inſtante verò imbecillitate majori, vel etiam adparentibus Concoctionis ſignis, tunc Vinum odoratum, contemperatum tamen vel Succo Citriorum, vel Aqua Borrag. aut Acetoſæ exhibendum.

DISTINCTIO V.

Bubones in Peſte erumpentes quomodo curandi?

Bubonum curatio.

PRimò erumpentibus vel circa inguina, vel aliis in locis Bubonibus, eorum curatio auſpicanda à mollientibus & relaxantibus. In quem finem competunt vel *fotus* ex decoct. alth. lil. Chamom. Meliloti ſcabioſ. Sem. lini & fœnugr. &c. Horum enim perenni evaporatione, Spiritus Venenatus liberiùs effluit. Item Linimenta ex pinguedine gallinæ, anatis, anſeris, mucil. Sem. lini, alth. malvæ, fœnugr. &

Ol.lil.Viol. amygd. dulc. adhibita. Cute ſic ſatis emollitâ ac dilatatâ ad majorem Veneni attractionem imponendum poſteà *Cataplaſma* ex Cepis ac Theriacâ invicem tuſis mixtiſque; vel ex fermento, fol. Rutæ ac Scord.virid. nec non ficubus ex Sale unà contuſis confectum. *Gulielmus Fabritius Centur.1.Epiſt.medic 96.* valdè prædicat ſequens Emplaſtrum,quo ſe uſum in attrahendo Veneno Peſtifero ſcribit: R. *Pulveris Bufonis exſiccati unc. j. Fermenti acris unc. iij.Theriacæ unc. j. Fol.Rutæ virid. M. i. Omnia in mortario cum ſ. q. Mellis commiſceantur, & Buboni peſtilenti, bis aut ter in die adplicentur.* Attracto ſufficienter veneno ad corporis ſuperficiem, hoc ſuppurans Empl. Buboni imponatur: R. *Empl. Diachyli & de Melil. an. drach. iij. Dialth. drach. iß. Farin Tritici unc.ß. Mellis drach.ij. Ol.Scorp.drach.iß. M. fiat Emplaſtrum.* Vel; R. *Caricar. pingu. No. 6. Rad. Alth. & lil.an.unc. ß. Farin. Sem. Lini & fœnugr an drach. iij; Pulv. flor. Chamom. & Melil. an drach.j. Ammon. in Aceto diſſol.unc. ß. Ol. Lil.alb. & Scorp. an.unc.ß.Pingued.Gallin. drach. iij. Butyri Majal. non ſaliti q.ſ. Miſce pro Emplaſtro.* Cujus portio aliqua ſupra pannum lineum extenſa, calidè Buboni imponatur, renovando ad minimum bis vel ter in die. Maturato,ruptoque Bubone,Ulcus decoctione rad. Ireos,& Ariſtol. herb. Abſinth. Centaur. Myrrhæ &c. in Vino, vel Balſami Sulph. impoſitione, abſtergendum, tamdemq; regeneratâ novâ carne,Cicatrice inducendum, cavendo tamen præproperam ejus occluſionem,quæ omnia, diligens ac peritus Chyrurgus,ad ejuſmodi Ulcerum malignorum curam adhibitus,pro ratione muneris ſui ritè ac fideliter exſequêtur.

Quæ tamdem Cura Carbunculis adhibenda?

Cura Carbunculorum.

Anthrax ſeu Carbunculus citò diſrumpendus, tardè verò conſolidandus. Rumpitur autem impoſitione ſequentis Cataplaſmatis,utpotè quo tetro impactæ materiæ venenatæ vapori, liber datur egreſſus. R. *Fermenti acris unc. ß. Ficuum No.3. Cepam ſub cineribus aſſatam No. i. Allii ſub cineribus toſti drach.iß.Fimi columbini drach. ij.Ther.ac Mithrid.ana drach.j. Sinap.ſcr iij.Croci drach.j.Saponis veneti drach.iß.Butyri rec. unc. ß. Ol. Myrrhæ drach.iß. Miſce pro Catapl.* Quidam Herbam Paridis quinquies in die imponunt:Vel Scabioſam contuſam,aut rad. ac folia Aronis,It.rad. Conſol, major. contuſam

Ccccc

tuſam ſuperligant, addito pulvere Scordii. Alij ſumunt Vitellum ovi, Sal.& parum Croci, ac pulv. Scabioſ. & mixta hæc invicem imponunt, renovando ſingulis horis. Sunt etiam, qui Empl. de Melil. vel Diachylum imponunt, verùm quia hæc viſciditate ſuâ poros obſtruendo, venenatæ exhalationis egreſſum remorentur, idcircò horum uſus non admodùm tutus videtur. *Barthol. Carrichterus* tradit, Emplaſtrum ex Ficubus & Fructibus Alkekengi unà contuſis, impoſitum Carbunculo, omnem ejus malignitatem, Magneticâ vi evocare, attrahere, & in ſe abſorbêre. Aperto ſeu rupto Anthrace, ſuppuratorium hoc unguentum adplicetur: R. *Vitel. ovor: No. 2. Terebinth. unc. ß. Butyr. rec. Ol. Hyperic. an. drach. iij. Balſami Sulphuris ſcr. ij. Agitentur invicem, & reducantur in formam Unguenti.* Ulcus verò Emplaſtro Baſiliconis contegendum, Partibus verò circum jacentibus (non verò ipſi Anthraci) illinatur hoc defenſivum: R. *Minij unc. ß. Aceti Sambucini unc. iiß. Infunde in B. M. per horas 6. dein cola per chartam, & adde Olei Sambucini, & Ol. Roſ. an. drach. iij. Boli Armeni ſcr. ij. Santali rubri ſcr j. Croci Gr. 5. Miſce in mortario plumbeo ad Unguenti conſiſtentiam.*

Et hîc ſit Finis primi Libri.

Qui plura de naturâ Peſtis, ejuſq; cùm Præſervatione, tùm Curatione cognoſcere cupit, is tùm aliorum Autorum ſcripta, tùm noſtrum inprimis Catoptrum Λοιμῶδες *antè ſexennium editum, perlegat, in quo hæc omnia fuſiùs & accuratiùs tradita inveniet, &c.*

LIBER

LIBER II.

ANTIDOTARII PESTILENTIALIS.

SECTIO I.

Exhibens præcipua Medicamenta Simplicia, è VEGETABIL. ANIMAL. & MINERALIUM Claſſe deſumpta, Peſtilenti Veneno adverſantia.

DISTINCTIO I.

SIMPLICIA VEGETABILIA.

I. ANGELICA.

1. RVellius lib. 3. Stirp. cap. 52. Angelica Peſtilentiæ populariter ſævientis arcet contagia, corpora à Lue peſtiferâ vindicat, ſi tantùm, ut affirmant, in ore teneatur, per hyemem, Ciceris magnitudinem cum Vino, per æſtatem, ex Aqua Roſ. ſumpſiſſe ſatis ſit, nec ſenſurum eâ die contagionem pollicentur, quâ quit devorâverit, nam & ſudore venenum abigit. 2. *Matthiolus com. in lib. 4. Dioſc. cap. 111.* Angelicæ radicis drach. ß, cum drach. i. Theriacæ ex ſui ipſius aquâ datur iis, qui Peſte laborant, & deindè ſudare coguntur, repetiturque eodem modo poſt 7. horas, aliqui enim hoc tantùm Antidoto ſanati ſunt. 3. *Henricus Dobbin in lib. de Peſte.* Angelica tempore Peſtis frequenter uſurpari debet, quia mirificè opitulatur & adverſatur Venenis, inprimis verò Peſti, quam arcet hauſta & frequenter commanſa. 4. *Johan. Crato in tract. de Peſte.* Tempore Peſtis cum foràs prodeundum, Angelico aceto macerata, in ore geſtetur. 5. *Tragus lib. 1. Stirp.* Rad. Angel pulv. drach. i, cum aq. ejus deſtill. ſumatur, à Peſte cor-

correpto, & liberationem à ſudore profecto ſentiet. Radix & hæc aceto macerata & in ore detenta, præſervat à Lue peſtiferâ corpus. 6. *Joubertus in tract. de Peſte cap. 18.* Radix Angel. hodiè in maximo habetur pretio contra Peſtem. 7. *Fumanellus lib. de Peſte cap. 5.* Angelicæ radix ac ſemen Peſtis arcent contagia, etiam ore detenta. Hyeme autem datur ſcr. j. cum vino, æſtate verò cum aq. Roſ. 8. *Lonicerus in Hiſtor. Stirp. parte 2. cap. 302.* Adverſus peſtilentem Aerem, radix Angel. aceto imbuta, & naribus admota, aut quandoque jejune pota, plurimùm valet. 9. *Langius lib. 2. Epiſt. 21.* Inter ſimplicia, quæ qualitate aut totâ ſubſtantiâ exitiali Peſtis veneno repugnant, eſt radix Angelicæ. 10. *Alex. Bened. in obſerv. de Peſte.* Inter reliqua, quæ nos à Peſte præſervant, ſunt radices Angel. quarum pulvis à drach. ß. ad drach. j. manè ſumitur, hyeme cum vino odorato, æſtate cum Syr. Acetoſ. Citri, aut Granator. 11. *Petrus Droettus in lib. de Peſte.* Quibus incumbit Peſte correptos inviſere, iisque mederi, priusquam ſe Aeri Peſtilenti committant, maſticent Angelicam. 12. *Tabernamontan. lib. 1. ſect. 3. cap. 12.* Radix Angel. inſigne præſervativum ac curativum Peſtis exiſtit. 13. *Tarquinius Schnellenbergus, in tract. de herbis antipeſt. cap. 11.* Si quis infectus ſit Peſte, ſumat drach. ß. rad. Angel. cum drach. j. Theriacæ, & 3. cochlear. Aq. Angel. inque lectum ſe componat ac ſudet, & ſic procul dubio ſanabitur. 14. *Mich. Neander 1. Parte phyſ.* Angelicæ radix Peſtem arcet hauſta, frequenterque commanſa, Idem præſtat & ejus decoctum. 15. *Fuchſius in Hiſt. Stirp. cap. 43.* Angelica unicè adverſatur venenis, ac Peſtis populatim ſævientis, arcet contagia, corporaque ab hâc Lue vindicat, ſi tantùm in ore teneatur. 16. *Caſtor Durandes in Horto Sanit.* Angelicæ radix miram habet vim Peſtis veneno reſiſtendi. 17. *Alfonſus Moreſcottus de Simpl. medic.* Peſte correptis, Angelicæ rad. mox propinetur, drach. i. in vino, hyeme, in æſtate autem cum aq. Roſar. 18. *Renodæus in diſpenſ. lib. 1. Sect. 4. cap. 19.* Angelica Venenis adverſatur, ac peſtilentibus morbis convenit. 19. *Caſpar. Schwenckfeld. lib. 2. Catal. Stirp.* Angelica adverſus venena mirè pollet, febres peſtilentes curat, & manſa à Peſte præſervat. 20. *Laur. Helandus de Peſte.* Præ cæteris Alexiteriis inprimis à Medicis commendatur Radix Angel. quæ non ſolùm in præſervatione: ſed & curatione ipſius Peſtis, ſingularem

habent

habet Virtutem. 21. *Palmarius lib. de febr. Peſt. cap. 13.* Omnibus convenit, dum adeunt loca ſuſpecta, Angelicæ rad. nonnihil in ore continere, hæc enim jucundo vapore cor exhilarat, ac Spiritus recreat, aerisque vitium emendat. *Idem cap. 18.* Angelica venenatam auram pellit ac diſſipat, & Peſtis contagia arcet. Quos Peſtis jam invaſerit, rad. hujus tritæ drach. ß. aut ſcrup. ij, aliis pulveribus Cardiacis permiſceant, hauriantque cum unc. iij. Aq. Carduib. & unc. i, Syr. de Limon. 22. *Vidus Vidius lib. 6. de febr. cap. 5.* Pulvis rad. Angel. intùs datur in febribus peſtilentibus. 23. *Joh. Bokelius, cap. 17. Part. 1. magni ſui Regim.* Inter omnes radices, quæ Peſti reſiſtere dicuntur, omnium præſtantiſſ. habetur Angelica, vel odorata vel maſticata. Succus ejus è recenti radice expreſſus, & drach. ii, doſi cum Aq. Carduib. infectis oblatus, magnum adfert auxilium. 24. *Horat. Augenius lib 3. de Peſte cap. 10.* Angelica revera planta eſt, à Deo immortali conceſſa, ut plurimum vitæ noſtræ adjumenti adferat. Tantæ efficaciæ eſt contra Peſtem, ut remedium fortaſſe non ſit inter omnia ſimplicia majoris Virtutis. 25: *Chriſtoph. Hornius de Auro Medico.* Angelica eſt hoſtis putredinis ac Peſtis. 26. *Johan. Dan. Mylius lib 6. Baſil. Chym cap 6.* Angelica Peſtilentibus morbis convenit, in Theriacæ inopia, ejus drach. i, ſumi poterit. Adverſus peſtilentem Aerem, radix Aceto imbuta, naribusq; admota, aut quandoque pota, valet plurimum. 26. *Thurnheiſerus lib. 1. Hiſt. Plant. ca. 5.* Radix Angel. contrà Peſtem, ſi cum frigore invadit in vino: ſin verò cum æſtu, in aceto propinatur. *Ibid.* Acetum in quo rad. Angel. macerata fuerit, tempore Peſtis, odoratum, ab Aere contagioſo vindicare, ſanguinemque ab infectione aſſerere traditur.

II. SCORDIUM.

1. *Crato in Tract. de Peſte.* Inter herbas ad Peſtem commendatur, Scordium. 2. *Manard.* Scordium ab antiquis ad Peſtem celebratum eſt remedium. 3. *Tabernamont. libro 2. Sect. 10. cap. 41.* Experientiâ cognitum, hanc herbam mirificâ pollêre virtute contrà Peſtem. Undè hodierno tempore inter præcipua quoq; recenſetur medicamenta, Peſti contrarientia. 4. *Mindererus in lib. de peſte ca. 15.* Magnæ famæ & commendationis Scordium, prout in putredine quâvis internâ, ſic in Peſte depellenda, meritò encomio decorandum. 5. *Renodæus in diſpenſ. lib. 1. Sect. 4. cap. 47.* Scordium conſervat

Digitized by Google

ſervat à putredine, reſiſtit venenis, Peſti curandæ convenit, ac morbis contagioſis pluribus. 6. *Hornius in dial. de Auro med.* Scordium putredini malignæ ac veneni reſiſtit. 7. *Caſtor Durandes in Horto San.* Succus fol. Scordii ſumptus, potenter Peſti reſiſtit. 8. *Schwenckfeld in Catal. Stirp. lib. 1.* Scordium contra Peſtilentes febres bibitur. 9. *Palmarius cap. 18. de Peſt. febr.* Scordium contra peſtilentis Aeris contagia, antidotis inſeritur, quæ contrà Peſtem fiunt. 10. *Johan. Bokel. in ſuo Regim.* Scordium, vel in forma Pulv., vel in decocto ſumptum, ſingulare eſt præſervativum contra Peſtem. 11. *Augenius lib. 3 de Peſte cap. 19.* Succus Scordii & pulvis ipſius cum Sach. roſ. & vino, plurimum commendatur in Peſte. 12. *Joubertus cap. 19.* libri de Peſte. Omnium præſtantiſſ. Alexiterium Scordium in Peſte. 13. *Gal. 1. Antid. cap. 12.* tradit, Scordium tantam vim contrâ putredinem obtinuiſſe, ut cæſorum in prælio cadavera, quæcumque ſuprà Scordium forrè fortuna ceciderant, ac per multos dies inhumata jecerant, multò minùs aliis viſa fuerint computruiſſe, eâ præſertim ſui parte, qua jam dictam herbam attigerant.

III. PETASITES.

1. *Petrus Droettus lib. de Peſte.* Medici Germaniæ Radicem Petaſit. deraſam aceto per noctem, aut ampliùs infundunt, ejusque radicis fruſtulum Sacharo conſperſum ad præcautionem manè exhibent. Nos eamdem radicem Vino albo aut Abſinthite maceramus, hoc manè addito Sacharo, bibitur. 2. *Lonicerus part. 2. Herbar. cap. 300.* Radix pulv. & cum Vino ſumpta, Peſtilentibus febribus mirificè cōfert, ſudoremq; cier. 3. *Gualtherus Bruel in Prax.* Petaſites, ſudore feliciter diſcutit Venenum Peſtis. 4. *Tragus lib. 1. Hiſt. plant.* Experientia comprobatum, radicem hanc egregiè conferre peſtiferis febribus, quod ſudorem moveat, ſi pulveriſata ſcilicet cum vino ſumatur. 5. *Palmar. cap. 18. de febr. Peſt.* Petaſites foliis & radice, Peſti obſiſtit, ſiccat inſigniter, & odore aromatico Cor exhilarat, ſudoremque movet, ſi drach. j. manè cum Vino detur. 6. *Crato in Tract. de Peſte.* Radix Petaſ. in Vino coquatur & offeratur. 7. *Jodoc. Harchius:* Sudoribus effert, Peſtiferam toto corpore ſumpta Luem. 8. *Foreſtus lib. 6 de febr.* Pauperibus dabam in Peſte pulv. Rad. Petaſ. cùm magno juvamine. 9. *Fuchſius de Stirp. cap. 251.* Experimento comprobatum eſt, radicem hanc mirificè conferre peſtilentibus febribus. 10. *Tabernæmontanus lib. 2. Sect. 9. cap. 27.* Radix

Petaſ.

Petaſ. valdè efficax eſt contrà Peſtem Si enim hujus pulv. drach. ij. cum Vino veteri ſumantur, Venenum omne per ſudorem expellit. 11. *Moreſcottus de ſimpl.medic.* Petaſites pulveriſ. inq; Vino ſumpta, ſummum eſt adPeſtem remedium, quia ſudorem provocat, & diſcutit à Corde omne venenum. 12. *Schwenckfeldius in Catal. Stirp. lib.* 1. Petaſites Febribus peſtilentibus, malignisque publicè graſſantibus plurimum conducit. 13. *Joh. Heurnius in lib. de Peſte cap. 10.* Radix Petaſ pulv. multum valet in curatione Peſtis intrà ſumpta cùm aquâ Carduib. 14. *Kentmanus de Peſtis preſerv.* Petaſites in Vino cocta, vel pulveriſata excellens eſt antidotus contra pernitioſam hanc Luem, & alia Venena. 15 *Ioh. Bokelius in ſuo Regim.* Si drach. j. hujus rad. pulver. cum hauſtu Vini ſumatur, indèque ſudor in lecto exſpectetur, omne Venenum Peſtis à corde depellere creditur.

IV. LAURUS.

1. *Philippus Beroaldus de Peſtil.* Scribit Plinius, Lauri folia olfactu valère, adverſus Peſtis contagia, tantòque magis, ſi etiam urantur. Hinc olim Commodus Imp. Rom. cum ingens Peſtis univerſam Italiam occupaſſet, inque Romanam civitatem vehementiùs graſſaretur, Laurentum ſeceſſiſſe traditur, ubi permulta Laureta viſebantur. Siquidem periti Medicinæ adſerebant, plurimum pollère odores Laurorum, ad propulſandam Aeris contagionem. 2. *Caſp. Keglerus de Peſte.* Lauri Baccæ 2. vel 3. jejunè comeſtæ, optimè à peſte præſervant. 3. *H. Mercurial. lib. de Peſte.* Valent plurimum ad evitamdam aeris contagionem; tùm odores Laurorum; tùm ipſarum umbrarum amœnitas. 4. *Alex Pedemontanus lib. 1 de Secret. remed.* Sumito pulveris Bac. Lauri cochlear unum, cum aceto & aqua tepida, maximè ſi febris ſit ardens, deindè dormiat, ſudetq; & ſanabitur, Hoc remedium ad Peſtem optimum eſt. 5. *Tarquinius Ocyorus cap. 10. de herb. antipeſt.* folia Lauri exſiccata ac carbonibus injecta tempore Peſtis corrigunt aerem. 6. *Kunradus in 2. parte Medul. deſtill.* Tempore Peſtis, inſigne præſervativum ſunt Baccæ Lauri, ſi in publicum quis proditurus, illas maſticet; quia ingreſſum Venenatæ auræ per os prohibent. 7. *Iohan. Sig.* Görlitzer *in ſuo regim. Peſt.* Baccæ Lauri valdè proſunt tempore Peſtis. 8. *Palmar. lib. de Peſt. febr. cap. 18.* Pulvis Bacc. Lauri ex aqua Carduib. potus, à Peſte liberarè deprehenditur, ſi ſudores excipiantur.

V. AL-

V. ALLIUM.

1. *Philippus Ulſtadius in lib. de Epidem.* Allio, ruſtici, tempore Peſtis, ſæpiſſimè utuntur loco Theriacæ. 2. *Anton. Gueiner. de Peſte. Diſſert. 2. tract. 3.* Allium Italis, propter fervorem Sanguinis, quem cauſat, haut convenit, transmarinis verò prodeſt. 3. *Paræus in lib. de Peſte.* Cape Alliorum, magnitudine nucis, Rutæ, & Chelidon. major. an. fol. No. 20. Terantur omnia cum Vino albo & pauca aqua vitæ, Expreſſum detur bibendum. 4. *Brudus Luſitan. lib. 3. de rat. Vict. in Febr. cap. 20.* longam inſtituit de Allio diſputationem, & tamdem hiſcè verbis concludit: judico igitur Allium in omnibus eduliis, quæ Peſtifera febre laborantibus offerunrur, commodè miſcêri: opinorq; non ſolùm fore innoxium, ſed ex eo quamplurima ſequi commoda, ad nativi caloris robur, & graſſantis Peſtilentis contagii inhibitionem, & ad corrupti humoris ex omni parte, cutim verſus expulſionem. 4. *Hollerius lib. de Peſte.* Allii Caput domo egreſſuro præmanditur, vini odori modicum ad unc. ii, ſuperbibitur, atque inde os colluitur &c. 5. *Palmar. cap. 13. loco ſæpiùs cit.* Allium pro præſervatione Peſtis foſſoribus & aliis, qui laboribus adſueverunt, utiliſſimum: nam præterquàm quod occulta proprietate venenatæ Aeris contagioni obſiſtere creditur, forti etiam Vapore ac Spiritu corpus replet, quo Peſtilentem pernitiem vel repellit vel exſtinguit ac ſuperat. *Idem cap. 18.* Ejus fruſtula 2. cum Sale ſumpta, Aerem Peſtil. repellunt ac diſcutiunt. 6 *Anton. Schnebergerus de Peſte.* Allium optimum Antidotùm, non ſolùm comeſtum tempore Peſtis pro præſervatione, ſed etiam ut ex eo conficiatur Emplaſtrum ad Bubones. Pro præſervatione devorant quidam manè jejuno ſtomacho, nucleum unum aut alterum Allii, Vini generoſi ſuperbibendo hauſtum. 7. *Petrus Creſcentius lib. 6. cap. 3.* Allium virtute pollet conſumendi, diſſolvendi ac pellendi quodlibet Venenum, præcipuè verò Peſtis, ſi manducetur. 8. *Gal. lib. 12. meth. cap. 8.* Ipſe Allium, agreſtium Theriacam adpello. 9. *Geſnerus:* peſte correptis non inutiliter cochlearia duo liquoris ex Allii Rutæq; ſucco, cum Theriaca, Aceto & aqua Vitæ, ad ſudorem exhibentur. 10. *Foreſtus lic. de Febr. Obſ. 15.* Ruſtici Allio utuntur tempore peſtis, & ideò Theriaca ruſticorum dicitur. 11. *Gerardus Bergenſis in tract. de Peſte.* Sæpè & Allia cum pane & Butyro, utiliter quoq; ſingulis diebus manè eduntur contrà peſtem, præſertim

ab

Digitized by Google

ab iis, qui adſueti ſunt, maximè in Hyeme &c. 12. *Joach. Schilleri in lib. de Peſte Brittan.* Inter cætera cavendum eſt, ne quis adeat loca ſuſpecta, niſi Allio priùs commanducato, epotoque vino meraciuſculo. 13. *Manardus*, Allium, quidquid alii dicant, ego in Peſte pro præſervatione, in parvâ quantitate non vitupero. 14. *Quercetanus in Diætet. Sect. 3. cap. 2.* Allia ruſticis in Vaſconia ſunt inſtar Theriacæ contrà Peſtem, & aerem pravis vaporibus infectum. *Idem in lib. de Peſte lib. 2. cap. 5.* pluribus verbis laudes Allii perſtringit in reſiſtendis venenis, & abigendâ ipsâ Peſte. 15. *Johan. Matthæus in Tract. de feb. Peſt.* Conſtat Allii uſum contra Venena in Ungaria & Italia uſitatiſſimum eſſe &c. 16. *Rudolphus Goclenius in Loimograph.* de curâ Carbunc. Emplaſtrum ex Alliis inſignem habere vim ruptoriam & attractoriam, experimento non fallaci compertum eſt, nam ipſemet in Allio magnum præſidium adverſum Peſtilentem luem deprehendi. 17. *Caſp. Strubius in ſuo Regim.* Allium manè comeſtum pro præſervatione Peſtis, admodùm quidem confert iis, qui concoctionem validam habent, quibus verò illa imbecillis, iis non confert, quia diuturnâ morâ in ventriculo, putredinem cauſat. 18. *Joh. Bokelius in Peſtis Regim.* Allium vulgò Theriaca ruſticorum dicitur, & magnarum eſt virium in reſiſtendo Veneno Peſtifero, quia calorem nativum excitat ac confortat, reſiſtens omni putredini. Ungaris tempore Peſtis nullum certius eſt remedium quàm Allium, quia corpus exſiccat, nec ad putredinem aliquam concipiendam diſponit. 19. *Georg. Garnerus lib. de Peſte cap. 14.* Pauperes jentaculi loco pro Præſervatione Peſtis Allium cum Sale & Butyro, aut per ſe cum pane ſumere poſſunt, ſuperbibendo parum Succi Verbenæ. 20. *Barth Hubnerus in Diætet. ſuo, cap. 38.* Allium, Theriaca Ruſticorum habetur, præſertim hyberno tempore comeſtum, & ſæviente Peſte, pro pauperibus, non contemnendum eſt Alexiterium.

VI. CARDUUS BENEDICTUS.

1. *Henricus Dobbin de Peſte.* Pulvis fol. Carduib. adverſus Peſtem utiliter bibitur, ex propriâ aq. ſtillat: 2. *Lonicerus, Parte 2. Herbar. cap 24.* Pulveris Carduibened. drach. j ſumpta cum convenienti liquore, expellit omne venenum Peſtis. 3. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 10.* Carduusbened. tollit ob-

obſtructiones internorum viſcerum, adverſus peſtilentes, aliosque venenatos & putres adfectus, inprimis efficax. 4. *Matthiolus comm. in lib. 3. Dioſc. cap. 9.* Carduusben. magni nominis magnæque exiſtimationis planta eſt, non modò apud Italos, ſed etiam exteras nationes, præſertim contra Peſtem. 5. *Valeſcus de Taranta in Philon. ſuo,* Carduibened. ſemen, pondere drach. ß, omni die ſumere, ex Syr. Acetoſ. vel de Ribes, utiliſſ. eſt in Peſte. 6. *Tragus lib. 2. Hiſt plant.* Foliorum pulvis, menſurâ nucis juglandis corticis, cum vino potus adverſus Peſtem, ne noceat, præſentiſſ. eſt remedium. Idem præſtât Folia in vino decocta & pota. 6. *Crato in Tract. de Peſte:* Inter herbas adverſus Peſtem commendatur & Carduusbenedictus. 7. *Gualtherus Bruel in Praxi.* Succus Carduib. utiliſſimè ſumitur ab infectis. 8. *Fumanellus, lib. de Peſte, ca. 5.* Carduumbenedictum, qui cum cibo & potu adſumpſerit, negant Contagia quæque experiri. 9. *Fernelius lib. 5. meth. med. ca. 12.* Carduusbened. adverſus peſtilentes aliosq; venenatos affectus inprimis efficax. 10. *Joh. Dan. Mylius lib. 6. Baſil. Chym. cap. 14.* Carduusb. Sudorem movet, venenis reſiſtit, & Peſtilentibus morbis confert. 11. *Palmarius cap. 18.* Longo uſu comperi, eum, qui conſtitutione Peſtilenti aliquot folia ipſius Carduibened. cruda manè comederit, vel ſola, vel cum Sale modico, Aceto & Oleo, Acetarii ſpetie, vel in jure cocta; vel ſucci fol. virid. unc. i, cum pari, Vini albi menſurâ hauſerit, tutum eo die fore à Peſtilentis Aeris maleficio. Idem præſtat foliorum pulvis, drach. i, pôdere ſumptus, 12. *Heurnius lib. de Peſte & in Praxi ſua:* Carduusbenedictus, peſtiferis febribus dicatus eſt. 13. *Andernacus.* Herba ipſa, tàm recens, quàm ſicca, adverſus Peſtem, ſingulare præſidium eſt. 14. *Ruellius lib 3. Hiſtor. Stirp. cap. 55,* & *Fuchſius, de Stirp. cap. 42.* negant, Peſtis experiri contagia, qui cum Vino, Carduumb. præſumpſerit. 15. *Marſilius in Epidem: cap. 10.* Semine Carduibened: utuntur contra Peſtem experimentatores cum vino. 16. *Tabernamontanus lib. 2. ſect. 10. cap. 5:* Pulveriſati Carduib: drach. i, præſervat à Peſte, expellendo ejus venenum per ſudorem. Idem præſtat, & Succus ejus bibitus. 17. *Caſtor Durandes in Horto Sanit.* Pulveris Carduib. drach. i, cum Vino pota efficaciſſ. eſt remedium contra Peſtilens contagium, ſi h. 24. antè acceſſum ſumatur. Idem præſtat & Vinum Carduibenedictinum. 18. *Caſp. Schwenckfeldius lib. 1. Catal.* Contra Peſtem, omnisque generis letha-

lethalia venena, mirificè pollet interiùs ſumptus Carduobenedictus Semen ejus utiliter emulſionibus in febribus malignis additur. 20. *Alfonſus Moreſcot. de Simpl. med.* Pulvis ejus datur felici ſucceſſu contrà peſtem, 24. h. à correptione, provocato ſudore. 21. *Renodæus lib. 1. Diſpenſ: Sect. 4, cap. 63.* Carduusb. ſudorem movet, venenis reſiſtit, ac peſtiferis morbis confert. 22. *David Herlitius in ſuo Regim.* Pulvis Carduib. cum aqua convenienti ſumptus, omne pellit Venenum peſtis, ſi indè ſudor ſequatur.

VII. RUTA.

1. *Gerardus Bergenſis in lib. de Peſte.* Ruta licet conveniat in omni tempore, ad præſervationem peſtis, tamen competit tempore frigido propter ejus caliditatem. 2. *Tragus lib. 1. Hiſt: Plant:* Adverſus omnia Venena, Ruta maximè cōmendatur, quamobrem ſolemus Germani folia Rutæ, Gran. Junip: Nucem & Ficus, æquali pondere ſimul contundere, ac deindè infuſo Roſaceo, vel alio quocumq; Vini aceto percolare illum ſuccum, eoque pro Antidoto contra Venena uti. Eſt hæc peculiaris ac pretioſa Theriaca adverſus Venenum hauſtum, & infectum Aerem tempore peſtis, ſi quotidiè manè, unius cochlearis menſura jejuno ſtomacho uſurpatur. 3. *Lemnius lib. 4, Occult. cap: 12.* Graſſante peſte ſæpè obſervavi, eos, qui Rutam identidem naribus admoviſſent, puſtulas, in naſo, ac labiis contraxiſſe. 4. *Fuchſius cap 23. de Stirp.* Rutam odorari, mirificè auræ peſtilenti adverſatur. 5. *Palmarius de Peſtil: febr: cap. 18.* Ruta vera eſt Rusticorum Theriaca, quâ qui manè, antequàm domum egrediatur uſus fuerit, tutus eo die à peſtis contagione futurus eſt. Semen drach. i, pondere cum Vino potum, foliis multò efficacius traditur. 6. *Lonicerus parte 2. Herbar: cap. 123.* Rutæ folia cum ficubus comeſta & nuce Juglande, peſti reſiſtunt, nullumq; melius datur præſervativum iſto, contrà Luem hanc, ſi manè nonnihil de eo capiatur. 7. *Pareus lib. de Peſte.* Sem: Rutæ contrit: drach. i, cum pauxillo Theriacæ diſſolvunt in Vino Malvat. & ebibunt contra peſtem. 8. *Anton. Schnebergerus de Peſte.* Rutæ folia aliquot manè comeſta ex Aceto, optimè tuentur à peſte. 9. *Mizaldus in Horto Med:* Rutæ folia, cibos antecedentia, aut cum aridâ ficu ac Juglandibus ſumpta, addito Salis momento, venenorum vires hebetant, & peſtilenti aeri reſiſtunt. 10. *Droetius de Peſte.* Ruſtici noſtrates olfaciunt Rutam, præſervationis gratiâ à peſte. 11. *Tarquinius Ocyorus cap. 18. de*

Digitized by Google

herbis Peſtil. Ruta viridis manu geſtata & odorata, præſervat à Peſte. Item ſi ſucci Rutæ unc.j cum Aceto Vini ebibatur, & indè ſudetur, curativum egregium Peſtis erit. *12. Caſtor Durandes in Horto Sanit.* Decoctum Fol. & Sem. Rutæ, Peſti obſiſtit. 13. *Moreſcottus de Simpl. medic.* Folia Rutæ in cibo adſumpta, vel cum Nucibus jugland: aut Ficubus ſiccis; valent ad Peſtis præſervationem. 14. *David Herlitius in Tract. de Peſte.* Ruta odorata tempore Peſtis, egregium eſt præſervativum, quia Ruta potenter reſiſtit malignæ Aeris infectioni, & primas omninò tenet inter Antidota Peſti obluctantia, idcircò nulli Horti carêre Rutâ debent. 15. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 19.* Seminis Rutæ pulveriſſ. & in vino diſſol. drach. ß plurimum juvat, Folia item Rutæ viridia manducata, mirabilis virtutis eſſe creduntur. 16. *Garnerus in lib. de Peſte cap. 18.* Præſervandus à Peſte ſumat pulverem Sem. Rutæ ad ſcrup. i, cum Succi Rutæ unc. iß, inſtar hauſtus calidè. 17. *Reimundus Minderer, lib. de Peſte cap. 15.* Semen, Succus, & folia Rutæ, inſignem ad Peſtis contagium pellendum facultatem habent, & odore grata, Cordis vires reficiunt, & Aeris peſtilentis vitia maximè corrigunt. 18. *Chriſtoph. Hornius in Dialogo de Auro Medico.* Ruta Venenis ac Peſti valdè reſiſtit. 19. *Petrus Creſcentius lib. 6. capi. 103.* Ruta Venenis omnibus mirabiliter reſiſtit, & ita Peſti quoque adverſatur comeſta. 20. *Tabernamontanus lib. 1. Sect. 4. cap. 31.* valdè quoq; commendat Rutam, undè etiam ibidem varias remediorum formulas, contra Peſtilentem aerem, ex Ruta tradit. 22. *Gebelkoverus parte 3. Jatrij Wirttenberg.* Sume Rutam viridem, contunde eam, ſuccumq; exprime, adde parum Aceti & Theriacæ, & præbe cochlear contra Peſtem.

IIX. VERONICA.

1. *Matthiolus comm. in lib. 3. Dioſc. cap. 25.* Veronicam, non deſunt, qui ſummis laudibus efferunt ad peſtiferas febres, & Peſtilentiâ adfectos, quibus propinare præcipiunt, ſiccæ pulv. drach. ij. pondere, unà cum Theriacæ drach. j. ex Vino meraco, cum hoc tamen, ut illicò ſudent infecti. 2. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 10.* Veronica cæteris magis mirabilem vim habet, in præſervatione & curatione Peſtis. 3. *Schnellenbergius cap. 7.* Peſte correpto, detur drach. iß. pulveris Veronicæ, cum unc. iß ejuſdem Aquæ, corpore ad ſudorem contecto. 4. *Tragus lib. 1. de.*

Stirp.

Digitized by Google

Stirp. Veronica herba in Vino decocta, & pota, ad quasvis Peſtilentes febres facit. 5. *Hieron. Brunſvicus in Pharmac.* Pulvis Veron. ex Vino vel Cereviſiâ potus, certiſſ. Alexipharmacum Peſtis eſt. 6. *Fuchſius in Hiſtor. Stirp. cap. 59.* Recentiores, Veronicæ uſum unicè commendant in Febribus Peſtilentibus. 7. *Goclenius in Tract. de Peſte.* Veronica inſignem habet vim, Venenum Peſtis à Corde depellendi, & ne ad ipſum adrepit, arcendi. 8. *Herbtius in ſuo de Peſte Regim.* Veronica in Vino cocta, & pota; vel pulvis ejus ſumptus cum vino, egregiarum virium eſt contrà Peſtem. Et ſi herba maceretur per dies aliquot in vino, Vinumque poſteà per deſtill. abſtractum exhibeatur, certiſſ. remedium eſt, contrà omnes febres Peſtilentes. 9. *Caſtor Durandes.* Radix Veron: pulveriſata, & pondere drach. j cum vino albo ſumpta, adjectâ Theriacâ, ſudorem movet, ac Peſti reſiſtit. 10. *Hornius de Auro Medico:* Veronica putredini malignæ Peſtis adverſatur.

IX. TORMENTILLA.

1. *Palmarius, lib. de febr. Peſtil. cap 18* Rad. Tormentillæ pulvis, drach. j pondere cum Vino albo ſumptus: impendentem Peſtem arcet, & præſentem profligat. 2. *Lonicerus, 2. parte Herb. cap. 276.* Radicis viridis Tormentr. & foliorum ſuccus potus, contrà Peſtem prodeſt, noxios humores per ſudorem educendo. Quod ſi viridis radix haberi nequeat, aridæ, pulvis drach j doſi in Vino ſumatur: vel radicis ac foliorum manipulus, in Vino coctus, calidè ebibatur. 3. *Matthiolus in Dioſc. comm.* Tormentillæ uſus tantùm apud nonnullo invaluit, ut ex ejus radicibus medicamenta componant adverſus Peſtem. 4. *Tabernæmontanus lib. 1. Sect. 4. cap. 22.* Succi è rad. & fol: Torment expreſſi, & pondere unc. iij ſumpti, omne venenum per ſudorem exigit, ut & Peſtem ipſam. In defectu autem viridis rad: ac fol: ſiccorum drach. j cum Vino ſumatur. *Et paulò poſt.* Radix Torment. longo uſu contrà Peſtem, ejuſque contagionem venenatam adeò cõperta eſt, ut hodiè vix ulla exſtet formula remediorum à Medicis præſcriptorum, quæ hanc radicem non recipiat, ſiquidem non ſolùm venenum Peſtis expellit, ſed inſuper occultâ virtute prædita eſt Cor confortandi, & à putredinis labe conſervandi. 5. *Hornius in Dial. de Auro Med.* Tormentilla, venenis ac Peſti inimica eſt. 6. *Savanorola in Praxi.* A paucis annis, venit in uſum Tormentilla; eſt q; ſpecies pentaphylli, & in canibus

Digitized by Google

videtur hæc experientia, & ideò à quibuſdam nominata eſt herba Venenorum. 7. *Valeſcus de Taranta.* pulvis Torment: datur cum Aq: Meliſ: vel Borrag: aut Acetoſæ, vel per ſe comeditur & maſticatur radix, quoniam defendit Cor à veneno, & à fumis venenoſis per ſuam proprietatem, & deſiccat ſine calefactione. 8. *Amatus Luſitan: comm: in Dioſc:* Quidam Conditum ex rad. Torment. parant, quo, jejuno ſtomacho muniti, luem peſtilentem minimè formidant. 9. *Herlitius de Peſte.* Tormentilla inſigniter prædicatur, drach. i, vel drach. ß, ejus cum Vino vel Aq: Acetoſ: ſumpta, egregie à peſtilenti lue hominem præſervat. Et multis Medicis Regulæ quaſi loco eſt, ut omnibus Antidotis peſtilentialibus, Tormentillam quoq; addant, cum illa ad miraculum venena expellat. 10. *Gueinerius de Peſte differ: 2. Tract: 2. cap: 3.* Tormentillæ radici eadem proprietas, quæ & Acetoſæ, imò major attribuitur, ut jam annis plurimis, propter indubitatam experientiam apud vulgus, famoſiſſima exſiſtat, debet enim radix illa in umbrâ ſiccari, & in pulverem redigi, Cujus doſis eſt à drach. ß, ad drach. i, cum vino, Aquâ Acetoſæ, vel Roſ: aut Aceto, maximè in cochlericis. 11. *Sylvius de medic. Simpl.* Tormentillam noſtram venenis ac peſti reſiſtere, experientiâ multa eſt notiſſimum. 12. *Crato in Tract: de Peſte.* Adverſus peſtilentiam, magnam habet vim Tormentilla. Ad curationem detur drach. i, rad: contuſæ cum Syr: Carduib: 13. *Ulſtadius in lib. de Epidem:* pulvis præſervativus. R. Rad: Torment: exſicc. & pulv: drach. i, exhibeatur jejuno ſtomacho in Vino lymphato cum aqua Roſ: vel Acetoſæ. 14. *Joh: Bokelius in Regim. peſtil: parte 1. cap: 17.* Hæc radix, quamvis ferè ſit inodora & ἄποιος, tamen ſingularem dicitur habêre vim reſiſtendi venenis inprimis, ſi decoctum ejus cum aliis herbis Alexiteriis bibatur. 15. *Alex: Benedict: de Peſte.* Miram habet vim adverſus peſtem Tormentilla, drach. i pondere ex Vino pota. 16. *Tarquinius Ocyorus cap: 13.* Succus Tormentillæ epotus cum Vino, omne tollit Venenum, nec non ipſam peſtem, ſudorem pellendo. 17. *Caſtor Durandes in Horto San.* Succus è fol: & rad: Torment: potus adverſatur omni peſtiferæ infectioni. 18, *Renodæus lib: 1. Diſpenſ: Sect: 4. cap. 13.* Radix Torment: putredini mirum in modum reluctatur, ſudores movet, peſti & morbis Venenatis efficaciter ſuccurrit 19. *Augenius lib: 3. de Peſte cap: 10.* Tormentilla tenuium eſt partium, venenis reſiſtit atque peſti, 20, *Fernelius lib: 5. meth: ca: 21.*

Tor-

Tormentilla Venenis adverſatur ac peſti. 21. *Vidus Vidius lib: 6. de febr:cap:5.* Pulvis radicis Torment: intrò dandus in febre peſtilentiali. 22. *Moreſcottus de Simpl: med.* Foliorum & rad: Tormentil: decoctio in Vino, vel jus ejus potum. Item radix exſiccata & pota, valet contra peſtem. 23. *Caſp: Schwenckfeld lib: 1. Catal: Stirp:* Tormentilla à peſte præſervat, pueris & gravidis in cibo ſumpta. 24. *Chriſtoph: Hornius de Auro Med:* Tormentilla Venenis peſtilentialibus inimica eſt. 25. *Joh: Kentman in ſuo de Peſte Regim:* Rad: Tormentill: drach. i, cum Vino vel Aqua Acetoſæ ſumpta, ita ut ſudor indè exſpectetur, mirabili pollet Virtute expugnandi peſtis Venenum & à multis pro experto habetur remedio. 26. *Caſpar Keglerus in Regim: Peſtil:* Radicis Tormentil: drach. ß, cum Aqua Acetoſæ vel Scabioſæ jejunè ſumpta, egregiè præſervat ab hac Lue.

X. HELENIUM.

1. *Joan: Renodæus lib: 1. Diſpenſ: Sect: 4. cap: 7.* Decoctum Rad: Helenii potum, peſti ac ſerpentum morſui medetur. 2. *Crato in Tract: de Peſte.* Habet vim magnam adverſus Peſtem Elenium. 3. *Johan: Vochs de Colonia, Tract: 1. de Peſte cap: 14.* Pauperes, qui coguntur viſitare infirmos, teneant in ore radicem Enulæ, quoniam Cordialis eſt, & præſervat etiam ipſa radix ſumpta. 3. *Hollerius in lib: de Peſte.* Vulgus Enulæ radice in aceto priùs macerata, deindè linteolo involuta, ſæpèque inſpirata naribus, rectè utitur. 4. *Schnellenbergerus cap: 3. de herb: antipeſt:* Jamdiù mos inolevit apud Helvetios, Suevos ac Bavaros, ut manè jejunè fruſtulum Rad: Helenii in ore teneant ad arcendum Peſtis cõtagium. 5. *Schwenckfeld lib. 1. Catal. Stirp.* Enula Cordi familiaris eſt, Venenis reſiſtit, facit ad Epidemios morbos. Adverſus peſtilentis Aeris noxam valet plurimum, quo nomine etiam cruda à multis manditur. 6. *Augenius lib: 3. de Peſte cap: 19.* Radix Enulæ ſicca pulv: datur in peſte cum vino bono, hyeme, felici ſucceſſu. 7. *Palmarius lib: de Peſt: febr: cap. 18.* Elenii radicem, & ex eâ factitium Vinum, non modò contrà venena, ſed & contrà peſtilentes febres valêre, uſu deprehendi. 8. *Johan. Bokel. cap. 17 de Peſte.* Radix, fol. & flores Enulæ pro ſingulari præſervativo habentur contra peſtem. 9. *Jatrion Wirtenberg.* Si quis manè ſurgens, ad magnitudinem nucis Avellanæ de rad. Enulæ comedat à peſte is præſervari dicitur. 10. *Euſtach. Rudius lib. 3. Pract. cap. 30.* quoquè inter alia ſimplicia, peſti adverſantia Elenium recenſet. 11. *Gebelkoverus*

parte

parte 3. Ἰατρεῖα ſui, admodum quoque Rad. Enulæ ad præſervationem peſtis commendat. 12. *Euſebius Wildeck in Regimine.* Radix Helenii per horas 12. in aceto macerata ac maſticata præſervat à peſte.

XI. VERBENA.

1. *Symphorian. Campegus.* Alii non minoribus laudibus ad peſtem celebravêre ſuccum verbenæ, ſi quis initio peſtilentis febris eum biberit, corpore ad ſudorem contecto. 2. *Manardus lib. 5. Epiſtol. 3.* Verbenæ bolus maſticetur benè, & demum deglutiatur, (ſcilicet tempore peſtis.) 3. *Mindererus de Peſte cap. 15.* Succus Verbenæ cum Theriaca datus, egregiè luis peſtiferæ malignitatem tollit. 4. *Autor Horti Sanitatis, cap. 486.* Verbena adverſatur omnibus venenis, ac peſti quoque. 5. *Julius Palmarius cap. 18. de febr. peſtil.* Pulvis Verbenæ drach. j pondere, cum Aq. Succiſæ, peſte correptos, mirificè juvat, 6. *Crato in tract. de Peſte.* Ad peſtis præcautionem poſſunt pauperes coquere Verbenam, Scordium &c. in aquâ & aceto, & quotidiè ſemel vel bis bibere, quamdiù curatione indigent. 7. *Anton. Chalmetheus.* Ad præcautionem peſtis, quotidiè maſticanda Verbena, & illius ſuccus deglutiendus, vel cum Vino, vel cum jure carnis ſumendus. 8. *Cornel. Petr.* Verbena benè maſticata & deglutita, eſt ſecretum ad ſanandam peſtem, cui non eſt par in præſervando. 9. *Tabernamont. lib. 1. Sect. 4. cap 36.* Verbenæ folia viridia manè jejuno ſtomacho, vel per ſe, vel cum panis buccellâ ac Butyro ſalito comeſta, præſtans eſt contra peſtem præſervativum. 10. *Schwenckfeld. lib. 1. Catal.* Verbena herba recens, manſa, contra peſtem ſingulare dicitur Alexipharmacum. 11. *Laurent. Heilandus in tract. de Peſte.* Singularis & ſecreta vis ineſſe dicitur Verbenæ, ſi folia ejus maſticentur in præſervando ab Aere peſtilenti. 12. *Keglerus ex Petro Appon.* Verbenæ folia maſticata ac poſtea deglutita miraculosè præſervant à contagio peſtilenti. Succus etiam ejuſdem herbæ & radicis expreſſus, & unc. ß pondere infecto exhibitus, eum ſanitati reſtituit. 13. *Georg. Agricola lib. 3. de Peſte.* Succus Verbenæ quoque per ſe utilis eſt peſti, ſi unc. iij ejus bibantur. 14. *G. Garnerus in Epit. de peſte cap. 18.* Quilibet præſervandus, antequàm domo exeat, capiat Verbenæ pulv. drach. j cum Succi Verbenæ viridis expreſſi unc. ij, calidè bibatur, & ſic per 24 horas præſervabitur. Egomet (inquit) potavi, & Anno 1576. feliciſſimè, dum peſtis Venetiis graſſaretur, uſus ſum.

XII. SCA-

XII. SCABIOSA.

1. *Anton Gueiner. de Peſte diff. 2. tract. 2. cap. 3.* In Scabioſa quidam tantam habent confidentiam, ut non ſolùm præſervare adſerant, ſed & ſuccum propinatum intra horas 12. infectum ipſum liberare, Succo autem deficiente, aquam deſtill. exhibere jubent. 2 *Gerardus Bergenſis in lib. de Peſte.* Succus Scabioſæ quantitate unc. i. quotidiè utiliter contrà Peſtem ſumitur: habet enim vim non tantùm præſervandi à Peſte, ſed etiam eam, ſi quem invaſerit expellendi. 3. *Alex. Maſſaria lib. 2. de Peſte.* Miranda narrant alii de Scabioſâ, nempè quod comeſta, vel ex Vino pota, internos omnes Tumores, inprimis verò Carbunculum Peſtilentem ad exteriora protrudit, & inſenſibiliter diſſolvit. 4. *Matthiolus comm. in lib. 4. Dioſc, cap. 11.* Scabioſæ ſuccus utiliter datur unc. iiij pondere, cum drach. i Ther. Peſte adfectis, primâ ſtatim die, verùm ſubindè ſudorem in lecto provocare oportet, atque ſemel ac iterum medicamentum repetere. 5. *Savanorola in Pract.* Scabioſam quidam mirabiliter extollunt, ut de ea omni die aliquid adſumăt, & de ea tantùm confidunt, ut indubitanter credant, Succum ejus datum infecto Peſtilenti lue, ſpatio h. 24 eum liberare. 6. *Arnoldus Villanov.* Scabioſa trita cum Sale, & Anthraci ſuperpoſita, divino miraculo, Anthracem citò deſtruit & mortificat. 7. *Paraus in lib. de Peſte.* Veterum permulti magnoperè commendant Scabioſam ad Peſtis Carbunculos, inter duos ſcilicet lapides contritam, mixtamq; cum axungiâ veteri, vitellis ovorum, & pauco Sale, ad pus movendum in Carbunculo. 8. *Palmarius c. 18. de feb. peſt.* Scabioſa, eaſdem, quæ Succiſa adverſus Peſtilentis mali perniciem, vires habet, ſed longiùs eam, à Corde propellit, & in ſuperficiem disjicit, quàm Succiſa. 9. *Guainerius diff. 3. cap. 5. de Peſte.* Scabioſa contrita, & emplaſtrata, ſtatim Anthracem abolet. 10. *Hollerius de Peſte.* Scabioſa contrita, & 3. horis ſuper Anthracem retenta, eum curat. 11. *Manardus in Epiſt. med* Laudantur ab omnibus peritis Medicis, ad imponendum Carbunculis, 3. iſtæ Plantæ: Scabioſa, Succiſa & Conſolida. 12. *Fernelius lib. 5. meth. cap. 21.* Scabioſa peſtilentium morborum vim à Corde foràs extrahere creditur, & eorum Bubones Carbunculoſque diſcutere. 13. *Evangeliſta Quatramus in Tract. de Peſte cap: 6.* Si Anthrax protumpat, Scabioſa recens cum Theriaca contuſa imponatur. Ea enim

Digitized by Google

maturandi vim obtinet, & ſimul peculiari quoq; proprietate Veneni adverſatur. 14. *Tarquinius Ocyorus de herbis peſtil.cap.*13. Scabioſa contuſa cum Aceto Vini, ſuccusque ejus expreſſus potus, cum pauxillo Theriacæ, ita ut Peſte infectus ad ſudorem ſe componat, liberabitur. 15. *Fuchſius in Hiſt. Stirp. cap.* 175. Eaſdem vires habet Scabioſa, quas Succiſa, reſiſtendi nimirum peſtifero Veneno. 16. *Renodæus lib.*1. *Diſpenſ. Sect.* 5. *cap.* 23. Scabioſa etiam Peſtilentibus morbis confert. 17. *Schwenckfeldius lib.* 1. *Catal.* Scabioſa decocta cum Theriaca ſeu Mithridatio, utiliter in Peſtilentibus febribus bibitur, & ad Carbunculos efficax. 18. *Augenius lib.*3. *de Peſte cap.* 10. Scabioſa ut abſceſſus internos rumpit, ità & peſtilentium morborum virus è Corde forâs extrudit, & eorum Bubones ac Anthraces diſcutit. 19. *Georgius Agricola de Peſte lib.*2. quoque inter alexiteria Peſtis recenſet ſuccum Scabioſæ, pondere unc. iij. bibitum. 20. Vide & *Tabernæmontanum lib.* 1. *Sect.* 5. *ca.* 14. &c.

XIII. ABSINTHIUM.

1. *Ioannes Vochs de Colonia, Tract.*1. *de Peſte, cap.*14. Pulvis fol. Anſinthii manè comeſtus, obſtructiones Epatis aperit, putredines in Ventriculo prohibet, & efficaciſſimum Peſtis præſervativum eſt. Imò ſi quis illud ex urina propria biberet, numquàm Peſtilens Virus experiretur. 2. *Schnellenbergius in libel. de herbis antipeſtil. cap.*19. Abſinthium viride cum Sale manditur, tempore Peſtis; aut aqua ejus pro præſervatione bibitur. 3. *Manardus in Epiſt. Medic.* Vinum Abſinthites Peſte graſſante potum, valdè prodeſt. 4. *Tabernæmontanus lib.*1. *Sect.*1. *cap.* 1. Abſinthium nobile ac præſtans eſt præſervativum Peſtis, geſtatum vel odoratum frequenter. Et debent ij, qui verſantur cum infectis, ſemper aliquid Abſinthii maſticare, & de comis ejus nonnihil naribus indere. Multi enim tempore Peſtis, præſidio hôc ſe tutos conſervarunt. Idem præſtat & Vinum Abſinthites potum. 5. *Sibyllenus in lib. de Peſte.* Abſinthii drach. i in propriâ urinâ ſumpta, firmum eſt ruſticorum præſervativum in Peſte. 6. *Bartholomæus Hubnerus lib.*3. *Diætet. cap.*28. Pulvis & Vinum Abſinth. tempore graſſantis contagii Peſtilentis, eſt utilis medicina. 7. *Palmarius ca.*18. *de Peſtilentibus febribus*: Abſinthium abſtergit obſtructiones tollit, & putredinem, quæ Peſtem excipere ſolet, remoratur. Ejus etiam Vinum ad Peſtem valêre creditûr. 8. *Keglerus de Peſte.* Abſinthium cum Sale jejunè devoratum,

tum, bonum eſt præſervativum Pauperum.

XIV. ARTEMISIA.

1. *Paræus lib. 21. Chyr. ſua cap. 25.* Artemiſia ad Peſtem quibusdam valdè commendatur. Capiunt Artemiſiæ faſciculum unum, exq; ejus cõbuſti cinere lixivium conficiunt, cum aquæ lib. iiij, id mox in Vaſe figulino Vernice oblito ignibus ſubjiciunt, ut bulliat ad liquoris conſumpt. ſubſidente terrenâ fæce, Salis inſtar, ex quâ finguntur Trochiſci, pondere. drach. i, Ejuſmodi Trochiſcorum unus, vel duo, pro robore ægri diſſolvuntur in unc. iij, Vini Malvat. & bibuntur. A potione obambulat æger ſemihoræ ſpatio, indè lecto traditur, ſudat ibi 2. vel 3. horas, Vomitus ſuperveniunt, alvus quoque laxatur tamquàm ſumpto Antimonio. Sic ferè omnes liberabantur, qui maturè præſertim id remedium, antequàm virus ad Cor perveniſſet, ſumpſerant, quemadmodum & Ego felici ſucceſſu Lutetiæ in aliquot ægris, peſte obſeſſis, ſum expertus. 2. *Tabernamontanus Sect. 1. lib: 1. cap. 7.* Artemiſia quotidiè in cibo potuq; ſumpta, ſingulari pollet Virtute amoliendi Peſtis venenum; idcircò herba hæc tempore Peſtis meritò pro ſingulari ejus præſervativo æſtimanda. 3. *Caſpar Schwenckfeldt lib. 1. Catal. Stirp.* Artemiſia venenis reſiſtit, & Aerem peſtilentem emendat. 4. *Mizaldus Centur. 3. diſtinct. 10.* Sunt, qui certam & conſtantem fidem mihi fecerint, in vigiliâ Johan. Bapt. ad radices Artemiſiæ Carbonem inveniri, qui deferentes à Peſte immunes reddat.

XV. ABROTANUM.

1. *Mizaldus in Horto Medic.* Semen Abrotani usque ad drach i, cum foliis aliquot in Vino albo tritum, additâ Nuce juglande, & Bolo Armeno, deindè percolatum & bibitum, mirandum in modum eſt efficax adverſus Venena & luem Peſtiferam, noſtro & aliorum quàmplurimorum felici & optato experimento. 2. *Tabernamontanus cap. 11 lib. 1. Sect. 1.* Abrotani ſemen, flores ac folia, drach. i pondere contuſa, ac permixta Nuc. Jugland. ac drach. i Terræ Sigill. Poſtea cum ſ. q. Vini veteris diluta, expreſſa per linteum, & epota tandem, præſtantiſſimum cenſetur remedium contrà Peſtem. 3. *Palmarius lib. de febr. peſtil cap. 18.* Abrotanum ex Vino ſumptum, ad Peſtem, & exitialia Venena, præſentiſſimo atq; efficaciſſimo auxilio eſſe fertur.

XVI. MORSUS DIABOLI.

1. *Fuchſius de Hiſt. Stirp. ca. 274.*

Præſentaneo remedio ad maturandos atque adeo ſanandos Carbunculos adhibetur, ſi Herba viridis trita imponatur, aut decoctio ejus in Vino bibatur. 2. *Moreſcottus de medic. ſimpl.* Herbæ Succiſæ decoctio cum radice in Vino pota, reſiſtit Peſti. 3. *Weinrichius in Homil. 3. ſuper 91. Pſ.* Radix Succiſæ utilis eſt contra Peſtem & alia Venena. 4. *Matthiol. comm. in lib 2. Dioſc. cap. 174.* Morſus Diaboli radix per ſe eſtur, aut ejus decocti vinum utiliter bibitur ad auram Peſtilentem arcendam: item herba ſi viridis trita Carbunculis Peſtiferis imponatur, præſentaneo remedio (ut ajunt) eos ſanat, aut ſi vinum, in quo decocta fuerit, bibatur. 5. *Crato in libel. de Peſte.* Laudantur ab omnibus peritis Medicis ad imponendum Carbunculis 3. iſtæ Herbæ: Morſus Diaboli, Scabioſa & Conſolida major. 6. *Palmarius cap. 18.* Morſus Diaboli Peſti adverſatur, quocumque modo uſurpatur. Herba & radix ſiccari, Antidotisque miſceri ſolent. 7. *Lonicerus cap. 161. Parte 2. ſui Herbar:* Radix Succiſæ Autumno collecta, adverſatur veneno Peſtilentiali. 8. *Tabernamontanus, lib. 1. Sect. 5. cap 15.* Si radix hujus herbæ diſſecetur in orbiculos, eorumque decem vel plures Vino imponantur, & de hoc jejunè hauſtulus bibatur, præſervat à Peſte. 9. *Kentmannus Parte 2. ſui Regim. de Peſte.* Radix, flores ac folia Succiſæ contuſa & Buboni Peſtilentiali impoſita, extrahunt omne Venenum, & ulcus conſolidant. 10. *Schwenckfeldius lib. 1. Catal.* Morſus Diaboli adverſus ictus virulentorum, Venena, & Peſtilentes morbos, non minùs, quàm Scabioſa efficax. Præſentaneum remedium ad maturandos Carbunculos, herba recens impoſita & ex Vino pota. 10. *Gebelkoverus in Jatryo Wirtenberg. parte 3.* Si quis cochlearia duo vel tria mane ſumpſerit Vini, in quo radix Morſus Diaboli macerata fuerit, eo die ab hac contagioſa lue immunis erit.

XVII. ROSMARINUS.

1. *Ruellius de nat. Stirp. lib 3. ca. 50.* Roſmarinus crematus, tutam præſtat in Peſte domum, nidore ſuo, improbam namque Aeris diluit perniciem. 2. *Arnoldus Villanovanus.* Si Arteriæ brachiorum & temporum intingantur Vino ex Roſmarino, illicò Vires Cerebro & Cordi communicant, & perindè auræ contagioſæ & Peſtilenti morbo valdè occurrunt, partes illas principes adverſus hujuſmodi Luem armando & cuſtodiendo. 3. *Fuchſius de Hiſt. Stirp. cap. 182.* Recentiores tradunt, tutam præ-

præſtare domum in Peſte hanc Plantam crematam, & nidore ſuo Aeris perniciem diſcutere. 4. *Palmarius lib. de febr. Peſtil. cap. 18.* Roſmarinus ſeu Libanotis incenſa, ſuffitu tutam domum à Peſte præſtare creditur &c.

XIIX. ACETOSA.

1. *Montagnana in Conſil. med.* Scio ego, quod ſi æger bibat manè unc.iii Succi Acetoſæ cum unc.i Aquæ Roſ. eſſe ſingulare remedium in febre Peſtilenti. 2. *Valleſius tract. de Epidem. cap. 9.* Remedium eſt adverſus Peſtem præſervativum, ſi quis ſumat unum Bolum de Acetoſa manè, & alium veſperi. 3. *Marſilius Ficinus in Epidem. cap. 6.* Acetoſa in Peſte non prætermittenda, eſt enim virtus ejus ſingularis. 4 *Mizaldus in Horto Med.* Acetoſa mirabilem habet energiam adverſus Luem Peſtiferam, ſi aceto macerata, matutinis ſumatur horis, felici experimento probatum remedium. 5. *Anton. Gueinerius in lib. de Peſte.* Acetoſa mirabilem habet virtutem adverſus Peſtem, ſicut ego accepi à fide digno quodam, apud quem ſæviente peſte quavis, nullus unquam locum mutavit, adjutus præſidio hujus Plantæ. Cujus bolum antè prandium & cœnam die qualibet ex domeſticis unusquisquè ſumebat, & ſi deeſſet ejus copia, pulverem ex ea reſiccata in Vino albo præſumebat, utebaturquè nonnunquàm Pill: Ruffi, ex quo nullus domeſticorum ejus unquam Peſte correptus fuit. 6. *Ulſtadius in Tractat. de Epidemia.* Acetoſa ſingularem vim habet contra peſtem, præcipuè ſi addatur Theriacæ. 7. *Joubertus in Tract. de Peſte, cap. 19.* Acetoſæ folia in aqua & Aceto priùs merſa & projentaculo devorata, ſummum adverſus peſtem remedium eſſe, pleriquè adfirmant. 8. *Franciſcus Valleriola cap. 2. Adpend. locor. comm.* Acetoſæ folia, Aceto præinfuſa, medicinam factitantes omnes laudant in peſtis præſervatione. 9. *Joan. Renodæus lib. 1. Diſpenſ. Sect. 5. cap. 11.* Acetoſa Cor recreat, putredinem arcet, refrigerat, & aqua ex ea deſtillata febribus peſtilentibus confert. 10. *Euſtach. Rudius lib. 3. Pract. cap. 30.* Acetoſam quoque inter alia ſimplicia, quæ peſtiferis febribus reſiſtunt, recenſet, eamque commendat. 11. *Schwenckfeldius lib. 1. Stirp. Sileſ.* Acetoſa bilioſis & peſtilentibus febribus adverſatur. 12. *Balthaſarus Piſanellus lib. de eſculent. ac potul. facult.* Acetoſa febribus peſtilentibus inprimis utilis, ſitim enim tollit ac putredini reſiſtit. 13. *Quercetanus in Diætet. ſect. 3. cap. 3.*

Acetoſa omnibus reſiſtit putrefactionibus, ac idcircò febribus confert Peſtiferis. 14. *Kentmannus in Regim. Peſtis.* Folia Acetoſæ pulveriſata pondere drach. j manè & Veſperi, cum pauxillo Sachari permiſta, utiliter contra Peſtem ſumuntur, æſtate quidem cum Aqua appropriata, hyeme verò cum Vino. 15. *Keglerus in regimine de Peſte.* Acetoſæ 6. vel 7. folia viridia jejuno ſtomacho comeſta, probati remedii loco habentur adverſus Peſtiferam infectionem. 16. *Joh. Pickarus in Hermete redivivo Sect. 3. c. 10.* Acetoſæ aliquot folia in aqua & aceto priùs merſa, & pro jentaculo ſumpta, à Peſte præſervant.

XIX. VALERIANA.

1. *Caſtor Durandes in ſuo Herbar.* Rad. Valeriana contuſa, & cum vino ſumpta, abigit Peſtilentem contagionem. 2. *Henricus à Braa in Catal.* Decoctum rad. Valer. cum vino aut cereviſia tenui bibitum valet contrà Peſtem. 3. *Matthiolus comm. in lib. 5. Dioſc.* Valeriana ſeu Phu præſtat ad Peſtilentiam, non modò hauſtum, ſed etiam olfactum. 4. *Joh. Bokel. in tract. de Peſte.* Radix Phu vel odorata, vel pulveriſata cum Vino data, ptolectò indè ſudore, venenum Peſtilens à Corde longè diſpellit. 5. *Lonicerus parte 2. Herbar. cap. 120.* Radix Valer. in potu exhibita, vel odorata, virus peſtilens infringit, Aeriſque malignæ infectioni reſiſtit. 6. *Hieron. Tragus in Hiſt. Stirp.* Valerianæ radix, tempore Peſtis pota, contra Aeris intemperiem utilis. 7. *Schnellenbergius, cap. 18. de Herbis antipeſt.* Valerianæ radix reſiſtit omnibus virulentis odoribus, & Aeri infecto, idcircò communis ejus uſus eſt tempore Peſtis, geſtata enim in manibus frequenterque odorata, præſervat hominem ab Aere peſtilenti. 8. *Tabernæmontanus lib. 1. Sect. 5. cap. 16.* Radix Valer. valet contra Peſtem, atque in compoſitionem Theriacæ recipitur. 9. *Petrus Sibyllenus in lib. de Peſte.* Radix Valerianæ ſuper Pectore geſtata, Cor, ut experientia teſtatur, ſpecificâ ſuâ Virtute contra Veneni Peſtiferi impetum tuetur ac defendit. 10. *Caſpar Schwenckfeld lib. 2. Catal. Stirp.* Valeriana miſcetur Antidotis, quod venenatis beſtiis ac Peſti reſiſtant. 11. *Mercurialis:* Valerianæ radix nobile præſervativum habetur, ad peſtis malignitatem profligandam.

XX. CHELIDONIUM.

1. *Tabernæmontanus lib. 1. Sect. 2. cap. 2.* Chelidonii inſignes vires ſunt, reſiſtendi veneno Peſtifero. 2. *Paræus lib. de Peſte.* Sunt qui Chelidonii majoris & Malvarum ſuccum,

cum, cum Aceti unc. iij expreſſum, & unc. i Olei Nucum bibunt, mox enim à multâ deambulatione venter ſurſum ac deorſum laxatur, & ſic liberantur. 3. *Palmarius cap. 18. de Peſt. febr.* Succus rad. Chelidonii majoris ex Vino albo, & Aceti Roſar. momento expreſſus, nonnullis præſentaneum auxilium in Peſte attulit, & virus ſudore foràs expulit. 4. *Lonicerus parte 2. Herb. ca. 201.* Manipulus Chelidonii majoris purgatus, in Roſaceo Aceto juſtâ quantitate decoctus & colatus, addita drach. iß Theriacæ, cōtrà Peſtem efficaciſſimum eſt, ac multorum experientiâ comprobatum remedium. 5. *Crato à* Crafftheim *de Peſte.* Radix Chelidon: coquatur in aqua & Aceto; Hyeme verò in vino, & de eo bibatur, quādiu curatione infecti hac lue indigent. *Idem:* Commendatur Chelidonium inter efficaces herbas ad Peſtem. 6. *Tragus lib. 1. Hiſtor. Stirp.* Majoris Chelidonii radix purgata, & in ſextario Aceti roſ. cocta, ita ut deinceps, percoletur, decoctoque adjiciatur Theriaca unc. iß; cyathique; vulgaris menſura exhibita, correptos, à Peſte (atteſtante id certâ experientiâ) liberabit, ſi poſtquam biberunt, in lectum ad ſudorem ſe compoſuerint. 7. *Caſtor Durandes in Herb.* Chelidonium majus in Aceto roſ. coctum, & cum drach. i Theriacæ ſumptum, Peſtem abigit. 8. *Schwenckfeld lib. 1. Catal.* Radix Chelidon. aceto cocta, adverſus Peſtem bibitur. 9. *Anonymus in lib. mſc.* Chelidonii majoris M ii cum herba & radice coque in Aceti opt. lib. iiiiß, ſuper prunas in olla vitreata cum operculo, cujus oræ ſint munitæ luto per ſeſquihoram. Deindè colatum Acetum in phiala vitreâ repone. Cujus cochlearia 3 plena dabis Peſte correpto, & ſi revomuerit, iterum da, & ſudorem præcipe.

XXI. CÆPA.

1. *Michael Mercatus in lib. de Peſte.* Cape Succi Cæpe unc. i, Mellis unc. ii Aceti Vini unc. iii, fiat Mixtura, quæ detur ægro benè coperto ut ſudet, expellitur omne Venenum. 2. *Gueinerius de Peſte diff. 2. cap. 3.* Cæpa cum lacte ſive Butyro comeſta, mirabiliter confert in Peſte. 3. *Paræus lib. 21.* Licet craſſiorem Cæpam excavatam, Theriacæq; drach. ß & Aceto impletam ſub cineribus coquere, dein exprimere, expreſſumque ſuccum cum aqua Oxalidis, Carduib. aut alia quavis aqua Cardiaca, Vinoque generoſo diluere, & ægro propinare ad Sudorem in Peſte proliciendum, & Venenum debellandum. 4. *Marſilius in Epidem. ca. 9.* Succum Caparum albarum quidam.

Digitized by Google

dam cum Aceto contra Peſtem exhibent. 5. *Vlſtadius in Tract. de Epidem.* Tradit Avicenna, quod ſi quis Cæpe crudum ex lacte comedat tempore matutino jejunè, eum tota die ab Epidemiâ, certiſſimè præſervari. Sunt qui aſſata 2. vel 3. Cæpe & excorticata in Acetum ponunt, & ita jejuno ſtomacho comedunt. 6. *Tragus lib. 2. de Plant.* Qui opera exercent, manè Cæpam crudam cum Sale & Pane, Theriacæ loco eſitare ſolent adverſus Aerem infectum, perſuadentes ſibi, eo die tutos à Peſtilenti Lue fore, qui hoc remedio uſi fuerint, nec illos ſpes fallit, ſiquidem experientia conſtat, adverſus intemperiem Aeris, ut nihil vulgatius, ità nec efficacius quidquam hac Theriaca reperiri. 7. *Lonicerus parte 2. Herbar. cap. 248* Operarii & laboribus adſueti, manè cum Sale & pane, adverſus Aerem infectum, non exiguo remedio, ut experientia id ipſum oſtendit cæpis veſcuntur. 8. *Roſcellus in ſecret.* Arcanum Peſtis habetur, Succum Cæparum expreſſum exhibere in potu, reliquam verò Cæparum pulpam Tumoribus Peſtiferis imponere. 9. *Alex. Pedemontan. in lib. Secret.* Sumito Cæpam unam, quæ cum per medium inciſa, excavata, & optima Ther. impleta fuerit, coquatur ſub cineribus, linteo madefacto, deindè auferatur, & Succus exprimatur, de quo ſumat æger, cochleare unum, & ſtatim perſanabitur, magma verò Buboni adponatur. 10. *Mizaldus in Centur.* Aperitur & excavatur Cæpa alba, ea parte, quâ radices ſpargit, præſtantique Theriacâ, ſucco Citri ſubacta, infarcitur, & occluſo foraminis oſtiolo, ipſamet particula, quæ detaſa fuit, papyro, vel chartâ Pergamenâ involvitur & deligatur, tùm demum ſub calidis cineribus tantiſper coquenda ſepelitur, donec probè emollita fuerit, ut cremor ab expreſſione ſtillans excipi poſſit, ſanè quàm utilis his, qui Peſte laborant, ſed illicò eos ſudare oportet. 11. *Andreas Libavius Tomo 1. Syntagm. Arcan. Alch. lib. 8. cap. 8.* Cæpe aſſantur ſub cineribus vel in Sartagine, deindè ſuccus expreſſus, Peſte correptis datur. 12. *Tabernamont. lib. 3. Sect. 3. cap. 47.* Succus Cæparum inprimis prodeſt iis, qui Peſtiferâ lue infecti ſunt. 13. *Matthiolus* quoque ipſum Cæparum ſuccum expreſſum, Peſte laborantibus propinare minimè verêtur. 14 *Crato lib. de Peſte.* Cæpam coctam infunde Aceto vel vino Granat. & Syr. Acetoſ. Citri an. unc. iß, exprimatur ſuccus, & cum aqua Tormentil. detur pro eliciendo Sudore in Peſte, materia verò ſeu ſubſtantia ipſius Cæpe, emplaſtri modò, calida ad-

ad-

Digitized by Google

adponatur Buboni. 15. *Andernacus & Roſcel.* Cæpa excavata, & Theriacâ impleta, Tumorem extrahit Peſtilentem, præſertim ſi Aceti paullum addatur. 16. *Evangeliſta Quatrambus in Tract. de Peſte cap. 6.* Alii ſucco Cæparum manè & veſperi circa emunctoria ſe illinunt, ut à contagio Peſtifero immunes degant. 17. *Hippol. Guarinonius Parte 2. de præcaut. Peſtis, quæſt. ſeu probl. 14.* Scias, inter omnia Topica, quæ uſurpantur ad maturationem Bubonum peſtiferorum, vix ullum præſtantius reperiri Cæpâ aſſatâ. 18. *Paræus libro de Peſte.* Cæpam magnam excava, imple Theriacâ cum foliis Rutæ, deinde coque ſub cineribus calidis poſteà contunde cum pauco fermento & axungiâ ſuillâ, & imponatur calidum Abſceſſui, mutetur & ſubſtituatur aliud novum ſingulis 6. horis. 19. *Bened. Victor. Faventinus. lib. 2. medicar. Empir. cap. 21.* Accipe Cæpe unum ſciſſum ſecundùm latitudinem, per medium, deindè unam medietatem linies cum Ther. opt. & Apoſtemati adpones & optimum videbis experimentum, in attractione materiæ peſtilentis ad extrà &c. 20. *Petrus Bayrus in Tract. de Peſte.* Cæpe unum groſſum perforabis in medio, foramen repleatur Theriacâ, dein coquatur ſub cineribus ignitis, & piſta, & adplica ſuper Bubonem Peſtilentem. 21. *Foreſtus lib. 6. de Febrib. Obſ. 20.* Chirurgus quidam Bubonibus Peſtilentialibus adplicabat Cæpas coctas & contritas cum Sinapi albo recẽter molito. Quod ſi Sinapi album deeſſet, ejus loco ſumebat Theriacam, & cum Cæpis contundebat & miſcebat, neque alio attractivo medicamento utebatur, quo remedio ſubindè intra 3. dies Bubo maturabatur. 22. *Bartholomeus Hubnerus in Diætet. lib. 3. cap. 37.* Cæpa contuſa in mortario, ac Theriacæ permiſta, utiliſſimum præbet Emplaſtrum in maturandis Bubonibus. 23. *Cornelius Agrippa in Antid. contra Peſtem, parte 2. operum ſuorum.* Cæpas excavatas, imple Theriaca, & coque ſub cineribus, coctas & contuſas Emplaſtri modo, cum pulv. Dipt. & Tormentil. impone Abſceſſui, eſt enim tutiſſ. remedium, venenum eliciens ac perimens. 24. *Achilles Gaſſarus in ſuo Tract. de Peſte,* laudat etiam Cataplaſma ex Cæpis & Theriaca contuſis, Bubonibus adhibitum.

XXII. CHAMÆLEON.

1. *Joachimus Schillerus in libro de Peſte Britan.* Inter reliqua, quæ nos tuentur arma, clypeosque, quibus veteres malo huic, Peſti ſcilicet

Digitized by Google

licet adverſum fuiſſe video, ſunt præcipuè Chamæleon & Angelica. 2. *Lonicerus parte 2. Herbar. cap. 23.* Radix Chamæleontis trita, & drach. i pondere cum Vino pota, peſti ſalutiferum medicamentum exſiſtit. 3. *Tragus lib. 2. Hiſt. Plantar.* Chamæleontis albi radix in pulv. redacta, ac drach. i pondere ex vino ſumpta, peſti adverſatur, quo nomine pecori, potiſſimum autem Suibus nonnulli hanc radicem exhibent; perſuadentes ſibi hoc pacto, jumenta & Sues à fœda ac peſtilenti hac lue conſervari poſſe. 4. *Andernacus:* Chamæleontis, vulgò Carlinæ radix, in peſte, magnam fert opem. 5. *Thomas Jordanus, Tract. 3. de Peſte phænom.* Radix Chamæl. in pulverem trita, vel Cordialibus aquis decocta & hauſta, ſecuros à peſte reddit. 6. *Amatus Luſitanus comm. in Dioſc.* Chamæleon albus, Italis Carlina, quod vulgus credat, herbam hanc olim Carolo Regi magno ad fugandam exercitus ſui peſtem, ab Angelo demonſtratam fuiſſe, tamquam Antidotum omnium præſtantiſſimum, Quo argumento freti vulgares, quamplurimi ad arcendam peſtem, hujus plantæ radices, miris laudibus commendant. 7. *Matthiolus comm. in lib. 3. Dioſc.* Chamæleontis albi radicem vulgus magnificat adverſus peſtis contagia, ſi quotidiè drach. i propinetur. 8. *Caſtor Durandes in Herb.* Radicis Carlinæ drach. i cum Vino ſumpta, valet contra peſtem. 9. *Moreſcottus de Simpl. med.* Radix Carlinæ pulv. & drach. i ſumpta, reſiſtit peſti. Fertur Caroli Magni exercitum liberatum fuiſſe hac radice, à peſtifero contagio. 10. *Fuchſius cap. 340 de Stirp.* Recentiores Rad. Chamælelontis pōdere drac. i in Vino ſumptam, contrà peſtis contagia prodeſſe tradunt. 11. *Caſparus Schwenckfeldius lib. 1. Catal. Stirp.* Chamæleon Venenis omnibus reſiſtit, & peſtifera contagia arcet. 12. *Fumanellus quoque lib. de Peſte cap. 5.* hanc radicem inter Antidota peſtis reponit.

XXIII. ARON.

1. *Johan. Bruerynus Dipnoſophia lib. 8 cap. 6.* Dicunt, Ari eſum ſalutarem eſſe in cibis tempore peſtis. 2 *Tarquinius Ocyorus, cap. 2. de Herb antipeſt.* Aron propter inſignes virtutes, quas habet contra peſtem, miraculum naturæ adpellat. 3 *Fumanellus lib. de Peſte cap. 15.* Ari radix in peſte ſalutaris eſt, in cibo ſumpta. 4. *Plinius lib 24. c. 16.* tradit, Radicem Ari in cibis uſurpatam, tempore gliſcentis contagii admodum eſſe ſalutarem. 5. *Lonicerus parte 2 Herbar: cap. 268.* Folia Ari viridia, ſi ullum aliud ad ulcera.

peſtis,

peſtis ſananda ſunt efficaciſſima. 6. *Tragus lib. 2. de Stirp.* Radix Ari, maximè maculata habentis folia, ſive ſicca, ſive recens tuſa, ac drach. i pondere ſumpta, remedium eſt præſtantiſſ: ac minimè fallax adverſus peſtis Venenum. 7. *Fuchſius cap. 22. Hiſt. Stirp. ex Plinio*, Dicunt & Arum ſalutare eſſe in cibis. 8. *Georg. Agricola lib de Peſte.* Aron in peſte ſalutare eſſe, in cibis ſumptũ, aliquos dixiſſe, Plinius litteris prodidit. 9. *Joh. Kentmannus parte 2. ſui Regim. de Peſte.* Radix & folia Aronis contuſa imponantur Buboni peſtilenti, & attrahent Venenum, Apoſtemaque rumpent.

XXIV. ARISTOLOCHIA.

1. *Bernh. Croneburgius de Peſte.* Inter peſtis Alexipharmaca numeratur quoque Ariſtol: rotunda. 2. *Joan. Vochs Tract. 1. de Peſte cap. 14.* pulveris Ariſtol. rot. robuſto ſcr. ii vel drach. i, puero drach. i ex Cereviſia calida propinato, purgat à præcordiis, & reſiſtit putredini ſicut Myrrha. 3. *Petrus Apponenſis ca. 4. de remed. Venenor.* ſextum locum tribuit Ariſtolochiæ inter principales herbas, contrà Venena excellenter valentes. 4. *Tragus lib. 2. de Plant.* Ariſtol. vulg. radicem in pulv. redactam, adverſus Venenum ac peſtilentiam ex Vino bibendam exhibent. 5. *Tarquinius Ocyorus ca. 12. de herbis antipeſtif.* Radix Ariſtol. cocta in Vino, & de hoc manè 3. aut 4. cochlearia ſumpta, præſervat à putrido Aere ac Venenoſa infectione. 6. *Jobus Fincelius, in tract. de curâ Peſtis.* Qui Peſte infectus eſt, ſumat cochlear unum Aceti, in quo per aliquot dies infuſa ſint folia & radix Ariſtol. & indè ad ſudorem ſe componat. Experimentum egregium eſt in quamplurimis probatum. 7. *Augenius lib. de Peſte 3. cap. 10.* Pulvis Ariſtol: utriusque mixtus cum ſucco Acetoſæ purificato, perquàm utilis erit in Peſte. 8. *Palmarius in lib. de Peſtil. febr. cap. 18.* Ariſtolochiæ radix incidit & attenuat, Peſtilentibus febribus accommodatiſſima eſt. 9. *Petrus Sibyllenus de Peſte.* Ariſtolochiæ radicis drach. i pro adultis ſumpta, à præcordiis & ſpiritalibus membris purgat, reſiſtit putredini, & contra Peſtis venenum præſens eſt medicina.

XXV. IMPERATORIA.

1. *Cunradus Kunrad in parte Medul. deſtill. Tract. 12.* Radix Imperatoriæ adverſatur infectioni aeris, & curat luem Peſtilentem. 2. *Matthiolus comm. in lib. 3. Dioſc. cap. 65.* Radix Imperat. Epidemiis morbis opem præſtat. 3. *Crato in tract. de Peſte*, Oſtrutium ſeu Imperat. valet

ad præſervandum à Peſte. 4. *Thurnheiſerus libr. 1. Hiſtor: Plant. cap. 2.* Quidam Scriptorum recentium prodidêre, Succum radicis, & ſem. Imperatoriæ, intoxicatis Peſtis contagiis, Aeriſque halitibus venenatis quibuſcumque optimum eſſe Antidotum 5. *Joh Kentmannus in Regim. ſuo Peſtil.* Radix Imperat. ore detenta ac maſticata, præſtantiſſ. eſt remedium contra Venena omnia, inprimis verò ejus uſus commendatur tempore graſſantis Peſtilentiæ. 6. *Tarquinius Schnellenb. cap. 11.* Si de radice Imperator. duo vel tria fruſtula manè cum Sale edantur, confortant Ventriculum frigidum, & ab aere Peſtilenti præſervant. 7. *Tabernæmontanus cap. 13. Sect 3. lib 1.* Si drach. ß hujus radicis cum drac. j Theriacæ, & Aquæ Imperat. unc. ij calidè ſumatur, ita ut ſudorem pellat, omne Venenum Peſtilens potenter diſcutit atque ejicit. 8. *Fuchſius de Stirp cap. 294.* Hæc herba ejuſque radix adverſatur unicè Venenis, itemque Peſtis populariter graſſantis contagia arcet. 9. *Keglerus in Regim. de Peſte.* Imperat. radix manè cum Sale comeſta, optimum eſt Peſtis præſervativum, confortat quoque ſtomachum naturâ frigidiorem.

XXVI. BETONICA.

1. *Alexander Bened. in Pract.* Alii Betonicam ſummis laudibus efferunt ad Peſtem ex Vino, vel ſiccæ pulverem, violentiam enim morbi ad exteriora pellit. 2. *Henricus Dobbin de Peſte.* Betonica valet contrà Peſtem & omnia Venena. Si quis tempore Peſtis, pulverem fol. Beton. ex vino ſæpiùs adſumpſerit, Peſtilens virus per urinam expurgabit. 3. *Caſpar Keglerus in Tractat: de Peſte.* Folia Beton. pulv. ſacharoque admixta & drach. i. Trageæ inſtar manè comeſta, vel folia aliquot recentia maſticata, maximè præſervant à Peſte. 4. *Tarquinius Ocyorus cap. 4 de herb. antipeſtif.* Si quis ſe præſervare velit à Peſtilentis aeris contagio, is manè jejuno ſtomacho ſumat pulverem Betonicæ cum vino, aut cum Aq. Beton. Res eſt experta, & multorum teſtimoniis comprobata, præcipuè autem Iohannis Piſtorii experimentis obſervata. 5. *Savanorola in Pract.* Betonica mirabiliter valet in putrefactione Aeris, & venenoſitati reſiſtit. 6. *Manardus in Epiſt.* Portata item proſunt folia Beton. 7. *Fuchſius in Stirp. hiſtor. cap. 134.* Radix Beton. altilis contrà Peſtis contagia utilem eſſe tradunt.

Digitized by Google

dant. Et Succus ejus Peſtis arcet contagia,atq; etiam hauſtus, ſi jam morbus invaſit,liberat. 8. *Georgius Agricola libro 2.de Peſte* Succus Beton. hortenſis perutilis eſt Peſtilentiæ,bibitus unc. iij pondere. 9. *Fumanellus libel. de Peſte cap. 5.* Succus Beton.epotus, etiamſi jam Peſtis invaſerit,liberat. 10. *Palmarius cap.18.de Peſt.feb.* Folia Beton. pulver. & ex Vino ſumpta, rabidorum animalium morſibus, & Venenatorum ictibus,magno ſunt adjumento. & à Venenis liberant, & contra Peſtem non parum laudis obtinent.

XXVII. CALENDULA.

1. *Pamphilus Florenbenus in coll.de Febr.* ex Savanorola: Exhibent nonnulli ſuccum herbæ, quam Calendulæ vocant, ſtatim in principio Peſtis, calidum, uſque ad unc. iiij, mox ægrum cooperiunt,ut ſudet; deindè laborantem reficiunt,adſeruntq;, hoc medicamine curari poſſe Peſtem.2.*Moreſcottus de Simpl.med.* Conſerva florum Calendulæ,contrà Peſtem & corruptum Aerem prodeſt. 3. *Gockenius in Loimograph.* Experimento didici Calendulæ ſuccum, materiam venenatam ad glandulas trudere, ſudorem ciendo. *Idem ibid.circa finem Libri:* Succus Calendulæ in primo ſtatim initio exhibetur, mirabiles in provocando ſudore prodit vires. 4 *Iatrion Wirtenbergicum Parte 3.* Ex floribus Calend.exprime ſuccum huncque jejuno da bibendum, præſervat à Peſte.5.*Georg Agricola lib.2. de Peſte.* Succus Calendulæ per ſe utilis eſt Peſtilentiæ 6.*Palmarius cap.18.* Flores Calend. conditi, non paucos Peſtilentis aeris contagione liberaſſe traduntur. 7.*Thomas Eraſtus,Epiſt.medic. 24.* Nihil magis hactenus profuiſſe in Peſte, quæ in vicinia graſſata eſt, intelligere potui,Succo Calendulæ,mox à principio exhibito. 8. *Mindererus de Peſte,cap.15.*Succus Calend. unc.ij Vel iij pondere,ſalutari planè effectu ſudaturis porrigitur.

XXVIII. BACCÆ JUNIPERI.

1. *Paracelſus in Tract. de Peſte.* Baccæ Junip. maturæ tundantur in mortario Pultis inſtar, coquantur in aq.fontanâ vel in Vino, ſemper agitando, uſque dum ſatis videbitur, & per lineos Saccos denſos Succus exprimatur ſub prælo, melius tamen fuerit, non addere vinum neque aquam,ſi modò recentes ſuccique plenæ ſint Baccæ.Succus hic poſteà coletur per pannum mundum,igneq; lento rurſum excoquatur ad juſtam ſpiſſitudinem. Inter coquendum, agitandum

eſt adſiduè, ne ſapiat aduſtionem, nevè efferveat, poſtmodum aromaticis condiendum eſt, alioquin nequit perdurare. Doſis eſt adultis, cochlear unum, junioribus verò dimidium cum vino. Aeri Peſtifero plurimum reſiſtit, eſt enim valdè præſervativum. 2. *Petrus Droettus de Peſte.* Juniperus & ejus Baccæ, ignibus injecta, ſuavem ſpirant odorem, tempore Peſtis. 3. *Lubertus à Braa.* Baccarum Juniperi magnus eſt uſus ad Peſtem ſeu præſervandam ſeu curandam, ſivè intrinſecus per ſe ſolæ, vel aliis admiſtæ ſumantur, ſive extrinſecus in ſuffumigiis uſurpentur. 4. *Bernh. Crouenburgius.* Juniperi grana aceto macerata, manducentur adverſus Aeris infectionem tempore Peſtis. 5. *Gerard. Bergenſis in lib. de Peſte præſerv.* Si tempore peſtis, foràs eundem erit, in ore teneantur ac maſticentur Grana Junip. aceto Roſacco macerata. 6. *Fracaſtorius, de contag. lib. 3. cap. 7.* Juniperi grana in ore verſentur, quo Aer inſpiratus, ſyncerior ingrediatur. 7. *Marſilius in Epidem.* Tàm ipſa folia Junip. quàm eorum ſuccus ex vino bibitur contrà Peſtiferam infectionem. 8. *Tragus lib. 3. Hiſt. Plant.* Baccæ Juniperi, ſingulari apud Germanos remedio, ad graſſantia Peſtis contagia uſurpantur. 9. *Gerardus Dorneus in Pract. Theophr.* Nobile præſervativum Peſtis eſt ſuccus Bacc. Juniperi per coctionem nonnihil inſpiſſatus, cujus doſis eſt cochlear unum pro adultis. 10. *Manardus lib. 5. Epiſt. 3.* Summè conferret, ſi canthari, in quibus Vinum conſervandum, forent ex ligno Juniperi. 11. *Ruellius lib. 1. de nat. Stirp. cap. 90.* Juniperus, cum virens præſertim ignibus dicatur, crepitat, & non injucundum fumum exſpuit, qui odoris ſuavitate, graſſantia Peſtis contagia depellit, & ſæviorem eluit pernitiem. 12. *Tarquinius Ocyorus cap. 20. de herbis antipeſtif.* Grana Juniperi jejunè comeſta, præſervant hominem ab Aere infecto & corrupto. 13. *Tabernæmontanus lib. 3. Sect. 2. cap. 10.* Baccæ Juniperi frequenter maſticatæ, Peſtis tempore, abigunt contagium perniti oſum, Aeriſque infectioni reſiſtunt. 14. *Caſtor Durandes:* Baccæ Juniperi in aceto maceratæ ac maſticatæ, venenatam ac peſtilentem auram pellunt. 15. *Kunradus in Parte 1. Medul. deſtill. Tract. 20.* Inſigne Peſtis præſervativum eſt, ſi Grana Juniperi per noctem in aceto Vini macerata, rurſuſque exſiccata, ad ſex vel 7. manè deglutiantur, arcent enim omnem malignam aeris qualitatem. 16. *Schwenckfeldius lib. 1. Catal. Stirp.* Baccæ hæ contrà febres Peſtil. efficaciſſimè bibuntur. Lignum quoque ejus accenſum ſuaviſſi-

viſſimè olet, aerem purgat, Peſtis tempore, & Serpentes fugat. 17. *Palmarius cap. 18. de febr. Peſtil.* Baccæ Juniperi occultâ proprietate, adverſus omnia venena præſtantes habentur, præſertim verò adverſus Peſtis injuriam. Eâ itaque graſſante, hæ & intrò ſumi cum Aqua Carduib. vel vino albo, & ad Suffitus uſurpari ſolent, & aliis Antidotis miſcêri. 18. *Mizaldus in adpend. Centuriar.* Quidam Peſte laborans, Electuario è Granis Juniperi liberatus eſt. 19. *Euſebius Wiſdeck in Regim ſuo.* Bacc. Juniperi 15. vel 20. manè devoratæ, optimè à Peſte præſervant.

XXIX. GENTIANA.

1. *Fracaſtor. in lib. de Contag.* Gentianæ radix in ore verſetur, quo Aer, qui inſpiratur, ſyncerior ingrediatur. 2. *Palmarius cap. 18. loco ante cit.* Nos Gentianæ radicem, adverſus Peſtilentium febrium cótagia, utiliſſimam exploravimus, ſummâ enim amaritudine putredinem coercet, & noxios ichores ſiccando abſorbet. 3. *Lonicerus parte 2. Herbar. cap. 130.* Radix Gentianæ uſurpatur contra Peſtem aliaq; venena. 4. *Crato de Peſte.* Inter Alexipharmaca Peſtis numeratur quoquè Gentiana. 5. *Tragus lib. 1. Hiſt. Plant.* Gentiana, Theriaca Germanorum eſt, & ſunt nonnulli, qui eam adjúnctis Lauri Baccis, & aliis quibuſdam radicibus, melle conditam, pro Theriaca vendunt, & pro eâ utiliter uſurpant. 6. *Henricus Dobbin de Peſte.* Quia magnis laudibus efferuntur radices Gentianæ contra Peſtem, maſticari & in ore contineri debent. 7. *Schnellenbergius cap. 8. de herb. antipeſtif.* Radix Gentianæ pulveriſ. & drach. i ponderè cum fol. Rutæ & Zingib. in Vino ſumpta, probatum eſt remedium contrà peſtem. *Item:* Radix Gentian. per noctem aceto macerata, & manè fruſtulum ejus maſticatum, præſervat à maligna Aeris infectione. 8. *Tabernæmontanus lib. 2. Sect. 10. cap. 11.* Succus Gentianæ præſtans medicina cenſetur contrà peſtem & Venena alia. 9. Idem teſtatur etiam *Matthiolus, comm. in lib. 3. Dioſc. cap. 3.* Et *Caſtor Durand.* in Herbar. 10. *SchWenckfeldius lib. 1. Catal. Stirp.* Contra peſtis contagia, Gentiana Antidotis additur. 11. *Georg. Garnerus in Epit. libri de Peſte cap. 18.* præſervandus à peſte, ſumat Succi Gentianæ depurati unc. i cum pauxillo Vini & ebibat calidè. 12. *Caſpar Keglerus in Regim. ſuo de Peſte.* Gentianæ pulv. drach. j cum pauxillo Zingiberis & fol. Rutæ ſic, manè in vino calido ſumpta, probatum alexipharmacum habetur contra peſtem. 13. *Chriſtoph. Hornius in Dial. de Auro Med.*

corporeq; poſtea ad ſudorem concecto. 6. *Goclenius in Loimographia.* Fallopius adfirmat, Succum Galegæ materiam venenatam ad glandulas trudere, & nullum eo poſſe certiùs, aptius ac præſentius remedium offerri. cum Natura eòdem venenum tranſmittere cœpit. 7. *Fumanellus lib. de Peſte cap. 5.* Adſerunt Galegæ ſuccum jejunè potum, vel ejus rad. decoctum, vel herbam comeſtam; vel liquorem ſtillat. ſumentes, à peſtilenti febre arcêre, & tali febre adfectos ſanare. 8. *Tabernæmontanus lib: 1. Sect: 4. ca. 34.* Galega una eſt præſtantiſſimarum medicinarum contrà Venena, inprimis verò contrà Peſtem, quia multi tempore graſſantis hujus contagii, uſu illius herbæ à malignâ infectione ſe tutos præſtitêre, in cibo, & potu eam ſumentes. 9. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 11.* Galega magnam vim contrà Peſtem habere creditur, quâ multi præſervati ſunt: Alii eam quotidiè in Acetario comedunt, alii cibis incoquunt, ejusque decoctum bibunt, alii ſuccum eliciunt, & cum vino bibunt, exhibentes ejus unc. iij: 10. *Caſtor Durandes in Herbar.* Galega brodio carnis incocta, & indies uſurpata, Peſti reſiſtit. Idem præſtat Succus ejus cum Vino potus. 11. *Minderereus de Peſte cap. 15.* Ruta Capraria ſeu Galega, quomodo exhibita Peſti conducit. Hujus enim ſucco cum Aceto, Aquâ Carduib. & modico Theriacæ hauſto, aut decocto ejus poto, corpore abhinc ad ſudorem compoſito, complures in Lombardicâ Peſte mortem evaſiſſe traduntur. 12. *Quercetanus lib. 2 de Peſte cap. 3.* Rutam Capranam, à paucis annis, ſpecifica quadam proprietate peſti adverſari percepimus. 13. *Libavius lib. 2. Batrachior. in ſchol. ad cap. 19.* Galega Aſpidum, Peſtisque puncticularis virulentiam expugnat. 14. Commendatur & hæc herba ab *Evangeliſtâ Quatrambo in Tract. de Peſte cap. 6.* ad curam Peſtis.

XXXII. CITRIUM.

1. *Johan. Daniel Mylius in Baſil. Chym. lib. 6. ca. 47.* Succus Citri Peſtilentiæ contagia arcet, & cujuslibet veneni præſentiſſ. eſt remedium. 2. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 9.* Cortex Citri Cor aliasq; principes partes muniens, putredini ac Venenis reſiſtit. *Idem cap. 11.* Succus mali Citrii adverſus internas ac Peſtilentes putredines, venena, & partium principum, inprimis verò Cordis imbecillitatem utilis eſt. 3. *Lemnius libro 4. Occult. cap. 17.* Ego, cum graſſante Peſte, nuſquàm non intrepidè ſuccurrendæ plebis ac civium ſtudio

Digitized by Google

me conferrem, illis præſidiis, ac potiſſimum Mali Citrii, attrito dentibus ſucculento putamine recens diſſecto, mè munire ſoleo, ac conjectâ in D.O.M. fiduciâ, Peſtiferos halitus diſcutere, nihil enim hujus pomi Cortice, ſucco ac ſemine magis efficax ac præſentaneum, quod *Virgilius* etiam non ſubticuit 2. Georg.

Media fert triſtes ſuccos, tardumquè ſaporem
Felicis mali, quo non præſtantius ullum,
Pocula ſi quando ſavè infecêre noverca.
Auxilium dabit, & membris aget atra Venena.
Flos adprimè tenax: animas & olentia Medi
Ora fovent illo, ac ſenibus medicantur anhelis.

4. *Marſil. Ficinus in Epidem. cap.* 6. Citri Cortices & ſemina, cum Aceto & Aqua Roſ. præſervant à Peſte. 5. *Montanus Curat. 13 febr.* Citrum remedium optimum in febribus Peſtilentibus. 6. *Baptiſta Fiera in Tract. de Peſte.* Semina, flos, folium, & cortex, frigentia mulcent corpora, & depurant Aera Peſtiferum 7. *Crato in lib. de Peſte.* Ad præſervationem inprimis utile eſt in ore tenêre Cortices Citri exſiccatos. 8. *Matthiolus comm. in lib. 1. Dioſc. cap. 131.* Semen Citri potum Venenis adverſatur, & ſuccurrit Peſtilentibus febribus. 9. *Alexand. Bened. de Peſte.* Citria mala utilia ſunt, quia Aeris Peſtilentis noxiam abigunt, ſi quotidiè manducantur. 10. *Gualtherus Bruel. in Praxi.* Succus, Semen & Cortex Mali Citrii, utiliſſimè ſumuntur à Peſtiferâ Lue infectis. 11. *Mindererus de Peſte cap.* 15. Ex ſimplicibus medicamentis in Peſte exſtirpandâ ſingulariter convenientibus, eximiam laudem meretur Citrium pomum, ſemine, pulpâ & Cortice: uſitatiſſ. bibuntur, Seminis ſcr. ij circiter ex Vino, aut aquæ Acetoſ. ad internam arcendam putredinem. Succus ſudorem prolicit, ac quandòque per hunc educit Puſtulas. Cortex oris commendans halitum, vitales Spiritus reficit, & Peſtilentis Aeris noxiam emendat. 12. *Joh. Bokelius parte 1. Regim. cap. 12.* Ad præſervationem Peſtis ſecundùm Deum, nullum eſt præſtantius ac efficacius remedium Succo Citri ac Limonum, ſive per ſe ſumpto, ſive aliis cibis permixto. 13. *Barth. Montagnana:* Semen Citri contrariatur omni veneno ac Peſti; dando ejus drach. j cum Vino aromatico. 14. *Fumanellus de Peſte ca. 5.* Semina Citrii mali & totum pomum, venenis ſummè contraria ſunt, ipſum enim Venenum exſtinguit cum vino datum,

&

Digitized by Google

& in Peſtilenti febre, non tantùm Semen, ſed & ſuccus ac Cortex valdè commendatur. 15. *Joan: Poppius in Enchirid. ſuo experimentor.* Succus Citriorum inſigne eſt Cardiacum, pellit venena, & tota ſubſtantia Peſti contrariatur. 16. *Joan: Bruerynus de re cibar. lib. 11: cap. 31.* Succus Citri cum Sacharo decoctus, ſervatur ad febres ardentes, & Peſtilentiæ contagia. 17. *Manard: in Epiſt. med:* Ad præſervationem à Peſtilentis aeris contagio, Semen Citri in ore teneatur, & poſt maſticationem deglutiatur. 18. *Anton: Chalmetheus*; Quibus incumbit Peſte correptos inviſere, priusquàm Peſtilenti aeri ſe committant, ſumant Corticem Citri. 19. *Mizaldus in Horto Med.* Si pomum Citrium integrum in aq: roſ: & Sach: tamdiu coquatur; donec tabeſcens in jus reſolvatur, immunem ab omni veneno & Peſte reddet eum, qui manè juſculi vel decocti talis, unum vel alterum cochlear hauſerit. Res in peſtilentibus contagiis & mihi, & fidis amicis meis feliciſſ. ſucceſſu ſæpè experta & comprobata. 20. *Caſtor Durandes in Horto Sanit.* Semen & Succus Citriorum præſervant à Peſte. 21. *Fernelius lib. 5. meth. cap. 21.* Succus Mali Citrii adverſus internas & Peſtilentes putredines, venenaque inprimis utilis eſt. 22. *Valleriola in adpend. loc. com. cap. 2.* Citri Semen *Avicenna 2 Can. cap.* 120, valdè commendat, ut quod Venenis omnibus adverſari pro comperto habêri velit. Quin & Citri odorem, Aeris corruptelam & omnem Peſtem repellere, idem adfirmat, quod & longo uſu & experientiâ comprobatum eſt à multis. 23. *Schwenckfeldius lib: 2. Catal: Stirp:* Caro Citri, Peſtis contagia arcet, Semen ejus Venenis adverſatur, in febribus peſtil: magni uſus. 24. *Alphonſus Moreſcottus de Simpl. medic.* Succus Citriorum potus ſæpius, curat ac præſervat à Peſte. 25. *Libavius Tom. 1. Syntagm lib. 2. cap. 20.* Succus Citri & Limon: in febribus peſtilentibus optimum habet locum.

XXXIII. LIMONES.

1. *Ebenbitar Arabs de Limon. ca. 8.* Succus Limonum confert Peſtilentibus febribus, reſiſtendo Putredini. 2. *Valeſcus de Taranta in Pract.* Confert Sem. Limon. drach. ß ſumere omni die cum Syr. Acetoſ. vel de Ribes. 3. *Foreſtus lib: 6. de Febr.* Tempore Peſtis pro præſervatione convenit Limonis ſubſtantia, Sacharo condita, quâ ego ſum uſus. 4. *Marſil. Ficin. lib. de Epidem.* Limonum ſemina & cortices, cum vino vel Aceto roſac. ſumantur in Peſte. 5. *Mizaldus in Centur.* Si in Succum Limonum mittatur nu-

Gggggg 2 niſma-

miſma puri & obryzi Auri, vel ejus loca folia Auri, & exacto die naturali illinc eximatur, ac Peſti laboranti ſuccus ille propinetur cum tantillo vini albi, & pulv. rad. Angel. mirum dictu, quantum præſidii adferat etiam deploratis & conclamatis. 6. *Joubertus libro de Peſte cap. 13.* Limonum & Citriorum fruſtum excorticatur, frigida maceratur, & Sacharo inſperſo comeditur. Mirifica ſanè eſt iſtorum vis ad propulſandam Aeris venenati contagionem, & humorum fervorem compeſcendum. 7. *Tabernæmontanus lib 3. Sect 2 cap. 15.* Succus Limonum inprimis Peſte correptis prodeſt, reſiſtit enim veneno, coercet putredinem, ac Cor confortat. 8. *Augenius lib. 3. de Peſte cap 19.* Aeſtate indies à jejuno bibantur unc. ij Succi Limon. vel Arant. acidor. vel Granator: nec tibi Peſtis damnum inferet. 9. *Balthaſar Piſanellus de eſcul. facult.* Succus Limonum febribus malignis & Peſtilentibus confert. 10. *Bartholom. Hubnerus in Diætet. lib. 8. cap 14.* Succus & caro Limonum confortant Cor & omnia viſcera interiora, venenisque adverſantur.

XXXIV. PIMPINELLA.

1. *Autor Hort. Sanit. cap. 364.* Radix Pimpinellæ maſticata vel de collo ſuſpenſa, præſervat à Peſte. 2. *Crato de Peſte.* Inter Alexipharmaca Peſtis numeratur quoque Pimpinella. 3. *Palmarius cap 18. lib. de febr. Peſtil.* Eximia Pimpinellæ radicis laus, ad Peſtem, malignasque febres arcendas ac profligandas ſi cum vino albo ad drach. j bis in die antè cibum propinetur. 4. *Matthiolus comm. in lib. 4. Dioſc ca. 45.* Matthæus Curtius, Clariſſimus noſtræ ætatis Medicus, ad contagioſas Peſtilentes febres, maximè Pimpinellam commendavit. 5. *Grattarolus*: Pimpinella in Peſte laudatur à multis doctis. 6. *Henricus Dobbin de Peſte.* Pimpinella piſtata & potui data cum vino, præſto valet contra venena, & propterea inter herbas contra peſtem recenſetur. 7. *Fuchſius de Hiſtor. Stirp. cap. 233.* Pimpinellæ uſus tum præcipuus, cum ſævientis peſtis contagia arcère conamur, unicè enim venenis adverſatur, & corpora ab hac lue vindicat, ſi tantùm in ore teneatur. 8. *Tarquinius Ocyorus cap. 5. de herbis antipeſtif.* Radix pimpinellæ geſtata, tuetur hominem à peſtis infectione, & aura venenata, confortat Cor & pulmonem. 9. *Tabernæmontanus libro 1. Sect. 3. cap. 23.* Radix pimpin. tempore peſtis graſſantis in omnibus cibis,

Digitized by Google

cibis, ut & potu uſurpari debet, quia non ſolùm reſiſtit potenter omnibus venenis, ſed & hominem à peſtis contagione præſervat, & Cor mirificè roborat. 10. *Renodæus in Diſpenſ. lib. 1. Sect. 4. cap. 53.* Radix pimpinellæ febribus malignis ac peſti conducit. 11. *David Herlitius in Regim. Peſtil.* Fertur, pimpinellam, tempore magnæ cujuſdam peſtilentiæ ab Angelo in aere monſtratam quibuſdam fuiſſe, quique eſfuſi fuerint, ſervatos fuiſſe. Si matutino tempore maſticetur, omnem maligni Aeris ingreſſum per os prohibet. In Vino macerata, & de eo bibita, egregium eſt præſervativum. Effodienda autem radix decreſcente Luna. 12. *Johan. Bokelius cap. 17. ſui Regim. de Peſte.* Hæc radix ſi jejuno ore maſticetur, vel ejus portiuncula deglutiatur, admodum infectioni peſtilenti obluctatur. 13. *Fumanellius lib. de Peſte cap. 5.* pimpinella adverſus peſtem valet 14. *Caſpar Keglerus de Peſte.* pimpinella jejuno ſtomacho manducata præſervat hominem ab infectione peſtilenti, præſertim brumali tempore, & confortat Cor ac pulmones. 15. *Turnheiſerus cap. 11. Lib. 1. Hiſt. Plant.* Quidam Medicorum radicem pimpin. in peſte populatim graſſante, contagioſis venenis unicè adverſari, & corpora à lue vindicare, ſi tantùm more teneatur, tradunt. 16. *Kentmannus in Tract. de Peſte.* pimpinellæ radix pulv. jejunè ſumpta, Cor confortat, & per ſudorem virus peſtilentiale, omnesque malignos ichores expellit, ſanguinemque purificat &c.

XXXV. NUCES JUGLANDES.

1. *Galenus lib. 2. de Alim. item lib de cibis boni & mali ſucci* deſcribit Antidotum utiliſſ. ex Nucibus contrà peſtem. 2. *Droetius de Peſte.* Quantum Nux juglans valeat ad peſtem, ex ſequenti hiſtoria patet. perditiſſimi Nebulones, quos Magiſtratus Lugdunenſis morte mulctavit, ob propagatam peſtem, faſſi ſunt, cum ad ſupplicium ducerentur, ſe nullo alio remedio ſe defendiſſe à peſte, quàm Nuce juglande, quam ad ignem parumper adurebant, priuſquàm comederent. 3. *Mizaldus*: Venenati Aeris contagia diſcutiunt Juglandes, quod verum eſſe indicat ſynthesis illa Mithridatica, quæ Diateſſaron dici poteſt: Accipit enim Nuces binas, Ficus totidem, Rutæ fol. 20. & Salis momentum. Hæc ſi quis jejunus ſumpſerit, à Venenis & contagioſis morbis eodie futurus eſt immunis. 4. *Tabernamont. Sect. 2. lib. 3. cap. 30.* Nu-

ces Juglandes utiliſſimæ ſunt tempore peſtilentis conſtitutionis. 5. *Caſtor Durandes in ſuo Herb.* Nuces Iuglandes antè & poſt paſtum, cum Ficub:& foliis Rutæ comeſtæ, tuentur ſumentem à Peſte. 6. *Augenius lib. 2. de Peſte cap. 10.* Nux mirabilem vim habêre creditur in juvando & præſervando à Peſte, ſi ſumatur cum Caricis & Rutâ. 7. *Palmarius lib. de febr. Peſtil. cap. 18.* Sunt, qui Iuglandem exurunt, deindè ex aceto Roſac. cinerem ebibunt, ut ſe à venenis, & auræ Peſtilentis corruptelâ vindicent. 8. *Schwenckfeldius lib. 2. Catal. Stirp.* Cum Ficu Ruta & Grumo Salis, contra Venena & Peſtem manè ſumpta commendantur Iuglandes. 9. *Joh. Sigiſm. Görlitzerus* quoque, & *Achilles Gaſſarus, Chriſtoph. Meurerus, Keglerus, Rulandus, Lithotomus* & alii in ſuis de Peſtis Regim: valdè Electuarium ejuſmodi ex Nucibus & ficubus ac Ruta contra omnem Peſtis infectionem, prædicant.

XXXVI. *DIPTAMNUS.*

1. *Fernelius lib. 5. Meth. med. ca. 21.* Diptamni radices & folia ad ictus & morſus venenatos exhibentur nec non ad Peſtilentium febriū malignitatem. 2. *Chriſt. Hornius de Auro Med.* Diptamnus Creticus & vulgaris, venenis ac Peſti adverſatur. 3. *Fumanellus de Peſte cap. 5.* Diptamnum Cretenſe, contra Peſtem ſupremum eſſe remedium putatur. 4. *Palmarius lib. de Peſtil. febr. cap. 18.* Diptamni radices & folia contrà Febrium Peſtilentium & Venenorum malignitatem valêre, longo uſu comprobatum eſt. 5. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 10.* Radix & folia Dipt. tenuium ſunt partium, ad morſus & ictus venenatos exhibentur, & ad Peſtilentium febrium malignitatem. 6. *Matthiolus comm: in lib. 3. Dioſc. ca. 33.* Diptamni albi radicem tradunt ſuâpte vi pellêre, adverſus lethalia venena, ac ominum venenoſorum animalium morſum, ictumque, nec minùs adverſus Peſtem quoq; ſumitur. 7. *Georg. Agricola lib. 2. de Peſte.* Folia Diptamni Cretici remedio ſunt contrà Peſtem. 8. *Petrus Bayrus de Peſte.* Inter medicinas ſimplices Bezoardicas, quæ omni veneno reſiſtis, ex ſui proprietate reſiſtunt, eſt Diptamnus. 9. *Gueinerius de Peſte differ. 2. ca. 3.* Diptamni radicis ſcr. j ex aceto vel aq: Roſ: à Peſte præſervat. 10. *Crato in Tract. de Peſte.* Habet magnam vim adverſus Peſtem, Diptamnus albus. 11. *Ulſtadius de Epidem.* Pulvis præſervativus optimus contra peſtem paratur ex rad. Diptamni, cujus drach. i, vel ſcr. ii, ſumantur omni manè cum vino. 12. *Mercurialis lib. de Peſte.* pulvis

Diptam-

Diptamni Cret: tempore peſtis munit cor adverſus Venenum, ſumitur cum vino, drach.j pondere. 13. *Tarquinius Ocyorus, libel. de herbis antipeſtif cap.6.* Si foràs eundum erit tempore peſtis, aut inviſendus æger, peſte obſeſſus, particula Diptamni rad. aceto infuſa priùs ore teneatur ac maſticetur. 14. *Tabernæmontanus lib 3. Sect. 11. ca. 52.* Diptamnum reſiſtit veneno peſtifero. 15. *Caſtor Durandes in Horto Sanit.* Radix Diptamni albi obluctatur peſtilenti infectioni. 16. *Caſpar Schwenckfeldt lib. 2. Catal. Stirp.* Diptamnus præſtat contra peſtis contagia, quovis modò ſumptus. 17. *Renodæus in ſuo Diſpenſat. lib. 1. Sect. 4. cap. 43.* Diptamnus intrò ſumptus, Venenum exſtinguit & peſti prodeſt. 18. Laudatur & eadem radix à *Joh. Sigiſm. Görlitzer in ſuo Regim. contra Peſtem.* 19. *Johan. Kentmanus in ſuo Regim. Peſtil.* Radix Diptamni jejunè ore detenta ac maſticata, inſignem poſſidet facultatē Veneno cuilibet reſiſtendi.

XXXVII. ZEDOARIA.

1. *Petrus Bayrus in Tract. de Peſte.* Si de Zedoaria tenes fruſtum in ore, valet multùm tempore peſtis. 2. *Droëtus de Peſte.* Ad præſervationem peſtis proderit ore continere Zedoariam. 3. *Ruellius lib. 1. cap. 29.* Zedoariâ noſtra ætatis Medici, contra peſtilentis cœti contagia utuntur. 4. *Gerardus Bergenſis lib. de Peſte.* Maximè ad præſervationem à peſte, laudatur radix Zedoariæ. Novi enim quendam Sacerdotem, qui per annos totos 40. viſitaverit peſte infectos, & habitâ hâc radice in ore numquàm peſte fuit correptus. 5. *Ulſtadius lib. de Epidem.* Si tempore peſtis in hominum cœtum vadis, ubi quid de diſcrimine metuendum, poteris Zedoariam in ore tenêre, ſed non omni tempore, propter conſervationem dentium & gingivarum. 6. *Apollinaris lib. 1. Experim. cap. 35.* Radix Zedoar: in ore detenta ab eo qui prodit in publicum, præſervat à malignâ infectione. 7. *Martin. Rulandus de Febre Ungar. cap. 5.* Noſmet Zedoariâ de die ſæpius maſticata, Dei gratia, aliquot centenos, lue malignâ pannonicâ afflictos, viſitantes, curanteſque, hactenus ab ejuſdem malignitate immunes perſtitimus. *Idem ca. 6.* Fuêre, qui ſolius Zedoariæ in Aquis Cardiacis exhibitione, viſi ſunt plurimos ab hac lue ſanaſſe 8. *Caſtor Durandes in Horto Sanit.* Radix Zedoar: uſurpata, contagia peſtis arcet. 9. *Ioh. Bokelius in magno ſuo Peſtis Regim. cap. 17.* Hæc radix parem Virtutem ferè habet cum Angelica, niſi quod amarior & potentior aliquantulum ſit; & ob hanc ama-

Digitized by Google

amaritiem omni puttedini internæ corporis vehementer reſiſtit. 10. *G. Agricola lib. 2. de Peſte* quoq; inter alias radices, quas in peſte ſalutares eſſe dicit, hanc recenſet & magnifacit, vel pulveriſatam vel in Electuario ſumptam. 11. *Bartholom. Hubnerus lib 9. Diatet. cap. 12.* Zedoaria in ore contenta, utilis eſt contra peſtem & Venena alia. 13. *Joubertus, in Tract. de Peſte cap. 18.* Omnium radicum peſti adverſantium, præcipua cenſeri debet, vel doctiorum communi ſuffragio, Zedoariæ. 14. *Valleriola in adpendice loc. com. cap. 2.* Zedoariam pro præſervatione peſtis omnes laudant, quam vel ore retentam, venenatos halitus pellere ſcribunt. 15. *Petrus de Stilla in manuali Chirurg. Parte 2 Tract. 2. cap. 2.* Radix Zedoar. ore maſticata peculiari pollet virtute, malignæ auræ reſiſtẽdi.

XXXVIII. LEVISTICUM.

1. *Tarquinius Ocyorus, cap. 1. de herbis antipeſtif.* Leviſtici radice & ſemine, perindè atque Angelica, contra omne Veneni genus, præſertim verò peſtem uti poſſumus, ſemper tamen Theriaca admiſta. Semen Leviſt: manè in ore commanſum, defendit à peſtilentis Aeris injuria, Idem facit & pulvis radicis, Theriacæ admixtus, atque ex aceto potus, per ſudorem namque Venenum expellit. 2. *Tabernæmontanus lib. 1. Sect. 3. cap. 3.* Leviſtici radix, quocumque modo uſurpata reſiſtit omni Veneno, & confert Aeri peſtilenti putrido ac cõtagioſo, nec non præſervat ab ejus infectione ſumentem. Qui enim manè fruſtulum hujus rad. deglutierit, per totum illum diem immunis erit à peſtilenti contagio. *Idem*: Si drach. ß rad. Leviſt. cum pauxillo Theriacæ diſſol. in Aceto cal. ſumatur, præſtantiſſimum Alexipharmacum erit iis, quos peſtis corripuit, ſi per 2. horas ſudent, ita enim omne venenum è corpore expellitur. 3. *Caſtor Durandes in Horto Sanit:* Rad. Leviſt. drach. i, cum Vino, peſtilenti contagio infectis confert.

XXXIX. VINCETOXICUM.

1. *Caſpar Schwenckfeldius lib. 1. Catal. Stirp.* Vincetoxici radix adverſus peſtis ſævitiam ex Vino bibitur. 2. *Fuchſius de hiſtor. Stirp. cap. 45.* Recentiores adfirmant, radicem Vincetox. venenis potenter reſiſtere, undè etiam haut temerè victrix toxici ab iiſdem adpellata eſt. 3. *Matthiolus comm. in lib. 3. Dioſc. cap. 90.* Radices ex vino potæ, peſti adverſantur. 4. *Caſtor Durandes in Hort.* Radix Vincetox. pulv.

pulv.& drach.i cum Aq: Carduib. pota, ad Peſtis profligationem multum facit. 5. *Palmarius cap.18. de febr.Peſtil.*Vincetoxicum adverſus omnia Venena efficax traditur. Undè commodè additur in juſculis & acetariis, peſtilenti conſtitutione. 6. *Rudius in Pract. lib.3.cap. 30.* Vincetoxico quoq; primas tribuit inter ea Peſtilentibus Febribus adverſantur. 7. *Agricola item lib. 6. de Peſte*, inter alias radices, quas ſalutares admodum in Peſte eſſe dicit,recenſet etiam Rad. Vincetoxici. 8. *Michael Robianus de Simpl. lib. 2.* Vincetoxici vires celebres ſunt in reſiſtendo omni veneno.

XL. PLANTAGO.

1. *Joan. Agricola lib. 1. de Herbaria Medic.*Plantaginis vim egregiam plærique ſunt experti in Lue Peſtiferâ,in quâ ſæpè tàm inſigne de ſe hoc ſimplex ſpecimen præbuit,quibuſcumquam adminiſtretur modis,quantum non aliud ullum. 2. *Petrus Monavius in Epiſt. medic. à Scholtzio editis* : Retulit mihi nuper Chyrurgus aulæ Cæſareæ jàm ſenior, in multis Peſtilentibus conſtitutionibus, ſe & ſuâ manu infectos plurimos tractaſſe, ſemper tamen à contagione immunem permanſiſſe, quod ſecum geſtaverit radicemPlantaginis majoris,Sacculo incluſam, & cum filo regioni Cordis adaptatam, ut res celetur. Pulveris Lavendulæ aliquid admiſcere ſolet, & hinc indè diſtribuere. (*Nota:* Juſtum tempus autem colligendi hanc radicē,contra Peſtem eſt 13 dies Auguſti, ante ☉ exortum,quando ☉ verſatur in Virgine) 3. *Julius Palmarius lib. de Febr. Peſt.c.18.* Uſu comperi,Plantaginis folia,adverſus canis rabidi, &aliarum ferarum virus plurimum valêre, idcirco Peſtilentis febris Antidotis miſcêri poterit. 4. *Lonicerus parte 2.Herb.c.149.* Plantaginis liquor ſtillatitius confert Peſtilentibus febribus. 5. *Caſp. Kegler. in Regim. ſuo.*Inter alia Amuleta, quæ collo ſuſpenſa ad Peſtis præcautionem geſtantur,maximè quoq; laudatur radix Plantag.majoris.

XLI. VETONICA.

1. *Adamus Lonicerus in Herbar. ſuo:*Vetonicæ ſuccus, Peſtis contagia arcet, & hauſtus, ſi jam morbus invaſerit, liberat. 2. *Fuchſius cap.133. de Stirp.* Radicem Vetonicæ altilis, contra Peſtis contagia utilem eſſe tradunt; Hanc ob cauſam ex floribus etiam ejuſdem conficiunt Conſervam, quæ ad eumdem uſum exhibetur. 3. *Fernelius lib.5.meth.med.cap. 21.* Succus Vetonicæ Peſtis arcet contagia, & vomitiones cohibet. 4. *Palmarius*

Digitized by Google

lib de febr. Peſtil. cap. 18. Flores Vetonicæ coronariæ, Sacharo conditi, Cor & Spiritus mirè exhilarant, idcircò omni Peſtilentis aeris veneno occurrunt, & ſi jam invaſerit, liberare creduntur. 5. *Matthiolus comm. in Dioſc.* Vetonicarum purpur. Flores dantur adverſus Peſtis contagia; Valentiùs tamen id facit Succus expreſſus ex universâ plantâ, namque is hauſtus unc. iiij pondere, ubi morbus invaſerit, liberat.

XLII. MYRRHIS.

1. *Joubertus in Tract. de Peſte cap. 19.* Eſt myrrhis herba, quam ex Vino bibentes à Peſte illæſi manere creduntur. 2. *Tabernamontan. lib. 1. Sect. 3. cap 36.* Radix Myrrhidis peculiari prædita eſt proprietate tueri hominem à contagione Peſtifera. 3. *Fumanellus cap. 5. de Peſte.* Myrrhis, ut fertur, pota, in Peſte ſalutaris eſt. 4. *Camillus Tomaſus in comment. de med. Febr.* In febre Peſtilenti, ut venenoſa per ſudorem è corpore extrudantur, conducit quotidiè manè ac veſperi ante cœnam adminiſtrari, unc. vj Decocti Myrrhidis ex Vino albo, robur præſtat Cordi, & humores vitioſos ad cutem devehit. 5. *Caſtor Durandes in Hortulo Sanit.* Radix Myrrhidis quotidiè bis terve cum Vino pota præſervat à Peſte. 6. *Plinius;* Ajunt radicem Myrrhidis potam in Peſte, ſalutarem eſſe. 7. *Fuchſius de Hiſt. Stirp. cap. 200. ex Dioſc.* Ferunt radicem Myrrhidis potam ex Vino, in Peſtilentibus conſtitutionibus, à morbo ſervare incolumes. 8. *Alphonſus Moreſcottus de Simpl. medic.* Decocta Myrrhis, & tempore Peſtis pota, præſervat à Peſtilentia. 9. *Georg. Agricola lib. 2. de Peſte.* Quintas partes dant radicis Myrrhidis nonnulli, eam enim cum Peſtilentes conſtitutiones fuerint, 2. aut 3 in die potam, hominibus ſic prodeſſe, ut in morbum non incidant, aliqui narrarunt. 10. *Sebaſtianus Poterus in Tract. de Peſte.* Myrrhidem multi commendant tempore graſſantis Contagii Venenati.

XLIII. ANTORA.

1. *Anton. Gueinerius, de Peſte differ. 2. cap. 3.* Radicem Antoræ tamquam egregium Antidotum commendat, cujus experientiam ipſe viderit, ſi in potu detur ſcrup. i pondere, cum Aceto vel aqua Roſar. 2. *Schwenckfeldius lib. 1. Catal. Stirp.* Antora magnæ efficaciæ eſt contrà Peſtem. 3 *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 10.* Antoræ radix mirificè adverſatur Peſti, internis doloribus & Febribus Peſtilentibus opem fert. 4. *Matthiolus comm. in lib. 4. Dioſc. cap. 73.* Antoræ radices uti-

utiliter dantur adverſus Peſtem, præſtare dicuntur iis febribus Peſtilentibus, cum quibus Exanthemata leutium figurâ exoriuntur. 5. Meminit etiam hujus Radicis *Fumanellus in lib. de Peſte ca. 5.* & *Rembertus Dodenaus lib. 4. de Herbis & Purgantibus.*

XLIV. MILLEFOLIUM.

1. *Petrus Droettus lib. de Peſte.* Ut ad emunctorium foràs Venenum trahatur, radix & folia Millefolii cum Sale communi Cataplaſmatis inſtar adhibita, eruptionem Bubonum vehementer adjuvat, quemadmodum nebulones quidam, ob propagatam Peſtem, morte multati demonſtrarunt: Interrogati enim à Prætore, quomodo ſervarentur hi, ſi, quos nolentes infecerant, reſponderunt, ſe hoc ſolo remedio ſolitos vocare foras Venenum, quod Principes partes obſidebat, ſicque ſervabant, quos perire diſplicebat. 2. *Crato in Tract. de Peſte.* Millefolium contuſum, Carbunculis etiam adponatur. 3. *Caſpar Schwenckfeldius lib. 1. Catal. Stirp.* Millefolium medetur Contagio Peſtifero. 4. *Caſpar Keglerus in ſuo de Peſte regim.* Flores Millefolii odorati admodum ad Peſtem præcavendam conducunt.

XLV. PULSATILLA.

1. *Matthiolus comm. in lib. 3. Dioſcor.* Pulſatillam miris laudibus efferunt quidam contra Peſtem & hauſta Venena, itemque contra omnium Venenatorũ ictus ac morſus, quamobrem in Antidotis additur, & cum Vino quoquè drach. ii, pondere bibitur. 2. *Tabernamont. lib. 1 ſect. 1. cap. 18.* Pulſatillæ radix noſtro ævo ſummè commendatur contra Peſtem & reliqua venena, quemadmodum id longo uſu & experientiâ verum deprehendimus, pondere drach j cum Vino & Acero ſumpta calidè, ita ut ſudor per 2. horas effluat, omne Peſtis Venenum potenter diſſipat. 3. *Caſtor Durandes in Herb. ſuo:* Radix Pulſatillæ contuſa & cum vino pota, Peſtilentiæ reſiſtit. 4. *Caſpar Schwenckfeldius lib. 1. Catal. Stirp.* Radix Pulſatillæ adverſus Peſtis contagia, Venena, & ictus animalium venenatorum pota commendatur.

XLVI. CRUCIATA.

1. *Anton. Schnebergerus de Peſte.* Utantur pulvere Cruciatæ contra Peſtis contagia. 2. *Lonicerus in Herbar: ſuo:* Cruciata contra peſtilentem Aerem conducit. 3. *Matthiolus comm. in lib. 3. Dioſc. cap. 3.* Radices Cruciatæ à recentioribus ma-

magnis laudibus efferuntur contra Peſtem. 4. *Fuchſius de Hiſtor. Stirp. cap. 160.* Recentiores, Cruciatæ, magnum contra Peſtilentia Venena uſum eſſe tradunt. 5. *Alphonſus Mereſcottus*: Cruciata in Vino ſumpta, ad omnes morbos Peſtilentes valet.

XLVII. CARYOPHYLLI.

1. *Gerardus Bergenſis, lib. de Peſte præſervat.* Tempore Peſtis ſi propter occupationes neceſſarias foràs eundum erit, in ore teneantur & maſticentur Caryophylli. 2. *Droettus de Peſte.* Alii maceratos in Aceto Caryophyllos, tempore Peſtis ad præſervationem ſumunt manè 3. *Matthiolus comm in Dioſc.* Caryophylli tàm ſuffiti, quàm devorati, præſtant contra Peſtem. 4. *Caſtor Durandes in Herbar.* Pulvis Caryophyllorum comeſtus à Peſte præſervat. 5. *Julius Palmarius lib. 1. de Febr. Peſtil. cap. 13.* Omnibus convenit, dum adeunt loca ſuſpecta, nonnihil Caryophyllorum ore continêre. Hoc enim jucundo vapore Cor exhilarat, & ſpiritus recreat, Aeriſque vitium vel emendat vel regerit. *Idem cap. 18.* Caryophylli ſumpti, aut ad ſuffitum parati, Peſtiferis cauſis egregiè reſiſtunt, Cor confirmant, ac Spiritus inſtaurant.

XLVIII. MYRRHA.

1. *Henningus Reyſing in Ideâ Loimode*: Myrrha cum leniſſimâ adſtrictione exſiccet, & corpora tum mortua, tùm viva à putredine præſervet; idcircò remediis Peſtiferis adnumeratur. 2. *Matthiolus comm. in Dioſc.* Myrrha ponitur in Antidotis, quæ adverſus Peſtem parantur. 3. *Fumanellus de Peſte cap. 5.* Myrrha bis terve bibita, præſervat à Peſte. 4. *Andreas Starckius in ſuo de Peſte regim.* Myrrha ore detenta, ſi quis in publicum prodit, arcet malignum aerem tempore Peſtis. 5. *Nic. Guibertus in Tract. de Vaſis Murrhin. cap. 4.* Myrrhæ facultas eſt reſiſtere Peſtilentiæ & Venenis ob ingentem exſiccandi vim. 6. *Panſa lib. ſeu parte 4. Pract. cap. 54.* quoque Myrrham valdè commendat pro præſervatione Peſtis. 7. *Petrus Sibyllenus in lib. de Peſte*: In publicum manè prodeuntes, pro præſervatione in ore teneant ac maſticent portiunculam Myrrhæ.

XLIX. CAMPHORA.

1. *Joan. Crato de Peſte.* Pluriſimum poteſt Camphora cum paucâ Theriacâ vel Mithridatio, ſed ne ultra Grana 3 ejus dentur. *Idem ibid.*

Digitized by Google

ibid. Camphora curativum ſingulare eſt in Peſte, ſi tempeſtivè adhibeatur. *Idem in Epiſt.103.* apud Scholtzium: Camphoram excellere in peſte, omnia remedia comperi. *Idem in Epiſt.234.* In Peſte, Boniâ vel cum Carbunculis, nihil melius uſu Camphoræ. 2. *Zwingerus in Epiſt. 264. à Scholtzio editis*: Camphoram cum Spiritu vini ſolutam quidam in Peſte maximi faciunt. 3. *Goclenius in Loimograph.* Camphoram in putredine omni arcenda, & venenoſis halitibus profligandis, non poſtremum obtinêre locum, ob exſiccandi virtutē veriſimile eſt. *Idem ibid.* Conſtat, & exploratum eſt, Camphoram ab intimâ putredine corpus immune conſervare; Aerisque ambientis contagium, potenter diſcutere. 4. *Fernelius lib.5. meth. cap.21.* Camphora malignos vapores præſertim calidos exſtinguit. 5. *Mindererus de Peſte cap.15.* Noſtris laudibus inſigniter meritò celebranda venit Camphora, non mirabile modò, ſed & forte & efficax Peſtis Alexiterium, ſiquidem hæc adſumpta, interno noſtro calore mox ignita, & in corporis quaſi medituIlio flagrans, coinquinatos Spiritus, eosque tetro miaſmate pollutos aut inſpiratos, ac circum præcordia hærentes, exurit, & ſicco planè igneoque calore pervadens partim diſſipat ac expellit, partim combuſtione abſumit, partim verò corrigit & emendat. Proindè Camphoram inter fortiſſima Peſtis Alexiteria non immeritò repoſuerim. 6. *Martinus Panſa in 3. Conſil. antipeſtif. quæſt. 21.* Camphora propter odorem acutum præſervat à putredine, quo fœtorem corporis internum quaſi extrahit ac depellit. Quapropter quilibet Medicus Camphoram in ſuis Antidotis contra Peſtem libenter uti debet. 7. *Augenius lib.3. de Peſte cap.8.* Camphora ſicca & inflammabilis, malignos vapores exſtinguit, & Spiritus exſolutos reparat. 8. *Fumanellus libro de Peſte, cap.5.* Camphora pota in Peſte, ſalutaris eſt, & ſi quis quotidiè bis eam biberit, reſiſtit, ne quis Peſte adficiatur. 9. *Johan. Poppius lib. de uſu medic. Chymicor:* Camphoram diſſolve in Aceto, hujuſque cochlear unum ſume, exſtinguetur indè ardor ſeu æſtus internus malignus, à Peſtis Veneno cauſatus & excitatus.

L. ACETUM.

1. *Lemnius lib.2. Occult. cap. 36.* Acetum Venenis reſiſtit, & Peſtiferi morbi contagia repellit, ſic. ut

ut conſultum mihi facere videantur, qui graſſante hâc Lue, moderatum Aceti uſum ſibi familiarem reddunt, diſſipat enim ac diſcutit vitioſum aerem, & putredinem humorum prohibet. 2. *Gerardus Bergenſis in lib. de Peſtis præſerv:* Quoniam ſemper compoſitiones majores ad manum non habentur placet quædam ſimplicia recensêre, quæ valent contra Peſtem, inter quæ eſt Acetum. 3. *Joh. Dan: Mylius lib:6. Baſil. Chym. cap. 3.* Aceti vis eſt in peſtiferis morbis, à contagio utentes conſervandi & liberandi. 4. *Palmarius cap. 18. de febr. Peſt.* Acetum humorum putredini reſiſtit, ſed & malignam & peſtilentem omnem luem infringit. 5. *Joh: Poppius in Enchirid. Experiment.* Acetum, tempore peſtis, utiliter, tùm intrà tùm extra corpus uſurpatur. 6. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 12.* Communis Medicorum conſenſus eſt, Acetum, & in genere omne acetoſum, eſſe remedium efficaciſſ. contra peſtem, 7. *Valleſius in tract. de Epidem. cap. 19.* Confert Spongiam vel linteum Aceto intinctum ſæpiùs naribus admovêre & odorari tempore peſtis. 8. *Barth. Hubnerus in Diatet. lib. 10. cap: 3.* Acetum reſiſtit venenis, arceſque contagioſam luem peſtis, idcircò eâ graſſante, in frequenti uſu eſſe debet. 9. *Henneman. Reyſing. in Idea Peſtif.* Inter refrigerantia, quæ totâ veritas, reſpectu putredinum comprobat, primas tenet Acetum Vini. 10. *Heurnius lib. de Peſte cap. 8.* Acetum etiam pro præſervatione peſtis probat, 11. *Anton. Schnebergerus de Peſte.* Prodeſt omnibus cibis aliquid Aceti admiſcêre, vel carnes aliquamdiu in aceto macerare tempore peſtis. 12. *Jacob. Horſtius in opuſculo de Vita, No. 450.* Acetum naribus admotum, & pavimentis ædium adſperſum, contrà peſtis contagium valet. 13. *Marſil. Ficinus* etiam *in Epidem. cap. 10. Andernacus, Egidius Bruxellenſis, & Quercetan. in Diatet. ſect. 3. cap. 8,* Acetum in peſte commendant.

DISTINCTIO II.

SIMPLICIA ANIMALIA Peſti adverſantia.

I. UNICORNU.

1. Andreas Baccius in lib. de Monocerote, parte 3. Fragmentum Unicornu habebat Cardinalis Tridentinus, qui præſentibus aliquot dominis, Arſenicum, duabus columbis exhiberi curavit, à cujus oblatione, uni ex his, Raſura Unicornu tantum propinari juſſit, quantum groſſus caperet, quæ perpeſſis aliquot Symptomatis

tim ad ſe rediit & revixit, altera vero 2. horis à ſumtione Veneni exſpiravit. Quod poſteà ſæpius illis exhibuit, qui febribus peſtilentibus laborarunt, proſpero ut plurimum cum ſucceſſu: *Idem Autor:* Nonnulli præſtantiſſimi Viri, qui noſtris temporibus de materiâ Simplicium ex profeſſo ſcripſerunt, concedunt, Unicornu Venenorum vim obtundere, & peſtilentium morborum pernitiem lenire. 2. *Cunradus Geſnerus lib. de quadrupedibus:* Monocerotis Cornu hodiè utuntur divites contrà adfectus peſtilentes & venenoſos. 3. *Henricus Dobbin lib. de Peſte.* Cornu Monocerotis contrà quodvis venenum efficax Antidotum, ideò in febribus peſtilentibus datur, quia Venenum à Corde per ſudorem extrudit, & Corroborat. 4. *Palmarius lib. de Febr. Peſtil. cap.* 18. Cornu Unicornu adverſus Venenatos, peſtilenteſque morbos primas tenêre opinio eſt, quæ apud vulgus ſic jàm percrebuit, ut ad hoc præſidii genus, tamquam ad ſacram ancoram confugiant, quicumque gravi ac periculoſo aliquo morbo premuntur. 5. *Fumanellus lib. de Peſte ca 5.* Monocerotis cornu, ſingulo die ſumptum, peſtis refrœnat contagia. 6. *Mercurialis in lib. de Peſte.* Unicornu intrinſecus ſumptum, Cor munit adverſus Venena & peſtem. 7. *Andernacus:* Cornu Unicornu ramenta ex Vino pota, valent ad venena, & peſtem abigendam. 8. *Angelus Bargaus* ſcribit, olim Indorum Reges poculis ex Unicornu confectis à Venenis ſeſe præſervaſſe. 9. *Renodæus lib 3. Diſpenſ. cap.* 21. Unicornu laudatur plurimum adverſus Venena, proindè ſolet dari in peſtilentibus morbis contagioſis, & omnibus Venenatis. 10. *Augenius lib. 3. de Peſte cap.* 23. Unicornu formâ ſpecificâ omni Venenorum generi adverſatur, & ſpeciatim ad omnibus pro Antidoto contrà peſtem expertum fuit; ut fidem faciunt multi Scriptores antiqui & neoterici. 11 *G. Agricola lib. 2. de Peſte.* Cornu Beſtiæ Unicornis in peſte efficax eſt. 12. *Chriſtoph. Hornius in Dial. de Auro Medico.* Unicornu omnium maximè creditur Cor tueri, veneni vim omnem obtundere, & peſtilentium morborum pernitiem lenire. 13. Quod idem confirmat & *Fernelius lib. 5. meth. med. ca.* 21. 14. *Euſtach. Rudius lib. 3. Pract. cap.* 30. Pulvis Unicornu præ cæteris, ab omnibus extollitur in febre peſtilentiali. 15. *Alex. Maſſaria lib. 2. de Peſte.* Cornui Monocerotis, Lapidi Bezoar &c. tantas vires plerique contrà peſtem tribuunt, ut cæteris non modò ſimplicibus, hujuſcè facultatis medicamentis, ſed

ipſi

Digitized by Google

ipſi etiam Theriacæ præferre non vereantur. *16. Joh. Dan. Mylius lib. 4. Baſil. Chym. cap. 30. ſeu ult.* Adverſus Peſtem & omnia Venena dicitur prodeſſe Unicornu ut ſcriptores tradunt. *Idem lib. 4. Antidotar. Medico Chym. cap. 3.* Extractum Vnicornu tuetur Cor, & omnem veneni vim obtundit ac Peſtilentibus morbis confert. *17. Quercetanus de Spagir. medic. prep. ca. 4.* Cornu Monocerotis tuetur Cor, & peſtilentibus morbis conducit. *18. Franciſcus Ulmus lib. 4. de occult. propriet. cap. 6.* Cornu Monocerotis *Ælianus* multum tribuit *lib. 5.* in Venenis ac Peſte.

II. LAPIS BEZOAR.

1. Anshelmus Boetius à Boot ca. 193. lib. 2. de Lapid. & Gem. Lapis Bezoar foris adligatus ſiniſtri lateris brachio, ut nudam cutim attingat, perhibetur Venenis reſiſtere, & Cor tueri, ne à Veneno, aereve Peſtilenti & contagioſo lædatur. Apertis etiam Carbunculis peſtilentibus ſi inſpergitur, venenum omne exſugere creditur. *2. Joan. Fragoſus lib. de Aromat. Indicis cap. 10.* Valet hic Lapis contrà febres peſtilentes, in Aqua Acetoſæ ſumptus. *3. Euſtach. Rudius lib. 3. Pract. cap. 30.* pulvis Lapidis Bezoar ab omnibus maximè extollitur in Febribus peſtilentibus. *4. Thomas Jordanus Tract 3. de Peſtis phænomenis.* pretioſi hujus Lapidis uſus eſt in morbis peſtilentibus, venenis adſumptis, & toxico ſauciatis membris. *5. Alex. Maſſaria lib. 2. de Peſte.* Lapidi Bezoar tantas vires plæriq; contrà peſtem ac Venena attribuunt, ut Theriacæ quoq; illum præferant. *6. Libavius lib. 2 Batrachior. in ſchol ad cap. 19.* Bezoar in cœlum tollunt alii, adeò ut nihil veneni atrociſſimi eſſe putent, Napelli videlicet, peſti, Viperæ, Scorpii &c. quod non oppugnet. *7. Chriſtoph. Hornius in Dial. de Auro Med.* Lapis Bezoar peſtis & venenis cunctis obſiſtit. *8. Augenius lib. 3. de Peſte cap. 28.* Lapis Bezoar ſuper Cor geſtatus, & adligatus brachio, & ſi ore etiam ſumatur, præſervat & ſanat in peſte. *9. Mizaldus Centur. 1. diſtinct. 70.* Tradunt, Lapidem Bezoar, peſte correptis efficaciter dari cum Vini momento. Nam tantus illius vi & præſidio cietur Sudor, ut penè totum corpus eliquari credas, quo uno peſtilens virus foràs truditur. *10. Mart. Rulandus de Morbo Ungar. cap. 8. Quaſt. 28.* Lapis Bezoar naturam juvando, venenum facultate ſua theriacali exterminat, Illi enim tantum Sulphuris, quod patet Anatomia ſpagirica ineſt, naturâ ſua & per ſe ſudorem ciendi, adfecti, quantum

terræ

terræ Sigillatæ, quæ non alia ratione Alexipharmacum eſt, & ſudorem ciet, quàm Sulphure. 11. *Nic. Monardus in Tract. de Lap. Bezoar.* In malignis & Epidemicis febribus, admirabiles ſunt hujus lapidis vires, quia malignitatem tollit, & veneni qualitatem extinguit. Plærique Peſtis tempore hujus lapidis fragmentum in ore geſtare ſolent: Utilis quoque eſt aqua, in qua Bezoar maceratus eſt, iis, qui Peſtilente febre correpti ſunt. *Idem Autor in Hiſtor. ſimplic. medicam. cap. 34.* In Peſtilentibus Febribus, (inquit) ſæpiùs exhibui Bezoar, & ſanè earum virus extinxit. 12. *Idem libro 2. Hiſtor. Ind. Occid.* Nobilis quidam famulos habuit, omnes febri malignâ correptos, qui cum ex aqua, in qua Lapis hic maceratus fuiſſet, bibiſſent, ſanitati mox reſtituti ſunt. 13. *Joach. Schillerus de Peſte Britan. ſect. 2.* Lapis Bezoar per ſudorem, omne venenum deponit. 14. *Leonhardus RauWolffius in Itinerar. ſuo ſcribit.* Pulverem hujus Lapidis adverſus quævis lethalia Venena à Perſis exhiberi. 15. *Lonicerus, ult. parte Herbar. cap. ult.* Contra Peſtem nullum certius ac præſentius remedium pulvere Lap. Bezoar, intrò ſumpto, quia Venenum per ſudorem potenter & magnâ virtute è corpore expellit. 16. *Andreas Lacuna comm. in lib 6. Dioſc.* Bezoar admirabile remedium adverſus omnis generis venena, virulentorum animalium morſus, & Epidemicas ac malignas febres. 17. *Sanctius Ardonius in lib. de Venen.* valdè commendat hunc lapidem, omnibuſque medicamentis Veneno reſiſtentibus præfert. 18. *Robianus lib. 3. ſimpl.* Bezoar non parvas habet vires reſiſtendi cuivis Venenorum generi. 19. *Valeſcus de Taranta quoque libro 7. Praxeos*, Bezoar admodum prædicat contra omnia Venena. 19. *Guido Pancirolus Tit. 3. de novis repertis:* Bezoar facit contrà Peſtem & febres Peſtilentiales.

III. CORNU CERVI.

1. *Crato in libel. de Peſte.* Quia de Bolo & Terra ſigillata res ſuſpecta eſt, placet ejus loco Cornu cervi uſtum. Infecti Peſte, raſuram Cornu cervi in petia addant, & indè bibant, nam ut expertus ſum, & ad præſervationem plurimum facit. *Idem:* Præſervat à Peſte pulvis Cornu Cervi ſæpè adſumptus. Potus continuus, in quo ſit Cornu cervi, plus auxilii in Peſte, quàm omnia medicamenta adfert. 2. *Palmarius de*

Iiiiii febr.

febr. Peſtil. cap. 18. Primi Cornu cervini partus, venenis ac Peſti non minus, quàm Cornu Monocerotis obſiſtere creduntur, quò fit, ut ei rectè ſubſtituantur. Grandioris Cervi cornu, illi quidem cedit, interiusque eſt, minimè tamen, ubi illius penuria eſt, ſpernendum. 3. *Fumanellus lib. de Peſte.* Vtuntur quidam ramentis Cornu cervini & Oſſe de Corde Cervi in Peſte, ut quæ totius ſubſtantiæ ſimilitudine Cor roborare valeant, & à corruptione ac Veneno tueri. 4. *Andernacus*: Cornu cervi, non minùs, quā Vnicornu Peſtilentiæ reſiſtere creditur. 5. *Jobus Fincelius in tract. de Peſte* Cornu Cervi præpar. infantibus cum Aq. Carduib. vel Syr. de Scabioſ. Peſte infeſtis utiliter exhibetur. 6. *Gregorius Horſtius Decade 1. Exercitat. probl. 4.* In malignis affectibus (inter quos Peſtis primas tenet) magno ſucceſſu & audacter Cornu cervi uſtum præbetur, idque propterea, quod illud ipſum ratione copioſi ſui Salis atque interni Balſami putridis & malignis humoribus reſiſtat, & verum Naturæ Balſamum omnis operationis vitalis autorem confortet, ut hoſti ſuo repugnare, & malignitatem eò citiùs ſuperare queat. 7. *Rulandus in quadam Epiſt. ad E. H.* Cornu cervi uſtum cum Aq. Carduib. aut Acetoſæ, tempore Peſte pueris exhibent Medici Itali. 8. *Timotheus Brightus Parte 1. de Sanit. tuenda*: Cornu cervi & Vnicornu ſumatur frequenter ad præſervationem Peſtis. 9. *Hercules Saxonia in libro de Plicâ cap 59.* Cornu cervinum non minus efficax exiſtimo quā quodvis aliud, propter inſignem, quam habet, vim ſudoriferam.

IV. OS de CORDE CERVI.

1. *Matthiolus comment. in lib. 2. Dioſc. cap. 52.* Os, quod in Corde Cervi reperitur, omnibus Cordis adfectibus confert. Quin & contra omnia Venena mirifice præſtat, Antidotiſque admiſcetur, quæ Peſti adverſantur. 2. *Lucas Pollio in Tract. de Febre mal.* Os de Corde Cervi non infimum tenet locum, inter cætera Alexiteria, ſi drach. ß. ejus ægrotanti cum aquê convenienti detur. 3. *Georg. Agricola lib. 2. de Peſte.* Os in Corde Cervi repertum efficax eſt in Peſte. 4. *Andernacus:* Os Cordis Cervi, contra Venena ac Peſtem valet. 5. *Jul. Palmar. cap. 18. de Febr. Peſtil.* Os de Corde Cervi in omnibus Cordis adfectibus, contra Venena & Peſtem valêre, maximamque habere vim dicitur.

V. URINA PUERI.

1. *Rondeletius in Prax.* Ruſtici & mu-

mulierculæ urinam puerorum ſanis & ægris dant bibendam ad Peſtis præcautionem. 2. *H. Kanzovius in lib. de San. tuend.* Deficientibus aliis remediis, nullum contra Peſtem præſentius eſt, quàm ſi pueri alicujus adhuc impuberis ac jejuni, vel etiam propria recens emiſſa Urina manè ſemper bibatur, idque non ſolùm *Dioſc. Weckerus, & Saluſtius Salvianus* ſtatuunt, ſed & *Gal. lib. 10. de Simpl. facult.* ſcribit, quod multi, qui in Syria peſtiferè ægrotantes, Urinam puerorum ſimul & Virorum hauſerant, ſeſe hinc ſanatos eſſe crediderint. Et in bellis ac expeditionibus, nuper in Galliam ſuſceptis, noſtri, qui iſtis interfuerunt, contrà contagioſos morbos propriam urinam magno cum fructu ſe bibiſſe, atque ita ſervatos eſſe, adfirmarunt. 3. *Mizaldus Centur. 6 diſtinct. 34.* Dum Peſtis graſſaretur in Syria, multi epota pueri urina liberati ſibi viſi ſunt.

VI. RANÆ.

1. *Foreſtus lib. 19. Obſ. 35.* Gradus refert Hiſtoriam ruſtici, qui ſuo tempore dum Peſtis graſſaretur, Ranas virentes ſciſſas, & non ſciſſas, Venenoſis Apoſtematibus applicabat, & illicò Ranæ moriebantur, & Apoſtemata foràs educebantur, & ita extracto Veneno, omnes liberabantur, quod audivi (inquit Gradus) à fide dignis, verum eſſe. 2. *Crato à Craftheim*: Rana in calida aqua lota, Carbunculo adligetur, quamquàm efficacior eſt Buffo ſiccatus. 3. *Geſnerus de Aquatil. & Inſ.* Super Tumores peſtilentes aliqui recentiores Ranas ligant, & mortuis recentes ſubſtituere pergunt, donec nulla amplius moriatur. 4. *Fumanellus in lib. de Peſte.* Ranæ vivæ ſæpiùs mutatæ Peſtilentes Bubones retrahunt. 5. *Ulſtadius de Epidem.* Rana viva ligetur ſuper Apoſtemata, idque toties facies, donec materia Venenoſa ab Apoſtemate ſit extracta. 6. *Mizaldus Centur. 6. diſtinct. 34.* Alii Ranam vivam Buboni Peſtifero adpoſuerunt, & ſi interibat, aliam ſuppoſuerunt, idque toties repetierunt, donec ſuperſtitem unam remanſiſſe viderunt, felici ſucceſſu & remedio. 7. *Joh. Dan. Mylius lib. 1. Antidotar. cap. 5. & Crollius de ſignatur. rer. intern.* Rana in Peſte utiliter ab extrà imponitur, ſiquidem venenum attrahit. 8. *Libavius lib. 2. Batrach. cap. 11.* Alii Ranam paluſtrem vivam, Buboni Peſtilenti imponunt, & cum mortua eſt, ſubmittunt aliam, mutantes eas, donec aliqua remaneat viva, quod eſt ſignum extracti veneni. *Idem cap. 16.* Ranæ Venenum attrahunt itaque etiam peſte infectis uſu bono multum conferunt. 9. Quod con-

Digitized by Google

confirmat etiam *Forrerus in libro de Hiſtor. Animal. 10. Paracelſus de Peſtil.* Peſtis ſuam curam habet in Ranis & Buſonibus, ſi alligentur.

VII. BUFFONES.

1. *Antonius Mizaldus Centur. 6. diſtinctione 34.* In umbra exſiccatus Buffo, Buboni peſtilenti adpoſitus ita ut ejus Ventris regio Bubonem attingat, Remedium eſt contra Peſtem, trahens venenum, à parte adfecta, ſive in ea ſit Bubo ſive Carbunculus. Plærique ut ſcribit Geſnerus, pulvere Rubetæ aridæ Peſtifero Buboni impoſito, Venenum mirè extraxêrunt. 2. *Crollius de ſignat. rer.* Buffones & Ranæ utiliter in Peſte ab extrà imponuntur. 3. *Libavius parte 4. ſingular. lib. 2. Batrach. cap. 20.* Nequit tàm execrandi Veneni Bufo eſſe, quin is ipſe ſit ad Venena medicamentum felix, non minus ac ad Peſtem. Interemptos enim are factoſque imponunt Peſtilentibus Bubonibus, & eliciunt ſpiritale virus; quod ſi unus Bufo non ſatis eſt, plures eodem modo adminiſtrantur. *Idem in ſchol. ejuſdem cap. ex Geſnero*: Bufo ſiccatus, ex Carbunculis extrahit venenum, ſiſtitque ſanguinem Sunt ex recentioribus, (ait Porta) qui Rubetam aridam Peſtifero Buboni impoſuerunt, venenum mirè indè extrahi dices. 4. *Rulandus de Febre Ungar. cap. 8. quæſt. 78.* Bubonibus Peſtilentialibus præſentaneo auxilio Bufo exſiccatus adplicatur, & ſic Venenum veneno curatur, attractum magneticâ Virtute. 5. *Johan. Dan. Mylius lib. 1. Antidotar. ſui cap. 5.* Bufo, Cochlea, Rana, utiliter ab extrà imponuntur, quia Venenum attrahunt. 6. *Paracelſus de Peſte ad Stertzingenſes:* Imponatur Bubonibus Peſtil. in aere arefactus Bufo, qui intumeſcet Veneno eo poſteà amoto, imponendus alius, donec totum Venenum attractum fuerit. 7. *Burggravius in Achille*: In Buffone exſiccato vis eſt Magnetica extrahendi Venenum Carbunculi Peſtilentialis. 8. *Michael Papa in ſuo Alexic. Venen.* Bufo exſiccatus, & per noctem, vel ad minimum per 6. horas in Aceto maceratus, quo intumeſcat, poſteaque Buboni Peſtifero adligatus miraculosè totum venenum in ſe trahit, hominemque liberat. 9. *Weckerus in ſecret.* Pulvis Rubetæ aridæ: Buboni impoſitus, venenum mirè attrahit. 10. *Paracelſus in Tract. de Peſte ad Stertzing.* Bubo arefactus imponatur, & attracto Veneno mox intumeſcet, qui removendus, & alius imponendus quouſquè omne virus ad ſe traxerit. 11. *Gebelkoverus* in-

Digitized by Google

in Iatrio ſuo parte 3. Bufo exſiccatus in Sole, & alligatus ſuper Bubonem Peſtilentem, magnum juvamentum præſtat, rumpitur enim indè ſtatim Apoſtemat. Hoc multoties probatum eſt. 12. *Gulielmus Fabritius Cent. 1. Epiſt. 96.* Integer Bufo, Sole & aere exſiccatus, ſi Buboni Peſtifero adplicatus fuerit, venenum Peſtis mirum in modum ad ſe trahere, experientia docet. In exſiccatione autem Bufonum diligenter obſervandum, ne venter eorum, lædatur, hoc enim læſo, non amplius venenum Peſtis ad ſe trahunt. 13. Idem remedium quoquè miris laudibus celebrat, *Caſpar Keglerus in Regim. ſuo de Peſte.*

VIII. GALLINÆ DISSECTÆ.

1. *Crato in Tract. de Peſte.* Ego ſuadeo, ubi Bubones aut Anthraces adparent, ut viva adplicetur Gallina, cujus podex deplumatus ſit & apertus, idque ſæpius fiat, ſi neceſſitas poſtulat, modò ſimul ægroto aliquid contra Venenum intra corpus præbeatur. 2. *Anton. Chalmetheus in lib. Cheir.* Tumori Peſtilenti gallina eſt adplicanda, quæ Sphinctere ſui ani trahit ſatis ſine vehementi dolore, aut humorum agitatione. 3. *Petrus de Thuſignano:* Si Bubo ortus ſit in Peſte, gallus deplumetur circa anum, & adponatur loco per horam, poſteà alter adponatur, & ſic fiat per totum diem: Et hâc ratione Venenum attrahitur à Corde, & Gallus ſubitò moritur, debet autem locus priùs ſcarificari. 4. *Anton. Schnebergerus de Peſte.* Gallinæ diſſectæ, & adhuc calentes adpoſitæ Tumori ſcarificato, Venenum optimè extrahunt, ſed crebrò alias ſufficere oportet. Attrahunt enim hæc animalia Cucurbitarum inſtar Venenum in ſe, quo mox enecantur, quamobrem ſemper aliæ vivæ ſubſtituendæ gallinæ, quouſque totum virus penitus abſumatur. 5. *Alexand. Bened. in Praxi:* Bubonibus Peſtiferis alii hirudines adponunt, alii pullos gallinaceos vivos, implumes circa anum, & dimidiæ horæ ſpatio ibidem relinquunt, Venenatam enim vim attrahunt, poſteà alium recentem pullum imponunt &c. 6. *Henricus Smetius in Miſcellan. libro ſecundo, capite vigeſimo primo.* Sunt qui viventium Gallinarum podicem Bubonibus peſtiferis admovent, ut ſic Venenum extrahant.

IX. SERPENTUM PULVIS.

1. *Quercetanus in Alexic. lib. 2. cap. 5.* Unicus Serpentis pulvis præſtantiſs. eſt Alexiterium, ſive res ſit agenda cum quibusvis Venenorum generibus adſumptis,ſive cum peſtibus,ut ab illis nos vindicemur aut præſervemur. *Idem in Pharmacop. ſuâ:* pulvis Serpentum ſuperat quævis alia Alexipharmaca,ſive eo utâris ad compoſitionem Theriacæ,ſive exhibeas contrà omnis generis Venena. 2. *Crollius in Baſil. Chym.* Alcohol Serpentum intus præſumptum,Venenum omne ad Cutim propellit. 3. *Angelus Baldus in lib. de Viperis:* Illud mirum ex Viperæ Serpentis nece & ejus carne, ab omnibus gravioribus morbis & Venenis nos curari,& in priſtinum reſtitui. 4. *Kunradus in 2. parte Medul. deſtill. Tr. 27.* pulvis Serpentinus, univerſale quoddam Antidotum eſt, contra omnis generis venena, tàm præſervationis, quàm curationis loco, contrà peſtem,nec non aliorum quoq; Toxicorum infectionem. 5. *Erneſtus Burggravius in Lampade Vitæ ac mortis*: pulvere Serpentino ſi quis utatur,extrà omnem Venenorum, cujuſcumque illa ſint,ac peſtilentiæ aleam ac periculum tutus erit. 6. *Iohan. Hartmanus in Epiſt. ad Quercet.* Nullum Venenum tàm grave eſt,quin hôc pulvere ſtatim abigatur,eſt enim prorſus mirabile, ac propè divinum. 7. *Ioh. Dan. Mylius lib. 7. Baſil. Chym. cap. 7.* Varios pulv. è Serpentibus quoquè contra Venena & peſtem præparare docet.

DISTINCTIO III.

SIMPLICIA MINERALIA.

Peſtilenti veneno reſiſtentia

I. SULPHUR.

1. CRato *in Epiſt. medicin*: Sulphur & Camphora pro validiſſimis medicamentis contra peſtem habentur. *I[illegible] in Epiſt. 137.* Sulphur magnâ vi diaphoreticâ præditum,ac proptereà in peſtilentibus morbis plurimum auxiliari ſcio. 2. *Lonicerus parte ult. Herbar. ſui:* Sulphur Vivum cum Vitello ovi ſumptum expellit Virus peſtilentiale. 3. *Iobus Fincelius de cura Peſte.* pauperes Sulphuris citrini pulverem ad caſtaneæ magnitudinem ſumant cum cereviſia, peſte infecti,& ad ſudandum ſe in lecto componant. 4. *Mizaldus in addend. Centur.* Sulphur crudum, inſtar

ſtat avellanæ cum Vitello ovi ſumptum, liberat à peſte, quod multoties experientiâ à militibus comprobatum eſt. *5. Iatrion Wirttenbergic.* Detur Sulph. citrini drach. j in ovo ſorbili, & ſudorindè prolicia-tur, curat peſtilentem Luem. *6. R. Mindererus de Peſte ca. 15.* Sulphur putredinem abſumere, corpora ſiccare, venas permeare, ac multis aliis dotibus adverſus peſtilentia mala pollêre, jamdudum novimus. *7. Balduinus Ronſeus Epiſt. medic.* 28. Floribus Sulphuris ad propulſandam, curandamque Epidemicam contagem, non ſine optimo ſucceſſu utimur. *8. Erneſtus Reuchlinus in Tr. de Peſte* Sulphur etiam probat in peſte.

II. ARGENTUM VIVUM.

1. Iohann. Beguinus in Tyrocin. Chym. lib. 2 cap. 13. Dignum admiratione eſt, quod quamvis in vicinia Hydriæ Comitatus Goritienſis, ubi reperitur copioſè ☿, ſingulis ferè annis Lues peſtifera graſſari, illa tamen ſemper immunis ab hâc manere ſolear, idque viri provectæ ætatis ſe obſervaſſe, & à Majoribus ſuis accepiſſe, mihi ſanctè confirmârunt. Hinc patet Argentum vivum eſſe ſummum omnis putredinis & corruptionis Alexipharmacum. *2. Michael Majerus in Luſu de* ☿. Argentum vivum eſſe plurimorum morborum Alexipharmacum, & ut teſtantur quidam ipſius peſtis (cum eò loci, ubi effoditur ☿ & tractatur, numquàm aut rariſſime hoc Cõtagium graſſetur) dummodò maneat in propria ſua natura &c. *3. Gaulenius in Tract. de Peſte.* Hoc Amuletum maximè ab Autoribus probari cõtra peſtem invenio, ſi nimirum ex Avellanâ perforatâ Nucleus interior extrahatur, deindè Argento vivo repleatur, colloque ſuſpendatur, mirum enim in modum, hôc, ipſos tutos reddi à peſte, adſerunt quidam. *4. Droettus in Conſil. de Peſte cap. 8.* hujus quoq; remedii meminit, teſtaturque ſe id accepiſſe à Medico principis Chabanæi, qui in Metenſi obſidione, nullo alio remedio ſe defendit à peſte, quæ tũc maximè ſæviebat, neque ſe ſolummodò, ſed & Chirurgum, qui alios peſte infectos inviſebat. *5.* Mentionem itidem ejuſdem Antidoti facit *Tabernamontanus in ſuo de Peſte regim.* ut & *Marſil. Ficinus de Peſte. 6. Iordanus de Peſtis phænom tract 3. cap. 9*: Hydrargyrum quidam ad peſtilentiæ contagia miris laudibus extulerunt. *7. Ioh. Dan. Mylius lib. 2. Antidotari ſui. cap. 6.* Mercurius vivus geſtatus à morbis peſtilentibus tuetur. *8. Paræus lib. 21. de Peſte cap. 25.* Matthiolus in tract. de Lue Venereæ

nereâ ſcribit, pulverem ☿ cum ſucco Carduib. aut Electuar. de Gemmis exhibitum, peſtem, priuſquàm ſe in corpore obfirmaverit, abigere, vomitu, ſudore ac dejectione provocatis. 9. *Joubertus in Tract. de Peſte cap. 18.* Illud mirandum, Hydrargyrum pectori adpenſum, gemino ac latente odio, peſtem, cæteraque venena fugâre, & proin ab omnibus, Cor liberare. 10. *Iohann. Poppius in Enchirid. Experimentor.* Mercurius ſeu Argentum vivum inditum cauli pennæ, vel Avellanæ excavatæ & de collo ſuſpenſum, utile Alexipharmacum eſt tempore peſtis & præſervat hominem à malignê infectione. 11. *Martinus Panſa lib. 4. Pract. cap. 54.* Avellana à nucleo excavata, & repleta Argento vivo, obturataque & in collo ſuſpenſa uſque ad Cordis ſeu ſtomachi regionem, Amuletum præſtans eſt in præſervatione peſtis. 12. *Ioh. Bickerus in Hermet. Rediv. ſect. 3. cap. 14.* Hydrargyrus avellanæ incluſus, & collo adpenſus, non ſolùm peſtem ex Ente Veneni, ſed etiam omnem malitiam à Lamiis ortam abigit. 13. *Timotheus Brigthus Parte 2 de Sanit. tuenda*: Hydrargyrus avellanæ teſtâ incluſus, & collo adpenſus pro magno Amuleto geſtatur contra peſtem.

III. SAL.

1. *Brudus Luſitanus lib. 3. de Vict. rat. in febr. cap. 19. & 20.* pluribus docet, in febribus peſtilentibus, Salem cibis miſcendum eſſe inquiens: Sal omnium eſt efficaciſſimum adverſus omnem corruptelam, maximeq; humano generi familiare, quare ſalſa omnia peſtilenti febri conferre, rationalis methodus docet. Et paulò poſt. Relatum mihi eſt, Cheirurgum ſenem in Anglia, ſolitum eſſe piſcibus ſalitis, peſtilenti morbo laborantes, feliciter nutrire. 2. *Antonius Schneebergerus in Catal. Simpl.* peſte laborantibus, cibos ſalſos convenire, doctiores Medicorum ſentiunt, & regni Melis incolas, Salis modicum in aqua diſſolutum, quotidiè præſentaneo remedio contrà peſtem adſumere adfirmant. 3. *Mizaldus Centur. 3. diſtinct. 37.* ex Villanova. no: Sal cum fermento, Melle, Butyro, quoſcumque Tumores, etiam graſſante peſte obortos, potenter aperit ac rumpit. 4. *Fidejuſtus Reineccerus lib. 6. Theſauri Chym*: Sal commune in aqua hauſtum, præſervat à peſte. 5. *Iohan. Wittichius in Halilogiâ*: Incolæ Melitæ inſulæ quotidiè pro præſervatione peſtis parum Salis uſurpant dictitantes, hoc efficaciſſimum eſſe remedium, amoliēdiâ ſe peſtiferū contagium.

IV. VITRIOLUM.

1. *Mizaldus Centur. 6. diſt. 48.* Si Vitrio-

Vitriolum in aqua Roſ diſſolvatur, & rurſus iteratis vicibus, ter vel quater coaguletur, deturque Obuli pondere obſeſſo à Peſte, Vomitum concitabit, qui contagionem ac morbum ſolvet. 2. *Paræus lib. de Peſte cap. 25.* refert ex Matthioli tract. de Lue ♀, Vitrioli drach. j in aq. Roſ. diſſol. & ebibiti, Peſtem Vomitu & dejectione è corpore exturbare. 3. *Thomas Bovius in Flagel. Medicor.* Ego 17. meis domeſticis Vitriolum crudum in una Aurora, ad præſervationem Peſtis propinavi.

V. SAPPHIRUS.

1. *Wolfg. Gabelkoverus in ſchol. cap. 7. lib. de Gem. Andr. Bacij*: Sapphirus omnibus in morbis cutis geſtando utilis eſt, id quod ſe expertum eſſe Cardanus teſtatur. Anthraces enim tempore Peſtis naſci vetat, & quod majus eſt, ſuper Anthracem poſita, non aliter eum, ac Aqua ignem exſtinguit, ut ſæpiùs ſe expertum fuiſſe Anton. Gueinerius teſtatur: nam ejus malitiam ac venenoſitatem reprimit, & ne venenatus ejus fumus ad Cor adſcendat, ac Spiritus inficiat, impedit. 2. *Franciſcus Rueus lib. 2. de Gemm. cap. 2.* Addunt, Saphirum venenis Peſtilentibus reſiſtere, Carbunculis Abſceſſibusque calidis, peſtiferis præſertim mirum in modum adverſari tradunt. 3. *Villanov.* Tangere ſæpè Anthracem in die cum Sapphiro, confert maximè. 4. *Albertus Magnus de Virtut. herb. & lap.* Si teneas Saphirum Orientalem in ſuperficiebus vel circumferentiis Apoſtematis Peſtilentis, aliquandiu ipſam circumquoque ducendo, & per horam integram vel amplius ſuper Anthrace tenendo, ſtatim interimit ac mortificat ipſum ulcus, cujus rei vidi experientiam. 5. *Crollius de ſignatur. rer.* Anthracis ſeu Carbunculi ſignatura eſt in Sapphiro, in quo eſt peculiaris Virtus, Anthracem ſine corroſione tollendi, & in eſcharam promovendi. 6. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 8.* Saphirus potus, Cor ab omni Veneni labe tuetur. 7. *Mizaldus Cent. 4. diſtinct. 49.* Multorum experimento compertum eſt, Saphirum è regione Cordis geſtatum, à Peſtiferâ contagione & venenis tutum reddere geſtantem. 8. *Idem Centur. 5. diſtinct. 55.* Saphirus Anthraces fugat, & loco dimovet. 9. *Daniel Sennertus lib. 5. Epitome: Phyſ. cap. 4.* Saphirus Venenis reſiſtit & Cor roborat. Geſtata Anthraces Peſtiferos naſci prohibet, & ſuper Anthracem poſita eum exſtinguit, & ne venenati halitus ab eo ad Cor ferantur impedit. 10. *Anſelmus Boetius lib. 2.*

de Gemmis cap. 43. Peſti, omnique Veneno, febribuſque malignis omninò Saphirus adverſatur. Et paulò pôſt: Tota natura ejus putatur venenis reſiſtere, & Cor mirificè recreare. 11. *Johan. Fragoſus lib. de Arom Ind. ca. 7.* Totum genus Sapphirorum habetur pro Cordiali, & miſcetur etiam in Electuariis, quæ conficiuntur adverſus Peſtem, & omnis generis venena. 12. *Hollerius in libel. de Peſte.* Contra Peſtem proſunt geſtata Saphirus, Rubinus &c. 13. *Erneſtus Burggravius in Achille redivivo*: Sapphirus pollet adverſus Anthracem & Scorpionum ictus. 14. *Smollius cap. 34 lib. Princip. Phil & Medic.* Oleum Sapphyri ingens eſt in Anthracem Peſtilentem remedium.

VI. SMARAGDUS.

1. *Evangeliſta Quatramnus in Tract. de Peſte cap. 4* Smaragdo & Topaſio ſingularis & ſpecifica tribuitur Virtus in febribus Peſtilentibus. 2. *Fragoſus cap. 2. libri de Aromat.* Qui imirantur doctrinam Arabum, laudant maximè Smaragdum contra febres malignas. 3. *Alexand. Bened. de Peſte.* Ex Gemmis adverſus Peſtem Smaragdus eſt. Antidotis quoque imponitur. 4. *Crato in tract. de Peſte.* Omnes propè Medici poſt Theriacam & Mithridatum, Smaragdum laudant, datur ad Gr. 6. cum Mithridato. 5. *Andernacus:* Evacuatione factâ per Venam ſectam, vel etiam antè hác, exhibeto Sach. Roſ. drach. j cum Smaragdi triti obolo, ex vini albi odorati cyathis duobus. 6. *Georg. Agric. lib. 2. de Peſte.* Smaragdum Arabes non modò in venenis, ſed & in ipsâ Peſte magnam vim habere dicunt, ejus ſcobs ad Gr. 8. ex vino datur. 7. *Sennertus lib. 5. Epit. Phyſ cap. 4.* Smaragdus exhibetur ad Venena, & venenatorum animalium morſus ac Peſtilentes febres. 8. *Euſtach. Rudius lib. 3. Pract. cap. 30.* Smaragdus tenuiſſimè pulveriſ. ad Gr. 10. cum liquore aliquo adpropriato maximè adprobatur ad præſervationem & curationem Peſtilentis febris, præſertim, ſi folia Auri ei addantur. 9. *Fumanellus de Peſte cap. 6.* Smaragdus in lætificando Corde cæteris pollet, & venenum animalium, ipſamque Peſtem arcet. 10. *Anſelmus Boetius lib. 2. de Gem & Lapid. cap. 53.* Smaragdus venenatis morſibus animalium puncturis, Peſti item ac febribus Peſtilentibus adverſatur. 11. *Aloyſius Mundella Epiſt. 1. medic.* Smaragdum eſſe alexipharmacum validiſſ. ab omnibus proditum eſt. 12. *Marſil. Ficinus lib. 3 de vitâ calitus comparat cap. 12.* Smaragdus, Sapphirus, Hyacinthus, Topaſius, Rubinus &c. occultis gratiarum proprieta-

prietatibus prædita ſunt, Et idcircò non ſolùm intùs adſumta, ſed etiam ſi carnem tangant, ibique calefactu virtutem ſuam promant, vim indè cœleſtem Spiritibus inferunt, quâ ſe contra Peſtem ac Venena tuentur. 13. *Timotheus Brigth⁹ Parte 2. de Sanit. tuendâ:* Smaragdus, Sapphirus, Hyacinthus geſtati, adverſus Peſtem valent. 14. *Petrus Sibyllenus in libro de Peſte.* Magnates & nobiles matronæ Gemmas pretioſas, pro earum ſpecificâ & ingenitâ virtute, annulis incluſas, vel pectori adplicatas, ex Hiacyntho, Smaragdo, Sapphiro &c. quæ Veneno & aeri corrupto à proprietate occultâ reſiſtunt, rectè geſtare ſolent.

VII. HYACINTHUS.

1. *Lonicerus in ult. parte Herbar.* Hyacinthus geſtatus à Peſtis contagio adſerit, quâ de causâ Amuleti vice à colli ſiniſtra parte ſuſpenditur. 2. *Cardanus lib. 7. de Subtil.* Eâdem igitur ratione, ut quidam ſe expertos eſſe retulerunt, ſi quid aliud Cor confirmat, Peſtem quoq; arcet, quæ maximè contingit ob metum & Cordis imbecillitatem, Hyacinthus hæc 2 abolet, multum igitur juvabit arcendo Peſtem. 3. *Rueus lib. 2. de Gem. c. 12.* A populatim ſæviente Peſte, cum manifeſtâ ſuâ qualitate, tùm reconditâ quâdam proprietate, geſtantem adſerere creditur Hyacinthus; 4. *Manardus lib 1. Epiſt. 3 Medicin.* Quædam ſunt, quæ geſtata utilia eſſe creduntur contra Peſtem, ut Hyacinthus collo adpenſus, vel digito geſtatus. 5. *Gerard. Bergenſis lib. de Peſte.* Inter medicamenta, quæ venenoſitati Peſtilenti reſiſtunt, primo loco ſeſe nobis offert Hyacinthus, mirabiliter occulta proprietate Peſti reſiſtens, qui continuò ità ab omnibus, à Peſte præſervari cupientes geſtandus eſt, ut extrinſecus Cordis regionem attingat. 6. *Anshelmus Boetius lib. 2. de Gem. ca. 31.* Præcipuus Hyacinthi uſus eſt ad Peſtem arcendam, ſi pro Amuleto, collo adpenſus, aut annulo incluſus geſtetur. 7. *Autor Horti Sanit. in tract. de Lapid. c. 85.* Valet Hyacinthus contra Peſtiferas infectiones & omne toxicum. 8. *Hollerius in libel. de Peſte.* Geſtata contra Peſtem proſunt, Hyacinthus, Rubinus, Saphirus &c. 9. *Caſpar Schwenckfeld. lib. 3. Catal. foſſil.* Hyacinthus imbecillitatem pellere fertur, & contrà Peſtilentis contagionis noxias magnoperè commendatur. 10. *Johan. Renod. lib. 2. Diſpenſ. Sect. 2. cap. 6.* Hyacinthus Cor roborat, & à Peſtilenti contagio tuetur. 11. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 8.* Hyacinthus virulentarum beſtiarum ictibus, ac malignis venenatisque me-

detur adfectibus. 12. *Crato in tract. de Peſte.* Hyacinthus non ſolùm intra corpus, ſed etiam foris geſtatus, Peſti reſiſtit. 13. *Daniel Sennert. lib. 5. ca. 4. Epit. Phyſ.* Hyacinthus ad Peſtem curandam annulo incluſus, aut de collo ſuſpenſus commendatur. 14. *Rudius in fine cap. 30. lib. 3. Pract.* Avicenna admirabilem proprietatem Hyacintho, Cordis regioni diutiùs adpoſito, vel in ore detento, contrà Peſtilentes febres tribuere videtur. 15. *Joh. Dan. Mylius lib. 4. Baſil. Chymica cap. 5.* Pro conſtanti creditur, Hyacinthum hominem tutum reddere à fulminibus & Peſte, & nitorem omnem amittere, ſi quis Peſte laboret. 16. *Joh. Fragoſus cap. 4. lib. de Aom. & Exot.* Hyacinthi virtus eſt Cordialis, quemadmodum adparet ex confectione illâ de Hyacinthis, contrà Peſtem ac Febres malignas valens. 17. *Martinus Panſa. lib. 4. Pract cap. 56.* Hyacinthus & Chryſolitus gemmæ, digito annulari geſtatæ, Peſti reſiſtunt.

TERRARUM aliquot Genera, & MARINA.

I. AMBRA.

1. *Crato in Conſil medic.* Ego certiſſimo Experimento didici infundere ſupra Ambram opt. Vinum Malvaticum deſtill. in vitrum & diligenter obturare & manè aliquot guttas cum Pane ſumere, eſſe excellentiſſ. remedium præſervativum in Peſte: *Idem*: Ambra valet plurimum in adfectibus Pulmonum, & in Febribus Peſtilentibus, præſentiſſimum remedium eſt. 2. *Marſil. Ficinus in lib. de Epidem. cap. 10.* Quidam tempore peſtis, Ambram cum vino exhibent. 3. *Bernh. Croneburgius in libel. de Peſte.* Ambra tempore conſtitutionis peſtiferæ, magnam vim obtinet in roborando Corde ac Spiritibus inſtaurandis. 4. *Georg. Agricola lib. 2. de Peſte.* Ambra, Succino cognata, non minorem illo vim habet in peſte.

II. SUCCINUM.

1. *Cunradus Kunrad parte 1. Medul. deſtill. Tract. 9.* Succinum intrò datum, adverſari dicitur peſtilenti veneno, quemadmodum & ſuffitus cum eo per conclavia domus factus, purgat Aerem ab omnibus pravis inquinamentis. 2. *Heurnius lib. de Peſte cap. 8.* Germani Succini albi drach. j propinant in curatione peſtis. 3. *Anshelmus Boetius lib. 2. de lap. ac gemm. cap. 160.* Succinum Cordi inprimis amicum eſt, & propterea Syncopem, palpitationem & peſtem curat, morboſque contagioſos abigit, & Cor contra omnia venena tuetur.

Digitized by Google

tur. *Et paulò pòſt*: Fumus Succini cubiculis exceptus, Aeris putredinem corrigit, peſtisque μιάσματα conſumit, eorumque nocumenta emendat. 4. *Georg. Agric. de Peſte lib. 2* Succini in pulverem contriti pondus denarii ſumitur ex Vino contrà peſtem 5. *Crato de Peſte*. Succinum album Cordi maximè eſt amicum, & contrà Venena vim habet. 6. *Cardanus lib. 5. de ſubtil.* Succinum candidum, pretioſiſſ. guſtu dulce & optimè olens, adeò ut ſuffitum, in conclavibus contrà peſtilentiam, ad 3. uſque diem conclave benè olêre faciat, manifeſtum eſt igitur, hoc medicamentis reliquis conmixtum plurimum conferre. 7. *Bernh. Croneburgius de Peſte*. Ego inter Amuleta ad peſtem habeo Succinum album pulv. cum aq. Roſ. aut Scabioſ. exhibitum, ex quo præterea manè Suffitum intra nares & os excipio. 8. *Georg. Agric. lib. 4. de naturâ Foſſil. cap. 14* Cum ramentis Succini, peſtis causâ, ſolemus conclavia longiùs ac prolixiùs ſuffire, odor ille, peſtilentis Aeris putredinem debilitat. 9. *Andreas Aurifaber in lib. de Succino, cap. 11.* Succinum ſuffitum, non modò aerem corruptum emẽdat verùm etiam omnia Venenata animalia abigit. 10. *SchWenckfeldius lib. 3. Catal.* Succinum, peſtem & omnia venenorum genera arcet. 11. *Libavius Parte 3. Singular. de Succino lib 15. cap. 27.* Succinum peſtem arcêre prohiberêque traditur. *Idem in ſchol. ejuſdem Cap.* Fumus Succini corrigit ædificia peſte infecta, nec admittit Contagium, quo plerumque propagatur Lues. Cardanus cauſam conjicit in ſuaveolentiam & ſiccitatem. Sed neutra vera eſt, multa enim ſunt jucunda odore ac ſicca, quæ tamen peſtem non avertunt. 12. *Idem Autor cap. 28. ibid.* Succinum tàm familiare adjumentum Cordi creditur, ut etiam perhibeatur exhilarare, Spiritus turbidos recreare, peſtem ac Venena depellere, nec admittere. 13. *Augenius lib. 13. de Peſte cap 8.* Succinum Cor & Stomachum firmat, undè Cardiacis & Cordis palpitationi accommodatum.

III. BOLUS ARMENUS.

1. *Matthiolus comm. in lib. 5. Dioſc. cap. 71.* Bolus Armenus, omnium probatiſſ. Medicorum conſenſu non ſolùm adverſatur Venenis, ſed & peſtilentibus quibusque morbis. 2. *Ant Valeti in ſchol. ad lib. Hollerij de Peſte.* In Bolo Armeno & Terra Lemnia, tantum virium repoſuêre veteres ad arcendam peſtem, ut nemo unquàm ſit viſus, peſte interiiſſe, qui his anti-

dotis ſit uſus. 3. *Valleriola in adpend.loc.commun cap.2.* Inter Simplicia,totâ ſua ſubſtantiâ enetvandæ contagioni Peſtis congruentiſſima,primas partes tenet Bolus Armenus & Terra Lemnia, non tàm, quod ſiccando proſint , quàm quot tota ſubſtãtia venenoſæ qualitati adverſentur. 4. *Fumanellus lib. de Peſte cap.5.* Bolus Armenus præſtans habetur Peſtilentibus febribus medicamentum , ut Galenus tradidit. 5. *Joubertus tract. de Peſte cap.ult.* Bolus Armenus propulſandæ Peſti maximam vim obtinet, nec modò præſervandi facultate pollet,ſed etiam certò curandi. 6. *Galenus lib.9.Simpl.* In magna Peſtilentia, quotquot hoc medicamen bibêre,celeriter curati ſunt,at quibus non profuit, omnes interiêre,ſcilicet cum nec alio quovis juvarentur, undè colligitur, quod iis dumtaxat nõ fuerit auxilio, qui planè erant incurabiles. 7. *Petrus Bayrus de Peſte.* Bolus Armenus conducit adverſus Peſtem,ſi drach. ß aut ſcr.ij.ejus cum unc.ij Aq. Roſar.& unc.ß Vini dentur. 8. *Johan. Daniel Mylius lib.4.Baſil.Chym. ca. ult.* Bolus Armena cum Aqua Acetoſæ pota,adverſus contagia Peſtis offertur 9. *Barthol.Montagnana in Conſ.* Bolus Armenus convenit Peſti,dando ex eo ſcr.j omni die cum vino. Confert valdè ita datus febribus Peſtilentibus: & qui adſueſcit ejus potui tempore Peſtis,præſervatur ab ejus nocumento. 10. *Bernhard.Croneburgius in Tract. de Peſte.* Præ omnibus maximè,ceu ſacrum quoddam Antidotum probatur Bolus Armenus eximia prærogativa adverſus omnem peſtiferam contagionem. 11. *Fernelius lib. 1.meth.med cap.21.* Bolus Armena Peſtilenti febri opitulatur, eiq; reſiſtit,putredinemq; cohibet. 12. *Lonicerus parte ult. Herbar. cap.antepenult.* Bolus Armena Febribus Peſtilentialibus eſt ſalutaris: cum aqua Acetoſæ adverſus contagia Peſtis potus prodeſt. 13. *Cardanus lib.5. Subtil.* Terra Armena egregiè ſiccat, ob id Peſtiferis morbis ſalutaris eſt. 14. *Aloyſius Mundella Epiſt.1. medic.* Terra Armena ſubſtantiâ tum aerea & levi,tum plurima exſiccandi facultate prædita eſt, nec non ut *Avicenna* ait *4.Fen.1.lib. ca. 5.* boni eſt odoris, quæ ſingula ad morbum Peſtilentem arcendum, & curandam conferre compertum eſt. 15. *Joach. Schillerus de Peſte Britan.* Vix aliud præſervativum mirabilius eſt Bolo Armeno adverſus Peſtem, debet autem minutim cõtuſum, in campeſtrium Roſarum aqua mergi, ut liquorem combibat,& ſua ſponte exſiccetur, quo facto conteratur denuò , quater jàm lotum & exſiccatum uſui repone.

Digitized by Google

pone: Hujus manè ſcr. j aut ſcr. ij modò cum vino, modò cum Limonum ſucco exhibentur. 16. *Renodaus in Diſpenſat.lib.2.Sect. 1.cap. 2.* Plurimum valet contra Peſtem, Bolus Armenus. 17. *Palmarius lib. de Febr. Peſtil.cap.18.* Bolus Armena Peſtis contagia arcet, & jam cõtractæ vim obtundit ac hebetat. 18. *Hollerius in libel.de Peſte.* Boli Armeni drach.j in Vino albo tenui & aqua Bugloſ.vel Acetoſæ propinetur in Peſte. 19. *Cunradus Geſnerus lib 1.Epiſt 37.* Bolus Armenus ac Terra Sigillara junioribus calidis & humidis ſeu Sanguineis præcipuè conveniunt in Peſte, aliis non item. 20. *Augenius lib.3.de Peſte cap. 8.* Bolus Armena febri peſtilenti colliquanti opitulatur, eique reſiſtit, putredinem cohibet ac ſanguinis exſpuitionem. *Idem ca.20.ibid.* Bolus Armena obtinet miraculoſam & excellentem virtutem, ad peſtem enim utilem eſſe, non ipſi ut terræ tributum eſt, ſed ut Armenæ, & hoc ei conceſſum eſt tamquàm ſpeciale munus, & quaſi privilegium, præ cæteris, à benignitate cœli, & peculiari ſtellarum amicarum influxu, quæ facultas mirabilis cognita à nobis non eſt per rationem, ſed per experientiam. 21. *Mindererus lib.de Peſte cap.15.* Ego Bòlum Armenum tota ſubſtantia, & ab intrinſeca ſui forma, morbo peſtilenti adverſari exiſtimo 22. *Joban. Bokelius Parte 2.Regim.cap. 11.* Bolus Armenus & Terra Sigill. maximè in peſte utilia ſunt. 23. prædicatur etiam in eadem Lue à *Joh. Philip. Ingraſſiâ* lib. de peſte. *Daniele Sennerto* lib. 5 Epit. phyſ. cap. 1. *Achille Gaſſaro* in Tract. de peſte. *Petro de Stilla*, Tract. 2. cap. 2. manualis ſui Cheirurgiæ, *Iohan. Saliceto* de peſte, *Gentili Fulginate*; *Baptiſtâ Fiarâ*, *Cardano* in lib. de ſubtilit. *Keglero* in ſuo Regim. peſtil. *Petro Sibylleno* in lib. de peſte & aliis quampiurimis.

IV. TERRA SIGILLATA.

1. *Vidus Vidius lib. 6. de Febr. cap. 5.* Intus detur Terra Lemnia, qua veteres medebantur Febribus peſtilentibus, ut patet ex lib. 9. Simpl. Galeni. 2. *Augenius lib.3.de Peſte cap.8.* Terra Lemnia morſus Serpentum omniumque reptilium ſanat; mortiferas ac venenatas potiones nocère prohibet, & Febri peſtilenti, cum Alvi fluxu colliquativo reſiſtit. 3. *Renodæus lib. 2. Diſpenſ. Sect. 1. cap. 1.* Terra Lemnia vim habet Antidoti contrà peſtem, & morbos contagioſos, ac malignæ qualitatis participes. 4. *Goclenius in Loimographiâ quæſt.3.* Terram Sigillatam cum cõvenienti liquore propinatam, inſigniter multis profuiſſe,

fuiſſe, peſtis noſtræ Marpurgenſis decurſu, animadverti. 5. *Jobus Fincelius de cura Peſtis*: Adultis peſte infectis datur drach.j Terræ Sigill. cum aq. Carduib. vel Scabioſæ, junioribus autem detur drach. ß. 6. *Crato:* In peſte maximè laudatur Terra Sigillata, ſi vera haberi poſſet. 7. *Anton. Valetius in ſchol. ad librum Holler. de Peſte.* in Terrâ Lemnia & Bolo Armeno repoſuêre veteres tantum virium ad arcendam peſtem, ut nemo unquàm ſit viſus, peſte interiiſſe, qui hiſce ſit uſus. 8. *Manlius in lib. Med.* Terra Lemnia eſt optimum ac præſtantiſſ. remedium in peſte. 9 *Matthiolus comm. in lib. 5. Dioſc. cap. 73.* laudat etiam valdè hanc Terram ad profligandam Luem peſtilentem. 10. *Petrus Bayrus in lib. de Peſte.* Lemniâ Terrâ utimur adverſus peſtem, ſi drach. ß aut ſcr. ij diſſolvantur cum Aq. Roſ. unc. ij & Vini unc. ß. 11. *Fumanellus in lib. de Peſte cap. 5.* Terra Lemnia, quæ & Sigillata dicitur, in peſte præſentaneum eſt remedium. 12. *Schwenckfeldius lib. 3. Catal. foſſil.* Terra Sigillata Strigonienſis, admirandâ facultate crudeliſſimo & horrendo peſtis contagio reſiſtit, non ſolùm ab hoc præſervando tutos reddens eos, qui hâc utuntur, ſed jàm infectos & ſemimortuos ab Orci faucibus, & præſente morte miraculosâ celeritate revocando. 13. *Georgius Agricola lib. 2 de Peſte*: Inter peſtis Alexiteria, quæ terra intrà ſe gignit, vel ex ſe profert in lucem, primo numeratur Terra Lemnia, quam Turcæ quoque noſtris temporibus homines à peſtem tueri perhibent, & ea correptos ſanare, denarii autem pondere bibitur ex vino. 14. *Sennertus in Epit. Scientiæ natural. lib 5. cap 1.* Experimentis multis comprobatum eſt, Terræ Sigillatæ inſignes eſſe vires contrà peſtilentes febres malignas, & venenatorum animalium morſus. 15. *Petrus Bellonius lib. 1. Obſervat. cap 22.* Terra Lemnia ſingularis eſt, adverſus peſtem, & omnes defluxiones. 16. *Euſtach. Rudius lib. 3. Pract. cap 30.* Terram quoque hanc inter probata peſtis remedia recenſet. 17. Vide & *Kunradum 2. part. Medul: deſtill. Tract. 20.* qui ſimiliter Terram ſigillatam inſigniter contra peſtifera contagia commendat. 18. *Foreſtus lib. 6. de Febr.* Terræ Sigill. drach. j, ſi cum modico Vino jejunis detur, nullum Venenum ad Cor penetrare permittit.

SECTIO

SECTIO II.

Exhibens nonnulla SIMPLICIA Spagiricè elaborata.

DISTINCTIO I.

AQUÆ DESTILLATÆ.

1. Aqua Angelicæ.

1. TRagus *in lib. de Peſte.* De hâc aqua ægro ad 3. vel 4. cochlearia, propinabis, multorum utilitate ac commodo hæc Aqua experta eſt, omnibusque tutò exhibetur, cujuscumq; ætatis fuerint. Si quis hujus aquæ 2. vel 3. cochlearia ſemel aut bis in hebdomadâ biberit, nobiliſſimum eſſe præſervativum cognoſcet. 2. *Henricus Dobbin lib. de Peſte.* Angelica per noctem in Vino macerata deſtillatur. Liquoris deſtillati 2. aut 3. cochlearia manè bibuntur, Eſt remedium præſtantiſſ. contra Peſtem. 3. *Lonicerus, cap. 302. parte 2. Herbar. ſui.* Aqua deſtill. rad. Angel. mirè confert Peſtis contagio. 4. *Tabernamontanus lib. 1. Sect. 3. cap. 12.* Aquæ Angelicæ hauſtulus unus, manè antequàm quis in publicum prodeat, ſumptus, præſervat à contagione venenatâ. Dari quoque & Pueris infantibusq; ſine noxâ poteſt. 5. *Caſtor Durandes in Horto Sanit.* Aqua Angelicæ præſervat à peſte. 6. *Balthaſar Mullerus in tract. de 147. Aquis deſtill.* Aqua Angelicæ reſiſtit Peſtilentiæ. 7. *Joh. Dan. Mylius lib. 6. Baſil Chym. cap. 6.* Aqua rad. Angel. mirè confert Peſtis contagio.

2. Aqua Carduibenedicti.

1. *Remaclus Lymburgenſis in Hiſt. aquar.* Carduibenedicti aqua ſingulare eſt Antidotum contrà Peſtē. 2. *Caſtor Durandes:* Aqua ſtillat. Carduib. contrà Peſtem ac venena ſumitur. 3. *Tabernamontanus Sect. 10 lib. 2. cap. 5.* Aqua Carduibenedicti utilis eſt in omnibus febribus Peſtilentibus. 4. *Joh. Dan. Mylius cap. 14. lib. 6. Baſil. Chym.* Aquæ vel

Digitized by Google

decoctum hujus herbæ, Venena omnia pellit, cujus rei exemplum Hieron. Tragus adducit. Fuiſſe enim puellam quamdam, quæ inſcia cum Pomo dono dato, Venenum ederit, moxque corpus ejus inflatum, nec ullis Antidotis Tumorem ſedari potuiſſe, tamdem verò Aquâ ſtillat. hujus Herbæ datâ, Tumorem ſubſidiſſe, atq; ſic à Veneni malo & periculo liberatam fuiſſe. Idem ex alio refert, Puero in campo dormienti, Serpentem per os hians irrepſiſſe ac herbæ hujus aquâ porrectâ, per inferiora mox Serpentem ſeceſſiſſe, nec quidquam periculi puero indè obtigiſſe. 5. *Palmarius de Febr. Peſtil. cap. 18.* Aqua ſtill: Carduib. remedium haut contemnendum Febrium malignatum ac Peſtis.

3. *Aqua Morſus Diaboli.*

1. *Hieron. Brunſuic.* Aqua hæc pondere unc. j pota, à Peſte optimè præſervat. 2. *Palmarius ca. 18. lib. de Febr. Peſtil:* Aqua Morſus Diaboli Peſti adverſatur, quocumq; modo uſurpetur. 3. *Caſtor Durandes in Herb.* Aqua hujus herbæ manè ad unc. iii. pota, præſervat à Peſte. 4. Quod idem teſtatur: *Tabernamont. lib. 1. Sect. cap. 15.*

4. *Aqua Acetoſæ.*

1. *Crato in Conſil.* Benè deſtillata aqua Acetoſæ cum ſucco Limonum vel aceto, pro Pueris & gravidis, Peſte infectis tantum valet ad curandum, quantum fortè nulla alia operoſa compoſitio. 2. *Lonicerus Parte 2. Herbar. cap. 64.* Aqua Acetoſæ cum Theraca mixta, confert Peſtilenti malignitati. 3. *Valeſius in Tract. de Epidem. cap. 9:* Aqua Acetoſæ valet contrà Peſtem, quia confortat Cor. 4. *Remaclus Lymburg. in Hiſtor. aquar.* Aqua Acetoſæ cum Theriacâ temperata, adverſus peſtem præſentaneum eſt remedium. 5. *Caſtor Durandes.* Aqua Acetoſa utilis eſt tempore Peſtis. 6. *Renodaus in Diſpenſ. lib. 1. Sect. 5. cap. 11.* Aqua Acetoſæ febribus continuis & Peſti confert. 7. *Weckerus, Antid. ſpet. lib. 2. Sect. 1.* Aqua Acetoſæ cum Theriaca bibita, medetur Peſti. 8. *Julius Palmarius cap. 18. de Peſtil. febr.* Sunt qui Aquam Acetoſæ ad Peſtis præcautionem & curationem conferre credunt.

5. *Aqua Rutæ.*

1. *Lonicerus 2. Parte Herbar. ca. 123.* Aqua Rutæ potenter reſiſtit Peſtis malignitati. 2. *Remaclus Lymburg.* Rutæ aquæ adverſus omnia venena, præſentaneum cenſetur Antidotum. quare tempore Peſtis, uſus hujus Aquæ ſummopere

rè commendatur. 3. *Caſtor Durandes in Horto Sanit.* Aqua ſtillat. Rutæ contrariatur Peſti. 4. *Tabernamont. lib. 1. Sect. 4 cap. 31.* Aqua Rutæ conducit omnibus venenis, præſertim autem tempore Peſtis, & aeris infectioni prodeſt, ſi manè ejus unc. ij ebibantur. 5. *Balthaſar Muller in Tract. de Aquis deſtill.* idem confirmat.

6. *Aqua Veronicæ.*

1. *Tragus lib. 1 de Plant.* Veronica vino macerata ac deſtill: remedium eſt efficaciſſimum ad quaslibet Peſtilentes febres, binarum unciarum doſi pota. 2. *G. Weinrichius in Homilia 3. ſuper Pſ. 91.* Si unc. j circiter Aquæ Veron: jejunè ſumatur, vel ſpongiola, hâc aquâ probè imbuta naribus ad odorandum objiciatur, nobile dicitur eſſe præſervativum contra Peſtem. 3. *Hieron. Brunſuic. in Pharmac. domeſt.* Aq. Veron. unc. j manè pota, commodiſſimum præſervativum eſt, prodeſt etiam Caput & manus eâ abluere. 4 *Caſtor Durandes in Horto Sanitat.* Aqua Veron. unc. iiii, cum Theriacâ ſumptæ, curant Lue Peſtiferâ infectos. 5. *Tabernæmontanus lib. 2. Sect. 2. cap. 28.* Aqua Veronicæ reſiſtit Peſtilentiæ. 6. *Lonicerus 2. parte Herbar. ſui cap. 16.* Aq. Veron unc. j manè pota, optimum eſt Peſtis præſervativum.

7. *Aqua Tormentillæ.*

1. *Remaclus Lymburg. de Aquis deſtill.* Tormentillæ aquam contrà Peſtem nonnulli præſentaneum Antidotum tradunt. 2. *Autor Pandectarum:* Aqua Tormentil: reſiſtit omnibus venenis, undè ad præſervandam & curandam quoq; Luem Peſtilentem, tempore Contagii graſſantis, utiliter datur. 3. *Tabernamont. lib. 1. Sect. 4. cap. 22* Aqua Tormentillæ Peſte infectis plurimum confert. 4. *Bokelius in ſuo Regim. & Caſtor Durandes in Hort. Sanit.* idem teſtantur.

8. *Aqua Scabioſæ.*

1. *Brunſuicenſis in Pharmac. dom.* Aq: Scabioſ. unc. iß manè pota, peſtilentiæ reſiſtit: confert Anthracibus impoſita. 2. *Tabernamont. lib. 1. Sect. 5. cap* 14. Aqua Scabioſæ commendatur contrà peſtem. Et ſi in eâ diſſoluta fuerit Theriacæ vel Mithridatij nonnihil, egregiam potionem ſudoriferam concinnabis ad expellendum Venenum peſtiferum è corpore. 3. *Weckerus in Antidot. ſpec. lib. 2. Sect.* 1. Aqua Scabioſæ valet contra Peſtem. 4. *Palmarius de Febr. Peſtil. cap.* 18. Aqua Scabioſæ magnas adverſus peſtiferi mali perniciem vires habet, & longè eam à Corde propellit. 5. *Reinecterus in Theſ. Chymic.* hanc

LIIIII 2

Digitized by Google

hanc aquam quoque pro præſervatione Peſtis inter alia Alexiteria commendat.

9. Aqua Fol. & Florum Arbuti.

1. *Carolus Cluſius*: Ex Arbut. foliis & floribus aquam elici vitreis organis, ſcribit Amatus Luſitanus, eamque ſervari, tamquàm ſecretiſſimum, adverſus Peſtem ac Venena antidotum. 2. *Matthiolus comm. in Dioſcor*: Sunt qui credant, Arbutum opem maximam præſtare adverſus Peſtem, quamobrem Aquam, quæ ex foliis extracta ſit, admixto Oſſe Cordis Cervi, ſtatim ubi morbus invaſit, magno juvamento ægrotantibus exhibent.

10. Aqua Valerianæ.

1. *Tabernamontan. Sect. 5. lib. 1. cap. 16.* Hujus Aquæ unc. iß vel ij manè jejuno ſtomacho ſumptæ, hominem eâ die, ne à Peſte inficiatur, præſervant. 2. *Brunſvicenſis*: unc. ij manè de iſta Aqua potæ, optimè præſervant. 3. *Remaclus Lymburg. in Hiſt. Aquar.* Valerianæ aqua ad aerem Peſtilentem rectificandum multum efficax cenſetur. 4. *Caſtor Durandes in Herbar.* Hæc aqua pota, utilis eſt contra Peſtem.

11. Aqua Nucum Juglandium.

1. *Gocleniꝰ in Loimograph.* Aqua Nucum viridium, maximarum eſt vitium in Peſte, tum in refrigerando, tum veneno reſiſtendo, præſertim aliis commixta. 2. *Felix Platerus de curâ Febrium Peſtil.* Aqua Nucum viridium ſummoperè laudatur in curâ Peſtis. 3. *Palmarius cap. 18. de Febr. Peſtil.* Aqua ex immaturis Juglandibus elicita & pota, venena irrita facit, & ad Peſtis arcenda contagia mirificè commendatur. 4. *Levinus Lemnius de Herbis Bibl. cap. 32.* Elicitur de Nucibus virentibus aqua, ad multos uſus efficax, nempè ad Peſtis contagia. 5. *Rulandus de Febre Ungar. cap. 6.* Aqua Nucum viridium magnarum eſt vitium in hâc Lue. 6. *Euonymus in 1. parte Theſ.* Aqua nucum juglandum in maturarum, foris impoſita prodeſt Vulneribus & ulceribus calidis, & Anthraci Peſtilenti, pota etiam ad unc. iij refrigerat, ac Peſti reſiſtit. Ex putaminibus etiam exterioribus Aquæ deſtillatur, cujus mediocris potio, adverſus Peſtem, tamquàm certum experimētum propinatur. 7. *Grattarolus.* Ex Nucibus Jugland. aliqui aquam deſtillant, utilem in Peſte. 8. *Fumanellus lib. de Peſte.* Liquoris ſtillat: Nucum viridium unc. vj. ſudorem evocant in Peſte. 9. *Alexius Pedemont. lib. 1. Secret.* Medicamentum probatiſſ. adverſus Peſtem ita paratur: Cape Nuces immaturas quan-

quantum ſufficit, quæ cum macerata fuerint in Acero per 8. dies, eximantur, & contundantur, demum deſtillentur, donec omnis Aqua exierit. Doſis hujus aquæ unc. iiij, ſumens, in lecto benè coopertus maneat. Nam hæc Aqua virus evacuat vel per ſeceſſum, vel per vomitum. 10. *Lonicerus cap. 35. ſui Herb:* Aqua deſtill: è corticibus viridibus Nucum, bibitur adverſus Peſtem, cum tertia parte Aceti, ſi cum calore invaſerit. 11. *Tabernamont. Sect. 2. lib. 3. cap. 3.* Aqua Nucum juglandium utilis eſt tempore Peſtis, ſi hauſtulus ejus potetur, reſiſtit enim Veneno Peſtis aeriique infecto, longè autem efficaciùs operabitur, ſi nonnihil Theriacæ in illa diſſolutum fuerit. 12. *Weckerus in Antidotar. Spec: lib: 2. Sect: 1.* Aqua Nucum juglandium refrigerat, ac Peſti medetur. 13. *Petrus Sibyllenus in lib. de Peſte:* Sunt, qui mirificè Aquam Nucum jugland: deſtill: commendant pro præſervatione manè ebibitam.

12. Aqua Fraxini.

1. *Euonymus:* 1. Parte Theſauri. E. Fraxini corticeinteriore, deſtillati liquoris unc. iij cum totidem uncius Vini albi, contra Peſtem bibuntur, & idem potus, poſt horas 3 repetitur. Sic volente Deo, intrà 24. h. liberabitur æger. 2. *Crato de Peſte.* Aqua deſtill: ex Cortice tenero inter: Frax: ejuſque Surculis teneris, uſi ſunt Gedanenſes adverſus Peſtem Anno 1564.

13. Aqua Citriorum malorum.

1. *Petrus Droettus in Conſil. de Peſte.* Accipe Citria Mala, in partes multas diviſa, No: x. Summit: Borrag: Mj. Vini albi odorati lib: iij Deſtilla Vaſe vitreo. Hujus aquæ jejunus unc: ij, Peſtis tempore ſumat 2. *Heurnius in Prax. ſeu meth: med:* In Italia, fragrantiſſ: Aqua exſtillatur è floribus Citriorum, quæ præter ſuavem odorem quem ſpirat, Veneno Peſtilenti quoq; reſiſtit. 3. *Quercetanus in Diætet: Sect. 3. circa finem cap. 2.* Aqua ex Succo Citri deſtillata, Cor aliaſque partes roborat contrà Peſtem ac malignas febres. 4. *Mindererus de Peſte ca. 15.* Aqua è Corticibus Citri aut integro Pomo deſtillata, Peſti maximè reſiſtit. 5. *Joh: Bokelius in ſuo Regim:* Aqua Flor: & Cort: Citri cum Aceto deſtill: præſtans Alexiterium eſt tempore Peſtis. 6. *Rulandus de Febre ſeu Morbo Ungar: cap. 6.* Aqua Citri rectè deſtillata, inditis aliquot Guttis Spiritus Vitrioli, multum roboris adfert Cordi, indè retuſa malignitate Febris.

14. Aqua Diptamni.

1. *Caſtor Durandes in Horto San:*

Aqua Diptamni frequenter ſumpta, præſervat à maligna infectione aeris. 2. *H. Brunſvicenſis in ſuâ Pharmac. dom.* Aqua Dipt. unc. ß quantitate bibita, optimè à Peſte præſervat. 3. *Lonicerus cap. 105. Parte 2. ſui Herbar.* unc. ß hujus aquæ manè & veſperi pota, obluctatur Peſtiferæ labi.

15. *Aqua Pimpinellæ.*

1. *Tabernæmont. Sect. 3 lib. 1. c. 23.* Hujus aquæ unc. j manè quotidiè ſumpta, eodem die hominem tutû reddit à Peſte, confortando Cor, valdè conſultum & utile eſt, quemlibet tempore Peſtis juxtà uſum aliorum Antidotorum, ſingulo ocßiduo ſemel manè, vel à meridie, unc. iij hujus aquæ ebibere, & inde in lèctum ad ſudorèm ſe componere, omne enim venenum per ſudorem & urinam expellit, nec ſinit aliquem facilè Peſte infici. 2. *Lonicerus parte 2. Herbar. c. 12.* Aqua Pimpinellæ pota, præſervat à peſtifera infectione. 3. *Turnheiſerus lib. 1. Hiſtor. Plant. c. 305.* Aqua Pimpinel: contra aerem noxium & contagium peſtilens commendatur.

16. *Aqua Galegæ.*

1. *Tabernæmont. Sect. 4. lib. 1 c. 34.* Aqua Galegæ præſtantiſſ. medicamentum eſt, adpellendus maculas Peſtiferas, tàm in adultis, quàm pueris, ſubindè manè ac veſperi ad unc. ij vel iij ſumpta, ut ſudorem eliciat: Utilis quoq; eſt præſervativi loco, ſi manè ejus cochlearia bina capiantur. 2 *Fumanellus lib. de Peſte ca. 5* Liquor ſtillat: Galegæ ſumentem à Peſtilenti febre arcet, aut eâ adfectum ſanat.

17. *Aqua Malorum Arantiorum.*

1. *Matthiolus lib. 1. cap. 131.* Hæc aqua optimè facit ad febres Peſtilentes, datur potanda unc. vi, pondere, magno ſanè auxilio, ubi à cẽtro ad circumferentias humores infectos trahere ſit opus, ſiquidem valenter ſudorem provocat, ac Cordi ſubvenit. 2. *Heurn. in meth. med.* Aqua florum Arantiorum valdè confert Peſtiferis malis, præſertim ubi Petechiæ effloreſcunt. 3. *Caſtor Durandes in Hort. San.* Aqua Arantiorum utiliter in Peſte, ac peſtilentibus febribus propinatur.

18. *Aqua Cruciatæ.*

1. *Tragus in Hiſt. Stirp. & in lib. de Peſte.* Aquâ Cruciatæ adverſus Peſtem utuntur nonnulli. 2. *Lonicerus parte 2 Herbar cap. 167.* Aqua Cruciatæ venenis adverſatur, undè non immeritò contra Peſtem quoque adhiberi poteſt. 3. *Marc. Mullerus de Peſte*, Aqua Cruciatæ in peſtilentibus febribus prodeſt.

DISTIN-

Digitized by Google

DISTINCTIO II.

OLEA STILLATITIA.

1. Oleum Juniperi.

1. ADolphus Occo de Peſte. Oleo Juniperino utuntur quidam cœlo Peſtilenti, efficaci amuleto, naribus & temporibus eo inunctis. 2. *Heurnius lib. 1. Meth. med.* Oleum Juniperini fœdam vim aeris intrò ſumptum, arcet. 3. *Henricus à Bra in Catal. Simpl. ex Henrico de Turris* Præſervativum inſigne ad Peſtem, quo uſus eſt Nobilis quidam Viennæ in ſæviſſ. Peſte, & liber manſit cum totâ familiâ, cum ceteræ familiæ omnes periclitarentur. Primò totam domum ſuffumigavit Oleo Juniperi, vivis carbonibus arcenſo: Poſteà antequàm foràs progrederentur domeſtici fruſtulum panis toſti, 3. aut 4. Gut. Olei Junip: imbutum devorabant: Tertiò pulſus brachiorum, tempora ac nares hoc Oleo illinebant. 4. *Andernacus* jubet, ut Goſſipium, Oleo Juniperino imbutum in pixide circumferatur loco Pomambræ tempore Peſtis. 5. *Weckerus in Antid. ſpec. lib. 2.* Ol. Juniperi corpus ab omni Veneno & Peſtilenti aere tuetur. 6. *Palmarius cap. 18. de Febr. Peſt.* Una Gut: Ol. Junip; aliis alexipharmacis mixta, ſudores copioſos movet, & Peſtis pernitiem obtundit. 7. *Johann. Poppius lib. 1. de uſu rem. Chymic.* Oleum hoc inſigne arcanum eſt contrà Peſtem, ſiquidem ab infecto omne venenum per ſudorem expellit mirificè. 8. *Kunradus in Parte 1. Medul. deſtill. Tract 20.* Ol: Juniperi inſigne Peſtis præſervativum & curativum eſt, veneno enim potentiſſimè reſiſtit, & à Corde illud per ſudorem expellit, idcircò tanquàm ſingulare Antidotum contrà hanc luem magnifaciendum. Infectus G. 12. vel 15. hujus Olei ſumat bis in die cum pauxillo Theriacæ &c. 9. *Bokelius in ſuo Regim.* idem Oleum valdè in Peſte abigenda deprædicat. 10. *Reineccerus lib. 6. Theſ. Chymic.* Ol. Junip. ſumptum, & arteriis ac temporibus illitum à Peſte præſervat. Pro curatione verò G. 6. bis ſpatio h. 24. dentur.

2. Oleum Citri.

1. *Jul. Palmar. ca. 18. de Febr. Peſt.* Ol: Cort. Citri putredini, & venenis Peſtilentibus præter opinionem reſiſtit, ſumptũ, aut Carpis ac Cordis regioni inunctum. 2. *Adolphus Occo in Tract. de Peſte.* Oleum è Granis Citri, in Peſtilenti ſtatu optimum eſt Alexiterium. 3. *Sylvius in libro 3. Meſues. de re Medicâ:*

Oleum ex Seminibus Citri in Peſte, Alexiterium eſt. 4. *Quercetanus in Diætet: ſect 3. cap: 12.* Ex Cortice Citriorum Oleum Cardiacum & ſudoriferum, ad Peſtem, aliosque adfectus venenatos extrahitur. 5. *Ioh: Bokelius parte 1. Regim: ſui cap: 17.* Oleum Citri egregium eſt præſervativum, ſi tempore Peſtis nares, tempora & pulſus eo inunguntur. 6. *Ioan: Hennem: Reyſing in Idea Leimode:* Oleum Cort: Citri ad G: 3, quotidiè ſumptum cum Syr: Aceroſ: Citri Peſtilentibus infectionibus reſiſtit. 7. *Hollerius in lib: de Peſte.* Oleum Citri in præſervatione Peſtis laudatur, ſi G: 3. ex decocto Berberor: aut Syr: de Limon: dentur. 8. *Ioh: Poppius lib: 1. de uſu remed: Chym:* Oleum Citri præſervat hominem à Peſtifera infectione, ſi cum Sach: mixtum, redigatur in formulas Rotularum, quarum una atq; altera manè deglutiatur.

3. *Oleum Succini albi.*

1. *Crollius in Baſil: Chym:* In Peſte una Guttula Ol: Succini manè ac veſperi naribus adfricetur, ſic enim nullum venenum Cor inficere poteſt. Correpto datur à ſcr. j ad ſcr. ij in aqua Carduib: 2 *Ioh: Rhenanus in Antidotar: Peſtil.* Ol: Succini naribus illitum, potenter præſervat à Peſte. 3. *Ioh: Poppius lib: 1. de uſu remed: Chym:* Oleum Succini admodum confert Febribus ardentibus ac Peſtilentibus intrò datum, Cautè tamen ejus uſus à prudenti Medico ineundus. 4. *Iohan. Neander in ſuo Regim: de Peſte.* Oleum Succini inſigne tùm præſervativum, tùm curativum Peſtilentium febrium eſt. 5. *Iohan: Dan: Mylius lib: 2. Antidotar: cap: 5.* Oleum Succini ab omni veneno, & aere peſtilenti præſervat naribus inunctum, vel medicamentis idoneis admixtum. *Idem lib: 4. cap. 22.* Sacrum hoc Oleum olim adpellatum fuit, ob vires ejus inſignes, quas tùm per ſe, tùm aliis admixtum præſtat in Peſte. 6. *Gabelkoverus in ſchol ad cap. 9. Andr. Bacij de Gemmis:* Ol: Succini Gut: 2. vel 3. in Bombace vel Pomambræ geſtatæ ac odoratæ, infectum aerem arcet; idem præſtant Tabulæ, cum una vel altera gutta hujus Olei commixtæ. Qua ratione hoc Oleum utiliter in ejuſmodi Aeris corruptione pro vero Europæo Balſamo uſurpari poteſt. Non ſolùm autem à Peſte præſervat, ſed eadem correptos feliciter etiam curat, ſi G 7. Olei cum drach. ß Salis Abſinth. in Aq: Carduib: vel Acetoſæ ſumantur, & æger ad ſudorem ſe componat. 7. *Turnheiſerus in ſuo Pharmac. itinerar:* idem oleum inter alia quoque contra Peſtem commendat. 8. *Libavius lib. 5. de Succino in ſchol. ad cap.*

Digitized by Google

cap 28. ex Neandro: Oleum Succini adverſus peſtem propinatur, cum Conſerva Scordii & Aqua Carduib: poteſt & diaphoreticis in peſte admiſceri 9. *Idem in cap. 27. ibid.* Ol: Succ: habet varium uſum ad arcendam Aeris malignitatem, ſi natium alæ intùs eò perungantur. 10. *Weckerus ex Andernaco lib. 2. Antidot. ſpet.* Ab omni Veneno & Aere peſtilenti præſervat Oleum Succini, naribus illitum, vel aliis medicamentis admixtum. 11. *David Herlitius in regim. ſuo de Peſte.* Inter alia præſtantiſſ. præſidia contrà peſtem, oleum Succini non infimum locum obtinet, ſi nares eo inungantur, arcet enim omnem venenatum aerem, ne per nares ad Cor trahatur. 12. *Cunradus Kunrad parte 2. Medul. deſtill. Tract. 8.* Oleum Succini magnarum ſanè eſt Virium in amolienda peſtifera infectione. 13. *Michael Doringius in Diatribe de Opobalſ. Sect. 3. cap. 3.* Ad Aeris contagia & peſtem declinandam, vel nares ipſos oleo Succini perungere, vel guttulas aliquot goſſipio exceptas naribus olfaciendi gratia admoverê expedit. 14. *Anshelmus Boethius lib. 2. de Gemmis, cap. 160.* Olei Succini uſus eſt ad aeris contagia ac peſtem prohibendam. Ejus autem Guttæ 3. cum Sale Abſinth: & Aqua Scabioſ: vel Acetoſ: ſumptæ quotidiè præſervant a Peſte, ac curant, G. 7. cum Aq: Carduibened: & Sale Artemiſ: bibitæ, quia ſudorem potenter movent, ac virus omne expellunt. 15. *Kunradus Parte 1. Medul. deſtill. Tract. 9.* In peſte Oleum Succini, ſingulare eſt præſervativum ac Balſamum, cum aqua Scabioſ: ſumptum jejuno ſtomacho, vel in tabellas redactum addito Sacharo. Curativum etiam eſt egregium, ſi guttulæ ejus aliquot ab infecto cum Aqua Carduib: vel Fumar: capiantur, indeque ſudori opera detur 16 Commendatur quoque hoc oleum ad peſtem à *Beguino in Tyrocinio Chymico cap. 6. item à Fuchſio & aliis.*

4. Oleum Angelicæ.

1. *Tabernamont. Sect. 3. lib. 1. cap. 12.* dentur Guttæ 3. Oleum Angel. cum Vino adverſus peſtem. 2. *Iohan. Poppius lib. 1. de uſu medicam. ſpagir.* Tempore peſtis Oleum Angel: maximum eſt Arcanum, ſi cum Sacharo mixtum redigatur in Tabellas, harumque una vel altera mane deglutiatur, reſiſtit enim veneno, nec ſinit malignam infectionem ſubire corpus. Si quis autem hac lue infectus fuerit, Ol: hujus Guttas 6. vel 8. cum Aqua Carduib. ſumat ac ſudet per 3. horas. Et indè maximum commodum percipiet.

5. Oleum Zedoariæ.

1. *Poppius loco jam citato.* Ol. Zedoariæ ad G.5 vel 6. exhibitum cum Aceto ſcilicet litico, efficaciter præſervat à Peſtifera Lue; Ab infecto verò virus per ſudorem expellit, quia confortat Cor, nec ſinit venenum ad illud penetrare. 2. *Turnheiſerus quoq; in Pharmacop caſtrenſi*, idem Oleum inter alia, commendat in Peſte.

6. Oleum Camphoræ.

1. *Weckerus Antidotar ſpec. lib. 2. ex Andernaco:* Oleum Camphoræ datur ex liquore idoneo ad febres. ardentes, continuas & Peſtilentes. 2 *Joh. Bokelius in ſuo Regim. cap. 20.* Oleum Camphoræ in Peſte multum prodeſt. 3. *Hennemanus Reyſſing in Idea Loimode.* Oleum Camphoræ ad G.1. cum Aceto Theriacali, mirificè præſervat à Peſte. 4. *Johan. Poppius lib. 1. de uſu remed. Chym.* Admodum hoc Oleum prodeſt Febribus Peſtilentibus introdatum, ſed. cautione. tamen adhibita.

7. Oleum Baccarum Lauri.

1. *Cunradus Kunrad 2. parte Medul. deſtill Tract. 10.* Hoc Oleum inſigne Peſtis eſt præſervativum, ſi ejus aliquot guttulæ mane cum fiſtulo penis toſti, Aceto priùs intincti ſumantur, vel nares hoc Oleo inungantur. 2. *Julius Palmarius lib. de febr. Peſtil cap. 18.* Ol: ſtillat: Baccarum Lauri datum, deprehenditur liberare Peſte infectos per ſudorem. 3. *Johan. Poppius lib. 1. de uſu remed. Chym.* Hoc oleum, Venenum omne potenter exturbat, & inprimis tempore Peſtis, maximus & ſingularis eſt ejus uſus, ſi Guttæ 8. cum Theriacâ mixtæ dentur, per ſudorem malignitatem Peſtiferam diſiicit.

8. Oleum Rutæ.

Johan. Poppius lib. modò citato. Si G.6. vel 9. hujus Olei in Aceto Roſac. vel Rutac: adſumantur, Virus peſtiferum per ſudorem expellunt. Et qui nondum adhuc infecti ſunt, eos mirificè præſervat hoc Oleum, ſi quotidiè illud in convenienti vehiculo uſurpetur.

DISTINCTIO III. SALIA CHYMICA.

1. Sal Abſinthi.

1. JOhan. Daniel Mylius lib. 6. Baſil. Chym. cap. 5. Sal Abſinthii in Peſte, arcanum, excellensque eſt remedium. 2. *Joh. Tholdius Sect. 4. ſua Haligraphia.* Salis Abſinthii drach.

drach. ß quotidiè manè cum vino ſumpta, præſervat à peſte, ſi ſudor indè eliciatur, 3. *Palmarius cap. 18. de Febr. Peſtil.* Sal Abſinthii ſudoribus eliciendis & ichoribus abſorbendis, in quibus peſtilens pernicies ſedem habet, manifeſto experimento conducit. Datur ex Aqua Cardui & ſucco limonum. 4. *Ioannes Mollerus in Tract. de Peſte cap. 5.* Sunt qui Gr. 10. vel 12. Salis Abſinthii in Vino albo, aquâ Bugloſſ: diluto, exhibent in Peſte. 5. *Johan. Bapt. Chodronchius in libel: de Sale Abſinth.* Sal Abſinth. habet peculiarem vim reſiſtendi putredini, ac ab eâ homines immunes reddendi, ideò in cuſtodiâ & curatione peſtis plurimum valet, quia præterquam quod omnem arceat putredinem, ex qua omnis ferè peſtis oritur, robur quoque Cordi confert, ipſumq; munit adverſus peſtilentium morborum injurias, idque ſi ſcr. j vel drach. j in vino generoſo, peſte affectis detur, pannisque calidis ſudor provocetur, ſic enim illi ab omni peſtifero affectu immunes reddentur. 6. *Ioh. Poppius lib. 1. de med. Chym.* Sal Abſinthii in omnibus ferè morbis uſurpatur, inprimis tamen valdè utilis eſt in peſte. 7. *Iohan. Wittichius in ſuâ Haligraph:* Sal Abſinthii admodum peſtilentibus morbis confert. 8. *Joan. Matthæus in diſcurſu de Febre Peſt.* Aliorum celebriorum Medicorum teſtimonio, propriâque obſervatione didici, præclarum in Sale Abſinthii auxilium eſſe (ſcilicet in peſte.) Geſnerus ſcriptum reliquit, Theophraſtum 3. Salis Abſinthii Grana cum vino ægris exhibuiſſe. Ego verò interdum drach. ß cum Aqua Cardui bened. interdum cum Extr: Angelicæ non ſine magnâ utilitate exhibui, quia putredinem potenter inhibet 9 *Kunradus Parte 2. Medul. Deſtill. Tract. 8.* Sal Abſinthii ſingulare præſervativum ac curativum peſtis eſt. 10. *Evangeliſta Quatrammus in Tract. de Peſte cap. 6.* Salis Abſinthii ſcr. j peſte infecti capiant, cum hauſtu vini opt. & in lecto benè cooperti per 2. vel 3. horas ſudent. 11. *Gervaſius Marſtallerus Parte 2. Tract de Peſte.* Quibus eſt Sal Abſinthii, is ſi peſte ſe infectum ſentiat, illius drach. i cum pauxillo Theriacæ in Aceto vini diſſol. potu exhauriat & ſudet. 12. *Droettus in Conſil. de Peſte.* Inter cætera, quæ in peſte ciendo ſudori accommodatiſſima ſunt, Sal ex Abſinth: Rom: primas tenet, ut qui non modò nimiâ doſi exhibitus, copioſiſſimè ſudorem conciret, verùm etiam huic malignitati potentiſſimè reſiſtit. Dantur Gr. 10. ex vino albo, vel Conſervâ Roſ: aut Aqua Citri. Hoc uno remedio complures ſunt ſervati à peſte An. 1567.

Digitized by Google

13. *Chriſtoph: Wirſungus etiam* commendat in Peſte hunc Salem, dicens eum ab illius infectione maximè ſervare hominem, *Pract. ſua parte 6. cap. 15. diſtinct. 12.* 14. *Iohann. Kentmanus.* Sal Abſinthii probatur in Febribus ac Peſte. 15. *Tabernæmontanus lib. 1. Sect. 1. cap. 1.* Sal Abſinthii contrà Peſtem uſurpatur. 16. *Heurnius etiam lib. de Peſte cap. 10.* Salem Abſinth. cum Aqua Carduibened: in hâc lue propinat. 17. *Petrus Monavius in Epiſt. medic: 225.* Salem Abſinthii ipſe etiam Crato commendat, magnam haut dubiè vim habet ad omnis generis putredinem ac corruptionem. *Idem in Epiſt:* 241. D. Hermanus in Peſte plurimum defert Sali Abſinthii cum Theriaca permixto, quod putredini potenter reſiſtat, & naturales ſuas facultates adſtrictione roboret, & tamen inſigniter penetret, ac ſudores moveat. 18. *Goclenius* quoque *in ſuâ Loimographia* admodum hunc Salem commendat, 19. *Penottus de medicam. Chymic:* Sal Abſinthii in omnibus ferè morbis utiliter exhibetur, præſertim autem in Peſte. 20. *Lubertus Eſthius, de formulis medicament ſect: 5. cap. 8.* Salis Abſinthii ſcrup ß detur ex Vino albo, aquâ Buglosſæ diluto in Peſte. 21. *Iohan. Wittichius in Halilogiâ ſuâ* Sal Abſinthii præteritâ Peſte in Saxonia, quamplurimos à ſævâ hâc Lue præſervavit & eâdem infectos curavit. 22. *Petrus Sibyllenus in lib. de Peſte.* Salis Abſinthii drach. j cum Vino aut aquâ Scabioſæ infectœ detur, ut ſudet per 2. horas, & Venenum omne per ungues ac cutim exſpirabit.

2. Sal Angelicæ.

1. *Tabernæmont. Sect: 3. ca: 12.* Sal Angelicæ pondere ſcr. i adultioribus cum propriâ Aq: ſtillat. vel Carduib: vel Scorzoneræ datur, ad ſudorem ciendum, contrà Peſtem, aliaq; venena, remedium eſt præſtantiſſ. 2. *Kunradus in 2: parte medul: deſtill. Tract: 5.* Sal Angelicæ, præclarum eſt medicamentum ad expellendum venenum & Peſtilentiam. Doſis ejus ſcr. j vel drach. ß pro ratione ætatis, ex Aqua Rutæ. Carduibened. vel Angelicæ. 3. *Ioh: Tholdenius ſect. 4. Haligraphiæ ſuæ.* Sal Angelicæ confert Lui Peſtilenti, ſi ejus drach. ß cum Aceto Rutaceo vel Succo Gran: Junip: expreſſo ſumatur.

3. Sal Pimpinellæ.

1. *Turnheiſerus lib. 1. Hiſtor: Plantar: cap. 12.* Sal Pimpinellæ, corpora ab Aeris Peſtiferi contagio efficaciter præſervat. 2. *Tholdius Sect: 4. Haligraph.* Sal Pimpinellæ im-

intrò ſumptum adverſatur Peſtilenti infectioni. 3. *Tabernamontanus lib. 1. Sect. 3. cap: 23.* Valde hic Sal prodeſt Peſte infectis, ſi à ſumptione ejus ſudor promoveatur. 4. *Penottus de remed. Chymic.* Sal Pimpinellæ Peſtem expellit, vel Peſtis tempore ſudorem movet. 5. *Kunradus 2. parte medul: deſtil. Tract. 7.* Sal pimpinellæ tempore Peſtis, doſi drach. ß ex liquore convenienti datus ſudorem pellit, & venenatæ qualitate reſiſtit. 6. *Ioh. Dan. Mylius libro 4. Antidot: cap. 21.* E Pimpinella fit Sal ad Hydropem ac Peſtem.

4. *Sal Zedoariæ.*

1. *Tholdenius in Haligraph. ſect.* 4. Salis Zedoar: Gr. 6. ſumpta cum Aceto Rutaceo, præſervationis gratia reſiſtit omni veneno, ac Peſtilenti auræ; utiliter uſurpatur ab his qui Ventriculo frigidiori ſunt præditi. 2. *Kunradus 2. Parte Medul. deſtill. Tract. 9.* Sal Zedoariæ reſiſtit venenis, confortat Cor, & præſervativum optimum exſiſtit tempore Peſtis. 3. *Heurnius, in lib. de Peſte cap. 10.* Sal Zedoariæ veneno Peſtilenti valdè refragatur.

5. *Sal Imperatoriæ.*

1. *Tabernamontanus lib 1. Sect: 3. cap. 13.* Salis Imperatoriæ ſcr. j cum aqua propria vel vino ſumptus, confert Peſtifero veneno 2. *Kunradus parte 2. medul: deſtill: Tr: 7.* Sal Imperatoriæ quia potenter ſudorem movet, idcircò tempore Peſtis utiliſſimum eſt, ſi vel per ſe in propria Aqua diſſolutum vel Theriacæ permixtum offeratur. 3. *Penottus de Chym: medic:* Sal Imperatoriæ valet contra Peſtem, movet ſudorem &c.

6. *Sal Scabioſæ.*

1. *Goclenius in Loimograph.* Primas partes quidam tribuunt (ſcilicet in Peſte) Sali Scabioſæ, Rutæ & Abſinthii. 2. *Tabernamont. Sect: 15. lib: 1. in fine cap.* 14. Utiliter Sal Scabioſæ in Peſte datur, cum ejus propria aqua. 3. *Thomas Iordanus Tract. 3. de Peſtis phænom.* Chymicæ periti Salem ex Scabioſa parant contrà Peſtem.

7. *Sal Rutæ.*

1. *Julius Palmarius lib: de Febr: Peſt: cap:* 18. Sali Rutæ magna ineſt efficacia, Peſtilentibus ichoribus per ſudorem eliciendis & abſorbendis. 2. *Iohan. Poppius lib. 1. de uſu medic. Chymic.* Tempore Peſtis drach. i hujus Salis data cum Aqua Rutæ, per ſudorem exigit omne venenum. 3. *Goclenius in Loimographia.* Ex Ruta & aliis conficiuntur Salia, quæ Sudori evocan-

do, Bubonum eruptioni promovendæ, peſtilentis putredinis ſeminariis per anguſta Cutis ſpiracula educendis, virusque, quod principem partem obſedit, foràs evocando, accommodatiſſima ſunt.

8. Sal Leviſtici.

1. *Iohan. Poppius loc. cit.* Sal Leviſtici, tempore conſtitutionis peſtiferæ admodùm conducit, quia cõceptum venenum, vel inſpiratione attractum, abigit. 2. *Kunradus 2. Parte Medul. Tract. 7.* Hoc Sal omne Venenum pellit, inprimis autem tempore peſtis uſurpatum, quàm maximè conducit. 3. *Turnheiſerus lib. 1. Hiſtor. Plant. cap. 7.* Sal Leviſtici reſiſtere creditur peſtilentiæ, intrò ſumptum. 4. *Penottus de medicam. Chymic.* Sal Leviſtici in peſte non inutilis eſt venenum enim acceptum arcet. 5. *Fideiuſtus Reineccerus in Theſ. Chym. lib. 6.* Salem Leviſtici inter alia ad peſtis præſervationem quoq; celebrat.

9. Sal Artemiſiæ.

1. *Caſpar Schwenckfeldt in Catal. Stirp. lib. 1.* Sal Artemiſiæ ſudores elicit, adverſus peſtem efficaciſſimum remedium, multo facto experimento. 2. *Kunradus Parte 2. Tract. 7. Medul deſtill:* Sal Artemiſiæ expellit venenum adſumptum, eximieque commendatur contra luem peſtiferam. Debet autem infectus illicò hujus Salis capere drach. i cum Aqua Vitæ, vel vino odorifero, & ſudare. 3. *Ambroſius Paræus in lib. de Peſte.* Sal Artemiſiæ inſigne eſt remedium contra peſtem, quo ego multos curavi. 4. *Iohan Wittichius in ſuâ Haligraph.* Sal Artemiſiæ mirabili facultate præditum eſt præſervandi homines à peſte, & ab eadem quoque illos curandi, ſi drach. i cum Aq: Carduib: infecto præbeatur.

10. Sal Valerianæ.

1. *Tabernamontanus lib. 1. Sect. 5. in fine Cap. 16.* Sal Valerianæ contra peſtem & omnia Venena valet. 2. *Kunradus Tract. 7. Medul. deſtill.* Sal Valerianæ omne Venenum intrò ſumptum expellit, idcircò & confert peſti, præſertim ſi mixtum cum Rad: Angel: manè ſumatur. Sudorem valdè pellit. 3. *Michael Robianus, de nat. Simpl. lib. 2.* Sal ex Valerianæ rad. & herba paratum, utiliter contrà peſtiferam infectionem ſumitur.

11. Sal Fraxini.

1. *Goclenius in Loimograph. ex Droetto:* Cheirurgus quidam in Anglia Gr. 10. aut 12. Salis ex Fraxino dabat, peſte correptis, è conſerva Borrag: Roſar: aut Aqua Carduib: vel Scabioſæ, & ſtatim totum cor-

corpus ſudore diffluebat, aut omninò evictâ morbi malitia, aut foras in emiſſarium acta, quemadmodum nobis & amicis bona fide confirmavit. 2. *Iulius Palmarius ca. 18. de Febr: Peſtil:* Sal Fraxini efficaciter creditur elicere & abſorbere ichores, in quibus peſtilens pernities ſedem habet. 3. *Heurnius in lib. de Peſte cap* 10. Sal Fraxini magnam vim prolectandi Sudoris habet, & veneno peſtilenti refragatur. 4. *Penottus de medic. Chymic.* Sal Fraxini cum propria aqua ſumptum, reſiſtit Peſtilenti veneno, ad drach. i ad drach. ii. 5. *Michael Neander* 1. *parte Phyſ. de Serpent.* Sal è Fraxino utiliter propinatur peſte correptis. 6. *Lubertus Eſthius, ſect. 5. de medic. ca. 8.* Salis Fraxini Gr. 15. in peſte exhibe cum conſerva Borrag. aut aqua Carduibened. vel Scabioſæ, ſudore enim defluente, malignitas morbi exhauritur una, aut in emunctoria detruditur.

12. *Sal, Cryſtalli, ſeu Lapilli Carduibenedicti.*

1. *Andreas Libavius Tomo 2. Syntagm. lib. Alchym: Pharmac: cap. 22.* Carduibenedicti magna quantitas contuſa in mortario ligneo vel lapideo, coquatur in magno vaſe aqua multa ad medias. Decoctum exprime fortiter. Colaturam coque ad ſpiſſitudinem Mellis liquidi. Hunc ſuccum in vaſe vitreo, loco frigido ſtare ſine per aliquot dies: Fiunt Lapilli inſtar Salis Gemmæ. Effuſo liquore lapilli propria aqua abluuntur & ſiccantur. Hi Lapilli ex ſpiritu Carduibenedicti dantur ad peſtem. 2. *Palmarius ca. 18. de febr. peſt:* Sali Carduibenedicti inſignis ineſt efficacia reſiſtendo peſtifero contagio. 3. *Ioh: Dan: Mylius lib. 4. Antidotar. cap.* 21. Sal Carduib: eſt præſtantiſſ. remedium in peſte, ſi ejus Grana aliquot in Spiritu Carduib: exhibeantur, ſudores abundè provocat. 4. *Kunradus 2. Parte Medul deſtill.* Contra peſtem Sal Carduibened: inſigne eſt experimentum, drach. ß pondero in propria aqua vel alio liquore datum. 5. *Ioh. Begninus cap. 17. Tyrocinij Chym:* Sal Carduibened: ſine calcinatione factum, præſtantiſſ. remedium eſt in peſte, ſi ejus Gr: aliquot cum Spiritu Carduibened: offerantur; ſudorem enim abundè provocat.

DISTINCTIO IV. EXTRACTA.

1. *Extractum Angelicæ.*

1. TAbernæmontanus *lib. 1. Sect. 3 cap. 12.* Extract: Angelicæ ſcr. j cum Aqua propria valet in peſte.

ſte, & contra eam datur. 2. *Quercetanus in Pharmacop. cap. 25.* Extractum Angel: ſingulare & potentiſſimum Sudoriferum Bezoardicum, & potiſſimum inſigne eſt adverſus peſtem & omnis generis affectus contagioſos cum maligna ac venenata qualitate conjunctos. 3. *Turnheiſerus lib. 1. Hiſtor. Plantar: cap: 6.* Extr: Angel: in ſævitia peſtis populatim graſſantis, cum Aceto Sambucino ſive Corall: Tinctura quotidiè ter, Gr. 10 ſumptum, hominem ab infectione, contagio, & veneno peſtifero tuetur. 3. *Caſpar Schwenckfeldt lib. 2. Catal Stirp.* Extractum Angel: adverſus Venena mitè pollet, cura febres peſtilentes, & à peſte præſervat longè efficaciùs, quàm cruda radix. 4. *Ioh: Bokelius Parte 1. Cap. 17. ſui Tract: de Peſte.* Ex Radice Angelicæ paratur Extractum, cujus ſingularis efficacia eſt in reſiſtendo Veneno peſtilenti, ſi tempore brumali ejus pauxillum cum vino, æſtate verò cum Aqua Carduib: vel Acetoſæ ſumatur. 5. *Iohan: Dan: Mylius lib: 4. Antidotar: ſui cap: 3.* Extractum Angel: remedium potentiſſ: eſt adverſus peſtem, & contrà omnis generis affectus contagioſos.

2. *Extractum Zedoariæ.*

1. *Thomas Iordanus Tract. 3. de Peſtis phænom:* Extracto Zedoariæ feliciter in præſervatione peſtis utimur. 2. *Poppius lib: 1. de uſu remed: Chym:* Extracti Zedoar: ſcr. j cum vino datus, Venenum peſtis per ſudorem expellit, ſi patiens priùs ad ſudorem in lecto ſe compoſuerit.

3. *Extractum Ariſtolochiæ.*

1. *Ioh. Dan: Mylius lib. 4. Antidotar. cap. 3.* Extractum Ariſtolochiæ iiſdem intentionibus, quibus Extract. Angelicæ inſervit. Efficaciter enim omnes corruptiones & putredines corporis auffert & corrigit.

4. *Extractum Granorum Juniperi.*

1. *Quercetanus in Pharmacop. ca. ult:* De hoc Extracto exhibe ſcrup. j vel ſcr. ij cum Aq. propria deſtill: & habebis ſummum ſudoriferum Bezoardicum contrà omnes peſtes & Venena. *Idem* eamdem efficaciam quoq; eidem Extracto tribuit *in Alexicaco Peſtis lib. 2. ca. 5.* 2. *Weckerus in Antidot ſpec. lib. 2. ex Andernaco & Euonymo.* Extractum Juniperi contra omne Venenum & Aerem peſtilentem, ſingulariter efficax eſt, ut non immeritò Germanorum Theriaca dici poſſit. 3. *David Herlitius in Tract: de Peſte.* Inter peſtis alexipharmaca, non poſtremum

Digitized by Google

ſtremum locum obtinet Extractum Granorum Juniperi, quod potenter omni veneno reſiſtir, adeò ut meritò Germanorum Theriaca audiat, Uſurpatur autem magno cum fructu, inprimis Autumnali ac Brumali tempore. 4. *Iohan. Dan. Mylius lib. 4. Antidotarij cap. 3.* Extractum Juniperi excellens eſt Bezoardicum, adverſus peſtem, ſi ejus ſcr. j vel ſcrup. ij exhibeantur.

5. Extractum Carduibenedicti.

1. *Quercetanus in Pharmacop. reſtit cap. ult. & Mylius lib. 4. Antidot. Medico Chym. cap. 3.* Extractum Carduibenedicti eſt ſudoriferum, & ſingulare remedium adverſus peſtem. 2. *Weckerus lib. 2. Antidotar. ſpetial. ex Cratone.* Extractum Carduibened. præſtantiſſimum eſt remedium præſervativum in peſte.

6. Extractum Rutæ, & Petaſitidis.

De priori *Tabernamont. Sect. 4. lib. 1. cap. 31.* Extractum Rutæ utiliter ſumitur ac uſurpatur in peſte. De poſteriori, vide *eumdem Sect. 4. lib 2. cap. 27.*

7. Extractum Tormentillæ, It. Extr. Mumiæ.

De his *Iohan. Dan. Mylius, lib. 4. Antidotar. Medico Chym. cap. 3.* Tormentillæ Extractum, iiſdem intentionibus medenti inſervit, quibus Extractum Angelicæ. *Idem ibid.* Extractum Mumiæ, ſi cum Theriacâ permiſceatur, in peſte præſtantiſſ. eſt remedium, quod ſatis laudari non poteſt. A corruptione enim corpora tuetur.

DISTINCTIO V. SPIRITUS.

1. Spiritus Vitrioli.

1. M*Indererus de Peſte cap. 17.* præclarè in peſtilentibus Febribus auxiliantur Oleum ſeu Spiritus Vitrioli, his enim potens quædam Virtus putredinem emendandi, obſtructiones reſecandi, ſudores & urinas movendi, venasque pervadendi. 2. *Iohann Mollerus in Tractat. de Peſte cap. 5.* Sunt qui Olei Vitrioli Chymicâ arte parati G. 3. vel 4 plus minusvè pro ægri conditione in Aqua Verbenæ non ſine fructu propinant. 3. *Wirſungus 8. parte Pract. cap. 12. diſtinct. 70.* Oleum Vitrioli reſiſtit omni putredini, inprimis verò ejus uſus ſingularis eſt, tempore peſtis. 4. *Thomas Iordanus Tract. 3. de Peſtis phænom.* Olei Vitrioli uſum convenientiſſimum in peſte judico, quia acore ſuo coercet putre-

dinis graſſationem, & frigore ſuo fervorem exſtinguit, 5. *Ioh. Poppius in Enchirid. experim.* Spiritus Vitrioli frequenter uſurpatus tempore Peſtis admodum proficuus eſt, & pro inſigni Præſervativo habetur 6. *Duncanus Bornettus in Iatrochym. ſuâ.* Spiritus Vitrioli eſt diaphoreticum præſtantiſſ. omne enim venenum à Corde ad exteriores partes expellit. 7. *Angelus Sala in Anatom. Vitr.* Spiritus Vitrioli, Peſte infecto, Guttæ aliquot cum unc. j Aquæ Vitæ opt. ad ſudorem provocandum, bis vel ter, prout neceſſitas requirit, dentur. 8. *Evangeliſta Quatrammus in Tractat. de Peſte cap 4.* Spiritus Vitrioli validiſſimè penetrat, acidus eſt, frigidus ac ſiccus, & idcircò putredini oppoſitus in Febribus Peſtilentibus. 9. *Matthiolus comm. in lib 5. Dioſc. cap 74.* Oleum Vitrioli nullo ſanè incommodo in Peſte datur. 10. *Amatus Luſitan. comm. in Dioſc.* Olei Vitrioli una vel altera gutta in aquis Cordialibus merſa, multum contrà Peſtilentes febres valet. 11. *Idem Centur. 3. Curat. 74.* exhibet Oleum Vitrioli ex Aqua Roſ. vel acet: in curatione malignarum ſeu peſtilentium febrium. 12. *Geſnerus in Epiſt. 2. Medic.* Oleum Vitrioli ſumitur Peſtis tempore in cereviſiâ, vino, aquâ, aut carnis brodio manè, ſic enim præſervat ab Aurâ venenatâ. 13. *Euonymus in Parte 2. ſui Theſauri:* Vitrioli liquor utilis eſt in Peſte cum aqua Acetoſæ, adjectâ drach. ß ſpetierum Diamarg. frig. 14. *Heurnius lib. 1. meth. med.* Oleum Vitrioli aliis cõvenientibus liquoribus permixtũ, ad guttulas nimirum paucas, Peſtiferis febribus dulce præſidium eſt. 15. *Fumanellus de compoſ. medic. cap. 75.* Oleum Vitrioli in Peſte ſingulariter prodeſt. Sumitur autem quantitas modica, ut G. 10. plus minusvè, 16. *Bokelius 1. Parte Regim. ſui cap. 20.* Spiritus Vitrioli inſigniter confert febribus Peſtilentibus. 17. *Crato in Epiſt. med. 135.* Oleum Vitrioli ſolâ ſuâ vi exſiccandi ac diſſipandi, ita auxilium fert in Peſte, ut malum à natura ſuperari poſſit. 18. *Ioh. Matthæus in diſcurſu de Febr. Peſtil.* jubet, quotidiè G. 6. vel 7. Spiritus Vitrioli cum unc. iij Aq: Carduib: Peſte infectis pro cura dari. 19. *Augenius Tom. 2. Lib. 6. Epiſt 8.* Olei ſeu Spiritus Vitrioli uſus ad multa utilis eſt, præcipuè verò eo in Peſte utimur. 20. *Crollius in Baſil. Chymic:* Oleum Vitrioli in Peſte miſcetur cum Sacharo candi, & Electuario Juniperino, & ſic etiam loco Prophylactici ſanitatis utimur. 21. *Renodæus lib. 4. Antidot. Sect. 5. ca. 8.* Oleum ſeu Spiritus Vitrioli, aciditate putredinem arcet, viſcera recreat, atque Peſti aliiſque mor-

morbis confert. 22. *Goclenius in Loimograph.* Spiritus Vitrioli peculiare eſt prophylacticum tempore Peſtis,& in curatione quoque aliis non cedit tempeſtivè exhibitus, putredinem enim arcet Peſtis, & refrigerium inſigne eſt,quod inexpertis videbitur abſurdum. 23. *David Herlitius in Regim. Peſtil.* Oleum ſeu Spiritus Vitrioli excellens præſervativum habetur contrà Peſtem,ſi vel aliis alexiteriis permiſceatur,vel per ſe,ejus G.4. cum Vino jejunè ſumantur. 24. *Augenius lib.3.de Peſte cap.17.* Oleum ſeu Spiritus Vitrioli in aliis generibus Peſtis, Ephemerâ exceptâ, mirabilis eſt, & quando opus, præſervare corpora pituitoſa, vel alias humoribus vitioſis repleta, melius remedium non invenietur,gratiſſ: enim eſt guſtui & ad internam inflammationem;appetitum excitat,ventriculum roborat,corpusque ab omni corruptione liberat: infantibus exhibentur G.2.vel 3. adultioribus verò à G.5. ad ſcr. ß cum Syr: de Citro.In temperamentis calidis adhibeo ad G.8.In corporibus humidis,bis in ſeptimana datur horis 4.vel 5.antè prandium. Auſim igitur dicere, ad Febrem Peſtiferam ſanandam, Spiritum hunc ſeu Oleum, eſſe medicinam, quæ non habeat parem. 25. *Andreas Starckius in Regim: de Peſte.* Spiritus Vitrioli intrò ſumptus, non contemnendum auxilium cùm pro præſervatione, tùm curatione Peſtis adfert. 26. *Daniel Sennertus in fine cap.2.lib.5. Epitom. Phyſ.* Spiritus Vitrioli inſignem ſiccandi, & putredinem ſiſtendi vim habet, undè ad Febres putridas ac Peſtilentes utiliter adhibetur. 27. *Quercetanus lib.2. Alexic.cap.3.* Nullum aliud promtius aut præſentius eſt remedium ad ardores febris internos exſtinguendos, & omnia Venena ac corruptiones etiam in Peſte exterminandas prorſus, Spiritus Vitrioli. 28. *Antonius Portus lib.2.de Peſte cap.45.* Olea, quæ mirificè in Peſte probantur, ſunt Oleum Vitrioli & Sulphuris. 29. *Iohan.Neander in ſuo regim. Peſtil.* Spiritu Vitrioli inſigniter confert Peſtilentibus febribus. 30. *Joh. Bapt. Beſardus in Antro Philoſ.etiam.* Oleum Vitrioli in Peſte commendat. 31. *Fidejuſtus Reineccerus in Theſ. Chymic. lib.6.* Oleum Vitrioli cum Aqua Carduibened. pro præſervatione Peſtis præſcribit.

2. *Spiritus Sulphuris.*

1. *Renodæus lib.4. Antidot. Sect. 5.cap.9.* Oleum (ſeu Spiritus) Sulphuris acidum,Peſtilentiæ non parum confert. 2. *Wockerus lib.2. Antidotar.ſpet.ex Euonymi Theſ. parte 2.* Oleum Sulphuris datur in Peſte,

cum vino decoctionis Raphani, cui admixtum ſit parum Theriacæ vel Mithridatii. 3. *Evangeliſta Quatrammus in Tract. de Peſte cap. ult.* Quibus in promptu eſt Oleum Sulphuris vel Vitrioli, ij nonnunquàm matutino tempore, ejus G. 3. vel 4. vino aut juſculo, aut aquæ Borrag. permixtas, pro præſervatione Peſtis ebibant. 4. *Augenius lib. 3. de Peſte cap. 17.* Oleum Sulphuris etiam commendat ad Peſtem, dicens, dari debere vel cum Ecclegmate aliquo, vel cum juſculo carnis ad Guttas 6. horis matutinis antè prandium. 5. *Mizaldus in adpend. Centur.* Oleum ſeu Spiritus Sulphuris ad Peſtem eſt remedium præſentiſſ. Nam ſi ejus ſumantur G. 5. vel 7. cum aqua Nucum aut Tormentil. & æger operiatur, ut ſudare poſſit, altero die vis veneni abſumpta erit, & ille liberabitur. 6. *Johan. Poppius in Enchirid. Experim.* Spiritus Sulphuris acidus Peſtilenti lui potenter reſiſtit: 7. *Idem, libro 1. de uſu medicamentor. Chymicor.* Spiritus Sulphuris Guttulæ 8. cum Aqua Urtica ſumptæ, Virus Peſtiferum per ſudorem expellunt, & malignæ aeris infectioni adverſantur. 8. *Antonius Portus lib. 2. de Peſte cap. 45.* Olea quæ mirificè probantur in Peſte ſunt Ol. Sulph. &c. 9. *Penottus de medicam. Chym.* Oleum ſeu Spiritus Sulphuris proficuè in peſte uſurpatur cum Aq. Carduib.

3. *Spiritus Tartari.*

1. *Crollius in Baſil. Chym.* Fœtor ille Spiritus Tartari; ab eo in totum non eſt auferendus nec formidandus, cum habeat Signaturam fœtorum, quando videlicet in Peſte, vel aliis morbis venenatis exhibitus, magno juvamine profluentes fœtidos ſudores è corpore copioſè expellit. 2. *Iohan. Poppius lib. 1. de prapar. & uſu remed. Chym.* Spiritus Tartari curat peſtem & Anthracem, reſiſtens omni putredini, eamque expellens.

4. *Spiritus Terræ Sigillatæ.*

1. *Poppius lib. 2. de prap. medic. Chymic.* Spiritus hic præſtantiſſ. medicamentum eſt, adverſus venena quævis, ſi hujus drach. ij pro doſi ſumantur; Uſurpari etiam poteſt contra Peſtiferam luem. *Idem lib. 1. de uſu medic. Chymic.* Spiritus Terræ Sigill. ſcr. j cum Aquâ Carduib. datus, confert Peſtilentiæ.

DISTINCTIO VI. TINCTURÆ ET BALSAMI.

1. *Tinctura ſeu Eſſentia Auri.*

HÆc enim commendatur à *Quercetano* contra Peſtem, teſte.

teſte *Libavio*, *in Parte 1. Apocal. Hermet: ca. 19. 2. Schennemanus in Paracelſia Peſtis cap. 6.* Nobilius præſervativum Peſtis, Auri Eſſentia nec reperiri nec dari poteſt. 3. *Jobus Fincelius de curat. Peſtis.* Extra controverſiam, Tincturam Auri in Peſte, omniumq; febrium Peſtilentium curâ, primas tenere. Qui hanc habet, eâ utatur, ſumendo G.3. quotidiè bis vel ter cum Aqua Bugloſſæ.

2. *Tinctura Mumiæ.*

1. *Johan. Dan. Mylius lib. 7. Baſil. Chym. cap 3.* Tinctura Mumiæ in Peſte præſtantiſſ. eſt medicamentum, quod ſatis laudati nequit. 2. *Quercetanus Parte 3. de præparat. medicam: Spagyr. cap. 1.* Eſſentia ſeu Tinctura Mumiæ, ſummoperè conducit ad curationem omnium venenorum per ſe, aut ſi cum Theriacâ permiſceatur, in Peſte præſtantiſſ. eſt remedium. 3. *Crollius.* Sola Mumia remedium præſtantiſſ. adfert contra omnis generis venena.

3. *Tinctura, Balſamus, ſeu Rubinus Sulphuris.*

1. *Libavius Tomo 2. Syntagm. Alchym. Pharmaceut. cap. 25.* Rubinus Sulphuris, utiliſſ. medicamentum eſt, præſertim in Peſte. 2. *Andreas Starckius in Regim. ſuo de Peſte.* Balſamus ſeu Tinctura Sulphuris, utile eſt præſervativum & Curativum peſtis, ſi vel intrò Guttæ ejus aliquot cum Vino vel Syr. Acetoſ. Citri ſumantur; vel Bubones Peſtiferi eo extrà illinantur. 3. *Johan. Poppius lib. 1. de uſu medicam. Chymic.* Balſami Sulphuris drach. j. cum Aquæ Theriacal. unc. j exhibetur pro curâ peſtis. 4. *Joan. Dan. Mylius lib. 5. Baſil. Chym. cap 3.* Et *Lib. 4. Antidotar. Medico Chym. cap. 3.* ex Duncano Bornetto: Tinctura, Balſamum ſeu Oleum Sulphuris curat peſtem ac febrem peſtilentem cum aqua pimpinell. Item cum Vino Raphani decocti, cui admixtum ſit parum Theriacæ aut Mithridatii. 5. *Weckerus lib. 5. de Secret.* Tabellas ex Tinctura Sulphuris cum Sacharo in aq. Theriacali diſſol. quamplurimos à peſte ſervaſſe cognovi. 6. *Bruxius in libel. de Balſ. diſtinct. 23.* Balſ. Sulph. mixtum cum Balſamo Camph. datur intrò contra peſtem.

4. *Balſamus Angelicæ.*

1. *Kunradus 2. parte Medul. deſtill. Tr. 28.* Balſamus Angelicæ ſingulari virtute præditus eſt expellendi venenum peſtilens, idcircò ejus uſus eſt, cùm in præſervatione, tùm curatione hujus pernicioſæ Luis. 2. *Poppius lib. 1. de uſu medic.*

Chym. Balſamus Angel: tempore Peſtis odoratus, contagem Peſtilentem mirificè amolitur, nec Venenũ ad Cor penetrare permittit.

5. Balſamus Citri.

1. *Kunradus parte 2. Medul.deſtill.Tract. 21.* Hic Balſamus confortat Cor, & omnes Vitales Spiritus, & hominem egregiè à Peſtiferâ infectione præſervat. 2. *Poppius lib. 1. de medic. Spag. præp.* Balſamus Citri Aeris peſtiferæ infectioni reſiſtit.

6. Balſamus Succini.

1. *Poppius loco cit.* Balſamus Succini admodùm hominem à Peſtilenti infectione præſervat. 2. *Penottus.* Balſamus Succini, naribus illitus, Peſti efficaciter reſiſtit. 3. *Kunrad. Tract. 21. Medul. deſtill.* Admodum hic Balſamus conducit tempore Peſtis, præſertim ſi ei addatur Balſamus Caryophyllorum.

7. Balſamus Rutæ.

Bruxius in libello de Balſamis, ca. 19. Balſamus Rutæ intrò ſumptus manè, reſiſtit aeri Peſtilenti, ut & extrà narium foraminibus illitus.

8. Balſamus Zedoariæ.

1. *Poppius lib. 1. de preparat. Chymic. remed.* Balſamum Zedoariæ naribus illitum, Peſtem arcet, & ab ejus infectione hominem præſervat Pulſibus inunctum. 2. *Ioh. Sebaldus in Tract. de Peſte.* Balſami Zedoariæ magna eſt vis reſiſtendi contagioſæ infectioni.

DISTINCTIO VII. MAGISTERIA ET FLORES.

1. Magiſterium Rubini.

1. Q*Uercetanus in Pharmacop. reſtit. cap. ult.* Magiſterium Rubini Peſti ac Venenis, omnibusque corporis internis corruptionibus reſiſtit. 2. *Turnheiſerus in Pharmac. itin.* Magiſterium quod ex Rubino paratur, Peſtiferæ corruptioni adverſari creditur.

2. Magiſterium Perlarum.

Uniones enim, teſte *Fernelio, lib. 5. meth. med.* cap. 21. & *Anshelm. Boetio lib. 2. de Gemmis cap. 8.* Cor proprietate roborant, ac putredini, Peſti, aliisque Venenis adverſantur.

3. Magiſterium Cornu Cervini.

1. *Rulandus de feb. Ungar.* Magiſterium Cornu cervini potentiſſimè obluctatur peſtilenti auræ, Cor roborando, & ab omni corruptione partes internas conſervando.

2. Li-

Digitized by Google

2. *Libavius in Alchymia Pharmac.* Ex Cornu Cervino, Magiſterium nonnulli parant efficaciſſimum, reſiſtendi Peſtilenti contagio, & Cor ab ejus inſultu muniendo.

4. *Flores Sulphuris.*

1. *Beguinus in Tyrocin. Chymic. cap. 18.* Flores Sulphuris valdè reſiſtunt putredini, & propterea in Peſte, tàm præſervationis quàm curationis gratiâ, vel in Aqua Carduib. aut Meliſſæ ad drach. j utiliter uſurpantur. 2. *Balduinus Ronſeus in Epiſt. medic. 28.* Floribus Sulphuris ad propulſandam curandamq; Epidemicam Luem non ſine optimo ſucceſſu utimur. 3. *Poppius lib. 1. de prepar. & uſu medic. Chym.* Flores Sulphuris in Peſte adhibentur tam præſervationis, quàm curationis gratiâ non ſine inſigni juvamẽto. 4. *Crollius in Baſil. Chym.* Flores Sulph. ſummum ſunt curativum ac præſervativum in Peſte, reſiſtunt enim impreſſioni, & præſervant à putredine. Cum Extracto Enulæ campanæ ad miraculum operantur tempore infectionis. Doſis drach. j in Aqua Carduib. vel Theriacâ. 5. Idem teſtantur *Johan. Dan. Mylius lib. 5.* Baſil. Chym: cap. 3. & *Libavius* in Syntag. lib. 7. cap. 32. *Item* lib. 6 cap. 24. 6. *Severinus in Idea cap 15.* Flores Sulph: imputritates Febriles, ac Peſtilentes tutò ac ſubitò auferre poſſunt. 7. Commendat etiam uſum Florum Sulphuris in Peſte *Johan. Rhenanus* in ſuo Antidotar. Peſtilent.

5. *Flores Albi Antimonii fixi.*

1. *Iohan. Rhenanus in ſuo Antidotar. Peſtil.* Ego flores Antimonii fixos diaphoreticos excellẽtes ſemper inveni in provocando ſudore apud eos, qui Lue Peſtiferâ infecti fuerunt. 2. *Quercetanus in Tetrade cap. 31.* Antimonium Diaphoreticum exhibitum, Peſtilentibus omnibus adfectibus ſummoperè condúcit. 3. *Libavius Tomo 1. Syntagm. lib. 5. ca. 11.* ad ſudandum, horum Florum Gr 10. vel 12. præbet, quos dicit in Peſte multum prodeſſe. 4. *Idem Tom. 2. Part. 1. Apocalypſ. Hermet. cap. 13.* Uſus Florum Antimon: diaphoret: eſt in Febribus intermittentibus, cachexiâ ac Peſte. 5. *Iohan. Poppius lib. de uſu remed. Chymic:* Antimon: fixum eſt medicamentum egregium contra venena, idcircò & in Peſte uſus ejus valdè utilis, ſi G. 12. dentur cum Aqua Carduib: & indè ſudori operadetur, virus enim Peſtilentiale profligat atq; expellit, & Cor munit ab ejus invaſione. 6 *Goclenius in Loimograph.* circa finem. Quidam contrà Peſtiferam Luem in ſecretis habent Antimonium diaphoreti-

cum,

Digitized by Google

cum,& rectè quidem &c. 7. *Crollius in Baſil. Chym*: Dantur Flores ejuſmodi Antimon. diaphoretici ad Gr.8.cum convenienti liquore, in peſte, Scabie &c. 8. *Angelus Sala lib. 2. Anatomia Antimonij Sect. 3.* Antimonium Diaphoreticum præcipuè confert ſanandis Febribus peſtilentialibus, malignis, calidis, continuis ac putridis &c.

6. *Bezoardicum Minerale Diaphoreticum.*

Quercetanus in Pharmacop. Dogmat. cap. 23. Eſt hoc ſummum Alexiterium, ſummumque ſaluberrimum Bezoardicum, quod tantum ſudores provocando, effectus demonſtrat ſuſpiciendos in omnibus peſtilentibus ac Venenatis adfectionibus.

7. *Præcipitatus Auri Diaphoreticus.*

Ioh. Dan. Mylius lib. 1. Baſil. Chym. Hic præcipitatus in peſte datur cum Aceto roſaceo doſi Granorum 6. ſudorem movet.

8. *Mercurius Veneris Diaphoreticus.*

1. *Beguinus in Tyrocin: lib: 2. c: 13.* Eſt præſtantiſſ. remedium diaphoreticum contrà peſtem, ſi intrà 12. horas à veneno hauſto ſumatur, à morte præſervat, doſi G. 2. cum Theriacâ. 2. Idem confirmant etiam *Libavius Tomo 2. Arcan. Chymic.* & *Schennemanus in Paracelſia de Peſte*; ac *Mylius lib. 3. Baſil. Chym. parte 3. cap. 4.*

SECTIO III.

Exhibens COMPOSITA quædam Galenica, Officinis uſualia

I. SYRUPI.

1. *Syrupus Acetoſitatis Citri.*

1. A *Matus Luſitanus Cent. 3. Cur. 74.* Syr: Acetoſ: Citri inter Syrupos ad peſtem prærogativam habet. 2. *Alexius Pedemontanus.* Succus Acet. Citri, remedium eſt tàm ad præſervandum, quam ad peſtem depellendam. 3. *Joan. Agric. de Peſte.* Syr. Acetoſ. Citri valet ad

morbos Peſtilentes, & eos, qui veneni ſapiunt naturam. 4. *Weckerus lib. 2. Antidot. ex Meſue* Syr. Acetoſ. Citri ad omnes valet ægritudines bilioſas & Peſtilentes. 5. *Valer. Cordus in Diſpenſ.* Hic Syrupus æſtum & fervorem febrium ardentium ac Peſtilentium mitigat ac putredini reſiſtit. 6. *Gualtherus Ryffius parte 3. Pharmacop. ſuæ.* Syr: Citri peculiari inſtructus eſt facultate, reſiſtendi omnibus venenis, quapropter ejus quoque uſus ſingularis eſt in Peſte, reſiſtit enim potenter Venenis ac putredinis, Stomachumque confortat. 7. *Georg. Melichius in Diſpenſ.* Syrup: Acetoſ. Citri Febrium Peſtilentium ardorem flammeum exſtinguit. 8. *Hollerius* quoque *de Peſte* hujus Syrupi uſum pro præſervatione commendat.

2. *Syrupus de Limonibus.*

1. *Mizaldus in Horto Med.* Ex Succo Limon. Syrupus conficitur ad Peſtilentes Febres, & eas, quæ contagione ſerpunt mirè efficax. 2. *Renodæus lib. 1. Sect. 1. cap. 25.* Syr. Limonum, Febribus continuis, Peſtilentibus ac contagioſis confert. 3. *Fernel. lib. 7. meth. med.* Syr. Limon. ardentium Febrium putredinem peſtilentiumque malignitatem cohibet. 4. *Melichius in Diſpenſ.* Syr. de Limonibus potenter exiguit æſtum bilis, febriumque Peſtilentium ac contagioſarum, facultate quâ pollet, refrigandi. 5. *Piſanellus lib. de eſcul. facult.* Syrupus è ſucco Limonum, febres Peſtilentiales ſanat.

3. *Syrupus de ſucco Acetoſæ.*

1. *Johan. Daniel Mylius lib. 6. Baſil. Chymic. cap. 3.* Syrupus Acetoſus reſiſtit putredini, corrigit humorum malitiam, idcircò in Febribus Peſtilentibus juvat. 2. *Renodæus lib. 1. Sect. 1. cap. 19. ex Meſue.* Syr. ex ſucco Acetoſæ febribus Peſtilentibus ſaluber eſt, Cordis ac Ventriculi calorem flammeum exſtinguit. 3. *Gualth. Ryff. parte 3. ſuæ Pharmac.* Syr. Acetoſus, pro eximio habetur remedio ad Peſtilentes febres, exſtinguit enim calorem præternaturalem Epatis aliorumque viſcerum. 4. *Cordus in Diſpenſ.* idem teſtatur.

4. *Syrupus de ſucco Scordij.*

Quercetanus in Pharmacop. & Mylius lib. 4. Antidot. cap. 4. Syr: è Scordio eſt Cordialis, & ſuccurrit Peſtilentibus adfectibus, lipothymiis, & omnis generis venenis.

5. *Syrupus è Scabioſa.*

Tabernamont. Sect. 5. lib. 1. cap. 14.

Digitized by Google

Hic Syrupus, tempore Peſtis utiliter uſurpatur, præſervat etiam ab omni interna putredine.

II. PILLULÆ.

Pillulæ Ruffi ſeu Peſtilentiales.

1. Joubertus cap. 17. lib: de Peſte. Pillularum Ruffi uſus frequentior commendatur unicè ab omnibus in præſervatione peſtis, quod ſenſim corpus à ſuperfluis exonerent, & à putredine tutius reddant. 2. *Cordus in Diſpenſat:* Hæ Pillulæ utiles ſunt, adverſus Peſtilentis Luis contagia populariter graſſantia, humores enim ventriculo infarctos educunt. 3. *Palmarius lib: de Febr: Peſt: cap: 12.* Pillulæ Ruffi in Peſte eximiè conferunt, quibus corpus crudis humoribus refertum eſt, quoquo modo uſurpentur. 4. *Valleriola in adpend. loc: comm: cap:* 2. Ego confectionem hanc Pillularum Ruffi, cæteris cunctis, in præſervandis à Lue Peſtilenti, corporibus, præferri debere judico. 5. *Renodæus lib. Antid. Sect. 4, cap: 2.* Pillulæ hæ dicuntur Peſtilentiales, eò quod Peſti conveniant, ſed potius arcendæ ac præcavendæ, quàm curandæ. 6. *Wirſungus Pract: ſua parte 6. cap. 15. diſt. 12.* Inter omnes præſervatorias medicinas, Palma meritò hiſcè Pillulis danda, de quibus multi præclari Medici tradunt, neminem qui hiſcè rectè uſus fuerit, Peſte correptum eſſe. 7. *Augenius lib 3. de Peſte cap. 16.* Pillulæ Ruffi crebro uſu coctionem juvant, cibos corrumpi non ſinunt, corpus à putredine vindicant, & adverſus Peſtiferæ Luis contagia mirificè proſunt. 8. *Fernelius lib: 7. meth: med.* Pillulæ Ruffi corpus & humores à putredine vindicant, quâ ratione adverſus Peſtiferæ Luis contagia mirificè proſunt. 9. *Paræus lib: de Peſte cap. 25.* Pillulæ Ruffi utiliter in Peſte pro evacuatione dantur imbecillioribus. 10. *Petrus de Stille in manuali Cheirurg: Parte 2. Tract: 2. cap: 2.* Pillulæ hæ ſingularem & occultam vim habent, præſervandi omnes homines à Peſte, quemadmodum experientiâ id cognitum habeo paucos nimirum tempore Peſtis infectos fuiſſe, qui his Pillulis maturè uſi fuerint. 11. *Andreas Lagnerus in Promptuar.* Pillulæ hæ omnibus conducunt, ſive juvenes ſint ſive ſenes, nec mortuus eſt Peſte aliquis, qui iis decenter uſus fuerit. 12. *Petrus Sibyllenſis in lib de Peſte.* Pillulæ Ruffi corpora ab infectione Peſtiferâ certò præſervant.

III. ACETA.

1. Acetum Rutaceum.

1. Tabernæmont. Sect. 4 lib. 1. c. 31. Ace-

Acetum Rutac: tempore Peſtis utiliter in cibis ſumitur, quia præſervat hominem à Peſtiferâ infectione. Eo etiam labra, nares, ac tempora humectentur. *2. Iohan. Poppius lib. 1. de uſu remed. Chymic.* Acetum Rutac: inſperſum lateri candenti, ita ut fumum excitet, prodeſt contra omnem malignam infectionem Aeris tempore Peſtilenti. *3. Idem in Enchir. Experim.* Acetum Rutac: præ cæteris magnatum virium eſt, reſiſtendi peſtilenti veneno, manè & veſperi potum.

2. *Acetum Galegæ.*

1. Tabernæmontanus cap. 34. lib. 1. Sect. 4. Tempore graſſantis Peſtilentiæ Aceti Galegæ maximus eſt uſus in cibis, tàm pro ſanis, quàm ægris parandis. Præſervat igitur à Peſte, eamque abigit.

3. *Acetum Florum Tunicarum.*

Augenius lib. 3 de Peſte cap. 10. Ex Floribus rubris Tunicarum, fit Acetum præſtantiſſ. per infuſionem ad Solem, quo ſi manè ante exitum è domo, manus, pulſus, nares, laventur, & frequenter naribus ad odorandum admoveatur, hominem ſanum tempore Peſtis conſervat.

IV. CONDITA.

1. *Rad. Pimpinel. condit.*

1. Wirſungus Pract. parte 8. cap. 4. diſt 5. Radix pimpinel: condita, in ore detenta & maſticata, præſervat ab aeris infectione. *2. Tabernæmontanus lib: 1. Sect: 3. cap. 23.* Radicis hujus Condit: unc ß ſumpta, potenter reſiſtit Aeri infecto, & præſervat hominem à peſtilenti contagione. *3. Ryffius parte 2. Pharmac:* portio rad: pimpin: cond: manè maſticata & deglutita, omne contagium malignum arcet. *4. Iohan. Kentmannus in ſuo de Peſtis Regim:* Radix pimpin: cond: confortat Cor, expellit per ſudorem omnes malignos ichores ac virus peſti[illegible]rum, inſtaurat calorem inſitum, purificat ſanguinem, & præſervat hominem ab omnibus Febribus putridis.

2. *Radix Angelicæ cond.*

1. Tabernæmontanus Sect. 3. lib. 1. cap. 12. Hujus radicis condit: ſi pàuxillum quotidiè manè ſumatur, egregiè hominem cuſtodit à peſte. *2. Mylius cap. 16. lib. 4. Antidotar:* Radix Angel: condita ad peſtem excellens præſervativum eſt.

3. *Radix Enulæ cond.*

1. Augenius lib: 3. de Peſte c. 19.

 Ra-

Digitized by Google

Radix Helenii condit: bona eſt antè prandium tempore Peſtis, ſi ſuperbiberis unc. j Aceti mulſi. 2. *Renodaus Antidot. lib. 1. Sect. 7. cap. 14.* Radix Elenii condita adverſus venena prodeſt, & morbos Peſtilentes venenatoſque. 3. *Palmarius lib. de Febr. Peſtil. cap. 18*: Radix Helenii Sacharo condiri ſolet; quâ alii utuntur Peſtilenti conſtitutione ad arcenda veneni graſſantis contagia, felici ſucceſſu.

4. Cort. Citri & Limon. condit.

1. *Antonius Portus lib. 2 de Peſte cap. 44.* Sunt nonnulla Condita; quæ præter id, quod guſtui gratiſſima ſunt, non modicum pro Præ[illegible]tione à Peſte prodeſſe poſſunt, inter quæ Cortex Citri, Limonum & Arantiorum mirificè commendantur. 2. *Georgius Melichius in Diſpenſ. diſtinct. 7.* Limones conditi Cordi ſunt amici, & tempore Peſtilenti à contagiis & infectione præſervant.

5. Ribes ac Berber: cond.

1. *Johan. Bokelius lib. de Peſte.* Conditum Ribium eſt ſingularis efficaciæ, ut & Berberum reſtaurandi Cor & Spiritus vitales, nec non tempore Peſtilentis conſtitutionis præſervandi à tetro contagio. 2. *Palmarius cap. 18. de Febr. Peſtil.* Ribium conditum, Febrium Peſtilentium ardores mirè demulcet reſtinguit, exhilarat Cor, ac adverſatur putredini.

V. CONSERVÆ.

1. Conſerva Scordii.

1. *Johan. Bokelius 1. Parte Regim. ſui cap. 17.* Singularis Virtus Conſervæ Scordii ineſt reſiſtendi Veneno Peſtilenti. 2. *Gualtherus Ryffius, parte 2. Pharmac.* Conſ. Scordii tuetur cor à Peſte.

2. Conſerva Anthos.

1. *Ryffius loco cit.* Conſerva Florum Anthos, arcerà Corde omne venenum ne ei noceat. 2. *Matthiolus comm. in Dioſc.* Conſerva Anthos, valet ad arcenda Peſtis contagia. 3. *Palmarius lib. de febr. Peſt. cap. 18.* Flores Roſmar. conditi, Auræ venenatæ ac peſtilentis injuriam à Corde repellunt.

3. Conſerva Rutæ Caprariæ.

1. *Tabernæmontanus Sect. 4. cap. 34. lib 1.* Hæc Conſerva eſt nobile præſervativum contra Peſtilentem contagionem Poteſt etiam dari infantibus, quia non eſt abominandi guſtus. 3. *Sebaldus in Tract. de Peſte parte 2.* Conſerva Rutæ Caprariæ inſigne juvamentum adfert in præſervãdo corpore à Peſte.

4. Con-

4. *Conſerva Acetoſæ.*

1. *Johan. Bokelius parte 1. cap. 17. ſui magni Regim.* Præ aliis omnibus conſervis Peſti reſiſtentibus, laudem meretur ſingularem Conſerva è trifol. Acetoſ. ut & Conſ. fol. Acetoſæ, ſi quotidiè manè aliquid de eâ, ad magnitudinem Caſtaneæ ſumatur. 2. *Heurnius in meth. medic.* Conſerva Acetoſæ, alexiteriâ vi prædita eſt, Cor muniendi à contagioſa Peſtis infectione.

5. *Conſerva Leviſtici.*

Tabernamont. Sect. 3. cap. 3. lib. 1. Conſerva Leviſtici contra Peſtem ac Venena ſumpta valet.

6. *Conſerva Borrag. ac Bugloſſæ.*

1. *Bokelius cap. 17. part. 1. Regim. de Peſte.* Hæ duæ Conſervæ confortant Cor ſingulariter tempore ſævientis Luis, ac refrigerant. 2. *Wirſungus Pract. ſua parte 8. cap. 4. distinct. 1.* Conſ. Borrag. & Bugl. proſunt in omnibus Peſtilentibus febribus, confortando Cor, Spiritusque vitales, & omnibus venenis reſiſtendo.

VI. OLEA.

Oleum Scorpionum.

1. *Alex. Maſſaria lib. 2. de Peſte.* Quidam mirum in modum celebrant Ol: ex Scorpionibus, quo inunctis pulſantibus temporum, manuum, ac pedum Arteriis, inprimis verò regione Cordis, non modò Peſte adfectos juvari, ſed & ſanos præſervari ajunt. 2. *Palmar. cap. 18.* Ol. Scorpionum Arteriis illitum, & vicino Buboni loco inunctum, præſentem opem adferre traditur. 3. *Rulandus de morbo Ungar. cap. 8. quæſt. 78.* Ol: Scorp. illitum regioni Cordis & carpo utrique, præcavère corpus ab ingruente Peſte eſt certiſſ. 4. *Rudius lib 3. Pract. cap. 30.* Inter ea, quæ extrinſecus adhibentur in febribus Peſtil. præcipuum locum tenet inunctio cum Ol. Scorp. cujus uſus in ejuſmodi Febribus plurimum valet, ſi præcipuè Cordis & Arteriarum exteriores loci inunguntur. 5. *Cordus in Diſpenſ.* Commendatur à Manardo hoc Oleum in contagione Peſtiferâ, & in illis qui Venena biberunt. 6. *Petrus Salius in lib. de febr. Peſtil. cap. 23.* Oleum Scorp. & in Veneno adſumpto & in Peſtilentibus adfectibus admirabiles edit effectus, ſemimortuos patientes reviviſcere faciens ſi eo ſolo Cordis regio, & Arteriarum loci inungantur. 7. *Bernh. Croneburgius de Peſte.* Quidam tradunt Oleum Scorp: temporibus ac naribus illitum,

in peſte præſervare. 8. *Droettus in Conſil. de Peſte.* Neoterici experimentum Olei Scorp. ad peſtem tàm felici ſucceſſu tranſtulêrunt,ut ſolâ inunctione illius, peſtiferi aeris malignitatem anteverterint. 9. *Manardus,* referente *Libavio in Alchym. Pharmac:ca.17.* recitat Exemplum ejus qui ſolius hujus Olei, quo & famulum inunxit, fiduciâ, ſæviſſ. peſtem contempſerit. 10. *Matthiolus comm. in lib. 2. Dioſc. ca.* 11. Ego ait) uſu exploratum habeo, Oleum hoc per me factum, Cordi dumtaxat, & pulſantibus temporum Arteriis,ut & manuum ac pedum illitum, ab omnibus liberare venenis. præſtat item maximè hoc Oleum cum in homines peſtilentia ſævit, quippè quod non modò peſte infectos juvat,ſed & ſanat, 11. *Goclenius in Loimograph.* eamdem efficaciam huic Oleo adſcribit. 12. *Vidus Vidius lib: 6. de Febr. cap:* 5. Inter ea, quæ pravitati putredinis totâ ſubſtantiâ, in febribus peſtil. reſiſtunt, valet Oleum Scorp. 13. *Heurnius de Peſte cap. 10.* In peſte Oleo Scorp. illinantur pulſus & regio Cordis. 14. *Amatus Luſit:com: in Dioſc. lib 2.* Oleum Scorp: valet, inuncta Cordis regione & pulſantibus Arteriis in peſte. 15. *Adolphus Occo in Tract. de Peſte.* Ol: Scorp: peſti adeò reſiſtit, ut ejus ſolo uſu quemdam cum famulo à peſtis infectione ſervatum, Manardus ſcribit. 16. *Paræus lib: de Peſte cap. 25.* Sunt, qui in peſte, Olei Scorp: parvam quantitatem cum Vino albo exhibent, ad vomitu exhaurien-dum venenum,quo eodem & Cordis regionem ac tempora, pulſusq; illinunt. 17. *Hollerius in lib. de Peſte.* In Oleo Scorp: magna vis eſt ad præſervandam peſtem, nam ſi quis Arterias pulſantes eo illinat, magnum auxilium ſentiet. 18. *Sylvius in ſchol: Antidotar: Meſue.* paratur nunc Ol: Scorp: mirandarum virium contrà Venena omnia, & peſtem &c.

VII. ELECTUARIA.

1. Theriaca.

1. Ejus Virtutes contra Venena ac peſtem,celebrant *Galenus, lib. de Ther. ad Piſonem cap. 16. Aetius,* Tetrabl. 4. Serm. 1. cap. 96. *Ægineta* lib. 2. cap: 36. *Myrepſus,* Sect: 22, cap. 5. *Rudius lib. 3. Pract. cap. 30.* Theriacæ uſus in Germania, apud omnes ferè Medicos in malignis peſtiferisque febribus communis valdè eſt &c. 3 *Iohan. Bapt. Sylvaticus de compoſ. Ther. lib. 2 cap. 1.* Theriaca peſti occurrit tamquàm ignis purificans,ipſos quidem, qui ſani adhuc eam biberint, non permittit,ut peſte capiantur, illos autem qui jam ægrotant, ſanare poteſt.

4. Ier-

Digitized by Google

4. *Iordanus Tract. 3. de Peſtis phænom.* Regina omnium eſt Theriaca & Mithridat: His tàm venenatis quàm peſtilentibus morbis nihil æquiparandum, imò nullius penſi habenda reliqua omnia, niſi hiſcè commixta vel roborata. 5. *Salius de Febr: Peſt: cap. 23.* Theriacam omnibus antidotis præpono, hujusque in febribus peſtilentibus maximum habeo ac feliciſſ. uſum &c. 6. *Quatrammus de Peſte cap. 5:* pro vero aſtruimus, Theriacam ac Mithrid: vera & ſpecifica morborum peſtilentium eſſe remedia. 7. *Maſſaria lib. 2. de Peſte.* plæriq; pro præſervat: & curatione peſtis primas tribuunt Theriacæ & Mithridatio, quæ duo uſque adeò præſtant, & alia ſuperant, ut ſola præſenti uſui ſufficere poſſe videantur &c. 8. *Valleriola in adp. loc: com: cap: 2.* Omnium Antidotorum primas in præſervatione à peſte tenent Theriaca & Mithridatium; his enim ſi quis rectè utitur, à labe peſtifera ſervari immunis poterit. 9. *Augenius lib: 3. de Peſte cap: 13.* Inter Electuaria, Ther: & Mithrid: ſemper omnium judicio in præſervatione & curatione peſtis primas obtinuerunt, nec ullus fuit Medicus, qui auſus fuit ea improbare. 10. *Rulandus de Febre Ungar: cap: 8. quæſt: 13.* Uſu didicimus Theriacam præclarè ad Salutem facere, & longè feliciùs, quàm alia &c 11. *Fernelius lib: 7. meth: med:* Theriaca adverſus hauſtum Venenum, & peſtilentem conſtitutionem apprimè utilis. 12. *Paræus de Peſte cap. 22.* Cæteris omnibus præcellunt Theriaca & Mithridatium, nam roborando viſcus nobiliſſ. &c: 13. *Timoth. Brighthus parte 2: de Sanit.* Theriacæ drach. j: adultis, pueris drach ß ſex horis ante cibum data, magno erit præſidio contra peſtem. 14. Vide & Theriacæ laudes in peſte apud *Heurnium* lib. de peſte cap 8. *Ioan. Dan. Mylium* lib. 4. Antidot: *Mindererum* de peſte ca 15. *Panſam* parte 4. prax: cap: 53. *Renodæum* Antidot: lib: 3. Sect: 2. cap: 12. *Georg. Agricolam* lib. 2. de peſte. *Arnoldum Villanov.* in exegeſi cap. 13. Scholæ Salernit. *Hieron. Mercurial.* de peſte, *Trincavellum*, *Kentmanum de Peſtis præſervat. Petrum Sibyllenum* in libro de peſte, *Lagnerum*, & infinitos alios.

2. Mithridatum.

1. *Renodæus Antidot. lib. 3. Sect 2. cap. 11.* Mithridatium omnibus Venenis ac peſti quoque adverſatur. 2. *Agricola lib. 2. de Peſte.* Mithridati tantum, quantum magnitudinem Nucis Græcæ implet, in potione vini diluitur, & jejuno datur tempore peſtis. 3. *Michael Doringius, de Mithrid. confect: cap. ult.*

Mithri-

Digitized by Google

Mithridatum in Peſte ſaluberrimum, quin & ad Carbunculum quocumque modo uſurpatur. 4. *Paræus lib. de Peſte cap. 22.* Mithridatum Venenum peſtilens, ad ſe occultâ proprietate, ut Succinum paleas attrahit, & attractum digerit, diſſipat, & internecinis viribus omnino ſpoliat &c. 5. *Petrus Sibyllenus de Peſte.* Mithridatium ritè confectum, præſtantiſſimum, tùm in præſervatione, tùm curatione Peſtis perhibetur.

3. Electuarium de Ovo.

1. *Quercetanus lib. 2. de Peſte cap. 4.* Electuarium de Ovo, ſummum eſt contrà Peſtem, & contra id alia genus Venena peſtifera. 2. *Renodæus Antid. lib. 3. Sect. 2. cap. 11.* Electuarium de Ovo plurimum laudatur ad præcautionem & curationem Peſtis, & morborum Peſtilentium; Datur vel per ſe, vel cum aliquâ Conſervâ, vel aquâ Cordiali. 3. *Mindererus de Peſte cap. 15.* Elect: de Ovo, Theriacæ in Peſte æquaverim. 4. *Wirſungus 8. parte Pract. cap. 10. diſt. 11.* Elect. de Ovo Peſtilentiæ maximè obſiſtit. 5. *Ryffius parte 1. Pharmacop:* Elect. de Ovo, tum ad præcautionem, tum curationem Peſtis confert, intrò convenienti doſi exhibitum. 6. *Petrus de Stilla in Enchirid. Cheirurg. parte 2. Tract. 2. cap. 2.* Pro præſervatione Peſtis, hujus Electuarii quotidiè manè drach. ß detur: Pro curatione verò drach. j vel ſcrup. iiij cum vino Rhenano exhibeantur. 7. *Franc. Ulmus cap. 6. lib. 4. de occult. medic. propriet.* Ferunt Maximilianum Imp. Electuario de ovo ſæpè uſum fuiſſe, hôcque mirabiles effectus in multis Peſte ægrotantibus oſtendiſſe confirmant. 8. *Paulus Ritius Archiater Maximiliani I. Imp.* ſcribit, Cæſaream Majeſtatem deſcriptionem hujus Elect. de Ovo, quibusdam Electoribus ac Principibus Imperii communicaſſe, ſimulque indicaſſe, tempore Peſtis ſævientis ultrà 1600. homines uſu dicti Electuarii, vindicatos fuiſſe à Peſte.

4. Diaſcordium.

1. *Petrus Monavius in Epiſt. Scholt. 241.* In Epidemico morbo, magnum uſum percepi in Diaſcordio Fracaſtorei, cum convenientibus Aquis exhibito. 2. *Mindererus de Peſte cap. 15.* Diaſcordio ſemper uſus ſum confidenter, nam præter inſignem, quam in malo Peſtifero pellendo vim obtinet, corpus nullo vehementi calore, ut Theriaca & Mithridatum perurit, undè & puerulis, gravidis ac puerperis tutum, ac ſalutare medicamentum exſiſtit, putredinem corrigens, Venenum peſſumdans, & ſudorem,

abſque

abſque magna humorum agitatione proliciens. 3. *Heurnius lib: de Peſte cap. 10.* Laudamus in Peſte compoſitionem, quam Diaſcordium vocant, ea enim ſelecta habet remedia, ad Peſtis fugam facientia. Dantur ejus drach. ij ex aqua Carduib. 4. *Fracaſtorius lib: 3. de morbis contag. cap. 7.* deſcribit illud & ſummoperè commendat; 5. Prædicatur & à *Tabernæmontano lib. 2. Sect. 10. cap. 41.*

SECTIO IV.

Exhibens alia COMPOSITA Dogmaticorum, Officin. minùs Uſualia

DISTINCTIO I.

INTERNA MEDICAMENTA.

I. ELECTUARIA.

1. ELectuar. *Antipeſtiferum.* R. Conſ: Roſ: Scordii & Acetoſ: an. drach. vi, Cort. Citri conditi unc. ß Terræ Sigill. Boli Arm. veri an. ſcrup. ii, Corall. præp. Cornu cervi uſti, an. drach. ß Santali citr. ſcr. i, Rad. Angel. Zedoar. Tormēt. an. ſcr. i, Syr. de ſucco Acetoſ. q. ſ. M. F. Electuarium. Doſis ad magnitudinem Caſtaneæ.

2. Aliud expertum.

2. R. Theriacæ antiquæ, Conſervæ Borrag. an. unc. iß, Mithridat. drach. vi, Elect: de Ovo unc. ß, Florum Sulph. drach. iß, Camph. drach. i, Rad: Zedoar: Angel: Gentian. Pimpinel: Valerian: Diptamni, Scorzoneræ, an. ſcrup ii, Oſſis de Corde Cervi, Myrrhæ an. drach. ß, Spec. de Gemmis utriuſque, Spec. Diamarg. frig an. ſcr. ii, Boli Armeni veri drach. i, Syr. de Acetoſ. Citri unc. ij, Aquæ Theriacalis unc. i, Spiritus Vitrioli ſcr. i, Miſce pro *Electuario.* Infecti Peſte ſumant drach. i, cum Aq: Acetoſ: unc. iß, & ſudent.

3. Aliud.

3. R. Conſerv: Acetoſæ, Roſar: & Veron: an: drach. vi, Rad: Pimpinel: condit: unc. ß Nuc. Ind: condit:

 drach.

drach. iij Extract: Granor. Junip: drach.ii, Mithridat. drach.iii Rad. Olſnitii & Carlinæ an. ſcr.ii, Summitat. Rutæ, Scordii ſic. an. drach. ß Corall. præp. Perlarum præp. ana ſcr.ii, Salis Abſinthii drach.i, Confect. Alchermes drach. ß Tincturæ veræ Corall. drach.i, Croci ſcr. ß. Camph. ſcr.i, Ol: ſtillat: Succini albi, & Ol: ſtill: Bacc: Lauri an. G.3. Cum Syr. de ſucco Scordii. Miſce F. Elect. doſis ad Nucis jugl. magnitud. manè pro præſervatione.

4 Aliud.

4. R. Rad. Imperat: Angel: Zedoar: an. drach. ii, Gran. Junip. Bacc. Lauri, Boli Armen: Fol: ſicc: Rutæ an. drach. i, Rad: Tormentil: Petaſit: Morſus Diab. Valerianæ, an. drach. ß, Myrrhæ, Succini albi Cornu cervi præp. Thuris, Camph. an. ſcr.i, Cinam: Macis an. drach. ß, Fiat ex his pulvis tenuiſſ. Adde Nucum Juglandium Virid. Pulpæ Ficuum opt. an. drach. iii, Succi depurati Scabioſæ & Acetoſ. ana drach. vi, Mellis puriſ. unc. vi, Sachari fini unc. i, Miſce, fiat ex his omnibus Electuar. præſtans.

5. Aliud Elect. de Nucibus.

5. R. Nucl: Jugl: virid. No: xii, Caricar: pingu: No: x. Rad: Diptamni, Angel: Pimpinel: an drach. iiß, Rad. Scorzon. & Olſnitii an. drach. iß, Gran. Junip. contuſ. unc. ß. Bacc. Lauri drach iß, Boli Arm. & Terræ Sigill. an. drach. j, Cort. Citr. drach. ii, Cinam. Macis, Sem. Citri & Carduib. an. ſcr. ij, Myrrhæ, drach. ß. Mellis deſpum. lib. ii, Miſce pro Electuar. de quo detur inſtar Lupini pro præſervat. Peſtis.

6. Aliud Elect.

6. R. Cort: Citri cond Flor: Citri condit. an. unc. ß, Conſervæ Borrag. Acetoſ. Roſ. an. unc. ß, Magiſt. Cornu Cervini drach. ii, Magiſterii Corall. drach. i, Magiſt. Perlar. & Hyacinthi an. ſcr. ii, Rad. Zedoar. & Angel. an. drach. i, Boli Arm. Orient. ſcr. ii, Theriacæ vet. unc. ß, Florum alborum fixor. Antimon. ſcr. ii, Balſami ſeu Rubini Sulph. opt. drach. j Cú Syr. de ſucco Acetoſ. q. ſ. Miſce. Doſis Lupini inſtar jejuno ſtomacho.

II. PULVERES.

1. *Pulvis Antipeſtif.* R. Rad. Angel. Pimpinel. Gentian. Zedoar. ana drach. iß, Rad. Enulæ, Petaſit. Carlinæ, Ariſtol. rot. an. drach. i, herb. Carduib. Veron. Verbenæ, Scordii, Meliſ. an. P. ſummitat. Rutæ, Myrrhæ, an. drach. ß, Sem. Citri, Carduib. Cort. ſic. Citri & Arant. Nuc. Moſch. Cinam. Caryophyl. an. ſcr. j. Pulveriſ. tenuiſſ. ſi vis adde ei Sach. q. ſ. pro ſuaviore guſtu.

2. Alius

2. *Alius præſtans.*

2. R. Florum Sulph. drach. ii, Cornu cervi uſti. drach. iß Succini præp. Matris Perlar. præp. Boli Arm. veri an. drach. i, Rad. Angel. Zedoar. Oſnitii, Tormentil. an. ſcr. ij Salis Carduib. & Abſinth. an. drach. i, Myrrhæ rubræ opt. ſcr. i, Croci, Cinam. Macis, Caryophyl. an. ſcr. ß, Miſce pro Pulv. Adde ſuavioris guſtus gratia Confect. Manus Chriſti perlat. drach. vi, Doſis drach. ß, vel circiter manè vel per ſe, vel cum aq. Acetoſ.

3. *Alius Pulvis.*

3. R. Boli Arm. veri, Margarit. præp. Corall. præp. Magiſterii Cornu Cerv. an. ſcrup. iij, Cremoris Sulph. ſcr. ij, Cort. Citri ſicc. drach. i, Rad. Dipt. Torment. Enulæ, Vincetox. an drach. ß, Cinam. elect. ſcr. ii, Croci Orient. Camph. an. Gr. 12. Oſſis de Corde Cervi, Santal. citr. an. ſcr. ß, Lapidis veri Bezoardici Orient. ſcr. i, Moſchi & Ambræ an. G. 3. F. Pulvis tenuiſs. inſpergendus Pani, Butyro illito.

4. *Alius optimus.*

4. R. Bacc. Junip. in aceto prius macer. & exſic. unc. ß, Bacc. Lauri, Rad. Angel. an. drach. ii Rad. Serpentar. Gentian. Tormentil. an. ſcr. ii, Fol. ſic. Scordii & Rutæ ana drach. i, Sem. Acetoſ. Carduibened. Citri & Rutæ an. drach. ß, Raſur. Eboris, Corall. præp. Terræ Sigill. veræ, Oſſis de Corde Cervi, Succini præp. an. ſcr. i, Myrrhæ opt. Florum Sulph. an. drach. ß, Ex his omnibus F. pulvis ſubtiliſs. Adde Confect. Liberantis drach. vj,

III. MORSULI ET ROTULÆ.

1. *Morſuli Antipeſtilentiales.* R. Rad. Pimpin. condit. Corr. Citri condit. an. unc. ß, Rad. Helenii conditi drach. iij, Nuc. Pinear. excort. ac Piſtat. an drach. ij, Cinam. acut. groſſim inciſ. ac Macis ana drach. ß, Extr. Gran. Junip. drach. i, Cort. Citri ſicc. groſſo modo inciſ. drach. i, Boli Armeni Orient. Rad. Angel. & Dipramni an. ſcr. ii, Cornu Cervi præp. Bac. Lauri an. drach. ß, Ol: ſtill: Succini albi & Junip. an. G. 4. Sach. fini q. ſ. diſſol. in Aq. Cinam. F. Confect. in Morſulis, pondere unc. ß,

2. *Alii Morſuli.*

1. R. Boli Armen: & Cinam an. drach. iij, Succini Albi & Sant. Citr. Cornu cervi præp. an. drach. iß, Spetier. Liberant. ſine Aloe drach. j, Spetier. Diamarg. frig. & de Gem. an. drach. ß, Bacc. Junip.

Aceto priùs infuſ. ſcr. ii, Zedoar: Tormētil:Pimpinel:an.ſcr: i, Cort. Citri condit:unc.i,Ambræ,Moſchi an.G.4.Sach.albiſs. q. ſ. diſſol. in Aq: Carduib:. F. Conf: Morſulorum,pondere unc.ß.

3.Rotulæ ſeu Tabellæ.

1. R.Extracti Angel: & Zedoar: an.drach ß Ol:ſtill:Cort: Citri G. 4.Ol: Cinam: G. 2. Confectionis Alchermes drach.ß, Ambræ, Moſchi an. G. 2. Extracti Croci ſcr.ß, Sach albiſ:q.ſ. diſſol: in Aq: roſat: fragrantiſ: F. Confectio Rotularum,quarum 2.vel 3. manè deglutiendæ.

4.Aliæ Rotulæ.

2. R. Extr. Helenii Extr: rad: Pimpin:an.ſcr. i, Cremoris Sulph: ſcr.i,Magiſterii Cornu cervini ſcr. ß Salis Corall:& Perlar.an ſcrup.i, Lap.Veri Bezoard.ſcr.ß Ol: deſtill. Angel:& Junip:an.G.3,Ol:Succini albi G.2.Sach: unc. iiij diſſ. in Aq. Meliſ.F.Conf.inRotulis.

5. Aliæ Rotulæ.

3. R. Extracti Scordii & Carduib.an.ſcr.i,Pulv.Boli Arm. Rad. Angel:Diptamni an.drach. ß,Spec: Liberantis,ſcr.ii, Spec. Diamarg. frig.& Florum Sulph. an. drach.ß Myrrhæ ſcrup.i,Sach. albi drach.v, diſſol.in Aq:Acetoſæ F. Rotulæ.

6. Aliæ Rotulæ.

4. R. Extract: Granor. Junip: drach.i,Extr:Sant:citr:ſcr.i, Magiſterii Hyacinth: & Corall. an. ſcr.i Salis Abſinth:&Carduib:an drach. ß,Balſami Sulph.ſcr.j G. 5. Ol:ſtill: Zedoar:G.4.Sachari q.ſ. diſſol. in Aquâ Meliſſæ. F. Conf: Rotularum.

IV. TROCHISCI SUBLINGUALES.

1. R. Corr.Citri ſicc.unc.ß,Cinam:drach.i,Zedoat.Macis an.ſcr. ii,Cornu Cervi uſti drach.i, Galliæ & Alipt:moſchat,an:drach. ß Rad: Ireos,Boli Arm.an:ſcr.i,G. 5. Theriacæ Androm:& Elect.deOvo an. drach.ii, Ol:Cort.Citri & Junip: an. G.5,Ol:Cinam.G.2,Sach.candi unc.iiij cum mucil.Tragac:extr: in aq:Roſ.Fiant Trochiſci parvi.

2.Alii Trochiſci.

2. R. Tragacanthi unc.i, Gum: Arab.unc.ß,Humectentur per noctem in Aq: Roſ. in aqua parum Moſchi diſſolut:fuerit. Deindè R. Sach:albiſſ. lib.j Cinam:Sant: rub: pulv: an: drach. iij Rad. Angel. drach iß,Caryophyl.ſcr. ii, Cort. Citri ſicc,drach.i,Moſchi, Ambræ an.ſcr.ß, Miſce invicem, Et fiant Trochiſci parvi.

3. Alii

3. Alii.

3. R. Cort: Citri drach. ii, Rad: Angel: Scorzon: Carlinæ, Pimpinel. an. drach. i, Aliptæ moſch. ſcr. ij Terræ Sigill: Sem: Rutæ, Cornu cervi uſti an: drach: ß, Mithrid: & Theriacæ an: drach: iß, Cinamomi, Macis, an. ſcr. j, Ol: Cort: Citri G. 7, Ol: Junip: G. 5, Cum mucilag: Tragac: extr: in Aq: Roſ: Fiant Trochiſci parvi ſub linguâ detinendi.

V. SYRUPI.

1. *Syrupus Antipeſtiferus.* R. Succi Scordii depur. lib. iij, Succi Limon: depurati: Succi Scabioſæ an. lib. i, In quibus macerentur. Rad. Angel. unc. iß, Zedoar. drach. vi, Fol. Diptamni, Carduib. an. Mi, Rutæ, Pi, Conſerv. Flor. Bugloſſ. Helenii & Roſmar. an. drach. vi, Cinam: drach. ii, Croci ſcr. i, Omnibus in matratium inditis. Fiat digeſtio in B. M per 2, aut 3 dies: Deindè exprimantur, & cum album. ovi clarificentur. Hæc digeſtio ſemel adhuc repeti poteſt, & expreſſio fiet nobilior. Huic Succo ita depurato, addatur Sachari ſ, q Et fiat Syrupus. De quo d tur cochlear j, cum Aq. Carduib. vel Ulmar. ad præſervationem & curationem peſtiferæ Luis.

2 Alius Syrupus.

2. R. Succorum depurator: Calendulæ, Acetoſæ & Valerianæ an. lib i, Succi Rutæ lib. ß, Quibus infunde Rad. Helenii, Pimpinel. Imperator. Torment. an. unc ß, Bacc. Junip. unc. ij, Fol. Veron. Meliſſæ, Morſus Diaboli & Scabioſ. an. Mi, Fl. Borrag. Roſ. Meliſ. an. Pi, Cinam. drach. ii, Cort. Citri drach. iij, Sem. Citri drach. i, Macerentur ita in B. M. ferventi per horas 24, Dein fortiter exprim. & clarif. In qua expreſſ. denuò macera per h. 24, Rad. Angel. & Cort. Citri an. unc. i, Baccar. Junip. unc. ii, Croci drach. i, Tandem fortiter exprimantur & clarificentur, addendo Sach: albiſ. q. ſ. & Syr. flor. Tunicar. ac Acetoſ. Citri an. unc. vi; Miſce pro Syrupo. Doſis unc. i, vel unc. ij, per ſe, vel cum aqua aliqua conveniente.

VI. CLARETA.

1. *Claretum Antipeſtil.* R. Vini Rhenani generoſi Menſuram unam ſeu lib. iij, Infunde in Vitro, Nuc. Moſch. Cinam. Caryoph. an. drach. vi, Cardam. Zingib. an. unc. ß, Rad. Angel. Zedoar. an. drach. iij Diptamni, Petaſit. Olſnitii ana drach. ij, Gran. Junip. unc. ii, Flor. roſ. Borrag. Tunicar. Anthos ana Pi, Fol. Meliſſ. Mi, Scabioſ. Mß, Sach. albiſ. lib. j, Omnibus craſſo modo contuſis & invicem mixtis ponantur in B. M. tepido per 2 aut 3. dies ad macerandum, Poſtea co-

lentur per manicam aliquot vicibus. Hujus Clareti, manè exhibe bina cochlearia. Optimè præſervat à Peſte.

2. Aliud Claretum.

2. R. Vini generoſi lib. iij, Boli Armeni drach. i, Galang. Piperis longi, Coriand. an. drac. ß, Rad. Angel. unc. ß, Nucis Moſch. drach. ii, Zingib. drach. iß, Zedoar. ſcr. iiij, Cinam: drach. vi, Sach. lib. ß, Miſce, & percolentur aliquoties.

3. Aliud Claretum.

3. R. Herb: Galeg Meliſ: Scordii an: M j, Summitat. Rutæ, Veron. an. P j, Rad. Enulæ, Pimpin. Imperator: Vincetox. Carlinæ an. unc. ß, Cort. Citri & Arant: ſicc. an. drach. vj, Cinamom: unc. i, Zingib: Zedoar. ana drach. iii, Macis drach. ij, Indantur Vitro, affuſis Vini generoſi lib. iiij, Vaſe occluſo, omnia macer: per triduum in B. M. Poſteà bis vel ter per manicam transcolentur, addendo Sachari albiſ. lib. i, Miſce.

VII. ACETA.

1. *Acetum Bezoardicum.* R. Bacc: Lauri drach. vi, Gran. Junip. unc. ß, Rad. Angel. Tormentil. & Enulæ an: unc. i, Fol. Scordii, Rutæ, Abſinth: & Carduib. an. M i, Camph. drach. i, Theriacæ vet. unc. iß, Infundantur omnia in Aceti Vini opt. lib. iij, & ita in infuſ: relinquantur per aliquot dies. Hujus Aceti cochleare j manè ſumptum, à Peſte mirè præſervat, eamdemque etiam curat, majori doſi exhibitum.

2. Aliud Acetum.

2. R. Angel. Zedoar: Valerian: Sant: Citr: Cort: ſicc: Citri an: unc. i, Fol: Meliſſ: Rutæ, Valerian: an. M j, Summit: Rutæ, Flor: Anth: Meliſ: Borrag. Roſ: an: P j, Benzoin. drach. iij, Styr: calam: drach. Cardam: Cinam: an: drach. iß, Inciſis minutim adde Mithridat: unc. ß, Camph: ſcr. i, Croci ſcr. j, Aceti Florum Tunicatum, vel Roſ: rubr. lib. iij, Reſerventur mixta in Vitro. Doſis cochleat unum.

VIII. PILLULÆ

1. *Pillula Antipeſtil.* R. Aloes Roſ. drach. iij, Rhabarb: Agar: trochiſc: an: drach: ij, Myrrhæ, Gummi Ammon: an: drach. ß, Zedoar: Rad: Angel: Pimpin: & Dipt: an. ſcr. j, Croci, Sem: Citri an. ſcr. ß, Salis Abſinth, Salis Angel. & Scordii an. ſcr. i, Terantur, & cum Syr. de Acetoſ. Citri, vel de ſucco Scordii. Fiat Maſſa, ex qua formentur Pillulæ. Doſis unc. i, horis 2, vel 3, antè prandium.

2. Alia

2. *Aliæ Pillulæ.*

2. R. Myrrhæ, Camph. Croci, an.drach.i, Rad: Angel: Gentianæ, Vincetox:an.ſcr.ii, Florum Sulph: ſcr.ii, Cort:ac Sem:Citr:Zingib. albi, Xyloal:an.ſcr.i. Agar: electi. & Rhabarb:opt:an:drach: iij, Scammoneæ drach.i, Aloes unc.ß. Pulv: cum Succo Scordii, F. maſſa Pillul: addendo Ol:ſtillat. Angel: ſcrup.i, Doſis ſcr:ii, vel drach.j.

3. *Aliæ Pillulæ.*

3. R. Extracti Aloes drach.iß, Extracti Rhabarb.drach. iß, Extr. Agar.drach i, Extracti Zedoar. & Angel:an.ſcr.i, Camph. ſcr. ii, Salis Abſinth:& Carduib:an: ſcr. ii, Ol: ſtillat: Cort: Citri & Succini an. G. 5, Ol:. Macis G:3, F. ex his Maſſa. Doſis drach.ß, vel ſcr.ij.

DISTINCTIO II.

MEDICAMENTA EXTERNA.

I. PULVERES pro Suffitu.

1. *Pulvis.* R. Flor: Roſ: incarnat: Olibani, Caryophyll: an:unc.i, Aſæ dulc: Styrac: calam: ana drach. vi. Ladani unc. ß, Moſchi in Aq. Roſ. diſſ: Gr:7, Miſce F. Pulvis groſſus, qui inſperſus laminæ ferreæ candenti, ſuaviſ. ſpirat odorem.

2. *Al. Pulvis pro ſuffitu.*

2. R. Santal: odorat. & Xyloal: an: drach.vi, Ligni Rodii unc. ß, Cort: ſicc: Citrior: & Pomorum odoratiſ. an.drach. ii, Aſæ dulcis drach: ii, Cinam: drach. iß. Cortic. Thymiam. drach: i, Caryophyll: arom. & Rad: Cyperi an.ſcr.ii, Miſce F. Pulvis groſſus.

3. *Alius minus ſuavis.*

3. R Bacc. Lauri & Junip: an.unc. ß, Succini, Thuris, Myrrhæ an. drach.iß, Fol. ſicc. Rutæ, Serpill. Meliſſ. an. M j, Flor.roſ.rubr. P j. Pulveriſentur, & pulvis inſpergatur Carbonibus.

4. *Alius Pulvis.*

4. R. Rad. Angel. Imper. Leviſt. an.drach.iij, Bacc. Lauri drach. iiß, Succini albi unc.ß, fol. ſicc. Majoran.& Ocymi an. P j, Benzoin drac. ij, Cort. Thymiam. & Arant. ana drach. iß, Sem. Rutæ ſcr. iiij, Pulveriſentur. Et fiat indè ſuffitus.

II. TROCHISCI pro Fumo.

1. R. Roſ. incarn. rec. lib. ß, Contundantur in mortario lapid. cum Piſtillo ligneo. Contuſis poſtea adde Benzoini opt. drach. vi, Sachi,

Sach.fini unc. ß, Moſchi drach.j, Ambræ ſcr.i, Redigantur omnia in Maſſæ formam, ex quâ formentur Trochiſci parvi, tecti foliis Roſ.recentium. Hi trochiſci injecti laminæ candenti ferreæ, mirum, quàm fragrantiſſ: ſpirent odorem.

2. Alii Trochiſci Fumales.

2. R. Rad. Zedoar. Angel. ana drach.iß, Ladani opt. unc.ß, Thuris ſcr.iiij, Succini albi ſcr.ij, Gran. Juniperi No.10, Myrrhæ, ſcr.i, Flor: Lavend: Anth: Roſ: Major: an. ſcr:i, Xyloal: Sant: citr: an: ſcr.ß, Sach. albi unc.ß, Mucilag. Tragac. in Aq. Roſ.diſſ Formentur Trochiſci, qui injiciantur prunis.

3. Alii.

3. R. Xyloal. Ladani, Aſæ dulc. ana drach.iß, Styr. calam. unc. ß, Styr. liquid. drach ij, Zedoar. Cinam. an. drach.ß, Spicæ Ind: ſcr.i. Balſami Peruviani ſcr. i, Moſchi G. 3, Cum Mucilag. Tragac. in aqua roſ: diſſol. F. Trochiſci parvi.

4. Alii Trochiſci pro Fumo.

4. R. Rad. Angel. & Enulæ ana drach.iß, Diptam: Ireos, an. drach.i Ladani opt. & Aſæ dulc. an. drach. iiß, Thuris ſcr.ii, Galliæ & Aliptæ Moſch. an. drach. ß, Succini albi ſcr.j, Xyloal. & ligni Rhod. an. ſcr.ß Gran. Junip. No. 9. Flor. roſ. Lavend. & Anthos an ſcr.ß, Sach. candi albi drach.iiß, Ambræ G.8. Moſchi G.5, Zibethi G.3, Hæc tria poſteriora unâ cum Ladano diſſolv. in aq: roſ. odoratiſſ. & cum Mucilagine Tragac: formentur Trochiſci fumales.

III. CANDELÆ *Fumales.*

1 R. Benzoin unc. ß, Styr: Calam: & Ladani an. drach.ij, Liquidâbræ drach i, Xyloal. & ligni Rhodii an. ſcr.ii, Cort. ſicc. Citr. Cinam. an. drach. ß, Carbonum Tiliæ in Aq. Roſ. exſtinct. q.ſ. Moſchi ſcrup. ß, Miſce pro maſſa cum mucilag. Tragac. in Aqua Roſ. extr. Ex qua formentur Candelæ, quæ accenſæ, ſuaviſſimum & gratiſſ. odorem ſpirant.

2. Aliæ Candelæ odoriferæ.

2. R. Ladani unc.i, Fl. roſ incarn. Cort. Citri ſicc. an. unc.ß, Santali odor. drach. iij, Styrac. cal. drach.ij, Aliptæ Moſch. drach. iß, Cinam. Caryophyll. an. unc.ij, Ocymi ſicc. Flor. Majoran. an. ſcr.i, Ambræ, Moſchi an. Gr 3. Carbon. Tiliæ unc.iiij, cum mucilag. Tragac. in aq. roſ: Fiat Maſſa pro candelis.

3. Aliæ Candelæ.

3. R. Flor. roſ. odoratiſſ. drach. ij, Cort. Thymiam, drach.iij, Lada-

ni,Benzoin an.ſcr.ii, Succini albi, Myrrhæ an.drach.i, Olibani, Flor. Roſmar.Macis,an.drach. ß, Gran. Junip.No.x,Rad.Zedoar. & Angel.an.ſcr.i,Sem.Rutæ.& Citri an. ſcrup.ß, Carbonum Tiliæ unc.iiij, cum Mucil.Tragac.fact.in aq. Angel.F.maſſa pro Candelis.

IV. POMAMBRÆ.

1. *Pomum odoratum*. R. Ladani unc.i,Styrac.calam.drach.iiß,Styr. liq. ſcr.ii,Moſchi G 7,Ambræ Gr. 5.Zibeti G.6. diſſol. in Mucilag. Tragac.Adde Ol.ſtill.Cinam.G. 6. Ol.Corr.Citri & Macis an.G.6.Ol. Caryoph.G.7. Redigantur omnia in maſſam rotundam, quæ incluſa vel pixidulæ argenteæ, vel Syndoni rubræ, naribus ſæpè admoveatur.

2. Alia Pomambra.

2. R. Aſæ dulcis, & Ladani an. unc.ß,Sant citr. Xyloal. an. ſcr. ii, flor. roſ. odorat. & Anthos an. drach.ß.Galliæ Moſchat. drach. i. Thuris,Caryoph. an. ſcr. i, Styrac. liquidæ drach. ß, Extract. Angel. ſcr.i,Ol.ſtillatit.roſar.ſcr.ß,Ol.Cinam.& Maioran.an.G. 5. Gummi Tragac.diſſol.in aq. roſ. Miſce fiat maſſa,quæ inſtar globuli rotundi, ligata in Syndone manibus geſtata ſubindè naribus adplicetur.

3. Alia Pomambra.

3. R. Santali citr. odorati, Benzoin an.drach.ii,Flor. Lavend. Anthos & Major.an.drach ß, Succini albi drach.i,*Styr.*calam.drach. i,Ladani puri drach.iii, Cort. Citri ſic.ſcrup.ii, Cinam.drach.ß. Cum mucilag. Tragac. in Aq.roſ.diſſol. Fiat Maſſa. Huic addo Extracti liquidioris Cinamom. & Majoran. an.ſcr.i,Balſami de Peru ſcr. i, Ol. ſtill.Junip.ſcr.ß,Ol.Angel. & Caryophyllor.an.G 3. Miſce pro Pomo odorato.

V. LINIMENTA.

1. *Linimentum pro Naribus*. R. Ol.Nuc.Moſch.per expreſſ.drach. i,Extr.Majoran.drach.ß, Ol. Cinam.& Citri an. G. 5. Moſchi & Ambræ an. G. 2. Miſce pro Balſamo ſeu Linimento.

2. Aliud Linimentum.

2. R. Ol.ſtillat.Cinam. & Caryophyll.an.ſcr.i. Ambræ & Moſchi an. drach. ß, Agitentur invicem, donec adquirant conſiſtentiam Unguenti. Adde Ol. Nuc. Moſch.ſtillat.ſcr. i, iterum agitentur,tandem adde Olei ſtill. Roſar. incarn.G.6.Zibethi ſcrup ß, Miſce pro Linim.Fragrantiſſ. exſpirat odorem.

Digitized by Google

3. Aliud Liniment.

3. R. Balſami Roſar. drach. i, Extract. Cinam. ſcr. i, Ol: ſtill: Cort: Citri, G. 5, & Ol: Macis. G. 3, Moſchi Orient: opt: G. 4, Miſce pro narium Balſamo.

4. Aliud Liniment.

4. R. Olei Nuc: moſch: per expreſ. drach. i, Extract: Angel: drach. ß, Theriacæ opt: drach. ii, Aliptæ Moſchat. ſcr. ii, Raſur: Cort: Citri ſcr. i, Balſami Peruviani Gr. 12, Ol: ſtill: Junip: & Lavend: an: G. 4, Ol: Caryophyll G. 2. Zibethi G. 5. Styrac: liq: ſcr. i, Miſceantur pro Linimento, quo nares inungendæ.

VI. SACCULI ODORIFERI.

1. *Sacculus*. R. Benzoin, Styrac. calam: ana drach. ii, Flor: Roſ: odorat: Flor: Roſmar: & Lavend. an. P j, Thymi, Majoranæ Santali Citr: Ocymi, Meliſ: ana drach. 1, Galliæ & Aliptæ Moſch. an. drach. ß, Cinam. opt. ſcr: ii, Ex his omnibus, fiat Pulvis groſſus, indendus Sacculo ex Syndone parato, qui vel naribus ſubindè admovendus, vel ſuprà Cordis regionem geſtandus.

2. Alius Sacculus.

2. R. Rad: Angel: Ireos & Cyperi an: drach. ii, Flor. roſ. P ij, Cort. ſic. Citri & Thymiam. an. drach. i, Caryophyll. aromat. Succini albi an. ſcr. ii, Spicæ Indicæ, Flor. Anthos an. ſcr. i, Bacc. Junip. contuſ: drach. ii, Zedoar. drach. ß, Camph. ſcr. ß, Ex inciſis minutim paretur Sacculus. Addi poſſunt ſpeciebus olea Cinam. & Macis an. G. 2.

3. Alius Sacculus.

3. R. Ladani drach. ii, Styr. cal. & Aſæ dulcis an. drach. i ß, Cinam. drach. i, Macis ſcr. ii, Flor. Anthos, Meliſſæ & Lavend. & Majoran. an. drach. i, Caryophyll. arom. drach. ß, Nuc. Moſch. Sem: Ocymi, an. ſcr. i, Santali rubri ſcr. i, Ambræ & Moſchi an. G. 2, F. pulvis groſſus, qui, priùs irroratus ac conſperſus Aquâ Roſar: & Cinam: vel Spiritu Roſar: fragrantiſ: poſtea includatur Sacculo quadrato ex Syndone.

(:.)

SECTIO

SECTIO V.

Exbibens nonnulla COMPOSITA SPAGIRICA.

I. *AQUÆ STILLATIT. Theriacales.*

1. *AQua Theriacalis Antipeſtifera*: R. Rad: Zedoar: Imperator:Valerian: Angel: Tormentil:Enulæ ac Petaſit: an. unc.i, Gran.Junip: unc. iij, Bacc. Lauri drach.vi,Herb.Scabioſ:Veron.Galegæ,Carduib. Meliſ. & Scord.an. Mi,Flor:Roſ:Borrag:Lavend: Meliſ:Anthos,Calend: an. P j, Citri & Limon inciſor.an.No. 2. In Vaſe Vitreo per 3. aut 4. dies ad lentum B.M.calorem macerentur,ſuperaffuſ.Succor:Limon: Nucum Virid: Scabioſ:Meliſ:& Carduib.an lib. i, Vini Malvatici lib.iß, Deindè exprimantur fortiter.Expreſſo liquori,adde Theriacæ vet. & Mithridat.opt.an.unc.iß, Diaſcordii Fracaſt:unc.i,Confect.Alcherm. unc. ß,Spec.Diambræ & Diamarg. frig. an.drach.ii,Croci drach.i, Camph. ſcrup ii, Maceratur denuò per triduum in B. Deindè lento igne deſtill.ad ſiccitatem uſque. Et habebis Aquam Theriacalem præſtantiſs. Infecti Lue Peſtiferâ , ejus unc.ii. circiter hauriant,& ſudent.

2. *Al. Aqua Theriacalis.*

2. R. Theriacæ Androm, unc. vi, Myrrhæ unc.ij,Rad.Carlinæ, Scorzoneræ,Gentian. Angel. Serpentar,Pimpin.an.drach.vi, Cort: Citri unc.i,Summitat.Rutæ Mj,Croci drach.ii,Camph.drach.iß, Conſerv. Borrag: Acetoſ: Bugloſ. Roſ. an.drach.i,Cinam:Nuc.Moſch.an. unc.i,Specierum Diambræ & Diamoſchi,Diatrion Santal. an. drach. iß,Vini Malvat.lib: iii, Aquæ ſtill: Nucum jugl:virid.Aq:Angelicæ,& Rutæ an.lib.i,Succi depuratiſ.Scabioſ.Verbenæ,& Acetoſæ an. unc. iiii, Mixta una ſtent priùs in Infuſione ad locum cal.per 3.aut plures dies,Poſteà l.a. deſtillentur. Aqua egrediens reſervetur uſui. Eſt enim inſigne Peſtis curativum , ſi ejus cochlearia 3, vel 4, infecto præbeantur.

3. *Alia Aqua Theriacalis.*

3. R. Rad. Torment. Olſnitii,

Digitized by Google

Valerianæ, Imperat. Enulæ & Angel.an.unc.j, Cæparum recent. excorr.No:vii, Corr. viridium Nuc. Jugland. unc.vi, Bacc.Lauri unc.i, Bacc.Junip.unc.iß, Folior. Rutæ, Carduiben.Scordii,an. Miß. Incidantur omnia, & adde Camph. drach.ii,in unc.ij,Spiritus Vini diſſol adde Mithrid.opt. Electuar. de Ovo an.unc.j, Vini Rhenani menſuram j & dimidiam, Aceti Roſac. putiſ.lib.j,Eliciatur in B.M.inde aqua,cujus cochlearia 2, vel 3. præbeantur.

4. *Alia Aqua.*

4. R. Herb. Calend. Scabioſ. Veron.Rutæ an. Miß, Carduiben. Galegæ,Acetoſ.Leviſt.an.Mj,Rad. Angel.unc.iij, Rad. Enulæ unc.ii, Santal.omnium an.drach.iß, Sem. Carduibened. Citri, Acetoſ. ana drach.ii,Flor. Borrag: Meliſ. Bugloſ.an.P j,Fol.Diptamni Cret.P j, Spec. Liberantis drach. ii, Macis, Caryophyll. an. drach. iß. Croci drach. i. Fiat inciſorum priùs infuſio in Aquæ Vitæ ſeu S. V. lib.iij, Vitrum quotidiè agitetur. Et pòſt quatriduam infuſionem, lento igne per B.M. deſtilletur, Aqua egreſſa reſervetur,Doſis unc ß, plus minusvè cum Aq. Acetoſæ unc. i, ad provocandum ſudorem.

II. EXTRACTA ET ANTIDOTA.

1. *Extractum Antipeſtiferum.* R, Rad. Zedoar. Angel. Valer. ac Enulæ an. unc. i, Rad. Petaſit. & Pimpinel.an.unc.ß,Santali rub. & citr.an.drach.iii, Cort. Citri unc.i, Gran. Junip. unc. ii, Bacc. Lauri drach.vi,Fol.Diptamni Cret. Rutæ,Carduib.& Scordii an.M j. Fiat l.a.cum S.V.horum Extractio, Liquor in B.abſtrahatur ad conſiſtētiam materiæ in fundo liquidam inſtar Mellis. Huic Extracto liquido & molli,ſi ejus ſint unc. iii,adde ac permiſce,Magiſterii Cornu Cervini drach.iii,Magiſt.Perlar.& Corall.an.drach.iß, Eſſentiæ Camph. & Croci an.drach.i,Balſami Sulph. ſcr.iiij,Miſceantur exactè invicem. Doſis hujus Extr. ſeu Antidoti eſt drach. i, quæ danda Peſte correpto cum Aq.Carduib.vel Aceto Roſaceo,ad ſudorem.

2. *Aliud Extractum ſeu Antidotum.*

2. Primò cum Aceto Vini deſtill. paretur Extractum, ex Rad. Angel.Zedoar.Petaſit.Tormentillæ ac Scorzon. an.unc.i, quod ſeorſim colligendum : Deindè ſimile Extractum fiat cum Spiritu Vini ex Cort.Citri,Bacc.Junip.an. unc. iß,herb,Scord. Verben. Valer. ana M.j,

Digitized by Google

M j, Xyloal. & Santal. citr. an. drach. ii, Hoc Extr. miſcendum priori. Poſteà mixtis adde Ambræ & Moſchi ana Grana aliquot, (nimirum G. 5. ſi Extractorum ſit unc. iß) Florum Alb. fix. Antimon. ſcr iij. Salis Fraxini, Abſinth & Carduiben. an. drach. ß, Salis Corallor. & Perlarum an. ſcr. j. Miſceantur exactiſſimè.

3. Aliud Antidotum.

3. R. Extracti Gran. Junip. unc. j, Extr. Angel. unc. ß, Extract. Enulæ drach. ij (Extracta hæc ſint liquida, & conſiſtentiam habeant inſtar Mellis) Magiſterii Hyacinth. & Perlar. an. drach. ii, Tincturæ veræ Auri drach. ß, Ol. ſtill. Cort. Citri ſcr. i, Confect. Alcherm. ſcrup. iiij, Ambræ, Moſchi an. G. 4. Mixta invicem, fiat indè Antidotum molle, cujus mira vis reſiſtendi veneno Peſtifero.

4. Aliud.

4. R. Bacc. Junip. unc. ij. Rad. Zedoar. Angel. & Carlin. an. unc. iß, Fiat horum Extractio cum Succo Limonum (vel ejus loco, cum Aq. Carduiben. cui nonnihil Spir. Vitrioli admixtum ſit.) Liquor ſeu menſtruum in B. per deſtillat. ſeparetur. Hujus Extracti R. unc. ii, adde ei Bezoard. Miner. drach. ii, Confect. Alchermes drach. i, Magiſterii Perlar. ſcrup. ii. Pulv. ♃ diaphor. ſcr. ii, Eſſentiæ Croci & Caphoræ ana ſcr. i, miſce unà & reſervetur; Tam in præſervatione, quàm in curatione Peſtis efficaciſſ. eſt. Doſis drach. ß, vel ſcr. ii. pro cura, ex aquâ aliquâ Bezoardica.

III. MIXTURÆ.

1. *Mixtura Antipeſtifera.* R. Mixturæ ſimplicis (quæ conſtat ex Spiritu Theriac. Spir. Tartari & Vitrioli unâ mixtis certâ doſi) unc. iii, Liquoris Cornu cervi unc. ß, Extract: Gran: Junip: Zedoar: & Angel: ana ſcr. ii, Extr: Santali rub: & Tormentil: an: ſcrup: i, Magiſt: Hyacinth: & Perlar: an. drach. ß, Eſſentiæ Camph: ſcr. i, G. 5, Rubini Sulph: ſcr. ii, Florum fixor: Antimonii drach. i, ſcr. i, Salis Angel: & Abſinth: in aquâ Theriacal. ſol. an. drach. i, Tincturæ veræ Corallor: drach. iiij, Syr: Acetoſ: Citri & Syr: de ſucco Borrag: an: unc. i, Miſceantur omnia, & Fiat l. a. Mixtura generoſiſſ: digeſta, clarefacta, & colata reſervetur ad uſus. Doſis drach. i, vel ſcr. iiij. cum vehiculo convenienti.

2. Alia Mixtura.

2. Spiritus Theriacalis unc. i, Extracti Gran: Junip: & Helenii an. ſcr. i ß, Extr: Zedoar: ſcr. i, Extract: Croci Gr: xv, Confect: Alcherm: -

drach.ß,Magiſter:Perlar:&Corall. an.ſcr.i,Gr.5, Cremoris ſeu Lactis Sulph.drach. ß, Salis Carduib. & Abſinth.an.ſcr.i,Syr.Acetoſ: Citri unc.ii,& drach.vi, Spiritus Vitrioli G.12,Moſchi & Ambræ an.Gran.3, Fiat Mixtura. Eſt jucundi gratique ſaporis.Pro præſervatione, Guttulæ 15,vel ſcr.i,ſufficiant,cum liquore idoneo.

3. Alia Mixtura.

3. R. Syr. de Ceraſis cum Caryophyll:noſtrat:Syr:Acetoſ.Citri; Syr.de ſucco Borrag.an.unc.i, Mixturæ ſimpl. drach. iii, Liquoris Cornu Cerv.drach.ii,Spiritus Carduib.unc.i, Extract. Angel. Extr. Valerian.& Imperator.an.drach.ß, Extr.Rutæ ſcrup i, Eſſentiæ Croci drach.iß,Salis Corall.& Perlar. an. drach.ß,Moſchi & Ambræ an. Gr. 3,Miſce exactè,& cola. Doſis pro curâ Peſtis drach.ii, drach.iii, vel Uncia ſem:cum vehiculo idoneo.

4. Alia Mixtura.

4. R. Extracti Viperar.drach. ii,Magiſterii Solis ſeu Auri drach.i, Bezoar veri Orient.drach.ß, Succi Rad.Carlin.rec.condenſati, Succi Carduib.inſpiſſ.an.drach.i,Ol.Angel.& Rutæ an.G.xvi, Fiat horum mixtio,& ſervetur ad uſum. Doſis pro præſervat.ſcr.i, vel cum Conſ. Roſ.aut Syr:Acetoſ. Citri, vel cum Aq.Borrag. Carduib. aut Vino generoſo. In curatione verò ſcrup.ii, plùs minusvè dentur.

Sic autem parandum Extr. Viperarum. R. Carnis Viper. more Crollii paratæ unc.iij, ponantur in capſulâ, & cum drach. i, Myrrhæ per vices ſuffumigentur. Sic habes pulv.probè exſiccatum,cui, in Vitro poſito,cum lib. i, Aq: Veron. ſtent in B. Vitro clauſo, per triduum.Quo exacto exprime, & ad conſiſtentiam Extracti,igne lentiſs. redige.Ex fecibus combuſtis extrahe Salem,& Extracto conjunge.

Magiſterium ☉ paratur ex Calce ☉ probè edulcor. & exſiccatâ, commixtâque cum Croco,Ambrâ, Moſcho,& Magiſterio Perlarum.

IV. MISCELLA Variarum Compoſit.Chymicarum.

I. BEZOARDICUM Vegetabile Aureum.

1. R.Rad.Carlin.Angelicæ, Dictamni, Imperator. Scorzoner. Vincetox.Pimpinel: Phu, & Tormentil.an. drach. vi, Colligantur autem omnes hæ radices tempore ſuo Balſamico,debitoq; modo exſiccentur, carioſæ verò corruptæ aut obſoletæ planè abjiciantur; Conciſis minutim adfunde Aceti vini deſtill, ſ. q. Tincturamque ex

iis

iis extrahe l.a. Acetum in B. per deſtill. ſepara, ut Extractum liquidum in fundo remaneat, Hoc ſeorſim ſerva.

2. Poſtea, R. Cinam. acutiſ. Santali odoratiſ. Zedoar. Macis ana drach. vi, Caryophyll. unc. ß, Cortic. Citri exſicc. unc. i, Croci drach. ii, Xyloal. Ligni Rhodii an. drach. iii, Hiſce craſsè pulv. adfunde Spiritum Vini, & ſimiliter fiat Extractio; S. V. iterum abſtrahatur per B. & reſtabit Extractum in forma Mellis, quod itidem ſerva.

3. R. Eſſentiæ Opii Thebaici, factæ cum Spiritu Aceti, Tincturæ Croci, Extracti Mumiæ ſanæ, non ex cadaveribus corruptis, Balſami Sulphuris, ana drach. ii, Miſceantur unà.

4. Tamdem: R. Salis Abſinth. Salis Angel. Salis Junip. an. drach. ii, Magiſterii Cornu cervini, Magiſterii Perlar: & Corallor. ana drach. iß, Florum Antimonii fixor. diaphoret. ſcr. iiii, Miſce.

Compoſitio: R. Extracti prioris ex Radic. unc. iiß, Extracti ſecundi ex Aromat. unc. j, Quibus duo poſteriora Extracta, Eſſentiæ, Salia ac Magiſteria, tota miſceantur in ſcutella Porcellanicâ, vel vaſculo Vitreo Cryſtallino. Addendo in fine Ambræ gryſeæ drach. i, Moſchi Orient. opt. ſcr. ii, Balſami Peruviani drach. ii, Lap. Bezoar veri drach. ß, Tincturæ Auri genuinæ, ſi habeatur, drach. i, Permiſceantur denuò & incorporentur invicem exactè, Et ad uſum ita ſeponantur. Doſis pro Præſervatione Peſtis ſcr. i, pro Curatione verò ſcr. ii, vel drach. i, plus minusvè pro ratione ætatis ac Virium, dando operam Sudori.

II. ELIXIR PESTIlentiale *Crollij*.

R. Florum Sulph. præparat. unc. iß, Adfunde Olei Junip. ad eminentiam 3, vel 4. digitorum, Olei item Succini albi quarta pars ad Oleum Junip. adfundatur. Stet ita in igne cinerum vel arenæ ſæpiùs movendo, ut flores ſine adultione ſenſim liqueſcant. Poſteà R. Extracti Theriac. unc. ß, Extract. rad. Enulæ, Angel. Bacc. Junip. an. ſcr. iiij, Hiſcè adfunde Ol. Junip. & Succini, floribus Sulphuris eſſenſificatum, ac per Papyrum bibulam priùs filtratum, omniaque circula lentiſſò cinerum calore, per dies 14. Habebis Secretum, quod in Peſte mirabiliter operari ſolet. Doſis G. 3. in vino quotidiè præſervationis gratiâ. Infectis detur ſcr. i, vel ſcr. ii, ex liquore convenienti, potenter ſudorem movet.

III. ELIXIR PROprietatis *Paracelſi*.

R. Myrrhæ Alex. Aloes Epat. Cro-

Croci Orient.an.unc.iiij, Pulv. omnia diligenter, & in Vitrum indantur, humectando optimo S. V. poſteà adfundatur Oleum rectific. Sulphuris per campanam factum (Alii ſunt, qui Spirituum Salis ſumunt) ad eminentiam 4. digitorum. Ponatur in digeſtione & circulatione per biduum, tandem quod tinctum, per inclinationem ſepara. Materiæ in fundo reſtanti bonum S. V. adfunde, & circulando per menſes 2. iterum coloratum extrahe, ſeparæ, ac priori liquori colorato miſce. Fæces in fundo lentè deſtillentur, quod primò egreditur, addatur ſuperiori Tincturæ, & ita per menſem adhuc ſine deſtillatione circulentur. Doſis, pro præſervatione Peſtis, à G. 6. uſque ad 12. cum Vino, vel alio liquore.

IV. MUMIA BEZOARDICA.

R. Extracti Mumiæ cadav. hominis recent. per S. V. facti, à quâ tamen Spiritus iterum abſtractus ſit, lib. ß, Theriacæ Androm unc. iiij, Olei Olivar. Mumiati unc. ii, Salis Perlar, & Corallor. an. drach. ii, Terræ Sigill. unc ii, Moſchi drac. j, Miſce, & circula per Menſem. Doſis ſcr. i, pro præſervatione, ſcr. ii, vel drach. i. verò pro curatione Peſtis.

V. OLEUM ſeu BALSAMUM Antipeſtiferum.

R. Olei Abiet. & Laurini an. unc. vi, Terebinth. lib. i, Gummi Elemi, Euphorb an. drach. vj, Gummi Hederæ unc. ß, Maſtich. Myrrhæ, Sagap. Galbani, Olibani ana unc. i, Rad. Zedoar. Angel. Petaſit. Serpent. Scorzon. an. unc. ß, Aloes, Caſtorei an. drach. ii, Cort. Citri Cinam. Caryoph. Nuc. Moſch. Cubeb. an. drach. iiß. Reſinæ Pini, Oppon. an. drach. iii, Bacc. Junip. unc. j Terenda terantur, & in vas Vitreum recondita, per octiduum in calore fimi equini digerantur. Poſtſtea lento igne ſ. a. deſtillentur. Oleum exiens diligenter colligatur ac reſervetur. Eſt enim præſtantiſſ. Bezoardicum Peſtis, ſi Cordis regio, nec non Arteriæ pulſantes manuum ac temporum, quotidiè eò inungantur.

FINIS.

MATTHIÆ UNTZERI M. D.

ΙΈΡΟΝΟΣΟΛΟΓΙΑ

CHYMIATRICA,

Hoc eſt,

DE EPILEPSIA,

LIBRI DUO.

AD

CONSULES

ET

SENATVM

POPULUMQ:

REIPUBL. MAGDEBURGENSIS.

Viri Ampliſſimi

Viri Prudentes.

DEUM TER OPT. MAXIMUM *ſapientiſſimo ſuo conſilio, mox ab ipſo mundi initio, hominem, non ad ocium, ſed ad negocium, non ad ſegnitiem aut torporem, ſed ad occupationem ac laborem, condidiſſe, ſacroſancta divinorum oraculorum monumenta, non obſcuram aut creperam, ſed veram ac*

luculentam nobis præferunt fidem. Nec id quidem immeritò, & abſq; omni planè ratione: Nam quemadmodum ſedulitate ac vigilantiâ gnavâ, non ſolùm rem augêri ampliter, ſubſidiumq; bonorum ac facultatum, ad vitam hanc benè beateq; tranſigendam, parari utiliter. verùm etiam, contentione decenti, ac labore moderato, ſanitatem corporis uſquequàq; integram ac laudabilem cònſervari jugiter, mentemquè ipſam vegetâri inſigniter, & ad virtutis, honeſtarumq; artium ſtudia excitâri ac inflammari non mediocriter, videmus: Ità ex adverſo, ocio & inertiâ turpi, non modò opes ac fortunas ſæpè conſumi & diſſipari ampliſſimas, corpus hominis effici flaccidum ac victum, omnemq; ejus inſitum animi robur ac vigôrem enervari: ſed etiam, eâdem, artium elegantiorum tædium ac contemptum, contraq; vitæ luxurioſæ amorem ſeu cupidinem ingenerari, tamdemq; viam ad omnis generis ſcelera, vitia ac flagitia, enormia & atrocia, pandi ſterniq; latiſſimam, heu, ſatis ſuperq;, nec id quidem ſine dolore, quotidiè ferè experimur. Undè hanc cauſam fuiſſe putamus, ob quam priſci olim Nomothetæ, non ſolùm ſalubres condiderint leges, verùm etiam pœnas decrêverint acerrimas, contrà deſides & ocioſos, eosq; pariter infamiâ notaverint; quemadmodum hîc de re exſtat ſanctio Draconis Athenienſis, *qui non modò furti accuſatos, ſed etiam ocij convictos, mortis ſupplicio adjudicâvit. Et* Valerius Maximus *adfirmat, apud Athenienſes, homines ſocordes & inertes, non aliter mulctâri, atq; ſi delictum aliquod magnum perpetraſſent. Quam legem ſeu conſuetudinem,* Florentinos *quoq; antè hæc tempora rigidè obſervitaſſe,* Sabellicus *fidem facit,* lib. 6. cap. 1. *ſcribens: illos cenſuiſſe, qui vitam in Reipubl. ocioſam agerent, nec ocij ſui rationem reddere ſcirent, eos capite puniendos, vel urbe exigendos eſſe: nec id ἀναξίως; Quippè nulla Reipubl: peſtis major eſſe poteſt, quàm ſi tàm indigenis ſeu civibus, quàm exteris ſeu advenis, ignavam in ocio vitam degere concedatur, ſiquidem (ut Architæ Tarentini verbis utamur) ex ijs, patriæ proditiones, Rerumpubl: everſiones, & clandeſtina cum hoſtibus conſilia, naſcantur, nullumq; deniq; ſcelus aut magnum faciens ſit, ad quod ſuſcipiendum, ocioſi homines non impellantur. Quò dubio procul & pru-*

dentes,

Deam publicè ſuſcipere noluerint, ſed antè urbem ſolummodò, in viâ Lavicanâ, fanum illi exiguum deſtinârint. Hôc ipsô nimirùm clarè innuentes, hominibus, exercitijs atq; labori gnaviter invigilantibus, ſtudiaq; præclara ſolerter ſectantibus, locum honeſtum in urbe, ſeu receptum, in communitatem aliquam publicam, minimè denegandum, ſed potiùs illorum induſtriam ac conatus laudabiles, omnibus, quibuſcumq; id fieri poſſit, modis ac rationibus, eſſe juvandos promovendosq;: Contrà verò, ocio tantummodò torpeſcentes, & ſocordiâ quâſi diffluentes, ceu fucos ignavos, Rebuspublicis ejiciendos, & ex aliorum hominum cœtu ac conſortio eliminandos quamq; longiſſimè proſcribendos eſſe, ne ſuo Exemplo alios corrumpant, & ad ſimile vitæ genus deſidioſum ſectandum & amplexandum, illiciant atq; invitent. Hinc factum legimus, quod Antonius Pius Imp. *ijs, quos noverat ocioſos, ſalaria, quibus ſuaviter fruebantur, ſubtraxerit, aliosq; magis dignos, ijsdem cohoneſtâverit, additâ ſcilicet hâc ratione: Nihil eſſe crudelius, quàm Rempublicam arrodi ab ijs, qui nihil in eam ſuo labore conferrent.*

Quæ omnia Consules Ampliss: & Senatores Prudentiss: *Ego jamdudùm quoq; mecum perpendens, ac quàm turpe, flagitioſum, ac pernicioſum ſit, homini præſertim ingenuo, liberaliterq; educato, vitæ ſuæ curriculum, inertiâ traducere molli, ſemperq; ocio ſtabiſcere ſegni, accuratè conſiderans: Idcircò, ne ejuſmodi vitæ deſidis ac ocioſæ crimen invidioſum, mihi quoq; ab aliquo forſan impingeretur ſeu objiceretur, ſed ut potiùs cunctis palàm fieret ac innoteſceret, me torpida ocia ſemper extremo habuiſſe odio, & etiamnùm habêre, nec aliter ea deteſtari, quàm ut* Homerus *loquitur, ἀΐδαο πύλῃσι, id eſt, Orci portas, hactenùs per* DEI *gratiam, tempus conceſſum, ſtudijs ſerijs, ac laboribus litterarijs ita contrivi, vitamq; meam ita for-*

qualem gloriam trahitis ac poſſidêtis. Cui denique obſcurum, legibus ſanctiſſimis, ſtatutis approbatiſ. Sanctionibus æquiſſimis, præſcriptis utiliſ & conſtitutionibus laudatiſſimis, cives Populumq́ veſtrum ſapienter à VOBIS regi, & debitè in officio continêri? Magna ſanè hæc ſunt ac prædicanda, imò & admiranda, ſed longè majus, laudabilius ac admirabilius illud eſt, quod hactenùs ſana, incorruptaq́ ſacri Evangelij doctrina, jam pluribus in locis titubans, imò palam labans, non minùs ſecuram & eſtabilem, quàm fixam ac ſtabilem, (quam alibi invenire non potuit) ſemper apud Vos nacta fuerit ſedem ac domicilium, cui etiam nunc, (quod culmen caputq́ ſtatuo, omnis veſtræ laudis) fulcrum ac ſtabilimen eſtis firmum, eamq́ maſculè & conſtanter, quantùm in vobis, quà privatim, quà publicè, colitis, fovêtis, propugnâtis, veſtroq́ exemplo, civibus veſtris, ad veram Pietatem, intemeratumq́ Divini Numinis cultum, animosè præitis; quod item, ut porrò quoq́ ἀμωμήτως καὶ ἀνεμποδίςως facere queâtis, æternum DEUM ſupplex precor, venerorq́.

ALTERA CAUSA: ut hoc de Morbo Comitiali Syntagma Medicum, qualicumque meâ opellâ ac ſtudio congeſtum elaboratumq́, à moroſorum Ariſtarchorum (quorum ſanè nimis quàm ferax, hoc ævum) ronchis illiberalibus, quibus bonorum ac doctorum virorum dicta ac Scripta nefariè ſuggillant, nec non lividorum homuncionum ac Sycophantarum morſibus dentatis, quibus ſæpènumero alterius famam rabiosè vellicant, eâ, qua valêtis potentiâ, defendâtis; linguas protervas ac maledicas, clathris legum reprimâtis ac coerceâtis; vocesq́ mordacium criminatorum aculeatas, acie Autoritatis veſtræ obtundâtis ac reprimatis, ſicq́ tandem me, famamq́ meam, ab improbis ac injuſtis, ſi quæ forſan talia erunt, vitilitigatorum dicterijs & calumniis vindicêtis:

Quod itaq́ nunc VOBIS

MAGNI SENATUS	Magni Conſules;
MAGNÆ URBIS	Magni Senatores;

in debitæ meæ erga Vos obſervantiæ, ſtudijq́ propenſiſſimi γνώρισμα ac documentum, more & inſtituto veteri, præſento & conſecro munuſculum

ſculum chartaceum, mole quidem exiguum, accuratâ tamen elaboratione, & rerum utilitate, magnum, illud, ut eâdem, quâ porrigo manu, id eſt, dextrâ, quâ offero fronte, id eſt, ſerenâ, quo dono animo & adfectu, id eſt, ſyncero candidoq́ acceptare dignemini, inſuperq́ me ac ſtudia mea in poſterum VOBIS *quàm commendatiſſima eſſe patiamini. eâ, quâ poſſum animi contentione, rogo atque etiam oro. Quam gratiam ſi à* VOBIS, *(ut equidem non dubito) impetravero, eam ſanè magni beneficii loco, & pro ſingulari felicitate habebo, meq́ in conſcribendâ hâc Commentatione, operam minimè luſiſſe. aut oleum perdidiſſe, exiſtimabo, nec ſi ullis officiis, virtuti honeſtatiq́ conſentaneis, amorem ac favôrem veſtrum demerêri uberiùs potuero, in me quidquàm deſiderari patiar.*

Quod reliquum eſt, vos PATRES CONSCRIPTOS, *præpotenti ac immortali* DEO *piis ac religioſis precibus nunc commendo, qui ut divina ſuâ virtute ad ſanctiſſimi Nominis ac Numinis ſui gloriam, & veræ orthodoxæq́ Religionis tutelam, Rempubl. veſtram, diutiſſimè, ſalvam, florentem ac inconcuſſam tuêri atque ſervare, & Vos veſtroſq́, bonis ac donis tàm cœleſtibus quàm terreſtribus cumulatiſſimè ditâre & exornare, omniq́ benedictionum genere benigniſſimè beâre dignetur, ex penitiſſimo pectore voveo, & me ipſum deinceps* VOBIS *totum devôveo. Valete vos*

VIRI PRUDENTES
VIRI AMPLISSIMI.

Et ſemper ac ubiq́ REM BENE GERITE. *Scribebam Hallæ-Sax. 2. die Menſis IIXbris, Anno* CHRISTI *1616.*

VESTER

Addictiſſ.

MATTHIAS UNTZERUS D.
Inclytæ Reipubl. Hallenſis Medicus
Ordinarius.

MATTHIÆ

MATTHIÆ UNTZERI, D.

DE EPILEPSIA.

LIBER I.

Procœmium.

C*Orpus humanum, omnium, quæ ſub ſtelligero aſtrorum orbe continentur ſeu conſpicuæ ſunt, Creaturarum, longè eſſe nobiliſſimum præſtantiſſimumq́, præter alia, non minùs quoq́ ἐξαίρετος ac ſingularis, quam θαυμαστὴ ſeu admiranda illius ſtructura ſeu fabrica, luculentiſſimè commonſtrat ac declarat. Hanc enim ad ipſius τοῦ παντοκράτορος καὶ σοφωτάτου δημιουργοῦ imaginem ſeu ſimilitudinem conditam, hominiq́ creato; divinum intelligentiæ & ſapientiæ lumen inditum; nec non Varias innumeraſq́ cùm animi, tùm corporis dotes eidem cœlitùs infuſas; tandemq́ ἐπικράτειαν ſeu dominium, ſuper omnia animantia, cæteraſq́ res naturales in toto terrarum orbe à Deo traditum & commiſſum fuiſſe, ſacris divinorum oraculorum monumentis, ſatis ſuperq́ edocemur. Undè &* Cicero lib. de naturâ univ. *Deum unum animal ſpectabile, hominem nimirum in quo cætera animalia continêret, effeciſſe: Et* lib. 1. de nat. Deor. *hominis figuram, omnium aliorum animantium formam vincere, ſcriptum reliquit. Quemadmodùm &* Zöroaſter, *iſtam corporis noſtri ſtructuram mirabilem penſiculatiûs contemplatus, in hæc tandem verba exclamabundus prorûpit: O Homo, audacis naturæ miraculum. Quam quoq́ naturæ noſtræ præcellentiam ac majeſtatem ſimiliter Ægyptiorum ſacerdotes ſeu ἱεροφάνται olim conſiderantes, non immeritò hominem θαῦμα θαυμάτων, animal adorandum ac venerandum indigitarunt. Quãvis autem majeſtatis iſtius imago ſeu ſimulacbrum in nullâ non corporis noſtri parte, ſingulariter expreſſum conſpiciatur,*

ciatur, in Capite tamen potiſſimùm, plures divinitatis illius radij mirificè corruſcant atq; effulgent: Siquidem Caput unica illa arx ſeu Regia eſt, in quâ Anima Rationalis cum ſummo imperio præſidet ac dominatur, & à quâ omnium ſenſuum nobiliſſimorum vires & actiones, ut ſunt imaginationes, cogitationes, memoria, mens ratioq; ac cætera quæ ad intelligendum animi dotes & ipſam quoq; ſapientiam habentur, immediatè proficiſcuntur. Hinc illa apud veteres inolevit conſuetudo, ut ij confirmaturi aliquid, aut dictis ſuis fidem conciliaturi, per Caput, ceu partem corporis digniorem, juratum, illiusq; nutu pacta confirmatum irent, nec id ſanè abſq; ratione: quemadmodum enim cœlum aeri eminet, terriſq; maria, quæ velut mundi quædam membra ſunt: ita Caput quoq; admirandarum nimirum ſuarum actionum nobilitate ac decôre, reliquas corporis noſtri partes longè ſuperat & excellit, non minùs certe, quàm arcem aliquam ſplendidiſſimam cætera urbis ædificia præcellere videmus. Et quamvis Cordis quoq;, utpotè ejuſmodi viſceris, in quo ἀρχὴ τῆς ζωῆς, καὶ πηγὴ τοῦ θερμοῦ ἐμφύτου, ἢ ἀνάβλυσις τοῦ νέκταρος ζωοφόρου ſtabulatur, maxima ſit dignitas ac præſtantia, ea tamen cum Capitis ac Cerebri nobilitate comparata, inferior omninò habenda, id quod vel ex eo fit manifeſtum; Nam quæ ex corde fluit inq; reliqua membra derivatur vita, illa cum cæteris brutis animantibus nobis eſt communis: at intelligentia, quæ non ex materiâ brutâ; ſed accepta ex divinitate, & hac delibatâ, cognatione quâdam animos humanos cum DEO conjungit; Cerebro principaliter inſidet, ex quo ceu ex fonte perenni, varij tùm judicij, tùm memoriæ ac ſapientiæ, aliarumq; dotium præclararum, quibus DEO genus humanum eſt ſimillimum, rivuli copioſè profluunt ac emanant. Verùm enimverò, licet hæc omnia ità ſe habeant, Cerebrumq;, quatenus ſcilicet moderatâ temperie, ac optimâ conformatione præditum, omnium perfectiſſimas nobiliſſimasq; in homine edat operationes, idem tamen læſum, morbificeq; affectum, vel aliâ quâcunq; ratione de integritatis ſuæ ſtatu deturbatum, perperàm ſuo fungi munere, & actiones ſuas corrumpere, nec debito ac legitimō modo illas obire, & apud omnes Medicæ rei conſultos jam dudùm in confeſſo fuit, & experientia quoq; quotidiana

plus

plus ſatis demonſtrat, atque ob oculos ponit. Quamvis autem affectiones morbificæ Caput ac cerebrum infeſtantes, multæ ſint ac variæ, intereas tamen, divinum hocce habitaculum hoſtiliter invadentes, & oppugnantes, morbum caducum, *ſeu ut vulgariter appellatur,* Epilepſiam, *non poſtremas tenêre, ſatis patere arbitramur, cùm ex atrocitate ac ſævitiâ ſymptomatum, hanc paſſionem comitantium, quibus derepentè & ex improviſo, omnes animæ functiones, unà cum ſentiendi facultate intercipi, ſiſti ac perverti videmus, ſolùm corporis motu, eoq; admodùm depravato relicto; tùm ex ingenti, quod ab illâ impendet, vitæ periculo; tùm etiam ex difficili nimis ac impeditâ medicationis ratione: Eò uſq; enim ferociæ ac violentiæ interdum hoc malum devenit, ut atrociſſimè ac crudeliſſimè ſæviens, à miſerrimo ægro priùs non recedat, quàm immaniſſimo mortis genere eum miſerrimè jugulaverit, undè idcircò ab* Aretæo lib. 1. de cauſ. & not. cap. 4. *ſcriptum. varium & portentoſum morbi genus Epilepſia eſt, quæ latinis dicitur comitialis morbus, terribilis utiq; in acceſſionibus, & peracutus ac perniecioſus, quando quidem nonnunquàm acceſſio una hominem rapuit.* Et Paulus lib 3. cap. 13. *Cum igitur in aliquibus acutiſſima ſit affectio, citò occidit, tùm exacerbationum aſſiduitate, tùm ſymptomatum violentiâ. Operæ igitur precium, nec quidquam à Profeſſionis noſtræ ratione aut decôro nos facturos arbitrati fuimus, ſi poſt abſolutas divinâ benignitate, nec non ſuperiorum annorum decurſu in lucem protractas atq; editas binas noſtras de binis graviſſimis ac funeſtiſſimis morbis, Calculo nimirum Renali, & Lue peſtiferâ, Commentationes, nunc etiam de hoc affectu, Epilepſiâ nimirùm, mâlo ut nimis noto ac frequenti, ità gravi ſatis ac periculoſo, omninoq; digno, in cujus accuratiſſimam contemplationem, totis ingenij viribus Medicus Phyſicus incumbat, quædam meditaremur ac commentaremur, commentataq; tandem publicè limæ ac cenſuræ doctiſſimorum in Arte Medicâ virorum ſubjiceremus, eoſq; hac ratione ad ulteriorem exquiſitioremq; hujus tàm difficillimi morbi inveſtigationem excitaremus, quod quidem nunc facturi, ut, quo animi candore ac ſtudio priores noſtras lucu-*

cules, utpotè naturâ melancholicus, revera Epilepſiâ laborârit, id quod etiam de Julio Cæſare & Mahomete, illô Romani, hôc verò Turcici Imperij fundatore hiſtoriæ perhibent. Nuncupatur etiam à *Cœlio Aureliano lib.1.cap.4.* & *Hippocr.lib.de vulner.ca.* παιδίων νόσημα, vel παιδικὸν πάθημα, id eſt,

Παιδίων νόσημα, παιδικὸν πάθημα

puerilis affectio, vel ἀπὸ τȣ̃ παιδὸς, id eſt, à puero, quod nimirum hic morbus ſæpius pueros, quàm alias ætates infeſtet, vel, ut aliis placet, ab inordinatâ pedum motione, quæ in paroxiſmis Epilepticis communiter conſpicitur. *Aretæus* quoque addit, hunc morbum antiquitùs ἐλεφαντίασιν vocitatum fuiſſe, ob id ſcil. quod nulli remedio cedat difficulterque ſe expugnari patiatur. *Ariſtoteles* item hunc affectum ἐκστάσιος nomine notavit.

ἐλεφαντίασις ἐκστασις

Latinis verò plerumque dicitur *Morbus Carducus*, quod eum nimirum, quem corripit, capere facit: Item *Comitialis*, à Comitiis, quæ olim nil aliud erant, quàm conventus populi Romani in Cãpo Martio, Kal Januar. indicti ad novum creandum Magiſtratum. Si igitur

Morbus Carducus. Comitialis,

ſolvebantur, inque alium diem rejiciebantur, indè igitur dictus eſt Comitialis. *Duretus* tamen non vult, ob id dici Comitialem, quod comitia dirempta fuerint, ſi quis hoc morbo prehenſus fuerit, ſed quia in concionibus maximè eluceſcat Epilepſia, & eâ facile homines corripiantur; idq; propter metum, quo ſolent ij teneri, qui in cõcionem prodeunt aliquid dicturi, in concione enim, inquiebat *Alcibiades*, eſſe divinum aliquid videtur concionanti. *Coelius*, Lunarem vel *Lunaticum* vocavit, vel quia ſecundum varios Lunæ motus & aſpectus, nonnullos invadit, vel quod interlunio concepti atq; nati, huic morbo obnoxij exiſtimantur. Undè in hiſtoriâ Evangelicâ fit mentio cujuſdam σεληνιαζομένȣ, δαιμόνιον ἅμα ἔχοντος.

Lunaris ſeu Lunaticus.

Quidam, *Divinationem* dixerunt, nun quidem, ut vult *Serapio*, quod à Dæmonibus proficiſcatur immediatè hic affectus, ſed quod eo correpti, nonnunquam futura vaticinentur, ſive ea ſint vera ſive falſa. Nam ut ſcribit *Anton. Guainerius in ſua Praxi tract.7.cap.3.* cum in Epilepſiâ ſit fortis quædam oppilatio, quâ

Divinati

meticorum, definitiones perfectas, naturam & eſſentiam hujus graviſſimi affectus explicantes, in medium adferre, iiſque tandem & noſtram propriam ſubjungere.

Galeni Definitio. A. *Galeno* itaque Medicorum Rationalium Principe, ac Coriphæo ſummo, *lib 3 de loc. affect. cap. 5. & 7. & l. 4. de loc. affect. cap. 2 nec non, comm. 6. in 6. Epidem cap. 7. ut & l. 1. de cauſ. ſympt. cap. 8. & 2. de cauſ. ſympt. ca. 1. & 2.* Epilepſia definitur, quòd ſit Σπασμὸς ἁπάντων τῶν τοῦ σώματος μορίων, οὐ συνεχὴς ἀλλ' ἐκ διαστημάτων χρόνου γιγνόμενος, μετὰ βλάβης τῆς διανοίας, καὶ τῶν αἰσθήσεων, ἑαυτὴν κλονούσης τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων, ὑπὲρ τοῦ διώσασθαι τὰ λυποῦντα. Hoc eſt: *Convulſio univerſi corporis, non quidem perpetua* (ſicut in Tetano, Emproſthotono & Opiſthotano) *ſed ex temporum intervallis, uſu veniens, cum mentis ſenſuumq; oblaſione, nervorum principio ſeſe commovente ac cõcutiente ad ea, quæ irritant moleſtantq;, propellendum.* Quam eamdem ſententiam *Paulus quoq; lib 3. ca 13. & Avicenna lib. 3 Fen. 1. doct. 5 cap. 8.* ſectati ſunt, dicentes, Epilepſiam eſſe convulſionem totius corporis, cum læſione principum functionum.

Hermeticorum definitio. *Iatrochymici* verò ſeu Hermeticæ diſciplinæ ſectatores, Epilepſiam definiunt, *Quod ſit morbus aſtralis, ſeu ſpiritualis, ex materiâ quâdam valdè ſubtili ac mordaci, hoc eſt, vapore mercuriali acido ſeu Vitriolato, è mucilagine tartareâ vel æruginoſâ exſpirante, inq; arce Microcoſmi ſupremâ, Cerebrum nempè, per ſublimationem aſcẽdente, generatus, quô Cerebro valdè irritato, ejusq; meatibus ac arteriis carotidibus conſtrictis, hominẽ mente ſenſuq; privari contingit.*

Definitio noſtra. Nos autem hunc morbum ita definimus, *quod nimirum ſit ſymptoma abolitæ vel extremè imminutæ actionis animalis, tã Principis, quàm Senſitivæ, cum motu cõvulſio, non quidem perpetuo, ſed interplorato conjunctum, proveniens ab halitu ſpirituoſo, ſeu materiâ tenui ac vaporosâ, vel in Capite ipſo generatâ, vel aliundè eò delatâ, cujus quidem acrimoniâ ſeu qualitate malignâ ac venenoſâ, Cerebrum ejusq; meninges vellicatæ ac moleſtatæ tandẽ naturali robore ad illius, ceu hoſtis infenſiſſimi, expulſionem inſurgunt ac concitãtur.* Quam quidem Definitionem de perfecta, & conſummata Epilepſia intelligi volumus, non de levioribus quibuſdam ejus inſultibus, quibus ægroti interdum comprehenduntur, adeò ut vix concuti videantur aut cadant, quamvis nonnihil vacillent pedes, & quaſi perterriti clament, ſed ſtatim ad ſe redeant, quẽadmodum *Benivenius c. 97. de abd.* refert, ſe in puella Aretina obſervaſſe, quæ cum hujuſmodi invaderetur morbo, minimè concidebat, minimèque ex ejus ore ſpu-

Digitized by Google

ma ferebatur, ſed ſtans caput hinc indè, ac ſi quid inſpicere vellet, cum cervice, movebat, nihil interim loquens &c. Et *Dodonæus in annot.* ſe curaſſe Virginem 20. annorum Epilepticam, quæ non concidebat, ſed toto acceſſionis tempore ſedens permanebat. Ita quoque *Ant. Valetius in ſchol. ad cap. 16. lib. 1. Hollerij* ſcribit, ſe obſervaſſe in ſacerdote quodam 30. annos nato, talem Epilepſiam, quæ cum ſolius capitis quaſſatione, citra ullam aliarum partium ſubjectarum concuſſionem accidit. Et *Eraſtus part. 4. diſput. contrà Paracelſum* teſtatur, ſe vidiſſe, qui facili ac brevi delirio, cum labiorum vix ſenſibili contractione tentati, ſubitò ſibi reſtituerentur, Item *Quercetanus in Tetrate cap. 8.* Multas (inquit) videre licet Epilepſias, in quibus citrà ullam oblæſionem, φανταςία aut imaginatio, nec non memoria integræ maneant, quin & viſus & auditus incolumis perſtant. Vide & *Marcellum Donatum* Hiſtor: mirab. lib. 2. cap. 4.

CAPUT III.

In quo genere affectuum præter naturam ſit reponenda Epilepſia, ſecundum Dogmaticorum ſententiam.

Controverſia hîc non levis exoritur, cui affectuum præter naturam generi propriè Epilepſia ſit accenſenda. Sunt enim nonnulli, qui in Morborum claſſem, alii verò qui in ſymptomatum numerum illam collocandam cenſent. Priorem aſſertionem tuentes, rurſus inter ſe ſententiis variant, dum nimirum hic pro Organico, ille verò pro totius, ut vocant, ſubſtantiæ morbo, Epilepſiam habet. Et primò quidem *Organicum eſſe morbum*, demonſtratur ex eo, quod in hocce affectu Cerebrum, non tanquam pars ſimilaris, ſed tanquam inſtrumentalis afficiatur atq; laboret, dum nimirum ſecundum *Galeni lib. 3. de loco affect.* aliorumque Dogmaticorum vulgatam ſententiam, in illo Ventriculi ſeu meatus, quamvis non integrè & ex toto, ut in Apoplexia, tamen majori ex parte, ab humoris frigidi, viſcidi ac pituitoſi appulſu vel obſtruantur vel comprimantur, impedito ita Spiritus animalis per nervos, ad reliquas totius corporis partes, tranſitu: Quæ quidem obſtructio, omnium Medicorum calculo, meritò inter morbos inſtrumentales, & quidem principaliter inter eos, qui conformationis proprii ſunt, referenda. Intemperiem enim, quæ propriè partibus ſimilaribus competit, hîc nullum poſſe habere locum, indè manifeſtiſſimum cuique evadit, quòd hic morbus ſubitò & ex

Epilepſia, morbus organicus

ex improviſò hominem corripiat, correptumque iterum ſubitò deſerat, quod ſanè minimè fieri poſſet, ſi intemperies aliqua, ſeu primarum quatuor qualitatum exceſſus, hujus mirabilis effectus, cauſa primaria ſtatuenda eſſet, cum ſecundum *Galeni* doctrinam, nulla intemperies citò ac in momēto quaſi generetur, ac generata, non niſi ſucceſſivè, ac longo temporis ſpacio ſolvatur atque tollatur. Ex adverſo, Epilepſiam eſſe *totius ſubſtātiæ morbum*, ſatis arguere videtur cauſa ejus efficiens, quæ non à ſimplici aliqua ac manifeſta elementari proprietate, ſed à maligna potius, occultâ & venenatâ, Cerebrique ſubſtantiæ peculiariter infenſâ qualitate dependet, quâ animalis facultas depravatur ac corrumpitur; & ad cujus profligationem quoque alexipharmaca ſpecifica ſunt accerſenda. Nec ratio aliqua ſubeſt, cur ab hac morborum Claſſe, Epilepſiam penitus ſegregatam aut excluſam velimus, cum tamen eôdem referamus, Rabiem caninam, Elephantiaſin, luem veneream, venena epota, ictus animalium ἰοβόλων alioſq; ejuſmodi affectus, venenatæ ac malignæ naturæ participes, & à cauſâ occulta incognitaq; proficiſcentes, qui quāvis tùm ratione ſubjecti, cui inhærent, tum modi læſionis, cum Epileptico malo nullam habent convenientiam, ſed ab eodem diſcrepare videantur, illa tamen diſcrepantia ſeu differentia, accidentalis potiùs quàm eſſentialis dicenda eſt, cum cauſa efficiens, quam malignam ſeu venenatam qualitatem diximus, utrobique ſit eadem, licet non ſemper in pari reperiatur gradu, ſed interdum in hoc vel illo morbo major, in alio verò minor appareat, quâ tamen eſſentia rei minimè mutatur, ſiquidem ſecundum Philoſophorum axioma, Magis & minus non faciunt differre ſpecie, Quòd confirmat quoque *Georgius Bertinus in ſuâ Medicinâ lib.8.cap.25.* ita dicens: In eadem claſſe contagioſorum morborum collocanda & Epilepſia videtur, cujus malignitas tactu, & diuturna inſpiratione in alium transfertur. *Et lib.12.cap. 3.* Hiſce diebus (inquit) elapſis, puer integrè ſanus, minimèque valetudinarius, Epilepſiam morbum eſſe totius ſubſtantiæ & Venenatum eſſe expertus eſt, is enim cum poſt ægrum, Epilepſia laborantem, ex eodem cyatho bibiſſet, protinus quoque hujus morbi contagione correptus fuit. Verùm enimverò nobis rectiùs omninò ſentire videntur ij, qui Epilepticum malum inter *Symptomata* potius, quàm inter morbos collocandum autumant. Illorum

Epilepſia morbus totius ſubſtantiæ.

Epilepſia inter ſymptomatum genera, ponenda.

rum

rum autem cum tria præcipuè ſint genera. 1. ſcilicet, facultatem, facultisque functionem reſpiciens, Actio læſa. 2. in contentis conſiſtens, excrementorum & humorum vitia. 3. ſeu ultimum, in ſolidis partibus, qualitas mutata, ſeu ſimplices corporis affectus, facilè hinc apparet, Epilepſiam ad primum genus, Actionem nimirum læſam, referendam eſſe. Actiones autem corporis noſtri partium, cum non omnes ſint univocæ, vel uno eodemque modo ſeſe habeant, ſed ſpecie inter ſe differant, dum nimirum aliæ Animales, aliæ Vitales & aliæ Naturales à Medicis vocantur, idcircò quænam potiſſimum actio hîc lædatur atque afficiatur, nunc diſpiciendum. Id autem ex ſuperiùs à nobis tradita definitione nõ obſcurè cognoſcere licet, in qua aſſeruimus, functionem inprimis animalem, utpotè cui ſenſus omnes, tùm Principes, tùm externi, tùm motus quoque arbitrariùs famulâtur, ſeu ſubjecti ſunt, in hac morbifica affectione, graviſſimam pati & ſuſtinêre læſionem. Nam quos infeſtum hoc malum corripit ac invadit, in iis ſanè manifeſtam ac ſenſibilem non minus ipſius mentis ſeu intellectus, quàm omnium ſenſitivarum facultatum actionum abolitionem deprehendimus, cum illi prorſus nec videant, nec audiant, nec dolorem ullum percipiant, neque à Paroxyſmo expediti, mentique reſtituti, ullarum præteritarum rerum memorentur, id quod confirmat quoque *Galenus lib. 3 de loc. aff.* qui Epilepſiam ſub convulſionis genere repoſuit, & præterea, mentis ac ſenſuum oblæſionem illi annexam dixit. *Et paulò poſt*: Accedit (infit) ad hæc, ut is, qui ſic laborat, neq; videat neq; audiat, neque ullo ſenſu quidquam percipiat, ac ne conſequi quidem poſſit, quid factum ſit, ſed cum memoriæ viribus, ratio quoque læditur. Sed præter ſenſitivam potentiam, actio quoq; motiva non parum in illis læditur, quæ quamvis integrè non tollatur, inſigniter tamen depravatur. Negandum tamẽ non eſt, voluntario motu, qui ab intellectu ſeu ratione ac electione pendet, Epilepticos planè deſtitui, cum videamus, hoc morbo prehẽſos, ſubitò tamquàm fulmine ictos in terram concidere, nec à caſu iſto ſe defendere, aut corpus firmare, membraq; ſecundum appetitum, liberè movere poſſe. Et quamvis ingruente paroxyſmo, Caput, brachia, pedes, reliquaq; corporis partes interdum ſatis valido agitentur ac concutiantur motu, & horribili ſpectaculo modò huc, modò illuc jactentur ac diſtorqueantur, ejuſmodi tamen motus non fit ſecundum

dum naturæ leges ordinarias, ſed planè iis contrarius exiſtit, cum ſit convulſivus, conſequens ad Cerebri vehementem irritationem ſeu contractionem violentam, à rei cujuſdam præternaturalis ſibíque admodùm moleſtæ appulſu factam atque excitatam, undè Cerebrum totis viribus inſurgens ad eam expellendam, unà quoq; nervos omnes, muſculosq; totius corporis concutit & quatit, id quod *Gal.* quoque *docet l.3. de loc. aff. cap.* 13. dicens, hunc affectum procreâri, nervorum principio ſe ipſum quatiente, quo ea, quæ noxia ſibi eſſe ſentit, excutiat. *Instantia.* *At dices*: Cum per unum nervum deferatur ſentiendi & movendi facultas, non poterit motus in Epilepſiâ perſiſtere, ſenſu exſtincto? *Reſp.* ad ſenſionem, duobus opus eſt, & organi alteratione, & hujus alterationis perceptione: at hìc ſenſus communis præpeditus eſt, & alterationem in inſtrumento factam non percipit. Cæterùm motus convulſivi mentione, hìc notanda & obſervanda convenientia, quæ Epilepſiæ intercedit cum convulſione, quæ in eo conſiſtit, *Convenientia convulſionis cum Epilepſia.* quod, ut loquitur *Gal. 3. de loc. affect. cap. 5. & l. 2. de cauſ. ſympt. ca. 2. & 5. ut & lib. de Tremore, cap. 8. nec non 1. de motu muſcul. cap. 2. & 5. lt. 6. aph. com. 39. & lib. 3 de uſu part. cap. 9.* quemadmodum & *lib. 11. de uſu part cap. 4. & 8.* per utramque ὁμοίως ταῖς καθ' ὁρμὴν κινήσεσιν ἢ ταῖς κατὰ προαίρεσιν ἐνεργείαις τῶν μυῶν ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς, ἢ πρὸς τὰς ἰδίας ἀρχὰς ἀνελκομένων, τάσις γίγνεται, id eſt, æque ac in motu arbitrario fiat muſculorum verſus ſua capita aut principia contractio, oppoſitorumque muſculorum relaxatio, præter tamen noſtram voluntatem, ac modò non eo modo, quo riſus interdum nobis invitis ſolet fieri, eâque contractione συνεπισπᾶσθαι τοῦ σώματος τῶν μορίων ἕκαστον, εἰς ὃ καταπεφύκασι, id eſt, ſimul attrahuntur partes ſeu articuli, in quos muſculi inſeruntur. Conſtat enim omnem ſpontaneum ſeu voluntarium motum immediatè à muſculis, quibus nervus inſeritur, ceu ὀργάνοις προαιρετικοῖς ut à *Philotheo* vocantur, proficiſci. Soli enim hi, naturaliter ſe habentes, ad voluntatis nutum moventur ac quieſcunt, nec ſine muſculis motio ulla arbitraria in nobis editur, quemadmodum ſenſus ipſe ac experientia ſatis commonſtrat. Quandoquidem ergò illi non minùs in Epilepſia, quàm in convulſione præternaturaliter afficiantur, læſionemque, quæ ab eorum contractione involuntariâ dependet,

ſuſtineant non vulgarem neceſſariò concludendum, maximam horum duorum affectuum inter ſe eſſe ſimilitudinem ac convenientiam, nõ tamen identitatem, cum in Epilepſiâ ſolo robore naturæ, à morbifica tamen cauſa irritatæ, nervorum principium ſe concutiat ad noxiam materiam expellẽdam; in Convulſione verò propriè ſic dicta, vi morbi tantum, citrà naturæ adminiculum ac ſuppetias, ejuſmodi contractiones nervorum ac muſculorum fiant, illæſa ferè manente principis facultatis operatione, non tàm reſpectu ipſius Cerebri, quàm partium nervoſarum, quæ propter exinanitionem vel repletionem nimiam variis modis convelluntur, teſtè *Gal. 2. de cauſ. Symptom. 1. cap. 1. & 2. & 3. de loc. affect. cap. 5.*

CAPUT IV.

Ad quod morborum Genus, Epilepſia ſit referenda, ſecundum Hermeticorum doctrinam.

HErmetici Philoſophi, ut in eruendis conſtituendisq; aliorum morborum differentiis, ita & in aſſignando Epilepſiæ ſuo genere, longè aliter quàm Galenici procedunt, & diverſam ab his amplectuntur doctrinam. Solemne autem ipſis eſt, ex tribus illis, ut vocant, principiis hypoſtaticis, *Sale* nempè, *Sulphure & Mercurio*, omne morborum genus adſtruere, ità ut nonnulli morbi dicantur Salini, alii Sulphurei & alii deniq̃ue Mercuriales, nec præter hos, ullos alios admittunt, additâ nimirum hàc ratione, Entia temerè non eſſe multiplicanda, & proindè ultrà tria dicta genera, utpotè ipſis rerum omnium naturalium principiis egregiè reſpondentia, plùra nec poſſe nec debere conſtitui ac introduci, quandoquidem omnes morbi, teſte *Hippocr. lib. de loc. in homine*, non niſi ex principiorum diſſidio oriantur. Omnes autem res corporeas, ſublunaris hujus mundi theatri, ex modò dictis conſtare principiis vitalibus activisq; & in eadem quoq̃ue intereuntes, denuo reſolvi, experientia omnium rerum magiſtra luculentiſſimè it comprobatum. Undè negandum minimè erit, hominem quoque ceu *Μικροκόσμον*, utpotè in quo, ceu compendio quodam, totum illud, quod in Macrocoſmo circumcircà diffuſum continetur, analogicè contractum fuit, ex iiſdem compoſitum ſeu conſtructum fuiſſe. Siquidem omnes operationes ſingulares ab illis velut inſtrumentis promanãt, quæ cum diverſimodè ſint elaborata.

rata, conjuncta & unita, & exindè proprias ac certas functiones, Virtutes ac operationes fundant, quæ tamen ab unicâ ſubſtantiali formâ in unum compoſitum formentur, quæ rerum facultates non deſtruit ſed perficit, mirum nõ eſt, mixtum multas ſibi contrarias operationes adſciſcere, quæ pro vitâ & morte prælientur. Hinc ergò conſequitur, quamdiu principia illa, naturalem ſuam moderationem in corpore ſervant, & illabefactata manent, hominem ſuaviſſimo ſanitatis inculpatæ fructu frui jugiter, iiſdem verò à ſuo naturali ſtatu recedentibus, vel minùs rectè ſe habentibus, protinus expulſa ſanitate, ingens morborum diverſiſſimorum agmen ſuccedere ac ingruere. Et primò quidem *Mercurius Microcoſmicus* (quo minimè vulgare illud Hydrargyrum, ſed vel liquida ac fluida, Vel aerea vaporoſa ac ſpirituoſa ſubſtantia intelligenda reliqua duo principia, actionum frequentia ad ſiccitatem & ſenium in horas feſtinantia, aſſidua irrigatione refocillans, mixtionemq; faciliorem reddens,) ſi pravè fuerit affectus, ſanè pro ratione majoris vel minoris ſuæ declinationis à *συμμετρία*, varios quoque ex ſe, modò mites modò atroces procreabit morbos, qui quidem omnes, à proprio ipſius nomine appellationem ſortiti, Mercuriales dicuntur, adeò ut tot omninò conſtituendi ſint morbi mercuriales, quod modis ☿ à naturali ſuo ſtatu exorbitat, id quod tradente *Paracelſo in Paramir.* tribus potiſſimum modis contingit. 1. deſtillatione. 2. ſublimatione. 3. præcipitatione. Ità ſi *Sulphur* (per quod omne vel halituoſum, vel pingue, reſinoſum & inflammabile accipiendum) corporis noſtri vitioſum fuerit redditum, & à limine mediocritatis exorbitaverit, id quod nimia ejus exaltatione, attenuatione, diſſolutione ac conflagratione fieri poteſt, ſulphureos ex ſe gignet morbos, ut ſunt omnis generis febres, pleuritides, peripneumoniæ, aliæque ejuſmodi inflammationes, quas in claſſem ſimplicis intemperiei calidæ cæteri Medici reponunt. Denique ſi *Sal* (cujus nomine craſſior omnis, ac terreſtris ſubſtantia intelligenda) aliquo modo peccaverit, id quod quidem quadrupliciter accidere poteſt, Reſolutione videlicet ejus: calcinatione: reverberatione & alcalizatione, tunc ſalini indè exorientur morbi, qui tamen non omnes ejuſdem ſunt generis, ſed pro qualitate transmutationis ipſius Salis, illi quoque diverſimodè ſe habent.

Quibus ità præmiſſis ac declaratis, videndum nunc, ad quodnam

genus dictorum morborum Jatro-
chymici Epilepſiam referunt. Sanè
inter Sulphureos illam locum ha-
bere non poſſe indè facilè apparet,
quod hicce affectus cum nullo ca-
lore excedente, vel phlegmone ſit
conjunctus, nec febrilis ardoris in
eo aliqua ſeſe prodant indiria,
quod ſanè fieri neceſſe eſſet, ſi pars
aliqua ſulphurea vel in maſsâ ſan-
guineâ, vel in aliis humoribus ex-
ardeſceret, ac incenſa conflagra-
ret. Præterea videmus, hoc morbo
correptos, paulò poſt ad ſe redire,
nec paroxyſmum in longum tem-
pus protrahi, ſed eundem cito ſol-
vi ac terminari, quod aliàs fieri
non poſſet, ſi materia ſulphurea
accenſa, cauſam huic paſſioni præ-
buiſſet, utpotè quæ non ità citò
diſſipari aut abſumi, ſed propter
ſuam viſcoſitatem ac pinguedi-
nem, longiori tempore reſolutioni
reſiſtere ſolet, id quod compro-
bant abundè febres, aliæq; partium
humani corporis tùm externarum
tùm internarum φλόγωσες ſeu in-
flammationes. Relinquitur ergò
Epilepſiam familiæ morborum vel
Mercurialium vel Salinorum ac-
cenſendam eſſe. Et quidem *Mer-*
Epilepſia morbus Mercurialis. *curialem morbum*, illam propriè
dici debere, convincitur, tùm ex
ſubjecto, cui inhæret, tùm ex cauſa
materiali. Subjectum ipſius Caput
ſeu Cerebrum eſt, hoc enim com-
paratione factâ ad Cor, Epar, alia-
que principalia viſcera, frigidiſſi-
mum ac humidiſſimum ſtatuitur,
teſte etiam *Hippocr. in lib.* περὶ ἀρ-
χῶν, qui Cerebrum μητρόπολιν τῦ
ψυχρῦ, καὶ τῦ κολλώδεος hoc eſt,
ſedem atq; metropolin ejus, quod
frigidum humidum ac glutinoſum
exiſtit, appellat. Undè quemadmo-
dum Sulphuris imperium in Cor-
de præcipuè firmatum eſt, Salis in
Epate, ita & ☿ propriè in Cerebro
reſidet, & ob id ei meritò illius aſſi-
gnatur dominium, ob inſignem
ſcilicet frigiditatem & humidita-
tem externam, quâ cætera princi-
pia longè ſuperat & excellit, quem-
admodum id multorum præſtan-
tiſſimorum Medicorum teſtimo-
nium & autoritas confirmat. De-
indè & *Mercurialis*, dici poteſt hic
morbus, *ratione cauſæ materialis*,
quæ in liquidâ ſeu vaporosâ quâ-
dam ſubſtantiâ, ſeu ☿ali liquore,
utpotè hunc affectum immediatè
procreante, conſiſtit. Hic enim vi
caloris aut frigoris interdum à re-
bus intrinſecis vel extrinſecis exci-
tati de ſtatu ſuo deturbatus ac trãs-
mutatus, inq; ſummum ſubtilitatis
gradum exaltatus, ſicq; à Sulphure
& Sale, quibus arctè anteà conjun-
gebatur, quorumq; vinculis actio
ipſius libera coercebatur, ſeque-
ſtratus, malitiam ſuam poſteà ex-
peditiſſimè exercet, corporiq; ſum-

mè nocivus redditur. Hiſce addatur & *tertia ratio*, quod nimirum ad
3. extirpationem ac profligationem hujus tàm horrendi mali, à Medicis plerumque in ſubſidium vocentur ejuſmodi medicamenta, plus de naturâ ☿ali, quàm Sulphureâ aut Salinâ participantia, ut ſunt: Spiritus Vitrioli, Spiritus Ceraſorum & florum Tiliæ, Aqua Picarum, Hirundinum, Pœoniæ, liliorum convallium, Liquor Cornu cervini, & id genus alia. Quæ ſanè argumento ſunt, ex ☿ali principio, hunc morbum potiſſimum generatum, cum ſui ſimilibus remediis, liquoribus ſcilicet mercurialibus perfectè curetur. Quamvis in totum quoq; non eamus inficias, aliqua ex parte, *Salinum* etiam morbum indigitari poſſe Epilepſiam, cum ſublimationem illam ☿ microcoſmici ſine Salibus fieri ac perfici vix veriſimile videatur, cum pungant meninges, & quia adteſtante experientia inſultus Epileptici in nonnullis ad extremam uſq; ſenectam, imò ad ſepulcrum uſq; perdurent, nec antè obitum deſinant, idcircò neceſſe omninò eſt, Epilepſiam de Sale, tamquam de ſtabiliore principio non nihil participare. Sal enim, teſte *Quercetano in Tetrade*, inter 3 illa principia hypoſtatica fixiſſimum eſt, in eoque firmiſſimæ tincturæ ac impreſſiones delitescunt, undè fit, ut liquoribus & oleis animalium terrâ abſumptis, Oſſa, ſalium domicilia, ipſaque propè tota Sales, licet exſiccata, fixa tamen firmaque ſola ſuperſtent, nullâ temporis ſerie expugnabilia aut vincenda &c.

Epilepſia etiam morbus Salinus.

CAPUT V.

De proprio ſubjecto, ſeu loco affectu Epilepſiæ.

CUM Medici induſtrij & prudentis officium ſit, non ſolùm in eo laborare, ut, quo morbo præcipuè æger afficiatur, cognitum ac perſpectum habeat, ſed & in hoc incumbat, neceſſe eſt, ut partem primariò affectam diligenter exploret atque cognoſcat, quo illi convenientia medicamenta applicare queat, ſiquidem partium affectarum diverſitatem, curationem non parum variare, nulli non, vel leviter Orgiis Medicis initiato notum eſſe putamus: Idcircò & nos reprehenſionem aliquam minimè incurſuros judicavimus, ſi priuſquàm progrediamur, de truculenti hujus morbi proprio ſubjecto ſeu parte affecta, qualemcumque συζήτησιν hîc inſtitueremus. Quoniam autem illorum ſignorum, quibus in ſedis alicujus affectæ cognitionem ducimur,

teſte *Gal l.1.de loc.affect.ca.5.* quintuplex exſiſtit differentia, quarum 1.ſumitur ab actione læſa 2. ab excretis 3.à ſitu 4. à doloris proprietate 5.à propriis accidentibus, capropter nunc conſiderādum, quænam harum, locum affectum in hoc morbo, digito quaſi nobis monſtret ac detegat. Eſt autem illa, quam primo loco poſuimus, nimirum actio læſa; Quia verò ut ſuprà dictum, ſenſitivæ potiſſimum actiones omnes unà cum motrice, extremè in Epilepſia dejiciuntur, longèque graviorem læſionem, quàm reliquæ functiones patiuntur, ob id neceſſariò concludendum, Cerebrum ſeu *ἰδιοπαθειχῶς* ſeu *συμπαθειχῶς* affectum, primarium ſeu principale hujus morbi ſubjectum eſſe, ſiquidem illud autoritate *Galeni l.1.de cauſ.ſympt. ca. 8.ut & l.2.de cauſ ſymptom.cap.3.* Item *Tralliani lib.1.ca.15.* aliorumq; Medicorum, *πάσης τῆς αἰσθήσιος καὶ κινήσιος οἷον πηγή τις* id eſt, omnis ſenſus motusq; quidam veluti fons, primumvè principium exſiſtit, nec ulla alia pars corporis noſtri reperitur, à qua ſimiles operationes proficiſcantur. Quapropter & *Avicenna 1.tertij tract 5.cap. 7, Gal.lib.4.de differ.morb. cap. ult. & Aetius* uno aſſeruerunt ore, Cerebrum ſolum in Epilepſia affici, quibus & cæteri Medici omnes, cum veteres tùm recentes, ſine ulla contradictione adſtipulantur, unico excepto *Quercetano*, qui in Tetrate circa finem cap.8. ſingularem planè ac novam commentus opinionem, apertè ſtatuit ac docet, in quibuſdam Epilepſiis non Cerebrum, ſed Cor primariò ac per ſe affici, Galenum inſuper erroris maximi inſimulans, quaſi perperàm ſedem hujus morbi propriam in Capite & non in corde collocaſſet.

Quercetani opinio de ſubjecto Epilepſiæ.

Rationes verò, quas pro ſtabilienda ſua ſententia adducit, ferè hæ ſunt. 1. In Epilepticis motibus, videmus non minus cordis functiones, imò magis quàm Cerebrum affici ac vitiari, cui rei argumento eſſe poſſunt, magnæ illius viſceris palpitationes, pulſuum perverſiones, ſuffocationes, ſyncopæ & animi deliquia. Ergò Cordi potiùs quàm Cerebro locus affectus adſignandus. 2. In omni corporis affectu pars illa non eſt primò affecta, cujus actiones manent integræ genito jàm affectu. Atqui in quibuſdam Epilepſiis interdum imaginatio & memoria, aliàs viſus & auditus (actiones Cerebri) manent integræ genito affectu. In illis igitur Cerebrum primariò non eſt affectum, atque hinc ſequitur in Corde potiùs quàm in Cerebro quærendam Epilepſiæ primariam ſedem, eamque non ſemper in Cere-

Rationes Quercetani.

bro

bro collocandam eſſe. Verùm Rationes iſtæ tanti ponderis non ſunt, ut à communi, & ab omnibus hactenùs recepta ac comprobata ſententia diſcedere nos cogant.

Refutatio rationum harum. Num *primam* quod attinet; etſi nô inficiemur, fieri poſſe, functiones Cordis in Epilepticis convulſionibus vehementiſſimè percelli ac impediri, id tamen non ſemper ac perpetuò, ſed interdum ſolummodò obvenire, intrepidè aſſerimus. Nam plures huic malo obnoxios videre licet, in quibus neq; palpitationis neque ſuffocationis, neq; deliquii alicujus ſigna evidentia ſeſe offerant, quæ ſanè neceſſario côſequerentur, ſi Cor, tamquàm principale ſubjectum, ab acrimonia ſeu malignitate materiæ morbificæ peteretur ac laceſſetur. Et dato, non tamen conceſſo, in omni Epilepſia; vitales Cordis actiones corrumpi ac depravati; id tamen non per *ἰδιοπάθειαν*, ſed per *συμπάθειαν* accidit, ob retentas ſcilicet fuligines: vel ſi primus mali fomes à Corde Cerebro communicetur, non ipſius morbi, ſed cauſæ antecedentis *τὸ πρῶτον πάσχον* erit, quia ut concors eſt omnium Medicorum ſententia, niſi vapor ipſum occupet Cerebrum, vel in id adſcendat, aut meninges cum Spinalis medullæ initio pungat, vellicet ac irritet, morbus Comitialis numquàm generatur. Ità & *altera Quercetani ratio* admodùm vacillat, ac ruinoſo ſuperſtructa eſt fundaměto, dum aſſerit, in quibuſdam Epilepſiis, interdum *φαντασίαν* ac memoriam, interdum ſenſus externos, ut viſum, auditum &c. manêre integros ac illæſos, & ob id primum ſeminarium ſeu fomitem hujus mali Cerebro neutiquàm inhærêre. Cui *reſp.* Concedi hæc quidem poſſe de imperfectis ac levibus acceſſionibus Epilepticis, ſeu de ejuſmodi affectibus, cognationem ſeu adfinitatem aliquam cum morbo Caduco habentibus, & ſpeciem ejus quadamtenùs mentientibus, ut ſunt, nonnullæ Vertigines, ſpaſmi, incubus, Catalepſis, & ſimiles alii, quibus propriè à Medicis nullum impoſitum eſt nomen, non verò de perfecta ac confirmata Epilepſia, in qua perpetuò omnium ſenſuum cùm externorum tùm internorum, manifeſtiſſima læſio deprehenditur. Præteréà arbitramur, diſtinguendum inter Epilepſias, quæ proprio Capitis ſeu Cerebri vitio fiunt, & primariò ab eo originem ducunt, & inter illas acceſſiones, quæ per conſenſum ſeu vitio aliarum partium excitantur, quarum illas ſemper cum ingenti animalium functionum, mentis nimirum ac ſenſuum omnium abolitione; has verò nonnunquàm abſque ea-

rumdem inſigni alteratione ſeu depravatione contingere, affirmare non dubitamus, Quod confirmatur hiſtoriâ illius Virginis, cujus meminit *Eraſtus in anat. libr. Montani*, inquiens: Curavi nobilem virginem, cui ex intervallo crus dextrum cum brachio diſtorquebatur, non tamen concidebat, & in paroxyſmo ad interrogata ſatis aptè reſpondebat, & ſibi relicta ridebat & aliena loquebatur &c.

Impugnãtur rationes Quercetani cõtrarijs argumentis.

Tandem Quercetani aſſertioni de ſubjecto Epilepſiæ, opponimus hanc noſtram Negativam, illiusque Rationes, contrariis hiſce argumentis ſubruimus ac evertimus.

1. 1. Si Cor ſemper pro principali ſede illorum morborum habendum eſſet, in quibus manifeſtiſſima ejuſdem præternaturaliter affecti ſigna apparent, ſequeretur, illud, non minùs quoq; Apoplexiæ, Præfocationis Hyſtericæ, Scorbuticæ paſſionis, melancholiæ Hypochondriacæ &c. quàm Epilepſiæ πρῶτον δεκτικὸν ſtatui debere. (Ratio: *Quia in omnibus hiſce affectibus, cordis palpitationes, lipothymia, Syncopa, ſuffocationes, pulſuum perverſiones, aliaq; ejusmodi ſymptomata deprehenduntur*) At Conſequens falſum eſt. Ergò & Antecedens

2. 2. Si in Epilepſiis Cor principaliter affectum eſſet, ſequeretur, huic potiſſimum, neutiquam verò Capiti ſeu Cerebro remedia eſſe applicanda. (Ratio: *Quia methodica alicujus morbi curatio in eo conſiſtit, ut parti affectæ principaliter, minori habitâ ratione illius membri ſeu viſceris, quod per conſenſum laborat, medicamentis idoneis, ſeu extrinſecùs adhibitis, ſeu intrinſecùs uſurpatis, ſuccurrere quantocyùs ſtudeamus.*) At Conſequens non minus ἄλογον ſeu abſurdum, quàm ſtolidum ac ridiculum eſt, Ergò & Antecedens.

3. Si propria ac primaria Epilepticarum convulſionum ſedes, Cor eſſet, ſequeretur, ab adhibitis Cordialibus, Cordiq; auxiliis ſpecificis ſeu appropriatis afflato robore, acceſſiones. Epilepticas vel omninò impediri, aut ſaltem minui, vel in totum profligari, ſicque ægrotum ab iiſdem liberari debere. At Conſequens refellit ipſa experientia, nec ullum apud probatos Autores reperire licet Exemplum alicujus Epileptici, ſolis præſidiis cordialibus adjuti, & ab hoc morbo integrè reſtituti Ergò &c. 3.

4. Si Cor pro principali parte affectâ in Epilepſiâ ſit ſtatuendum ob id nimirum, quod gravem ſuſtineat læſionem, nihil prohibere videtur, quo minùs & Caput ſeu Cerebrum, pro ſubjecto Syncopis ſit habendum (ratio: *Quia & in Syncope ſeu deliquio animi, ſenſus graviſſimè* 4.

viſſimè ſunt affecti. At Conſequens falſiſſimum Ergò & Antecedens.

5. Si proprium ac principale ſubjectum Epilepſiæ Cor eſſet, ſequeretur, idem, Syncopæ, palpitationis, lipothymiæ & ſimilium affectuum fieri improprium (Ratio: *Quod enim uni morborum, ſub uno eodemq́, genere comprehenſorum, proprium ac genuinum eſt ſubjectum, id alteri diverſi generis, commune evadere nequit: aliàs ſi hoc fieret, tunc illud ſubjectum non ampliùs proprium, ſed commune diceretur.*) At Conſequens falſum. Ergò & Antecedens.

CAPUT VI.

Quænam Cerebri pars in Epilepſiâ afficiatur.

Cum itaque ex præcedentibus ſatis ſuperque conſtet, Cerebrum, principalem morbi Comitialis eſſe ſedem, illud autem partium diverſi generis ſtructurâ mirabiliter ſit efformatum, ita ut præter membranas quibus involvitur ac circumdatur, in eo non ſolùm diſtincti meatus, cavitates ac Ventriculi, verùm etiam multiplices nervorum exortus ſeu propagines, nec non varii venularum & arteriolarum textus labyrinthæi, ut & corpora quædam calloſa ac glandoſa (ut ex ſectione anatomicâ patet) reperiantur ac conſpicua ſint, idcircò operæ pretium fuerit diligenter hîc inquirere, atque inveſtigare, quænam potiſſimum harum partium, in morbo iſto, præ cæteris magis afficiatur atque laboret? vulgata hactenus omnium ferè Medicorum fuit ſententia, non ſubſtantiam ipſam, ſed ventriculos tantùm Cerebri noxam pati graviſſimam, quatenùs nimirum à frigido, viſcido ac mucilaginoſo humore obſtruuntur, ſicque morbum potiùs inſtrumentalem, & quidem in viâ, quàm ſimilarem indè generari, id quod colligere licet ex verbis *Hippocr. lib 6. Epidem.* dicentis: Melancholicos magnâ ex parte fieri Epilepticos, & contrà Comitiali laborantes, effici melancholicos. Cujus rei hanc rationem addit, ſi enim melancholia tranſit in corpus, Epileptici fiunt, ſi verò in ventrem, redduntur melancholici. Et *Gal lib. 3. de loc. affect.* inquit: Sicut craſſus ac pituitoſus ſuccus facit morbum comitialem, ità etiam ſuccus melancholicus facit morbum caducum, ſcilicet ſi in ventriculis Cerebri continetur. Quod item teſtatur quoque *lib. 2. de cauſ. ſympt.* dicens: Apoplexia & morbus comitialis fiunt ob coacervationem pituitæ in ventriculis Cerebri, ideò eorum ge-

generatio ſubitanea eſt, ut & eorum ſolutio, tàm ſubitaria autem generatio & ſolutio, ob intemperiem aliquam ſubſtantiæ Cerebri fieri nequit, & ideò *lib. 3 de loc. affect.* ſubjungit: Velox ejus diſcuſſio declarat, quod craſſus ſuccus hunc affectum generarit, tùm meatum Spiritus in cerebro obſtruxerit. In quibus verò Cerebri ventriculis hæc obſtructio conſiſtat, & nùm omnes ſimul an aliqui tantùm afficiantur, non ſatis conſtat inter Medicos, tùm antiquos tùm recentiores, ſed hâc de re admodum inter ſe ſententiis diſcrepant, quin ipſemet quoque *Gal.* non ubique ſibi conſentire videtur: Sunt enim primò nonnulli, qui ſtatuunt, primam ſeu anteriorem cavitatem magis obſtrui, ſuffragante *Gal lib. 3. de loc. affect. cap. 7. Lib. de Symptom. differ. cap. 3. & 1. de cauſ. morb. cap. 8.* Item: *Avicennâ tract. 5. cap. 8. & Ariſtot. in lib. de ſomno & vigil.* cum nimirum in facie & viſu ſigna hujus affectionis primitùs appareant & φαντασία perturbetur, ratio verò & memoria durante paroxyſmo, corrumpantur. Quidam verò mediam aut poſteriorem cavitatem primò affici contendunt, teſte *Gal. lib. 4. de loc. affect.* dicens, Craſſus ac pituitoſus ſuccus ſeu melancholicus, morbum comitialem efficit, ubi in meatibus ventriculorum retinetur, ſive is medius ſit ſivè poſtremus. Cui quoque adſtipulatur *Altimarus in ſuâ Praxi,* in hæc verba ſcribens: Non anteriores, ſed vel medium vel poſtremum ventriculum Cerebri in Epilepſia affici, id colligi poteſt ex læſione illius loci, undè animalis Spiritus proficiſcitur, qui proprium animæ inſtrumentum. Is autem animalis Spiritus, quo perficiuntur omnes actiones animales, potiſſimum in medio vel poſtremo Cerebri ventriculo continetur. Igitur cum ille inibi contineatur, tamquam autor harum actionum, hæ verò actiones deficiant, judicatur, non anteriorem, ſed medium vel poſtremum ventriculum affici, quod ex iis, Spiritus animalis non prodeat, qui prædictas actiones animales perficere debet. Et quamvis concedamus, anteriores cerebri ventriculos, Spiritum animalem præparare, non autem præparatum ac confectum continêre, veluti poſteriores. Et *Jacobus Sylvius de med. mal. tab. 74.* dicit: fit Epilepſia ab humore pituitoſo vel melancholico, Cerebri ventriculum medium aut poſtremum obſtruente. Denique alii antícos & poſtícos Cerebri meatus ſimul occupari oppinantur, ut patet ex *Gal. l. 4 de loc. affect. cap. 2.* qui & *Epidem. 6. aphor. penult.* initij ſpinalis medullæ meminit, quaſi

illud.

Sententia propria. illud in hoc morbo primariò afficiatur. Nos verò relictâ tantâ opinionum varietate, eâq; fusq; deq; habitâ, ſtatuimus, in morbo comitiali non minùs ipſam Cerebri ſubſtantiam, quàm ejuſdem meninges, ac ventriculos, tàm anteriores, quàm medios ac poſtremos graviter infeſtari atque affici poſſe, vel ut partes organicas, nullam tamen (ut vulgaris Medicorum fert opinio) à craſsâ & corporeâ aliquâ ſubſtantiâ, obſtructionem patientes; vel ut partes ſimilares, ſenſuq; exquiſito præditas, quatenùs nimirum illæ non intemperiei primarum qualitatum ſint ſubjectæ, ſed quatenus ab acrimonia, mordacitate vel malignitate auræ pernicioſæ vellicatæ, aut in ſe contractæ corpus univerſum violenter concutiunt, Spirituumq; liberum fluorem in nervoſas partes ſiſtunt ac intercipiunt, ut latiùs in ſequentibus dicemus. *Ventriculi Cerebri quoq; ſenſiles ſunt.* Præter meninges autem, etiam Cerebri Ventriculos ſenſu tractus præditos eſſe (quod paradoxon alicui videatur) ſatis demonſtrari poſſe putamus ex tenuiſſima illa membranula, per illorum interiorem ſuperficiem expanſa ſeu diducta, cujus quidem luculentiſſimam mentionem facit *Thomas Eraſtus parte 4. diſput. adverſus Paracelſ.* hiſcè verbis: Etſi Cerebri corpus membranis nudatum, nihil ſentit, ex eo tamen nullus debet inferre, ventriculos etiam omnis ſenſus expertes eſſe. Nam interior illorum ſuperficies tenuiſſima membrana veſtita inductaq; eſt, cujus ratione, ſi quis aliquantulum ſentire eos dicat, non abſurdè facere videtur. Etſi verò in quâ parte nervulum ea membrana accipiat, nondùm exploratum habeam, non tamen non hûc animus inclinat, ut propter ipſam, ſenſum ei aliquem adeſſe credam. Negant Anatomici, ventriculorum partes, membranâ tegi, ſed nec me cujuſquam movet & movere debet autoritas, ut in ſenſibilibus contrà ſenſum aliquid pronunciem. Secuit nuper D. Ant. Fr. Pigafettus Anatomicus clariſs. caput bovis, in quo adeò dilucidè & clarè hanc membranam nobis monſtravit, ut porrò dubitare non poſſim. Idem poſt aliquot dies eamdem membranulam in recenter mortui pueri capite tàm oſtendit manifeſtè, ut manifeſtiùs vix aliquid demonſtrari poſſe putem. *Hactenus Eraſtus.* Et hujus membranulæ videtur aliquam quoq; cognitionem habuiſſe *Gal.* dùm in *in lib. de organo odor. cap. 4.* hiſtoriam cujuſdam recenſet, quem cum Nigellam tenuiſſimè tritam, veteriq; oleo permiſtam, ore & naribus excipiendam juſſit, gravem in Cerebro perſen-

ſiſſe morſum teſtatur, quod evidenti (inquit) argumento fuit, nigellæ medicinam ad Cerebri ventriculos perveniſſe, quæ membranæ tenui inhærens, dolorem itâ excitârit.

CAPUT VII.

Num ſolus Homo Epilepſiâ tentetur, an verò cætera quoq; animalia, huic morbo ſint ſubjecta?

ANtequàm ulteriùs progrediamur, non abs re fuerit, Quæſtionem non minùs ingenioſam, quàm jucundam & utilem hîc ventilâre, Num ſcilicet homo ſolus Comitiali morbo corripiatur, an verò alia quoque animalia eidem ſint expoſita atque obnoxia? Dubitandi de hoc aliquâ ex parte anſam dedit Princeps Philoſophorum *Ariſtoteles in ſuis problem. ſect. 10. probl. 49.* ubi quærit: Undè ſit, quod uni tantùm animalium cunctorum (intellige hominem) oculi per limitatem (ſcilicet in Epilepticis convulſionibus) depraventur? Quo quidem erotêmate non obſcurè innuere ac ſtatuere videtur, ſolum hominem tàm fœdâ calamitate rapi, reliquis animantibus ab eâdem prorſus immunibus.

Argumenta docentia Epilepſiâ ſolũ corripi hominem.

1. Nec ſanè hæc ipſius aſſertio, omni quoque caret probabilitate, aut ratione eſt deſtituta. Nam cum Epilepſiæ (de verâ & perfectâ loquimur) proprium videatur, hominem, quem corripit, non ſolùm omnium ſenſuum cùm internorum tùm externorum, functione decenti calamitosè exſuere, verùm etiam mente, ratione, diſcurſu ac intellectu eumdem penitùs privare; unicuivis autem manifeſtè liqueat, hiſce, ratione nimirum ac intellectu, animâtia bruta prorſus carêre & expertia eſſe, idcircò jure merito hinc quis inferat, morbum hunc ſolius hominis debere vocari proprium, nec illi cum reliquis animantibus quidquam commune eſſe. 2. *Quibus accedit & hoc*, cum ut ex præcedentibus conſtat πρῶτον πάσχον ſeu primaria ſedes Epilepſiæ ſit Cerebrum, hujus autem moles in homine longè exiſtat amplior, quàm in brutis, (adeò, ut ſecundùm *Andreæ Laurentij in Operis ſui Anatom. lib. 4. ca. 8.* aliorumque præcellentiſſimorum Anatomicorum aſſertionem, unicum hominis cerebrum, duobus Boum cerebris grandius ſit) eáque ad plures non naturales & excrementitios humores congerendos ac coacervandos, nec non ad alia pravorum vaporum ac malignarum exhalationum genera citiùs faciliùsque attrahenda, inque

ſe recipienda, magis apta ac diſpoſita ſit cerebri portione exiguâ, quæ in cæteris animalibus reperitur, eapropter hinc concludendum videtur, Epilepticis motibus humanum tantùm corpus ſubijci, cætera verò animalia eoſdem minimè ſuſtinêre. *Præterea* ſi hic morbus in cæterorum animalium genus præter hominem caderet, quidni & Apoplexiæ quoq; eadem eſſent obnoxia, hancq; paſſionem cum homine haberent communem? cum ſecundùm *Gal. doctrinam 2. aphor. 45* hæ duæ affectiones maximam inter ſe habeât affinitatē, tùm quoad locum affectum, tùm quoad cauſam efficientē, nec eſſentialiter, ſed accidentaliter tantùm, ſecundùm ſcilicet majorem vel minorem ventriculorum obſtructionem, inter ſe differant. At excuſſis omnium probatiſſimorum Medicorum monumentis, cum nullus umquàm (quod ſcimus) ἀναμφιβόλως aſſeruerit, aut certam indubitatamq; experientiam adduxerit, Apoplexia animalia ἄλογα corripi vel correpta fuiſſe, ſed omnes potiùs unanimi ore, contrariam hactenus tutati fuerint opinionē, morbum nimirum ſyderatum hominis eſſe proprium, nec bruta tāgere animalia, Idcircò idem quoque de Epilepſia omninò pronunciandum videtur, *Verùm probabilior omninò eſt ſententia eorum*, conſtanter aſſeverantium, malu cadûco præter hominem & cætera rapi poſſe animalia; Cum enim hæc eaſdem facoltates, tàm naturales ac vitales, quàm animales quoq; (ſola dempta ratione) cum homine habeant communes, nec in alimētorum coctionibus, aut humorum ac Spirituum generationibus utrobique ulla intercedat diſparitas, ob id maximè rationi conſentaneum videtur ſtatuere, bruta quoque iiſdem, quibus homo exponitur, affectionibus morbificis infeſtari, ac conſequenter ità, Epilepticis convulſionibus quoque tentari poſſe, Nec ſæpè ad hanc confirmandam opinionem, in animalibus tùm volatilibus, tùm terreſtribus, Medicorum ac Philoſophorum præſtantiſſimorum, quà veterum, quà recentium, deſtituimur autoritate. Et ut à *Plinio* ordiamur, *in lib. 10. cap. 23.* conſignatum reliquit, Comitiali morbo *Coturnices* affligi, ob quam cauſam à veterum mēnſis remotas fuiſſe ſcribit, ne ſcilicet, ſi iis veſcerentur, ſimiliter in hunc morbum incurſarent. Plinij autoritatem confirmat *Julius Solinus in polyhiſtore, ut & Aloyſius Mundella* ſcribens, à multis noſtro tempore obſervatum fuiſſe, Coturnices malo caduco corripi, Cui ſuffragatur celeberrimus ille ævi no-

Sententia eorum qui bruta animantia quoq; caduco tentari poſſe docent.

Coturnices Epilepticæ.

noſtri Philoſophus ac Medicus, *Ulyſſes Aldrovandus, qui in Tomo 2. admirandæ ſuæ Ornithol. lib. 13. cap. 22.* cauſam aſſignat, ob quam nimirum coturnix Epilepſia apprehendatur, hiſce verbis: Coturnicem avem eſſe Lunarem, nemo negabit, id quod demonſtrat capitis ſeu cerebri potiſſimum humiditas, quæ Lunari poteſtate augetur & minuitur, atque hæc potiſſima cauſa eſt, cur hæc avis Epilepſia corripiatur: undè dicebat Plinius, citante *Johan. Bapt. Portâ lib. 8. Phytogn cap. 10. 11. 12.* Caput coturnicis apertum, humidum eſt & fœtidum, & ob id Epilepſiæ obnoxium. Baptiſta tamen Mantuanus id ſimpliciter, in coturnice, nullam adſignans rationem, negat, uti videre eſt ex hoc verſu. Herculeo numquàm morbo afficienda Coturnix. Cujus tamen autoritas hîc nullum meretur punctum. Itâ & *Alaudæ* perhibentur ſæpè comitiali morbo laborare, teſte *Aloyſio Mundellâ lib. 3. cap. 23.* Et *Aldrovandus Tom. 2. Ornitholog. lib. 18. ca. 10.* Alaudæ (inquit) morbo expoſitæ comitiali dicuntur, & ideò qui huic affectui obnoxij ſunt, ab earum eſu abſtinêre jubentur, ut vidêre eſt apud *Dominicum Leonem in Art. Med. ſect. 1. lib. 2.* Similiter & *Gracculi atq; Accipitres,* eôdem affectus genere frequenter tentantur, ut conſtat ex *Jacobo Dalechampio, Brodæum* autorem citante, *in comment. in Plin. lib. 3. cap. 22.* idque vulgò paſſim ex eo creditur, quoniam veluti exſtincti, ex arborum tectorumvè culminibus in terram decidant, quod idem de *Picis ac Perdicibus* nonnulli referunt, teſte *Aldrovando, Tom. 1. Ornith. lib. 12. ca. 11. Aloyſius Mundella,* loco ſuprà citato, *Capos* etiam Epilepſiæ obnoxios eſſe prodidit, quemadmodum eodem malo affici *Paſſeres, Jacobus Olivarius lib. 12. cap. 32. & Bartholomæus Anglicus* tradunt, quibus conſentit *Aldrovandus Tomo 2. Ornithol. lib. 15. cap. 10.* inquiens: Paſſerem huic malo obnoxium eſſe facilè credimus, nō ſolùm quia Hyoſcyami veſcitur (id quod nonnulli volunt) verùm etiam propter frequentem coitum, nam & *Gal. in lib. Hipp. de morb. vulgar. comm. 5. aph. 26.* morbos omnes increſcentes (inter quos & comitiales recenſet) coitu exacerbati ſcribit. Prurîre autem libidine ferè continua coeundi Paſſerem, teſtatur *Orus Apollo* dicens: Eum ſæpiùs in hora fœminam inire, & abundanter ſemen emittere. Et *Ulyſſes Aldrovandus citato loco.* Ego (ait) qui omnia vidêre notareque ſemper ſtudui, plus quàm vigeſies, longè minoris temporis intervallo, fœminam compreſſiſſe conſperi, & pluties coitum adhuc repetiturum,

Alaudæ Epilepticæ

Gracculi & Accipitres Epileptici.

Capi & Paſſeres Epileptici

Mira Paſſerum ſalacitas.

turum, niſi illa locum mutaſſet. Quod confirmat quoq; autoritas *Scaligeri exercit. 269.* Paſſerculum (inquit) vidi, in cavum quoddam, plus decies ad fœmellam quam iniret, ex adverſo muro, puſillis interpoſitis momentis, advolaſſe. Undè *Clearchus*, Paſſerem non ſolùm viſa fœmina ſemen emittere, ſed etiam tantùm ejus audita voce. Pari paſſu ſi tranſeamus ad genus animalium terreſtrium ac quadrupedum, inter hæc quoque nonnulla deprehendere licet, quibus malum Epilepticum minimè parcit. Inprimis verò *Capras* & Oves eo morbo graviter vexari, *Hippocr. in lib.* περὶ τῆς ἱερῆς νόσου tradit, quod & confirmat *Vidus Vidius lib. 2. cur. membr.* Oves (ait) frequenter corripiuntur Epilepſia. Quia ut *Avicen. lib. 3. Fen. 1. tract. 5. cap. 8.* tradit, ſatis humidum ac pituita plenum Caput ſua natura obtinuêrunt, à quo humore, veluti & à craſſis flatibus facilè Cerebri ſinus occupantur. Quod idem *Plutarchus* profitetur de *Caprâ* potiſſimum, atq; eam ob cauſam, annotante *Joan. Heurnio in lib. de cap. affect. cap. 22.* Veteres Sacerdotes, ab ejus tamquàm animalis morbidi eſu abſtinuiſſe, quod guſtantibus aut tangentibus modò, aliquid ejus morbi affricari vererentur, quamvis contrà *Varro* neget, eam Epilepticam fieri. *Julius Cæſar Scaliger in comm. lib. Ariſt. de Plantis*, Canes etiam ea lue interiiſſe, ex ipſa experientia teſtatur, quemadmodum & *Cœlius Rhodiginus lib. 6. Antiquar. lect. ca. 7.* autor eſt, præter canes. *Feles* quoque & Arietem nonnunquam in hunc incidere morbum. *Abſyrtus* addit Equos; *Aldrovandus lib. 13. Ornith. Tom. 12.* Boves. Alii denique de aliis animalibus idem prædicant; quemadmodum *Hieronymus Montuus in Anaſc. morbor. cap. 15.* Ego (infit) non ſemel *Pſittacos, canes, ſimias & cercopithecos* ab Epilepſia convulſos vidi. Ex his igitur in medium hactenus adductis, & bonâ fide à nobis citatis teſtimoniis, omnibus ſatis ſuperq; conſtare arbitramur, malum Epilepticum, brutis animalibus cum homine eſſe commune, nec hunc ſolum eo tentari ac infeſtari.

Capræ & Oves Epilepticæ.

Capræ Epilepticæ.

Canes Epileptici.

Feles & Aries Epil.

Equi Epileptici.

CAPUT VIII.

De Differentiis Epilepſiæ, à ſe invicem, ſecundùm Galeni doctrinam.

Variæ ac multiplices, cùm ſecundùm Galeni, tùm aliorum quoque Medicorum doctrinam, Epilepſiæ in ſe propriè conſideratæ, ſtatui poſſunt differentiæ, non quidem ſpecificæ ac eſſentiales,

les, ſed accidentales dumtaxat ac communes.

1. Differentia, A parte affectâ.

Prima & poriſſima ſumitur à loco affecto, ita ut alia Epilepſia dicatur fieri per ἰδιοπάθειαν, ſeu eſſentiam Cerebri; alia per συμπάθειαν ſeu conſenſum aliarum partium. Idiopathia duobus accidit modis, vel per πρωτοπάθειαν, generatione nimirum cauſæ morbificæ in ipſo cerebro: vel appulſu ejuſdem cauſæ ab iis, quæ extrinſecus adveniunt: Vel per δευτεροπάθειαν, translata ſcilicet alterius partis vitio, cauſa, ad ipſum cerebrum, ſeu per criticam διαδοχὴν ſeu per ſymptomaticam μετάστασιν. Sympathica Epilepſia, duplici quoque modo generatur, nempè per ἐπιγένεσιν, quæ fit, cum cauſa morbifica per venas, arterias, & nervos à priore alio foco, undè promanat, transfertur in Cerebrum; & per ἁπλῆν μετοχὴν, quæ generis ſimilitudine, vel operis ſocietate, vel vaſorum vicinia intercedit, accidere ſolet. Hæc autem ſympathica Epilepſia, rurſus in 2. ſpecies ſubdividi poteſt, in *Analepſian* nimirum & *Catalepſiam* 1. *Analepſia* vitio ſuperioris orificii ventriculi utpotè valdè εὐαισθήτου καὶ εὐπαθοῦς ob (*Analepſia*) texturam membranarum nimis raram, accidit, qua Gal. lib. 5. de loc. affect. cap. 5. juvenem quemdam Grammaticum laboraſſe tradit, qui quoties vel σφοδρότερον ἐδίδασκεν, ἢ ἐφρόντισεν, ἢ ἐπὶ πλέον ἀσίτησεν, ἢ ἐθυμώθη morbo comitiali corripiebatur, idque non aliam ob cauſam, niſi ob εὐαισθησίαν orificii ventriculi, quod primariò affectum, Cerebrum quoq; poſteà ſecum in conſenſum trahebat. Ità & *Valleriola lib. 3. obſerv. 7.* ſimile ferè exemplum adfert nobilis cujuſdam fœminæ, Catharinæ Martinæ, quæ vitio ventriculi ſæpè derepentè acceſſione comitiali graviſſimè infeſtabatur. Ita *Foreſtus lib. 10. obſerv. 64.* meminit pueri 8 annorum, Epilepſia per conſenſum ſtomachi laborantis, Et *Fernelius in conſil. med. 7.* ponit exemplum Virginis, 23. annorum, ex ſympathia ventriculi, Epilepſia certis periodis correptæ. 2. *Catalepſia* verò præcipuè cùm externarum tùm internarum partium corporis vitio ſuſcitatur. Ad internas partes referendus. (*Catalepſia*)

1. *Uterus muliebris*, qui ratione vel aborſus, vel ratione ἐπισχέσεως τῶν καταμηνίων, vel ob aliam quamcunque propriam ipſius paſſionem, morbo huic fomitem ſuppeditare, cerebrumque ità propter (*Epilepſia ex utero.*)

ſpinam

ſpinam dorſi, cui ὑστέρα ἡ μήτρα διά τινων εὐτόνων δεσμῶν ἐπιδέσεις ἐχόντων νεύρων μυωδῶν προσήρτηται in conſenſum poteſt trahere. Cujus quidem Exemplum habet *Benivenius lib. 1. de abd. c. 97*, de puella quadam Aretina, quæ retentis menſibus incurrebat hunc morbum, illis autem prorumpentibus, malum ceſſabat. Et *Fernelius lib. 5. pathol. cap. 3.* non paucas (ait) novi mulieres quæ quoties utero geſtant, crebrò Epilepſiâ corruunt, expeditæ tamen nunquàm. *Leonhardus Jacchinus in comm. ad Rhaſin* ſe prægnantes aliquas Epilepticas vidiſſe teſtatur, quæ priùs ſanatæ non fuêre, niſi partu. Similiter *Joannes Schenkius in obſervat.* ſuis refert, ſe noſſe nobilem fœminam mediæ ætatis, difficilimis Epilepticis paroxyſmis, quoties uterum geſtavit, obnoxiam. Item *Franciſcus Hildeſius* ſcribit, ſe noſſe mulierem quandam in Miſnia, quæ quoties partus tempus inſtat, toties in Epilepticum paroxyſmum incidit, tamdiu durantem, donec infans in lucem prodeat, quæ tamen alio tempore Epilepſiæ non eſt obnoxia. Vide & Exemplum talis Epilepſiæ apud *Foreſtum lib. 10. obſervat. 66.*

Epilepſia ex liene.

2. *Lien.* Ex hoc Epilepſia quoq; prôvenire poteſt, ſi Lien, humorem melancholicum, qui quotidiè coacervatur, totum non recipit, vel receptû in majori male, quàm ferre poſſit, non extrudit, undè humor extrà propriam ſedem exſiſtēs, putredinem aliquam cum mala qualitate acquirit, cujus ratione naturæ infeſtus, ſtatis quibuſdam temporibus movetur, & ſurſum vapores malignos ad Cerebrum mittit. Undè *Antonius Valetius in ſchol. ad c. 16. lib. 1. Holler. de morb. intern.* narrat, Monacho cuidam Pariſienſi 30. annorum, è malè curato liene in febre continua, vaporem quemdam menſtruis intervallis cum tumultu exſiliiſſe, qui perveniens ad mammam ſiniſtram, modò pronus, modò ſupinus æger concidêbat ἄφωνος ſine ſenſu ac motu, & diſcuſſo paroxyſmo, oculos aperiebat, & manu locum dolentem oſtēdêbat. Exempla etiam Epilepſiarum ex Liene ortarum, vide apud *Barthol. Turrianū in βυληματ l. 4 c. 2 & c. 8.*

Epilepſia ex Veſicâ.

3. *Veſica. Michael Toxites in explic. 3. paragr. 3. lib. 3. Paracelſi,* Eſt mihi (inquit) nota mulier quædam, quæ Epilepſiæ paroxyſmum prævidet, itaque cum vel ad aquas lavat, diſcedit, vel ſi domi eſt, aut in eo loco manet, in quo eſt, aut in alium abit, mox urinam reddit, ubicumque eſt, deindè oculis apertis q. ſtupida hinc indè circumſpicit, & vel ſtat, vel ad colum accedit, vel aliquid hùc illud deferr,

Digitized by Google

vel ſedet, nihilq́; loquitur, & quid agat, planè ignorat: Et *Joan. Heurnius cap. 22. in lib. de morb. Cap.* Acceſſitus fui ad ægrum, Vir erat robuſtiſſimus, militiæ deditus, hic toto biduo, urinam non reddiderat, tremulus decumbebat, mens ægrè conſtabat ac lingua titubabat, à meridie in Epilepſiam incidit, nec rediit, ſed validis convulſionibus, vitam cum morte, ſequenti die commutavit.

Epilepſia ex Vermibus in inteſtinis.

4. *Inteſtina Vermibus referta:* indè enim ſæpiſſimè excitari poſſe comitialem morbum, *Rhaſ. lib. 1. contin. & Avicenna.* teſtantur, quemadmodum idem, propoſitis peculiaribus obſervationib9 comprobant *Foreſtus lib. 10. obſervat. 65. Martinus Rulandus Centur. 8. curat. 13. &* plures alii.

Epilepſia à partibus externis.

Deindè ad *externas partes* ſi tranſeamus, rationi omninò conſonum, in illis quoque humores quieſcentes putreſieri, ac venenoſam adquirere poſſe naturam, cujus tetri vapores ad cerebrum demandari, Epilepſiam inducunt. Teſtantur id varia Exempla, paſſim in Medicorum ſcriptis allegata. *Galenus l. 3. de loc. affect. cap. 7. & 2. de loc. aff. cap. 9.* memoriæ prodidit, ſe adhuc adoleſcentem, vidiſſe puerum 13. annorum, qui expoſuerit, ſibi auram quamdam frigidam è tibiâ ſenſibiliter per femur, & incumbentia ei ilia ac latera ad cervicem, & indè ad caput usque adſcendere, & Epilepticis convulſionibus cerebrum impetere. *Jacchinus comm. in Rhaſ. ad cap. de Epil.* Nos (inquit) adhuc pueri, in adoleſcente quodam, & in alio, jam 25. annum excedente, vidimus, qui referebant, præſentire ſe ſaltum quemdam, & noxam indicibilem circà crura. *Antonius Kaletius in ſchol. ad cap. 16. lib. 1 Hollerij:* Nobili Scoto florentis ætatis, è ſurâ dextrâ veluti gutta ctampa (ut vulgò appellant) incipiebat, indè totius corporis concuſſio cum ſpumâ &c. *Foreſtus lib. 10. obſerv. 68.* narrat; Præpoſitum quemdam, ætatis 52. inter divina, ſubitò Epilepticum in terram concidiſſe, quod malum, ut æger ad ſe rediens ipſe retulit, primò à pede ſiniſtro ortum duxit, à quo exhalationem quamdam ſubitò ſurſum repentem per femur ac inguina, indéque ad hypochondrium, & randem ad caput aſcendentem, ſenſibiliter percêpit. *Leonellus Faventinus cap. 11. de med. morb.* Habebam ſenem in curâ, à cujus digito adſcendebat vapor ad cerebrum, undè ille incidebat in Epilepſiam. *Braſſavolus comm. ad aph. 45 lib. 2. Hipp.* Nos uxorem N. curavimus, & priſtinæ ſanitati reſtituimus, à cujus auriculari ſiniſtræ manus per brachium materia movebatur ad caput aſcen-

Digitized by Google

ſcendens, quæ cum cerebrum attingeret, in comitialem morbum incidebat, *Trincavella lib. 3. cap. 6. de rat cur. partic. affect.* Fui aliquandò accerſitus ad viſcendum puerum, agentem 12. annum qui vexabatur comitiali morbo, & paulò antequàm eo corripiebatur, percipiebat à pede aliquid, quod tamen neſciebat, quale nàm eſſet, exponere, ad genu adſcendere, mox ad coxam, indeque paulatim ſerpens ad caput pertingebat, & ſubindè ille ſtatim calebat, neque per octavam horæ partem aliquid ſentiebat. *Sylvius in lib. de morb intern. cap. de Epil.* refert, Gattinariam, quemdam ſanaſſe Epilepticum, qui à tumore in coxâ ſuborto, & oſſe viciato, ex quo vapor pravus ad caput elatus fuerat, hunc morbum contraxerat. *Marcellus Donatus lib. 2. Hiſtor. med. mirab cap. 4.* Fulvia Mainolda Monialis propè mammæ papillam, dolorem patitur, quo augeſcente, indè vaporem elevâri, & cerebrum impetere percipit, undè Epilepſia corripitur. *Felix Platerus lib. 1. Obſervat. ſuar. medic.* meminit fabri cujuſdam clauſtrarij annorum 20. Epilepſia correpti ob tumorem exiguum, in volâ manus dextræ ſub radice minimi digiti ſubortum, & poſteà in ulcus converſum. *Zoroaſter Tinellus Tomo 1. Conſult. ſuarum Medicar. Conſ. 13.* caſum ponit Pomponii Spanochij, cui aura quædam levis à dextrâ manu elevabatur, quæ deindè per brachium in homerum, ab hoc ad gulam & faciem, tamdem ad cerebrum advolans, peperit motum Epilepticum. Vide & exemplum Epilepſiæ excrure *in conſil. Schozii, apud Hieron. Donzellinum in conſ. 38.* & apud *Hieronymum Mercurialem, in conſil ſuis medic. conſil. 61 &c.*

Sed præter has Epilepſiæ ſpecies, ſupereſt adhùc quædam alia, quæ *per univerſi corporis conſenſum*, generatur, & talem dari, teſtatur *Philotheus Elianus in Tractatu 17. cap. 3 Archipathologiæ* dicens: Nos obſervavimus in febribus, variolarum eruptionem præcedentibus, ab univerſo venenoſo genere, ſuppeditatam Epilepſiæ cauſam. Et *Vidus Vidius in lib 2. cural. memb. cap. 118.* Aſcendunt aliquandò ab univerſo corpore vapores ad caput, qui in Epilepſiam homines compellunt, quod olim nos Piſis obſervavimus in Ludovico Poſchio, cive Piſano, ac Florentiæ in Joanne Garbio, quorum uterque cum ſatis acutâ febri per aliquot dies laboraſſet, ac bile aduſtâ redundaret, in Epilepſiam incidit, quàm anteà numquam ullus eorum expertus fuerat. Itâ *Horatius Augenius Tomo 2. Conſult. & Epiſt.*

medic.lib.Epiſt. 24. Egò ſanè obſervavi hactenus quater, Epilepticam acceſſionem contigiſſe in principio exacerbationis tertianæ exquiſitæ, quo cum adveniebat primùm cardialgia, mox inſultus Epilepticus.

Et haſce primas Epilepſiæ differentias, à parte ſcilicet affectâ deſumptas, *Galen. 3. de loc. affect. cap. 7.* paucis hiſce verbis eleganter complexus eſt. dicens: ἡ ἐπιληψία τρεῖς ἔχει διαφορὰς, ἁπασῶν δ' αὐτῶν κοινόν ἐστι παθεῖν τὸν ἐγκέφαλον, ἤτοι ἐν αὐτῷ τοῦ πάθους συστάντος: ἢ ἀπὸ τοῦ τῆς γαστρὸς στόματος κατὰ συμπάθειαν ἀνιόντος ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον: ἢ ἀπὸ μορίου τινὸς, οὗ ἔτυχεν ἀρχομένου τοῦ πάθους, εἶτ' αἰσθητῶς αὐτῷ τῷ κάμνοντι τὴν ἄνοδον ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ποιουμένου, id eſt: Epilepſia 3. habet differentias; Prima in cerebro, per primariam affectionem laborante, oritur: altera, per conſenſum accidit ab ore ventriculi malè affecto: tertia, cum à parte quapiam aliâ affectus incipit, pòſt ſentiente ægro ad cerebrum uſque aſcendit. Cui conſentit & *Trallianus lib. 1. capit. 15.* Item *Paulus libro 9. cap. 13.*

2. Differentia, A magnitudine morbi.

Altera nunc ordine ſuccedit differentia, à magnitudine morbi deprompta. Cujus ratione quidem aliæ Epilepſiæ dicuntur magnæ, graves ac vehementes, tùm ob partis principis, cerebri nimirum, primò ac per ſe affecti, læſionem inſignem; tùm ob Symptomatùm hunc morbum comitantium, ſingularem atrocitatem. Viſæ enim interdum ſunt Epilepſiæ, quæ, ut teſtatur *Eraſtus parte 4. diſput. contra Parac.* partem proceſſuum cerebri abruperint, naribusq; extruſerint. Aliæ verò parvæ, debiles ac mites, quarum cauſa nec magna nec perſeverans exſiſtit.

3. Differentia, à Cauſis.

Tertia differentia petitur à cauſis hunc morbum excitantibus: quæ poſſunt eſſe, vel vapores maligni, acres ac venenati, vel humores frigidi, craſſi ac tenaces, ſucci atrabilarii vel ſanguinei, undè nonnulli hìc Epilepſias ſanguineas, pituitoſas vel melancholicas introducunt. Ita aliæ Epilepſiæ dici poſſunt fieri ex obſtructione, vel compreſſione, aut coarctatione ventriculorum cerebri aliæ, generari ex meris animi perturbationibus, puta, metu, pavore, mœrore, ita,

Digitized by Google

irâ, aliæ deniq́ue ab aliis cauſis, ut ab ingluvie nimiâ, Venere immoderatâ, Vermibus corruptis, & ſimilibus produci.

4. *Differentia à conjunctis.*

Porrò quædam Epilepſiæ dicuntur ſimplices ac ſolitariæ, quod ſolæ nimirùm hominem apprehendant, nec cum ullo alio morbo conjungantur aut complicentur: quædam verò ſuccedaneæ ac compoſitæ, quia ſcilicet vel aliis ſuccedunt morbis, quemadmodùm *Hipp 6. Epidem. 1. & Gal. 3. de loc affect. ca 16.* ſcribunt Melancholicos facilè fieri Epilepticos, & contrà, vel cum pluribus affectibus diverſi generis copulantur.

5. *Differentia: A motu & duratione.*

Quintò quoq; ratione motus ac durationis quædam Epilepſiæ differentiæ oriuntur, quarum aliæ ſumuntur à modo motus, aliæ à qualitate. *A modo* autem *motus*, aliæ Epilepſiæ dicuntur ordinatæ, certis nimirum ac definitis temporibus, hominem affligentes ſeu invadentes: aliæ inordinatæ ſeu erraticæ, nullam certam periodum obſervantes, ſed nunc hâc, nunc illâ die, ſeptimana aut menſe redeuntes, nunc citiùs, nunc tardiùs. *A qualitate motus, ſeu duratione,* aliæ Epilepſiæ dicuntur longæ, per multos dies, menſes ſeu annos in corpore perſiſtentes, & ad ſepulchrum uſque hominem comitantes: aliæ verò ſunt breves, citò deſinentes, nec ampliùs revertentes.

6. *Differentia: A modo ingenerationis.*

Sexta differentia indè deducitur, quod aliæ Epilepſiæ ſint nativæ & hæreditariæ, à primo ortu homini inhærentes, vitio nimirum ſolidæ alicujus partis, in qua ejuſmodi corruptus generatur humor ſeu vapor, aut aliena emergit qualitas Ei namq; talis à primo ortu, & ex ipſo ſemine morbidâ quædam inhæret διαθεσις & δυσκρασια humorem etiam bonum affluentem ſalubriter regere non poteſt, ſed vitium latens ei imprimit & communicat, unde corrumpi illùm poſteà contingit. Aliæ adventitiæ atque adſcitiæ, quæ jam genitis poſt nativitatem, ex quacunque cauſa obtingunt.

7. *Differentia, A fine & exitu morbi.*

Ultima differentia ſumitur à fine ſeu exitu morbi. Hinc quædam Epilepſiæ dicuntur ſalubres ſeu curabiles; quædam verò lethales ſeu incurabiles. Salutaris Epilepſia, cum-

Digitized by Google

cum certâ laborantis ſalute,& perfectâ ſolutione deſinit:Lethalis verò vires valdè proſternit, ægrumq́; tamdem ad mortem deducit.

Quas tamdem aliqui inſuper addunt differentias, nimirum interdum in hoc morbo, ſolam tantùm amitti memoriam, illæſis aliis ſenſibus, præſente tamen vehementi convulſione: vel leviſſimo exiſtente ſpaſmo, ſenſus tamen omnes ac principes facultates perfectè abolêri; vel etiam ægros interdum in ipſis inſultibus Epilepticis, non deſtitui facultate videndi, audiendi, loquendi, ambulandi, nec tamen actorum, ſoluto paroxyſmo, ampliùs recordari, earum commemoratione hîc meritò ſuperſedemus, cum non de notha ſeu ſpuria, ſed de verâ, perfectâ, ac legitimâ Epilepſia tractationem inſtituerimus.

CAPUT IX.

De Differentiis Epilepſiæ inter ſe ſecundùm Paracelſi ſententiam.

QUemadmodum Theophr. Paracelſus, in aliorum morborum omnium, tùm cauſis, tùm differentiis tradendis explicandisq́;, omnia tenebris involuerit craſſiſſimis, & ne quid ullâ in parte, cum Galen. aliorumque Dogmaticorum doctrinâ, ſibi ſit commune, placita eorum ubique acerbè perſtrinxerit, vel ſaltem nefariè corruperit ac depravarit: Ità hîc quoque in conſtituendis Epilepſiæ differentiis perplexè ac dubiè cuncta docet ac proponit, & à communi illa, in ſcholis Medicorum recepta hactenùs hujus morbi diſtinctione, adeò longè recedit, ut ferè, quid proprè ſibi ille velit, tibi divinandum ſit. Nam in *Tract. de morb. Amentium cap. 1.* quintuplicem facit Epilepſiam. Quarum primam vult prodire ex Cerebro: ſecundam ex Epate: tertiam ex Corde: quartam ex inteſtinis: & quintam ex membris externis, adeò ut ratione harum originum alia Epilepſia dicatur Cerebralis, alia Cordialis, alia Epatica, alia inteſtinalis, & alia denique membralis, quarum priores tres magis *θανάσιμφόρους*, reliquis duabus cenſet eſſe, ob præſtantiam ſcilicet & nobilitatem partium principum, quas occupant ac infeſtant, additque, omnes junctim ſimiles motus ac paroxyſmos habere, & unam eamdemque omnium ſenſuum abolitionem quoque inducere, cujus tamen cauſa non in ipſam acceſſionem, ſed in aliud quiddam ſit referenda. *Idem Autor lib. 3. de Caduc. cap. 1. per agr. 1.* Tres morbi caduci conſtituit differentias:

tias: nimirum, Catalentiam: Analentiam: & Epilentiam, quarum quidem primam originem docet à nucha ſeu cerebro deſcendere, earumdem tamen cauſam minimè, omnesq; uno eodemq; modo curari. Rurſus *in Tab. 5. de generat. Caduc. & paragrapho 2. lib. de Caduc.* quatuor ejuſdem ſpecies, ſecundùm proprietates 4. Elementorum deſumptas, recenſet. Et quidem Caducum ex Elemento ignis, vehementia atque atrocitate ſuâ, vult reliquos ſuperare & excedere; proximum verò violentiæ gradum ſibi vendicare caducum ex elemẽto aquæ; tertium Aeris, & ultimum Terræ, utpotè omnium mitiſſimum, minimeque atrocem, propter elementi nimirum iſtius minorem activitatem, & debiliorem potentiam, quâ cæteris inferior exſiſtit. Tamdem *idem Paracelſus in lib. 3. de Caduc. cap. 1. ut & in ſchol. ad lib. 9. paragr.* pluribusq; aliis in locis haſce morbi caduci ſeu Epileptici mali ſpecies conſtituit, nimirùm ſuffocationem Matricis: Tremorem, Syncopen, Palpitationem Cordis, Vertiginem, Ephialten, Synthenam &c. Verùm cum nulli non Medicæ Artis Tyroni cõſtet, hoſce morbos omnes, tùm ratione generationis, tum quoq; medicationis, quàm longiſſimè inter ſe differre, nec ad unum idemq; genus referri poſſe, idcircò hancce Paracelſi opinionem, tamquàm deliram ac nugacem, nihilq; ſolidi in ſe habentem, meritò hîc rejicimus, & ad alia, quæ nobis reſtant, magis utilia, nunc accedimus.

CAPUT X.

De differentiis Epilepſiæ ab aliis morbis, ei quodammodo adfinibus.

SCribit Plato in Sophiſtâ: Unum eſſe ex principiis humanæ ſapientiæ, rerum diſſimilium ſimilitudines, & ſimilium diſſimilitudines cognoſcere. Quàm ſæpè (ait Celſus) ſimilitudines bonis eo peritis imponunt. Averrhoi viſa eſt ſola vis diſcernendi ſimilia à ſimilibus efficere Medicum hominibus utilem & admirandum. Cum itaq; Epilepſia, tàm ratione partis affectæ, quàm cauſæ morbificæ ac ſupervenientium ſymptomatum non exiguam cognationem ſeu adfinitatem habere deprehendatur cum Apoplexia, Lethargo, Caro, Catalepſi, Vertigine, Spaſmo, Incubo, Syncope, ac Præfocatione Hyſterica, idcircò, ne Medicus, ad curam hujus tàm graviſſimi affectus vocatus, decipiatur, aut unum forsàn morbum pro altero habeat, quod & ipſi ſummè probroſum, ac ægro-

ſuo

ro quoque exitioſum foret, operæ precium erit, nunc diligenter inquirere, in quibus potiſſimum, ſpecifica dictorum morborum omnium differentia conſiſtat, & quomodò alter ab altero exactè dignoſcatur.

1. *Ab Apoplexia* differt Epilepſia. 1. Quia Apoplexia non niſi primaria Cerebri affectione generatur: Epilepſia verò non rarò fit per aliarum partium Sympathiam. 2. Quia in Apoplexia, ut docet *Gal. 2. de cauſ. Sympt. cap. 7. & 3. de loc. aff. cap. 7.* integra, perfecta ac completa ventriculorum cerebri conſiſtit obſtructio, qua tranſitus ſeu curſus animalis ſpiritus in nervoſum genus prorſus ſiſtitur ſeu abrumpitur: In Epilepſia verò nõ perfecta, ſed dimidiata tantùm contingit oppilatio, & quidem non omnium meatuum ſimùl, ſed quorumdam duntaxat. 3. Quia in Apoplexia ob impeditum fluorem ſpirituum animalium fit perfecta omnis ſenſus motuſque totius corporis humani ablatio, ſeu deperditio: In Epilepſia verò, motiva facultas licet inſigniter depravetur, nũquàm tamen (quod in ſenſitiva apparet potentia) extremè eadem tollitur, ſed conſervatur. 4. Quia numquam Apoplexia paroxyſmaliter (ſi ita loqui liceat) hominem invadit: Epilepſia verò per certas vices, ſeu diſtinctos paroxyſmos recurrere, hominemque exercêre ſolet. 5. Quia in Apoplexia corpus planè immobile inſtar trunci jacet; in Epilepſiâ verò, variis convulſionibus. Caput ac membra extrema miſerabiliter hinc indè agitantur ac contorquentur. 6. Quia Aploplexia, intactis pueris ac infantibus, ſenes ac decrepitos ferè ſemper invadit: Epilepſia autem infantilem potiſſimum ac puerilem ætatem graviter infeſtat & oppugnat. 7. Quia Apoplexia præſertim fortis, non eſt abſq; ſtertôre gravi: Epilepſia autem eo caret ſeu deſtituitur. 8. Quia Apoplexia, ſi ſolvatur, immediatè ſemper deſinit in Paralyſin: Epilepſiam verò non ſemper, ſed rariſſimè ſaltem membrorum reſolutio excipit, teſte *Galen. lib. 14. de loc. affect. ca. 2.* Quia Apoplexiæ, humor craſſus & obſtruens, Epilepſiæ autem Spiritus vel qualitas ſolùm efficiens eſt cauſa: undè hæc propter tenuitatem diſcutitur facilè: ille autem naturæ vi expulſus, aliò procumbit. Si tamen Epilepſiam excipit etiam Paralyſis, ex accidente id fieri cenſendum: nempè ratione motuum convulſivorum, quibus quieti anteà ad motum exſtimulantur humores.

2. *A Lethargo* differt morbus Comitialis. 1. Quia lethargus perpetuò cum oblivione & inexpugnabili *2. à Lethargo.*

gnabili

gnabili dormiendi cupiditate eſt conjunctus, & hoc morbo laborantes, ſi excitentur, protinùs in ſomnum relabuntur: In Comitiali verò, nulla ejuſmodi cupiditas dormiendi adeſt, nec Epileptici à paroxyſmo excitati iterùm in ſomnum profundum incidunt. 2. Quia Lethargum ſemper febris quædam lenta, ſymptomatica ac continua comitatur: Epilepſia autem nullam febrem comitem habet, aut ſi forsàn contingat, ab habito paroxyſmo ſupervenire calorem corporis, is tamen propterea non pro febrili ardore habendus, ſed potiùs pro naturali, violento nimis membrorum motu, aucto, judicandus. 3. Quia Lethargus oritur ex pùtredine pituitæ in Cerebro. Epilepſia autem ſuſcitatur à vaporoſa ſubſtantia, malignitatis participe.

3. A Caro. 3. *A Caro* differt Caducus 1. Quia in Caro, cerebrum ſecundùm anticam regionem potiùs patitur: In Epilepſia vero univerſum cerebrum afficitur, tàm ſecundùm anticam, quàm poſticam ſedem. 2. Quia in Caro, nulli convulſivi motus ſeſe exſerunt vel produnt: in Epilepſia verò hi maximè conſpicui ſunt ac manifeſti. 3. Quia in Caro, nulla ſpuma generatur circa os: in Epilepſia autem graviore præſertim, ſpuma numquàm abeſſe ſolet. 4. Quia Carò laborantes, profundiſſimo ſopore ſunt oppreſſi, à quo vix, ac ne vix quidem excitantur: Epileptici verò ejuſmodi alto & δυσέγερτῳ ſomno minimè detinentur. 5. Quia Caros non ità ſubitò irruit: Epilepſia verò derepentè & in momento quaſi, hominem nil tale cogitantem opprimit. 6. Quia ad Carum ſolvendum ſeu diſſipandum longo opus eſt tempore: ad Epilepticos verò paroxyſmos minimè.

4. *A Catalepſi* differt Epilepſia. 1. Quia in Catalepſi ultrà viarum obturationem, frigida cum ſiccitate intemperies Spiritus congelat, non in cerebro modò, ſed & in univerſi corporis partibus: Aſt in Epilepſia, ventriculorum ac meatuum cerebri fit obſtructio ſeu coarctatio citrà intemperiem frigidam, nec Spiritus congelantur, ſed intercipiuntur tantùm, quo minùs ad nervoſa diſtribui queant corpora. 2. Quia in Catoche ſeu Catalepſi, abolito motu, totum corpus rigidum permanet, nec membra flectuntur: In Epilepſia autem ejuſmodi rigiditas non conſpicitur, ſed potiùs fortis omnium membrorum agitatio & concuſſio notatur. 3. Quia Cataleptici in eo ſtatu permanent quieti, in quo prehenſi fuèrunt 4. A Catalepſi.

Digitized by Google

Epileptici verò minimè, ſed ſæpè locum mutant.

5. *A Vertigine.* *5. A Vertigine* differt Epilepſia. 1. Quia Vertigo oritur ab halitibus, ex reſinoſis, Sulphureiſq; contentis exhalantibus, tincturam nigræ fuliginis continentibus, ſinè acrimonia tamen, propterea quod naturam *S*alium nullam poſſideant: Aſt Epilepſia oritur à vaporibus acribus, naturam Vitrioli æmulantibus. 2. Quia in Vertigine non ſiſtuntur Spiritus animales, ſed tantùm ob admixtam materiam vaporôſam inordinato motu agitantur: in Epilepſia verò illorum influxus propter compreſſionem ſeu coarctationem cavitatum cerebri præpeditur. 3. Quia in Vertigine, ſenſus non penitùs auferuntur, ſed ſolummodò depravantur: in Epilepſiâ vero ijdem prorſus abolentur, adeò ut ægrotantes nec videant, nec audiant, nec ratiocinentur nec memorentur. 4. Quia in Vertigine prorſus abeſt involuntaria muſculorum ac nervorum in membris externis contractio: in Epilepſia verò hæc maximè viget ac conſpicua eſt.

6. *A Spaſmo.* *6. A Spaſmo* differt Epilepſia. 1. Quia in Spaſmo adeſt continua, muſculoſarum ac nervoſarum partium præter voluntatem diſtenſio ſeu contractio: in Epilepſia verò hæc contractio non eſt perpetua, ſed periodica ſeu interpolata tantùm. 2. Quia in verâ convulſione, Cerebrum ac potentiæ ſenſitivæ non afficiuntur, ſed nervi ſaltem aliqui, qui ut plurium vel paucarum partium motui inſerviunt, itâ etiam plures vel pauciores partes cõvelluntur, nunc brachia vel manus tantùm, nunc verò crura ſeu pedes, nunc crura & brachia ſimul, prout nervi in has vel illas partes inſeruntur: At in Epilepſia primariò principes functiones unà cum ſenſilibus operationibus, noxam ſuſcipiunt, ut teſtatur *Gal. 3. de loc. aff. & 2. de cauſ. ſymptom. ca. 7. Avicen. l. 3. Fen. 1. doct. 5. cap. 8. & Paulus lib. 3. cap. 13.*

7. *Ab Incubo.* *7. Ab Incubo* differt Epilepſia. 1. Quia incubi generatio ut plurimùm procedit à materiæ fuliginoſæ ac craſſæ, nec ullius malignitatis participis, elevatione. Epilepſiam autem ferè ſemper vapor deleteria qualitate præditus excitat. 2. Quia in Incubo ſenſus prorſus non tolluntur, ſed ſtupeſcunt tantùm: in Epilepſia autem totalis fit illorum abolitio. 3. Quia Incubo detenti, opinantur, certòq; ſibi perſuadent, ſe à pondere quodam externo graviſſimo quaſi opprimi: Epilepticis verò nulla ejuſmodi φαντασία occurrit. 4. Quia Incubus nonniſi dormientem, ſeu ſomno conſoptum, occupat ac invadit: Epilepſia autem

autem vigilantem pariter & dormientem quovis tempore invadit.

5. Quia Incubus numquàm ἰδιοπαθητικῶς, ſed per conſenſum tantùm partium inferiorum generatur: Epilepſia verò vel citrà talem συμπαθείας, etiam primariò Cerebro affecto, excitari poteſt.

8. *A Syncope*

8. *A Syncope* differt Epilepſia. 1. Quia in ſyncope Spiritus vitales vel diſſipantur, vel unà cum ſanguine ſubitò ad Cor rapiuntur: In Epilepſia verò nulla fit ejuſmodi Spirituum diſſipatio, aut ſanguinis ad Cor retractio ſed tantùm animalis facultas offenditur, ejusque influxus prohibetur. 2. Quia in ſyncope plerumque pulſus vel nullus, vel ſaltem obſcurus & exiguus deprehenditur: in Epilepſia verò nulla pulſus interceptio obſervatur. 3. Quia ſyncope laborantes, ſudorem frigidum toto corpore remittunt, faciemque pallidam aut lividam oſtentant: Epilepticis verò nihil horum accidit. 4. Quia ſyncope extremorum omnium frigiditatem ſecum trahit: Epilepſia verò minimè.

9. *A præfocatione Hyſtericâ*

9. *A Præfocatione Hyſtericâ* tamdem differt Epilepſia. 1. Quia in Præfocatione nec oculi convertuntur, nec nervorum fit diſtenſio, nec ſpuma circà os generatur: in Epilepſia autem iſta omnia manifeſtò conſpiciuntur. 2. Quia præfocata, quemadmodum vocata audit, ita puncta quoq; ſentit ac intelligit, nec deſtituitur operationibus ſenſuum internorum, ſed benè recordatur eorum, quæ in paroxyſmo ſecum acta fuêre, undè *Baptiſta Chodronchius lib. 1. de Chriſtianâ ac tutâ med. rat. cap. 21.* ſcribit, ſe in quadam nobili vidua, id bis terve obſervaſſe, quæ poſt paroxyſmum, dicta vel acta omnia ordine referre noverit: Epilepticus autem contrà, omnium ſenſuum, cùm interiorum tùm exteriorum facultate ſeu miniſterio penitùs orbatur: nec quidquam eorum, quæ ſibi contigêrunt, memoratur.

CAPUT IX.

De Causâ Epilepſiæ internâ.

Et primò quidem de proximâ ſeu conjunctâ, ſecundùm Galeni, ejuſq; ſectatorum ſententiam.

CUM teſte Philoſophorum Principe *Ariſtotele*, tùm demum cujuſq; rei effectum & eſſentiam cognitam habeamus, ubi cauſas ejus perfectè cognoverimus. Et Medicorum Coryphæus *Gal. lib. 1. & 2. meth* impoſſibile judicet, dextrè ac feliciter morbum aliquem

Digitized by Google

curari aut præcaveri poſſe, niſi priùs illius cauſa à qua immediate dependet, accuratè ſit perſpecta & explorata; Eapropter & noſtrarum omninò partium hîc fore arbitrati ſuimus, ſi antequàm ad excuſſionem ſignorum, nec non curam therapeuticam, hujus tàm graviſſimi affectus, Epilepſiæ nimirum, progrederemur, in indagationem cauſarum ejuſdem ſolertiſſimam, nervos & conatus omnes, quantum quidem id pote, nunc intenderemus. Tàm variæ autem & diſcrepantes de causâ morbifici hujus affectus, reperiuntur Medicorum ſententiæ, ut ſi non tàm rationibus ac fide experientiæ, quàm ſolis illorum ſtandum ſit autoritatibus non facilè appareat, cui noſtrum donare calculum debeamus. Verùm enimverò hîc non attendendum, quis qualis vel quantus ſit ille, qui aliquid dicit, ſed potiùs quid, & cujus ponderis ſit illud, quod ab aliquo dicitur, & veritas potior nobis habenda omni autoritatum cumulo. Cauſæ itaq; Epilepticæ paſſionis (ut rem ordiamur) potiſſimum duplices ſunt, quarum aliæ dicuntur internæ ſeu primitivæ; aliæ verò externæ ſiue procatarcticæ. Internæ rurſus ſubdividũtur in duas ſpecies, Quarum quædam vocantur Conjunctæ ſeu proximæ; quædam verò Antecedentes. Ut autem methodicè procedamus, primò omnium Internas expediêmus, & quidem à prima earum ſpecie, causâ ſ; conjunctâ faciemus initium, de cæteris quoque ordine in ſequentibus acturi.

Cum autem Epilepſia principaliter ad genus motus convulſivi referatur, Convulſio autem ſecundùm Gal. doctrinam vel ex inanitione vel repletione oriatur, idcircò primò omnium nunc diſpiciendum, quænam harum cauſarum, Epilepticæ paſſioni potiſſimum cõpetat. Non poſſe autem hîc locum habere inanitionem, ſatis arguit repentina hujus morbi invaſio, ejuſdemque cita ſeu velox ſolutio ac diſcuſſio, neq; enim veriſimile judicatur, adeò brevi tempore, ſeu in momento quaſi, tantum ſiccitatis, utpotè inanitionem efficientis, gradum, hominem invadere, & ab eodem, æquali temporis brevitate recedere, ut Epilepticas exacerbationes, quæ, ut modò dictum, celeriter fiunt, & celeriter iterum recedũt, excitare valeat: Adde &, quod convulſio à ſiccitate proveniens, ab omnibus ferè cenſetur ἀνίατος ſeu inſanabilis, & continuò perdurat: Epileptici autem circuitus, ubi evaneſcunt, (quod pauló pòſt ſuccedit) plerumque hominem in eo ſtatu relinquunt, qui parùm ab optimæ ſanitatis limine deflectere ac

ac recedere videatur, adeò ut ab iis, integræ ac perfectæ valetudinis fructu gaudentibus, vix diſtingui queant. Præterquàm quod non rarò, mutatione ætatis, regionis, victus, atque uſu aliorum præſidiorum, multi penitùs ab hoc malo liberentur, qui anteà frequenter ejus ferociam experti fuerant. Cum igitur Epileptica convulſio ad ſiccitatem ſeu inanitionem minimè referatur, ſequitur neceſſariò, quod ad alteram Convulſionis ſpeciem, ex plenitudine nimiùm proficiſcentem, pertineat. Hujus autem plenitudinis cauſam proximā *Galenus* inprimis, quem cæteri quoq; Medicorum Principes ſequuntur, vult eſſe humorem pituitoſum, frigidum, craſſum ac viſcidum, copiâ ſuâ ac multitudine ventriculos cerebri, non integrè tamen, obſtruentem ac replentem ſicq; influxum Spirituum animalium per nervos prohibentem, quem dum poſteà cerebrum excutere conatur, ſeſe contrahit, quo quidem contracto, nervi quoque contrahuntur, & ſic per conſenſum afficiuntur. Sed ne communi huic noſtrorum omnium Præceptori aliquid aſſinxiſſe videamur, quod fortaſsè à mente ipſius ſit alienum, idcircò ipſummet autorem nunc loquentem audiamus. *Libro igitur 3, de locis affect. cap. 5, & 7.* in hæc verba ſcribit:

ἀεὶ δὲ διὰ πάχος χυμοῦ γίγνεσθαι τὸ πάθος, ἐνδείκνυται τὸ τε ἐξαίφνίδιον αὐτοῦ τῆς γενέσεως, καὶ τῆς λύσεως; id eſt: perpetuò autem hunc affectum naſci ex craſſo ſucco, argumento eſt, quod & ſubitò fit & confeſtim ſolvitur. *Et ibid.* Velox Epilepſiæ diſcuſſio, craſſum humorem, Spiritus vias in Cerebri ventriculis obſtruentem, hunc maximè affectū peperiſſe declarat, nervorum principio ſe ipſum quatiente, quo excutiat id quod noxium eſt, nam ſubita meatuum obſtructio à craſſo & viſcoſo humore fit. *Et paulò pòſt:* Ex his omnibus rationi conſentaneū eſt in Cerebro hanc affectionem fieri, impediente humore animalē Spiritum, qui in ventriculis ejus continetur, quò minus poſſit exire *Et 2. aph. 45.* Apoplexia & Epilepſia eumdem locum affectum, & eundem humorem, frigidum ſ; & craſſum, habēt autorem. Ex quibus Galeni locis jam adductis, luce meridianâ clariùs elucefcit, eum omninò voluiſſe, affectionis hujus generationē cum ſubitò fiat; ad nullam aliā cauſam, præterquàm ad obſtructionem ſolam referri debere, cum cōſtet craſſum ac viſcoſum humorē, cæterorum omnium promptiſſimū eſſe ἐμφράξει inducendæ, quam ſequitur poſtea convulſivus motus, ob Cerebrum irritatum, ad excludēdam rem ſibi

noxiam & moleſtam. Jam verò ſenſitricum, principumq́; functionum abolitio, eamdem cauſam non minùs rationabiliter arguere videtur. Eſt enim animalis ſpiritus, qui in ventriculis cerebri continetur, primum animæ inſtrumentum, tùm in ſenſilibus actionibus omnibus, tùm in iis, quæ à conſilio & voluntate prodeunt. Prædictarum itaq́; operationum privatio, facultates, animali ſpiritu defraudatas deſtitutasq́; monſtrat, quod fit craſſo ac pituitoſo humore meatus Cerebri opplente ſeu obſtruente, ac proindè vias ſpirituum præcludente. Cœterum præter iſtum pituitoſum humorem, *Paulus* & melancholicum ſuccum addit, quaſi & hic propter frigiditatem ac craſſitiem ſuam aptus ſit, ſimilem obſtructionem inducendi. Nonnulli idem etiam de bile aſſerunt. *Hippocr.* & Galenus tandem eôdem & ſanguinem referunt ac reponunt, quaſi is ſuà copià, venas replens ac intercipiens, hunc morbum interdum producat, Cujus quidem ſententiam ſuffragio ſuo quoq́; comprobat *Petrus Salius, de affect. part cap. 3.* ità ſcribens: Cum ſanguis in corpore redundat, ab aliqua cauſâ extrinſecâ, ſicuti vel ex potu vini generoſi, vel ex valida exercitatione (ut innuere videtur *Gal. 3. aph. comm. 20.*) concitatus, & irruens ad partes ſuperiores, cerebriq́; vaſa affatim replens, cum naturæ gravis, ac qualitate etiam forſan moleſtus ſit, Epilepſiam cauſat, inſurgente naturâ ad ejuſdem propulſionem & diſcuſſionem, ſicuti in ſingultu à repletione evenit, & eò magis natura ad hoc inſurgit, quò magis ex repletione vaſorum ſentit ſe gravari ac premi, hacq́; ratione in caſu iſto accidunt convulſiones, ſʒ concuſſo & concitato primo ſenſorio ad noxij ſibique moleſti humoris expulſionem, quæ non fit in Apoplexiâ, licet ab eadem causâ ſæpè generetur, quoniam in Apoplexia eſt ferè omnimoda venarum interceptio, cujus ratione ſpiritus nullo pacto permeare poſſunt, undè ſtatim motus & ſenſus deperditur: at in hâc Epilepſia, licet ſit aliqua interceptio & occluſio, non tamen eſt talis ac tanta, qualis in Apoplexia, nec eſt adeò vehemens, ut Spiritus omninò permeare prohibeat. *Hactenus verba Salij.* Ex quibus commemoratis, nunc patet, mentem Galeni, aliorumque Veterum Medicorum fuiſſe, Epilepſiæ proximam cauſam ac primariam, in ſola Ventriculorum cerebri obſtructione, quam copia humoris frigidi, craſſi, pituitoſi, ſeu melancholici peperit, conſiſtere. Quam quidem ſententiam, quantum ponderis vel roboris in

ſe

Digitized by Google

ſe habeat, lance Philoſophica ac Medica, accuratè nunc examinabimus.

CAPUT XII.

Redarguitur Galeni aliorumq; ſententia, oſtenditurq;, in obſtructione ventriculorum cerebri non conſiſtere veram Epilepſiæ cauſam.

TAm etſi magna ſemper mihi ſit fueritque Galeni autoritas, utpote quem magnus ille Simplicius quondam clariſſimis cognomentis inſignivit. Nunc enim πολυμαθέστατον nunc φιλοπονώτατον, nonnunquam θαυμάσιον appellavit. Tamen aliquid humani eum hac ipſa in re paſſum eſſe confiteri cogimur. Vult enim Ariſtot. 1. Ethicor. Præclarum eſſe pluris æſtimare veritatem, cujus unius cauſa hæc (vel ipſiuſmet Galeni exemplo) protulimus. Galenus enim Hippocr. quem ut Magiſtrum & melioris Medicinæ parentem veneratur, veritatis tamen cauſa ſæpè convellere non veretur. Interdum quod aliquid prætermiſerit (ut 2. Aphoriſ. comm. 43.) Interdum ſe illius ignorare mentem fatetur, ut Aphoriſ. 40. 7. Interdum inſufficientiæ, ne Aphoriſ. 28, III. Interdum erroris, ut Aphor. 79 arguit Etſi enim amicus eſſe debeat Galenus, & amica tota antiquitas, Magis tamen amica eſſe ipſa debet veritas, quam contra ipſos etiam majores, dummodò modeſtiæ limites non prætergrediamur, citra impudentiæ & arrogantiæ notam liberè profiteri poſſumus, Vide de hac re plura in tract. de Opio D. H. Doringii, pag. 35. & 141. Quæ omnia ego, non ut me adverſus Gal. Virum Experientiſſ. opponam ſed, ut quæ veritati maximè conſentanea eſſe viderentur, ea paulò pleniùs explicarem. Nec tamē laudi ipſius propterea quicquam detractum volumus. Præcedenti ergò Capite à nobis dictum fuit, Galenum, ejuſque ſequaces, (inter quos numeramus *Galeatium de S. Sophiâ comm. in lib. 9. Rhaſ. cap. 11. Barthol. Montagnanam in conſil. 45. Joan. Arculanum in pract. ſuâ ca. 14 Bubahylyam Byngetzlam in Canone 16. Tacuini, Bertrutium Bononienſem in meth. cognoſc. morb. Gordonium, Valeſcū de Taranta in lib. 1. Philon. c. 18. Arnoldum Villanovanum in lib. 1 Breviar. cap. 22. Matthæum de Gradi in com. in lib. 9. Rhaſ. Jacobum Forolivienſem in expoſit. aph. Hipp. Leonh. Jacchinum com. in lib. 9. Rhaſ. Campegium in lib. 2. Pract. med. c. 5. Joan. Bapt. Montanum in conſult. 10. Benedictum Victorium Faventinum in lib.*

Digitized by Google

lib. de cur. morb. Fuchſium in cap. 29. Prax. ſuæ, Joan. Langium lib. 1. Epiſt. 25. Caſparum Wolffium in viat. nov. cap. 11. Jacob. Holerium, in lib. 1. de med. morb. cap. 15. Vidum Vidium, in lib. 2. curat. membr. cap. 18. Donatum Altimarium. in Pract. cap. 18. Fontanonum in lib. 1. de med. morb. cap. 15. H. Capivaccium in Prax. ſuâ & plures alios.) proximam atque immediatam morbi caduci cauſam ponere in ventriculorum cerebri obſtructione ſeu repletione, à craſſi, frigidi ac phlegmatici ſucci multitudine productâ & excitatâ, quē quidem ceu noxium, ſibique admodum moleſtum, dum expellere cerebrum conatur, fit, ut ſeipſum contrahat & concutiat, & hâc concuſſione ſimul totum nervoſum genus in cōſenſum pertrahat. Quæ quidem Aſſertio, ad incudem Philoſophicam paululùm revocata, Lydioq; rectæ rationis lapidi accuratè affricata, multum erroris ac falſitatis in ſe habere, fœcundamq; quaſi plurimarum abſurditatum exſiſtere matrem, manifeſtiſſimè deprehendetur, idque ob ſequentes rationes.

1. Ratio. Nam 1. ſi Epilepſiæ cauſa proxima eſſet meatuum cerebri obſtructio, à craſſo & pituitoſo humore facta, ſequeretur, Epilepſiam & Apoplexiam prorſus pro unâ eademq; affectione habendam, nec ullam dari inter hæc duo, differentiam ſpecificam. *Ratio.* Quia & Apoplexia, ab ejuſmodi obſtructione meatuum cerebri, omnium medicorum, quà veterum, quà recentium, calculo, provenire judicatur. Nec juvat hìc ϖεϱιφοϱεῖν, craſſum humorem in Apoplexia facere perfectam obſtructionem, in Epilepſia verò imperfectam tantùm, & ſic ratione majoris ac minoris hos affectus inter ſe diſtingui, verùm cavillum iſtud, argumētum noſtrum neutiquàm evertit, aut nervum ejus incidit. Tritum enim eſt illud, quod & omnium Philoſophorum ſcholis circumfertur, axioma: Magis & minus non facere differre ſpecificè, & re ipſa Apoplexiam diſtingui ab Epilepſia, nemo opinor, cui vel mica ſani judicij adhûc ſupereſt, ibit negatum, ſiquidem diverſus generationis modus in utriſq;, diverſæ item cauſæ, nec non diverſa accidentia id ſatis ſuperq; teſtantur.

2. Si ad oppilationem ventriculorum cerebri à craſſo & frigido humore, ſequerentur convulſivi motus, inverſiones oculorum, cōcuſſio capitis, ac ſpumæ generatio circa os in Epilepticis, etiam in Apoplecticis, nec non Carô detentis, ſimilia ſeſe proderent Symptomata; quia, ut ex *Gal.* patet, utrobique inſignis, humoris frigidi ac viſci- 2. Ratio.

Digitized by Google

viſcidi,copia, cerebrum ejuſq; cavitates occupat; At neutrum, dictorum Symptomatum in Apoplexiâ & Caro ſeſe conſpicuum exhibet Ergò aſſertio hæc de cauſa Epilepſiæ,pro vanâ habenda.

3. Ratio. 3. Si Epileptica paſſio fieret ab obſtructione cerebri, præter ſenſuum omnium abolitionem ſequi deberet etiam omnimoda privatio vel extrema diminutio motus, (quia hîc non minus, quàm ſenſus à facultate pendet animali, quæ cum ſpirituum potiſſimum adminiculo,per nervos,ceu tubos ac canales quoſdam per totum corpus derivetur,idcircò obſtructâ primâ ejus origine ſeu ſcaturigine, ne ampliùs influere poſſit, neceſſariò hinc fatendum videtur, unà cum ſenſuum interceptione, motivam quoq; potentiam tolli ac deperdi.) At in Epilepſiâ cernimus omnes partes involuntario ac violento motu hinc indè vibrari ac torqueri. Egò figmentum merum eſt dicere,ejus paroxyſmos concitari ab oppilatione craſſi ac frigidi humoris.

4. Ratio. 4. Si craſſus ac phlegmaticus humor, Cerebrum obſtruens, gigneret Epilepſiam,utique & vertigo, ſternutatio ac ſingultus quoq; ab eâdem proficiſcerentur cauſa. *Ratio*: Quia his paſſionibus, maxima cum morbo comitiali intercedit cognatio & affinitas, partim quo ad caſum in terram, partim quoq; quo ad vehementem capitis, ventriculi ac reliquarum corporis partium concuſſionem. Verùm conſequens eſt falſum, Ergò & Antecedens.

5. Si proxima ſeu conjuncta hujus morbi cauſa ſtatuenda eſſet obſtructio cerebri, à craſſæ & corporeæ materiæ coacervatione, inducta,ſequeretur,nullam poſſe dari Epilepſiam per conſenſum inferiorum partium, verùm omnem ejus convulſivum motum dicêdum eſſe idiopathicum. *Ratio*: Quia ſi ejuſmodi Sympathica Epilepſia deberet generari, neceſſe omninò eſſer,humorem pituitoſum, ceu ſuâ naturâ frigidum, craſſum ac gravem,ab inferioribus partibus in altum elevari, elevatumque cerebri ventriculis arctè impingi debêre, quod tamen ſpecificæ dicti humoris,ut & quarumlibet aliarũ rerum, ſimili qualitate affectarum, proprietati ac naturæ, è diametro repugnat,utpotè quæ ſecundum ordinarias naturæ leges, ratione gravitatis ſuæ,deorsùm,ſeu ad ima potius deſcendunt, quàm ut ſurſum vel in ſublime ferantur, teſte *Hipp. Tom.1 lib de flat. Ariſtot. lib 14 de Cælo cap.1. Barthol. Uſingenſi,in philoſ.nat.tract.2. Franciſco Tittelmanno,in lib.7.philoſoph.natu.cap 1.Velcurio-* *5. Ratio.*

curione, lib. 2. Phyſ. cap. 6. Joan. Magiro, lib. 3. phyſiol. peripat. cap. 7. &c.) At dantur plurimæ Epilepſiæ per conſenſum, ut cap. 8. demonſtraſtratum fuit. Ergò &c.

6. Ratio. 6. Si ab influxu ſeu collectione humoris frigidi, craſſi ac viſcidi in cerebro, fieret Epilepſiæ generatio, impoſſibile eſſet, hanc paſſionem, tàm repentino & præcipiti inſultù hominem poſſe adoriri ac proſternere, & adortum ac proſtratum paulò pòſt celeri ſolutione iterum deſerere ac relinquere. (Ratio: Quia nullatenus mente concipi poſſe videtur, ex qua causâ, tàm ſubitanea, hujus tàm craſſi ac frigidi humoris generatio, ac cita ejuſdem in cerebrum influxio procedat, & quomodò poſteà adeò celeriter citrà ſenſibilem aliquam noxam, iterùm diſcutiatur ac expellatur, cum aliàs videamus, in Catoche, Lethargo, Apoplexia; Paralyſi & id genus aliis affectibus, à ſimili cauſa ortum ducentibus, difficulter admodum laborioſeq;, & non niſi longo tēporis ſpacio hunc humorem præparari, attenuari & diſſolvi, diſſolutumq; tamdem & attenuatum è corpore elidi ſeu ejici poſſe.) At Epilepticæ invaſiones, earumque ſolutiones taliter fiunt. Ergò meræ nugæ & aniles ineptiæ ſunt, quæ de causâ hujus morbi conjunctâ ogganniuntur.

7. Si Epilepſia tantùm ab humore craſſo, obſtruente ventriculos cerebri, proveniret, ſequeretur, ſoluto paroxyſmo, materiam illam vel per palatum, os, nares & aures, debêre excerni, vel ad nervos transmitti ac propelli. Sed neutrum horum conſequi videmus. *Non enim illud*, quia ſi per dictas partes aliqua materiæ ſeu humoris illius morbifici fieret profuſio ſeu effluxio, ſanè veſtigium aliquod illius appareret, vel tactu ipſo ægrotante perciperetur, vel adſtantium oculis conſpiceretur: *Nec hoc*, ſi enim materia impingeretur nervis, eos craſſitie ſuâ vel obſtruendo, vel comprimendo, vel humiditate nimiâ relaxando, ſequeretur ſemper paralyſis, quam tamen non niſi rariſſimè Epilepticis convulſionibus ſuccedere cōperimus. Ergò obſtructio cerebri, neutiquam in numerum cauſarū principalium morbi caduci, collocanda, ſed ab eo potiùs excludenda. 7. Ratio.

8. Si ἔμφραξις ventriculorum Cerebri, à frigido, craſſo ac pituitoſo ſucco cauſata, idonea eſſet procreandæ Epilepſiæ, ſequeretur, quoties homo in cerebro, vel ejus cavitatibus coacervatum haberet ejuſmodi humoris copiam, toties quoque hoc morbo corriperetur (causâ enim præſente, ſeu in actu poſita, neceſſariò ſequi- 8. Ratio.

Digitized by Google

ſequitur effectus) At, poſterius eſſe falſum, præter apertiones capitum quorumdam, in quibus ventriculi cerebri, maximâ pituitæ copiâ ſcatêre deprehenſi fuerunt, cum tamen per vitam, nullo unquam tempore huic morbo obnoxij fuerint, & catharrorum generatio, uti frequentiſſima, ità moleſtiſſima, in viventibus ſatis evincit, hanc enim ſemper ejuſmodi pituitoſi humoris copiam, cerebrum ac ejus ſinus infarcientem, præſupponere, nulli non tyroni in arte Medica notum eſt, præter quod craſſi ac frigidi humoris proprium ſit, ubicumq; reperitur, per ſe refrigerare, ac refrigerando conſtringere, coarctare, incraſſare & obſtruere partes præſertim illas, cæteris magis ad has paſſiones recipiendas, habiles ac diſpoſitas, quemadmodum cerebrum inprimis exſiſtit, utpotè infinitis anfractibus, ſinubus, ac meatibus à naturâ inſtructum atque dotatum. Ergò & prius falſum erit.

9. Ratio. 9. Si ſoli obſtructioni ventriculorum cerebri adſcribenda eſſet cauſa hujus morbifici affectus, ſequereretur, nullam unquàm in homine poſſe fieri aut generari Epilepſiam (*Ratio*: imperfecta enim qualis in hoc morbo fingitur ventriculorum obſtructio, nullatenus apta eſt impedire, liberum, ſpirituum animalium, per nervos influxum ſeu tranſitum, ſpirituum enim ſubſtantia cum ſit ſubtiliſſima, tenuiſſima & ætherea quaſi, ob id, nullus humor, ſive frigidus ac craſſus, ſive calidus ac tenuis, in Cerebro congeſtus, ejus actiones ſeu operationes ità ſiſtere aut inhibere poteſt, quo minùs inſtar vaporis cujuſdam ſubtiliſmi, corpulentiam illius penetrando, ſeſe in nervos infundat, ſicque ſenſum ac motum reliquis partibus communicet. Adde, quod ut elegantiores Anatomici, & inter hos, ævo noſtro, ſingulare planè Germaniæ decus, *Caſparus Bauhinus, in lib. 3. ingenioſiſſimi ſui Theatri Anatom. cap.* 13. & alibi docet, ventriculi iſti ſaltem ſint receptacula excrementi pituitoſi in cerebro collecti ac geniti, neutiquam verò in iiſdem (quod ab aliis hactenus creditum fuit) Spiritus animales elaborentur, aut domicilium ſuum habeant, undè illorum infarctus ſeu obſtructio, tanto minus obſtaculo eſſe poteſt, ne ſpiritus animalis per illam penetret. Undè & *Rondeletius, lib. 1. de cur. morb. cap. 36.* Communis Medicorum ſchola credit cum Galeno, craſſum humorem ventriculos cerebri obſtruentem, hunc maximè affectum parere, exiſtimant enim, ſpiritus animales in ventriculis cerebri contineri extrà

Zzzzzz 2 arte-

arterias, in quo plurimum mihi aberrare videntur. Nam ſi craſſus humor ventriculos cerebri obſtrueret, ceſſaret motus, aut ſaltem minor fieret, ut in paralyſi accidit. At tantum abeſt, ut ceſſet, ut omnes partes præter voluntatem ad motum comitentur &c.

10. Ratio. 10. Si Epilepſiam excitaret craſſus, frigidus ac pituitoſus humor, obſtructionem in cerebro faciens, ſequeretur, iſtius mali curationem, non niſi medicamentis deobſtruentibus ac calefaciẽtibus, nec non craſſitiem illius ſucci incidentibus & præparantibus, perficiendam eſſe. At Epilepticum malum, nullatenus ſolâ ejuſmodi præſidiorum adminiſtratione tollitur, ſed ad illius abſolutam, integram ac perfectam medicationem, ac radicalem quaſi exſtirpationem requiruntur, accerſendaque ſunt remedia, ſpecifica quadam proprietate hunc morbum oppugnantia ac debellantia, ut ſunt, Pœonia, Viſcum quercinum, Cranium hominis præp. Corallium, Alcis ungula, ruta, caſtoreum, cornu cervi, &c. Ergò alia cauſa Epilepſiæ, quàm oppilatio cerebri ſtatuenda erit.

11. Ratio. 11. Si fieret Epilepſia ab obſtructione meatuum Cerebri, ſequeretur, ubi horum nulla obſtructio, ibi quoq; nec morbum iſtum poſſe habere locum (ſublata enim cauſa, tollitur quoque effectus) At Conſequens eſſe falſum, ſectiones corporum eorum, violentia & atrocitate hujus morbi è vivis ſublatorum, multoties teſtatum fecêrunt, in quibus ſanè, dum Medici rimarentur cauſam hujus morbi, nullum veſtigium obſtructionis in cerebri ventriculis, ſed modò macula, modò aqua limpidiſſima, modò ſpumoſus quidam humor, modò nihil horum prorſus apparuit. quemadmodum teſtatur *Volcherus Coiter in lib. Obſerv. Anatom. & Cheirurg.* ità ſcribens: Aquam limpidam, tenuem, & puram in Epilepticis & Apoplecticis multoties vidi. *Et paulò pòſt*: Nihil in cerebri ventriculis pituitæ, nullam in iis obſtructionem, & non plus humoris tenuis, aquoſi, ac limpidi in medio ventriculo, atq; in reliquis deprehendere quîvi, ſed totam cerebri ſubſtantiam invêni aquoſâ humiditate infarctam, & ventriculos omnes, eâdem aquâ plenos. Ità *Eraſtus, parte 4. Diſput. contrà Parac.* Complurium Epilepticorum cerebrum diſſectum nihil habuit, ex quo obſtructio colligi poſſit. Diſſecti etiam alii ſunt, in quibus ventriculi aqueo humore, aliquandò etiam cruento pleni apparuerunt, quàmvis nihil epileptici fuiſſent paſſi. Ergò &c.

CAPUT

CAPUT XIII.

Verior Epilepſiæ cauſæ proponitur, nimirùm vapor ſeu halitus acer, mordax, malignus ac venenatus.

NOn tam Servili ſimus animo, ut omnia veterum placita Oraculorum inſtar indiſcriminatim veneremur: vel tã abjecto ut poſteris omnem meliora excogitandi occaſionem præreptam ac præciſam eſſe arbitremur. Quaſi verò non idem nunc ſit, quod olim, cœlum, eadem terra, idem generandi modus, eadem denique & facilior etiam, quam aliis fuerit, diſcendi inveniendique ratio: Præclare inquit Argẽterius in præfat. ad Lectorem. Unde Scaliger. Errata majorum diſſimulanda non ſunt, ne eo ipſi poſteritati imponamus. Interim tamen majorum errata non acerbè nimis inſectanda. Cum itaq; antecedente capite luculentiſſimè evictum, firmiſſimisq; rationibus ac argumentis demonſtratum ſit, Principem Medicorum Galenum in tradendâ atque aſſignandâ Epilepſiæ cauſa non parùm hallucinatum fuiſſe, aliosq; Medicos ſecum in ſimilem quoque duxiſſe errorem, quorum quidem animis, falſa Præceptoris ſui doctrina adeò inſēdit, ut ſcirrhum, quamvis durum, citiùs digeras, quàm inveteratam hanc opinionem, à puero conceptam ipſis è mente eripias. ἔστι δὲ (ut loquitur *Gal lib. 1. de cognit. & cur. paſſ. anim.*) οὐδεμία βαφὴ δευσοποιὸς οὕτως, ὡς τὸ τοῦ ἄνευ λογισμοῦ πρὸς τὰ μοχθηρὰ δόγματα πάθος, οὐ γάρ ἐστι μεταπεῖσαι τοὺς αὐτοῖς τραφέντας: id eſt, nulla tinctura adeò indelubilis eſt, ut ad falſa, citrà rationis judicium, dogmata, animi affectio, quæ in his educatis, diſſuaderi non poterit. *Et in principio lib. 8. de compoſ. medic. ſec. loc.* ψευδεῖς γὰρ δόξαι προκαταλαμβάνουσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, οὐ μόνον κωφοὺς, ἀλλὰ καὶ τυφλοὺς ἐργάζονται: falſæ opiniones, animas hominum inſidentes, eos non modò ſurdos ſed & cœcos efficiunt. Ipſe *Galen. lib. 9. de Decret. Hippocr. & Plat. c. 1.* Media proponit, quæ poſteris ſunt relicta, ut excellentiores majoribus evadere queant ſi ſc. (inquit) poſthac non negligenter Artes excolere, & ſimilium diſſimiliumque diſcretioni operam ſtudiumque impendere voluerimus, nihil vetabit, quo minus veterib. meliores doctioresq; efficiamur. Etſi enim (teſte Hippocr. initio lib. de vet. Medic.) Medicina jam ab antiquo conſiſtat, & Principium & via inventa ſit, per quam inventa & multa &

Digitized by Google

probè habentia comperta ſunt: Tamen per multum adeò tempus & reliqua deinceps invenientur, ſi quis idoneus ſit, etiam inventorum gnarus ex his ad perquirendum procedat. Eapropter nunc omni ſtudio ac induſtriâ nobis elaborandum erit, ut de ejuſdem morbi cauſâ proximâ ac immediatâ, veriorem omninò, rationiq; magis congruem ſententiam eruamus ac proponamus, Quia autem *Ariſtot. in libris ſuis Meteorolog.* præclarè ſcribit: In rebus abſtruſis, quæ ſenſu nullo poſſunt percipi, ſatis eſſe, ſi tales cauſæ adferantur, quibus probabile ſit, tales effectus produci, & quæ nulla inſtantia veriore refelli refutariq; poſſunt. *Item in lib. de hiſtor. animal.* Phyſicum, quemadmodum & Aſtronomum debere conſiderare & cõtemplari τὰ φαινόμενα, ac ſemper tales aſſignare cauſas, quæ cum φαινομένοις conſentiant, & horum rationes ex illis reſolvi commodè & depromi queant. Idcircò & hoc ipſum in inveſtigatione cauſæ conjunctæ Epileptici morbi, diligenter nobis obſervandum eſt. Nam quia cauſa illa, Epilepſiam faciens, ſenſu aliquo minimè perveſtigari poteſt, idcircò talis adferenda eſt, cui difficulter contradici queat, id quod ſperamus nos conſequi poſſe, ſi pro vera ac legitima Epilepſiæ cauſa ſtatuamus ac aſſeramus, vaporoſam quamdam & tenuem materiam, quæ vel acrimonia ac mordacitate ſua, vel qualitate prava, maligna ac venenata, Cerebri ſubſtantiæ prorſus infenſa ac inimica, meninges, ac nervorum principium vellicet ac pungat, & conſtrictionem quamdam meatuum in illo inducat, ſicq; tandem partes ſenſiles ad noxij expulſionẽ ſtimulet ac irritet. Et huic noſtræ Aſſertioni præter alios quàplurimos, quos nunc quidem ſilentio præterimus, ſuffragantur inprimis ſequentes Viri undiquaq; doctiſſimi ac famigeratiſſimi. 1. *Joan. Fernelius lib. 5. Pathol. cap. 3.* Præter humoris copiam, venenata, & cerebri ſubſtantiæ graviter infenſa qualitas, Epilepſiæ cauſa ſtatuenda eſt, quæ quoties exagitatur & prorepit in cerebrum, ea quidem feriente, cerebro autem contrapugnante quaſi colluctatione quadam ac dimicatione, fit Epilepſia. 2 *Joan. Heurnius, in lib. de morb. ca.* 22. Fit Epilepſia quoq; ſine obſtruente materia ex connivientia ſinuum cerebri, his nimirum contractis à qualitate vellicante, eaque pura, mera, maligna, ut ait Avicenna, vel ab aura quadam tenui, malignam autem hanc noxam cum ſentiunt ſinus, eam nituntur exprimere, ſed qualis illa prava qualitas ſit, neſcio, ἀπόῤῥητον quiddam mihi eſſe vide-

Vera cauſa Epilepſiæ.

videtur, mole ſanè eſt minima, vi maxima. 3. *Philotheus Elianus in Tract. 17. Archipathol. cap. 6.* Epilepſiæ cauſa immediata exiſtimanda eſt flatus, parietes ventriculorum cerebri diſtendendo contriſtans: aut cerebro infenſa qualitas, ipſum mordicans ac vellicans. 4. *Eraſtus in diſput. med. 12.* Nihil aliud eſt Epilepſia, quàm inſtrumentalis ventriculorum cerebri morbus, à ſubſtantia mordaci, aliterve inimica cerebro excitatus, in quo propter impetum & concitatiorem motum ejus, noxia volentis excutere, mens cum ſenſibus læditur, & totum corpus inæqualiter quatitur. 5. *Marcellus Donatus, in lib. 2. Hiſtor. med. mirab. cap. 4.* Fit Epilepſia à vapore, mala qualitate prædito, qui membranas cerebri vellicans, efficit, ut inſurgente virtute cerebri expultrice, reſiſtente verò illo vapore maligno, ſequatur illa pugna & motus convulſivus. 6. *Daniel Sennertus, lib. 2. inſtit. medic. part. 3. ſect. 2. cap. 6.* Statuendum, omnē omninò Epilepſiam, à vaporoſa & tenui materia, ſeu acrimonia ſua, ſeu qualitate venenata ac maligna, Cerebrū nervoſumque genus vellicante & moleſtante, excitari. 7. *Henricus Smetius lib. 8. miſcellan. med.* Cauſa Epilepſiæ interna eſt vapor, fumus, halitus & aura quædam, qualitatem nunc in ſe manifeſtam, nunc occultam, malignam, contagijque non omnis interdum prorſus expertem, continens, cerebri ventriculorum membranulas laceſſens.

Rationes, quibus noſtra ſentētia confirmatur.

Verùm præter hæc citata Clariſſ. Virorum teſtimonia, veritatē ſententiæ noſtræ quoq; comprobant ac ſtabiliunt ſequentes rationes.

1. Quod Epilepticæ convulſiones ταχέως & ex improviſo hominem invadunt, &c. citò iterum eundem deſerunt. Obſervatum enim & experientia cognitum multoties fuit, nonnullos, quinquies, octies, decies vel pluties uno die ejuſmodi inſultibus horribiliter fuiſſe infeſtatos, quemadmodum *Braſſavolus in comm. ad aphor. 42. lib. 2. Hippocr.* ſcribit, ſe curaſſe puerum lactentem, per 40. vices, ſingulis diebus Comitialem paſſum. Hujus igitur tàm præcipitis invaſionis, & ſubitaneæ rurſus λύσεως cauſa, nulli alij rei, præterquàm ſoli paucitati ac tenuitati halituoſæ ſeu vaporoſæ cujuſdam materiæ, in corpore alicubi genitæ, & ad caput ſublatæ, adſcribenda videtur, ſiquidem hæc ad quemlibet motum etiam leviſſimū, promptiſſima exiſtit, & ut ὀλιγοχρόνιον ſeu momentaneam habet γένεσιν, ita & celerē obtinet φθορὰν ſeu διάλυσιν. Cui rei argumento eſſe poſſunt halitus ex aqua bulliente exſpirantes, quos

Digitized by Google

quos ut citò ſurſum in aerem rapi & attolli, ità quoque eoſdem citiſſimè iterùm petire ac reſolvi videmus: Ità fuliginoſæ illæ exhalationes, ex lignis incenſis ſuſcitatæ, ſicut in oculi ictu altum petunt, & inſtar nebulæ cujuſdam denſioris à terrâ in aerem copioſè elevantur aſſurgunt; ita quoq; ibidem rapidè diſſipantur, abſumuntur & evaneſcunt. Pari modo exiſtimandum eſt, Caduci quoque generationem fieri non quidem à craſſa aliqua & corpulenta materia, utpote innatâ proprietate ſuâ ad omnem motum, inprimis verò celerem, inepta ac difficili, ſed à vapore quodam tenuiſſimo, vel in cerebro procreato, vel aliundè eò delatò, quem expultrix animalis ὡς τάχιςα elidit atq; exturbat. Nihil autem noſtro judicio, modum generationis Epilepſiæ, nobis meliùs repræſentare & ob oculos ponere poteſt, quàm commixtio Olei Tartari, cum Spiritu Vitrioli, vel Aquis Regiis ſeu fortibus; hiſce enim ſi oleum ſeu liquorem Tartari copioſiùs, quàm par ſit, inſtilles ſeu affundas, videbis ex horum duorum conjunctione, vitrum, quo fit operatio, citrà ullius externi ignis præſentiam, ſuprà modum incaleſcere, inq; illo, maximam, Spirituum, momento citiùs in altum ſe attollentium, & mox iterum ſubſidentium, fieri inter ſe ebullitionem atque efferveſcentiam: Eadem ratione putandum, Epilepſiam quoq; in cerebro generari, quandò videlicet Spiritus vitæ in Microcoſmo, ab heterogeneis Spiritibus ebullit, in qua ebullitione, ceu conflictu quodam acri, vitalis tandem ſuperior, cæteros opprimit, diſſipat, & extinguit: Huc quoque ſpectat, quod *Crollius in lib. de ſignatur*: de tonitru & tempeſtate prodidit, nimirum, quæ ſit illorum generatio, in majore mundo, eamdem quoq; Epilepſiæ eſſe in minori. Et ſicut tempeſtas mutat & labefactat animalem ſenſum & intellectum, ut apparet in crocitatione Gallorum inuſitatâ, inſuetu item cantu & clamore aliarum avium & beſtiarum; ità etiam idem fieri vult in Epilepticis. Quæ collatio & à *Paracelſo paragr. 2. de Caduc.* inſtituitur, ſicut enim (inquit) tempeſtate inſtante, fit acris mutatio, quam etiam percipiunt Galli & aliæ aves, ſuccedunt nubila, Ventus, tonitrua, pluvia, ſequitur fulminis ictus, tandemque ſerenum tempus, Sole emergente, redit; Sic ingruente paroxyſmo Epileptico, præcedit perturbatio mentis, oculorum obtenebratio, in ſomnum propenſio, ſequitur colli ac ventris inflatio, concuſſio totius corporis, oculorum inverſio, clamor, lapſus, ſpuma, artuum contractio & dilacera-

tio

Modus generationis Epilepſiæ repræſentatur.

Collatio generat. fulminis & tempeſt. cum Epilepſiâ.

Digitized by Google

tio ob Spiritus coactos, tandemq; homo ad ſe redit, cum diſcuſſis nebulis, Sol Microcoſmi rationem, ſenſum, & reliquas corporis functiones in priſtinum vigorem reſtituit.

2. Ratio. 2. Quod maxima ſimilitudo ſeu adfinitas huic morbo intercedit. 1. cum *Vertigine* quæ ut parva Epilepſia vulgò dicitur, ita Epilepſia, magna Vertigo nuncupari ſolet. Cauſam autem principalem efficientem Vertiginis, omnes eruditi Medici (*ut Arnoldus Villanovanus, lib. 1. Breviar. cap. 27. Joan. Bapt. Montanus, volum. 1. Conſult. 98 Symphor. Campegius lib. 2. pract. medic. cap. 3. & 7 Jacchinus, comm. in lib. 9. Rhaſ cap. 7. Valeſcus de Tharanta, lib. 1. Philon. cap. 3 & 10. Fuchſius lib. 3. inſtit. ſect. 1. cap. 11. Hollerius lib. 1. de morb. cap. 14 & 15. Heurnius cap. 20. in lib. de affect. Cap. Rondeletius in lib. de med. morb. Platerus, in part. 1. Pract. ſua, cap. 7. Abraham Frambeſarius in Can. medic. lib. 1. Tit. 7. Joan. Coſteus, lib. 2. cap. 4. de igneis medicinæ præſidijs, Philotheus Elianus, in Archipath. Tract. 17. cap. 3. & 4. Vidus Vidius, lib. 2. curat. membran. cap. 15. Foreſtus in ſchol. ad obſ. 43. lib. 10. &c.*) ſtatuunt eſſe πνεῦμα ἀτμώδες καὶ φυσῶδες, hoc eſt, Spiritum ſeu vaporem flatulentum, calidum & acrem, vel in ipſo cerebro genitum, vel ex inferioribus partibus, per venas & arterias, plexus χοροειδῆς ad illud delatum, & Spiritui animali permiſtum, eumque circumrotantem ſeu in gyrum ducentem: Quidni igitur, & Epileptici morbi generatio in ſimili causâ, materiâ nimirum vaporosâ, acri ac maligna, reponēda erit, cum præſertim utriusque paſſionis & præceps ſit invaſio, & præceps iterum ſolutio. 2. Cum *Sternutatione*, quæ ut plerumq; ex odoribus aut vaporibus acribus ac calidis, ſenſiles partes cerebri vellicantibus, vel ſecundum *Gal. comm. lib. 7. ph. 51.* ex humore ventoſo ſeu flatuento, mordacis qualitatis participi, excitari ſolet; itâ veriſimile quoque videtur, Epilepticum motum non diſpari causâ, generationis ſuæ ducere originem, cerebro nimirum aut ab halitu flatulenti divulſo, aut à noxiâ qualitate vellicinato. Undè ſternutationem omnes cenſuerunt, adeò eſſe Epilepſiæ ſimilem finitimamque affectionem, ut permulti non ſint veriti affirmare, nil aliud eſſe levem Epilepſiam, quàm fortem ſternutationem. Equidem ſicut cerebrū, quod in naribus vel inſtrumento odoratus, acre mordaxque ineſt, impetu quodam excutere in ſternutationibus tentat: itâ in Epilepſia, quod noxium mordax aut naturæ inimicum in ventriculis ejus

continetur, expellere nititur. Fit quoque in ſternutatione, aliqua convulſionis veluti ſpecies in facie, ut hac quoque in parte ad eam proximè accedat, ſed in ſternutatione obſtructio nulla eſt, Ergò nec in Epilepſia. 3. Cum *ſingultu*, qui ut præter alias cauſas, citrà obſtructam ventris cavitatem ab humore craſſo, multoties à flatulenta materia, vel vapore quodam acri, pravo ac maligno, tunicis ventriculi ſeſe inſinuante, in eoque convulſivum quemdam motum excitante, producitur: eadem ratione credibile quoq; eſt, in Epilepſia, ad cerebri, panniculorumq; eju punctionem ac lancinationem, ab ejuſmodi ſubtili & halituoſa materia potius, acrimoniæ tamn ſeu malignitatis non experte, quàm à craſſo & corporeo humore, tam, tàm triſtes ac horrendas omnium membrorum convulſiones u vibrationes ſuccedere.

3. Ratio. 3. Quod multæ Epilepſiæ fiunt ac generantur per conſenſum aliarum partium corporis, à quibus manifeſtiſſimè aura quædam frigida, ſeu ſpiritus vaporoſus, per loca intermedia, ſurſum ad cerebrum ferri ibidemque convulſivum excitare motum, percipitur. Quam cauſam nec ipſe quoque *Gal.* ignoravit, dum *l. 3. de loc. affect. cap. 7. & 5. de loc. affect. cap. 6.* Epilepſiam quandam admittit, quæ generatur, dum à ventriculi orificio, vel alia quadam parte, aliquid ad cerebrum aſcendit, adferens huc exemplum Grammatici, qui quoties vel nimis vehementer docêret, aut cogitaret, aut iraſceretur, aut inediam ſuſtinêret, comitiali morbo corripiebatur, ore ventriculi affecto. Item pueri cujuſdam, cui à crure ad femur, à femore ad coxam, ab hac ad cervicem, & demum ad caput, vapor quidam aſcendebat cerebro torpôrem inducens, & mox puerum adeò vehementer corripiens, ut ne ſentire quidem ac intelligere poſſet. Et hujuſmodi Epilepſiæ etiamnùm hodiè frequenter obviæ ſunt, plurimosq; reperire licet, huic morbo ſubjectos, qui apertè fatentur, ſe in graviſſimi hujus mali invaſione, ſemper auræ cujuſdam frigidæ à partibus inferioribus elevationem ſeu aſcenſum priùs ſentire ac percipere, ad quam poſteà ſequatur capitis concuſſio, ac reliquorum artuum contractio.

4. Ratio. 4. Quod in hôc morbo, violenta nimis totius corporis ac præcipuè membrorum ſequitur convulſio, agitatio, & cōtorſio. Cujus quidem cauſa efficiens nequiquam eſſe poteſt corpulentus aliquis humor, præſertim verò frigidus, ſiquidé is & in Apoplexia, Catoche, Lethargo, Paralyſi & aliis id genus affectibus,

bus, ſimiles excitaret motus, quod tamē minimè fieri videmus. Sequitur ergò, à ſolâ tenui & vaporoſa materia, malignitatis participe, hūc affectum dependere ſeu proficiſci.

5. Ratio. 5. Quod experientia teſtatur, hocce affectu detentos, ab adhibitis ptarmicis ſeu ſternutationem cientibus remediis, ut plurimum à paroxyſmo excitari, & ad ſe redire. Argumento nimirum certiſſimo, non craſſum aliquem humorē, cerebro aut meatibus ejus impactū, utpotè natura valdè refractarium, & citæ diſcuſſioni quàm maximè repugnantem, ſed vaporoſam potius materiam ſubtilem & acrem, meninges vellicantem, cauſam iſti paſſioni dediſſe.

6. Ratio. 6. Quod obſervatum nonnunquàm ſit, ex aere tantùm ſeu vento, homines in comitialem incurriſſe morbum, quemadmodum id teſtimonio ſuo comprobat *Rondeletius, lib. 1. de cur. morb. int. ca. 36.* ita ſcribens: Novi multos, qui cum iter facerent, ex aere vel vento concepto, ſtatim Epilepſia corripiebantur, à qua, ſi aures bombace, aut aliqua alia ſubſtantia molli obſtruerent, ſeſe vindicabant. Si ergò ſolus aer, tamquàm ſubſtantia tenuis ac ſpirituoſa, tanta præditus fuerit ἐνεργείᾳ citrà cōcurſum corporeæ alicujus materiæ, Epilepticos inſultus concitandi, quidni idem quoq; de exhalationibus ſeu vaporibus ſubtiliſſimis, in corpore noſtro generatis, & acrimonia ſeu malignitate præditis, erit fatendum ac ſentiendum?

7. Quod videmus & experimur, non rarò ex vaporibus & odoribus pravis, ac fœtidis rerum externarum, ſubitò Epilepticos paroxyſmos cieri & commoveri: Aliarum verò contrà rerum odoribus, fumis ac vaporibus eoſdem ſiſti ac prohiberi. Sic *Apio*, ut teſtantur *Trallianus*, & *Fernelius, lib. de facult. med. cap. 5.* dicitur ineſſe proprietas, Epilepſiam commovendi; ità quoque ſuffitus ex *Gagate*, (ut ſcribit *Langius lib. 1. Epiſt. 71. Libavius in ſingul. lib. 6. ca. 10. Anſelmus Boetius, lib. 2. de Gemmis c. 166.*) item *ex galbano, cornu cervi & capræ*, teſte *Plinio lib. 8. cap. 32. & lib. 36. cap. 15. & 19.* & *Dioſcoride lib. 5.* item *Apuleio, in primâ defenſ.* nec non odor ex *Hepate hirci*, perhibentur habêre vim, manifeſtandi ſeu prodendi eamdem affectionem: E contrà verò ſumo morbum tollunt ac profligant, odor *rutæ, Thymi, Caſtorei* & id genus aliorum. Quoniam nimirum hæc tetrum vaporem, aut malignā qualitatem, quæ Epilepſiæ cauſam dedit, ſubitò diſſipant aut emendant: illa verò vel deliteſcentem alibi pravum ac corruptum vaporem 7. Ratio.

derepentè excitant, & de potentiâ in actum traducunt. Quo veroſimile certè fit, talibus quoq; internis cauſis, Epilepticam paſſionem progenerari, ſiquidem ad effectum producendum, nihil refert, ſivè extrà ſivè intrà corpus, conſtituta ſit cauſa illa, quæ talem effectum producendi vim habet, modò adſit ſubjecti ſuſcipientis habilitas & diſpoſitio, cum quâ, remotis aliis etiam impedimentis, conjungatur cauſæ moventis contactus conveniens.

Cæterum obſervari hìc convenit, dum Epilepſiæ cauſam in materiâ halituoſâ, ſubtili, acri, pravâ ac malignâ ſtatuimus, nos ἀδιαφόρως non quemlibet vaporem, tali qualitate affectum, intelligere, aliàs neceſſè eſſet, nulli non peſtilenti aut malignæ febri (in quâ ſemper ejuſmodi fuliginoſarum exhalationum venenatarũ ac mordacium copia, caput ac cerebrum petens, id quod reſtantur deliria, vigiliæ, cephalææ &c. præſtò eſt) Epilepſiam conjungi; Comitaretur quoque neceſſariò idem morbus quamcumque Luem ♀ream, ictus item animalium venenoſorum, nec non epota venena, à quibus omnibus, plurimum vaporum ſeu ſpirituum malignorum ac venenatorum excitari, hincque vagabundo motu per varios corporis partes exſpatiari, non eſt, quod ambigamus. Præterea quoq; vel ab ulceribus putridis, cancroſis, phagædenicis ac virulentis, vel ab aliis corporis abſceſſibus internis, nec non à membris ſyderatis aut ſphacelatis, ubi ſemper maxima putridorum ac venenatorum vaporum viget multitudo, numquam abeſſent Epilepticæ convulſiones; Sed dictæ affectiones morbificæ omnes, cum ut plurimùm in corpore per ſe conſiſtant, citra Epilepticorum motuum complicationem (licet hos, illis quandoq; poſſe ſupervenire, minime diffiteamur) idcircò ad excitandam Epilepſiam in humano corpore, non ſola ſpirituoſæ ſeu vaporoſæ materiæ mordacitas, ac malignitas ſufficit, ſed inſuper requiritur, ut ejuſmodi pravitas ſeu venenoſitas, ſingularem quoque, præ reliquis partibus, cum cerebro ac nervorum principio habeat ἀντιπάθειαν, iisque totius ſubſtantiæ proprietate, ſeu formâ ſpecificâ, ſit adverſa, infenſa ac inimica, quæ quidem ſi abeſt, hic morbus non gignitur. Qualis autem ſit, aut quo proprio nomine vocari mereatur, illa ſubſtantialis proprietas, rationi ac intellectui humano puto eſſe ἀκατάληπτον καὶ ἀδιάτακτον, nec ab ullo unquam, verbis idoneis perfectè exprimi poſſe, cum rerum ſingula-

gula-

gularum ἰδιοσυγκρασίαι in hâc corruptâ naturâ, ac mentis humanæ caligine, poſt lapſum τῶν πρωτοπλάστων nos omninò lateant, & in plurimarum rerum naturalium cauſis reddendis, Talparum inſtar cæcutiamus, nec non extremam ἀπαιδευσίαν noſtram ſæpè cum rubore deprehendamus. Satiùs itaque fuerit, cum aliis ſapientibus ac cordatis viris ἐλευθερίως ſeu ingenuè, ſuam hîc inſaniam & ignorantiam fatêri, quàm μεγαληγόρως ac ſuperciliosè, rei abſtruſiſſimæ, ingenii captum excedentis, falſam ſcientiam ac cognitionem velle ſibi arrogare, ut enim hæc numquã non damnatur; ita illa à bonis & candidis, ac rerum peritis arbitris, ſæpè laudatur, vel facilè veniam meretur. Majoris tamen intelligentiæ gratiâ iſtud adhuc ſuperioribus adjiciendum videtur, nimirum, quemadmodum venena non omnia ſunt unius ejuſdemque generis, ſed tùm quòd ad qualitates ſuas, tùm quoad lædendi modum, maximoperè inter ſe differunt: ità quoque rem ſe habere cum vaporoſis ſpiritibus ſeu fumoſis halitibus, ac exhalationibus pravis & malignis, in corpore noſtro genitis, ſiquidem hæ non ſemper in eôdem malignitatis ac venenoſitatis gradu ſunt conſtitutæ, nec pares ubique in corpore producunt effectus, ſed pro diverſitate tincturarum, ſeminum, ſubſtantiarum ac principiorum hypoſtaticorũ, quibus inhærent, varias etiam potentias ſeu facultates habent, uni parti nocendi magis, quàm alteri. Hinc alii vapores ſeu halitus, toti ſunt naturæ ☿alis, alii Salinæ, alii Sulphureæ: Quidam æmulantur vires ſeu proprietates Arſenici, quidam Aconiti, quidam Napelli, vel aliorum venenorum. Nonnulli ſunt forma corporaliore, nonnulli verò ſpirituoſiore. Alij denique pro varia ſubjectorum diſpoſitione, celeriorem, alii tardiorem nacti ſunt generationis modum. Ratione igitur harum differentiarum evenit, ut ejuſmodi malignæ exhalationes, modò cerebrum laceſſant, relictò corde, modò cor fatigent, intactò cerebro, nunc ventriculum invadant, nunc uterum petant &c. prout ſcilicet, non ſolùm hanc vel illam partem, ad unum aliquod dictarum malignitatum genus ſuſcipiendum magis proclivem, habilem ac diſpoſitam oſtendunt, verùm etiam, prout illis, cum hoc vel illo, v.g. ſale, ſulphure, & ☿, huic vel illi parti ingenito, major vel minor inimicitia ac contrarietas intercedit.

Eorum, quæ ſcire nec fas eſt, nec datur, docta eſt ignorantia, ſcientiæ enim ejuſmodi adfectatio dementiæ ſpecies eſt.

Qualitas venenata

Sed ſupereſt tamdem diſquirere, undè nam & ubi ejuſmodi ma-

Digitized by Google

An citrà putredinē in corpore humano generetur.

ligna ac venenoſa materia vaporoſa Epilepſiam excitans, in nobis generetur & producatur? Cui reſpondemus, interdum in capite ipſo illam colligi, nonnunquàm verò in aliis etiam cavitatibus partium corporis eamdem generari, vel ex peculiari ac ſpecificâ quâdam humorum corruptione ac putredine, vel etiam penitùs abſque ea. Et quamvis *Gerardus Columba lib. 1. de febr. peſtil.* in eâ ſit ſententiâ, nullam unquam venenatam qualitatem in nobis citrà putredinem ſummam, vehementem ac excellentem, generari poſſe, fultus nimirum hâc ratione, humorem naturalem, ut evadat venenum, debêre mutari ab amico ad inimicum, à nutrimento ad deleterium, & ab eo, quod poteſt à naturâ concoqui & vinci ad id, quod nullo modò à calore vincatur; ſed hanc mutationem fieri non poſſe, niſi per ſummam & valdè intenſam corruptionem & tranſmutationem, aliâs ſequi, omnem humorem corruptum, & ad benignum non reducibilem, eſſe venenum. Cum verò hoc falſum ſit, idcircò opinatur, ulteriorem & longè majorem tranſmutationem & φθορὰν requiri. Nos tamen cum *Hercule Saxoniâ, ſect. 2. de Phœnigm. cap. 10. & in lib. de febribus cap. 30.* ſtatuimus, talem inſignem humorum corruptionem ac putredinem, ad qualitatem venenatam generandam in corpore, non ſemper eſſe neceſſariam, ſed interdùm etiam abſque illâ, varia deleteriarum, malignarum ac pernicioſarum exhalationum genera, cauſam, cùm Epileptico malo, tùm aliis affectibus venenoſis præbentia, ex latente & abdita quadam vi, ſuæ generationis primordium, in corpore humano poſſe ſortiri, perſuaſi nimirum illis rationibus. 1. Quod videmus, in plantis, mineralibus atque animalibus nonnullis, ex ſolâ eorum naturali conſtitutione, citrà omnem putredinem, venenum generari, quidni igitur in humano corpore idem contingere poſſe, quandò præſertim cauſæ præter naturam, venenum producentes, præſtò ſunt, aſſerendum? 2. Quod nonnumquàm in Macrocoſmo, vel ſicciſſimâ aeris conſtitutione, ſine omni putredinis labe, venenum peſtilens excitari ac propagari experimur, ut in libro noſtro de lue peſtiferâ declaravimus. Cur igitur abſurdum fuerit dicere; in Microcoſmicâ quoque conſtitutione, abſq; putredine excellenti, tale quid accidere poſſe? 3. Quod in febribus quibuſdam peſtilentibus ſæpè longè minorem animadvertimus humorum putredinem, quàm aliis putridis, ma-

ligni-

lignitate omni deſtitutis. 4. Quod experientia confirmat, ubi viget aliquo in loco, inſignis putredo, eam diu latêre non poſſe, quin mox ſuis ſeſe prodat inditiis, quod tamen in veneno minimè apparet, ſiquidem hoc, antequàm in actum prorumpit, & læſionem manifeſtam infert, longo ſæpè tempore, ſinè ullâ ſui manifeſtatione, in corpore quietum delitescit, ut potiſſimum apparet in veneno canis rabidi, morſu hujus animalis homini communicato, quod, teſte *Amato Luſitano Cent. 7. in ſchol. ad cur. 41*, per annos tres, nonnunquàm, ut prodidit *J. Palmarius lib. de morb. contag. & P. Salius de affect. partic.* per annos 7. & 9. quandoque per annos 12. teſte *Alberto Magno, lib. 7. Hiſtor. anim. cap. 2.* imò, ut ſcriptum reliquit *Guainerius in Tractat. de venen.* per annos 18. vel quod fidem excedere videtur, per annos 40. ut annotavit *Alpharabius*, in corpore humano latêre poteſt: Quod idem quoque de veneno luis Gallicæ, occultè quoque ſerpente, & per multos ſæpè dies, menſes vel annos, antequàm ſe prodat, & vires corporis convellat, delitescente, affirmari poterit, quemadmodum hâc de re luculentiſſima probatiſſimorum Virorum exſtant teſtimonia, ut *Fernelij lib. 2. de abd. cap. 14. Ingraſſia, Cardani in comm. ad lib. Hippocr. de alim. Franciſci Reuneri in tract. de curâ morbi Gallici, Thomæ Ravennatis de lue ☿, & aliorum.*

CAPUT XIV.

De Causâ Internâ Epilepſiæ, ſecundùm Hermeticorum ac Paracelſi doctrinam.

HErmetici Philoſophi, in explicandis deſcribendiſque morbi Epileptici cauſis internis, ab aliis communi loquendi formula, uſitatiſque Dogmaticorum Medicorum terminis, recedentes, paulò aliter rem enunciare, verbiſque ac phraſibus nonnihil peregrinioribus, & à vulgi captu remotioribus, uti videntur, dum nimirùm Epilepſiæ cauſam veram ac legitimam profitentur eſſe, vaporem quemdam ☿alem vitriolatum, ex Tartaro impuro, ſeu ex mucilagine æruginosâ, in aliqua cavitate corporis collecta, exſpirantem, qui ſtypticitate arterias carotides conſtringens ac comprimens, Spiritus vitalis in corde geniti, viam ac tranſitum liberum in Cerebrum ſiſtit ac impedit; vel eadem aciditate vitriolata, ventriculos ac meatus Cerebri nimis coarctans, & panniculos ejus laceſſens,

ceſſens, pungens ac vellicans, ejuſmodi, quales ſeſe offerunt, omnium corporis partium, præcipuè verò externarum, horribiles convulſiones & contractiones excitat, quæ pro copia aut qualitate majori vel minori dictorum acidorum vapôrum, modò longiores ac graviores, modò breviores ac mitiores tamdem appareat. Poſſe autem ejuſmodi vitriolatos ac ☿ales vapores in corpore noſtro procreari, mirum nemini videri debet, qui modò intelligat penſique habeat, analogiam illam, quæ Microcoſmo eſt cum Macrocoſmo, & quomodò ferè nihil in iſto exſtet, aut generetur, quod in illo quoque, ſi non eſſentialiter ſecundùm ſpeciem, ſaltem analogicè, ſecundùm vires & effectus non reperiatur aut repræſentetur, id quod prætet alia, varia mineralium ac metallicorum Spirituum genera, in utroq;, ſcilicet tàm majori quàm minori mundo obſervantia, abundè teſtantur. Nam cum homo inter cætera animalia, variis, iiſque ſæpè pravis, ac contraria qualitate inter ſe pugnātibus, pro corporis ſui nutricatione, veſcatur cibis ac alimentis, veriſimile omninò eſt, ventriculo præſertim imbecilli exſiſtente, nec ingeſta legitimè concoquente, variorum etiam Tartareorum, terreſtrium ac feculentorum humorum in corpore fieri congeſtionem, qui ſi tempeſtivè extrà corporis limites à robore expultricis ejiciuntur, utplurimùm laudabilem habitum, ac inculpatam conciliant ſanitatem, contrà verò diutiùs quàm par ſit, in cavitate aliqua partium retenti, tunc induta corruptione ac malignitate concepta, plura diverſaque, Vaporum ſeu halituum pernicioſiſſimorum genera, vires ſeu ἐνεργείας Spirituum mineralium æmulantia, de ſe procreant ac concitant, quæ poſteà agitatione hinc indè per corpus diffuſa, nunc huic, nunc illi ægritudini hominem obnoxium reddunt. Obſervandum tamen, non quemlibet vaporem ità indifferenter ſumptum, cauſam præbère generationi Epilepſiæ, ſed requiri omninò, ut is præditus ſit proprietate vitriolata, & δύναμιν habeat ὀξώδην, aciditate & mordacitate ſua cerebrum ejnſque membranas pungendi & vellicandi, alioquin, ſi alterius exſiſtat naturæ, & dictis qualitatibus deſtituatur, alium potius morbum quàm Caducum excitabit, quod & comprobari poteſt teſtimonio *Hippocr.* qui in Aphor. pronunciavit; Melancholicos facilè fieri Epilepticos, non certè ob id, quod melancholicus humor, craſſitie ſua, obſtruat ventriculos cerebri, ſicque ſenſu motuque hominem privet, ſed potiùs,

tius, quod illi præ cæteris multum inſit Salis Vitriolati, ſeu Armoniaci, qui à phlegmate ☿ali, & Sulphure glutinoſo, (quorum commixtione anteà in ſuo ſtatu & officio temperatus continebatur) ſeparatus, ſolusq; ità relictus, inſtar aquæ fortis, ſummam acrimoniæ, fermentationis, corroſionis ac penetrationis violentiam adquirit, adeoq; tamdem in cerebrum ſublatus, vellicatione inibi excitata, graviſſimum hunc morbum procreat & producit.

Paracelſi ſententia. Et ab hac Hermeticorum ſententia non abire quoque videtur *Paracelſus*, qui *in lib de Caducis*, veram radicem Epilepſiæ, vitriolum Mercuriale, ſeu vaporem vitriolatum eſſe affirmat, undè & hunc morbum viridellum, ſeu vitriolatum nuncupat, propterea ſcilicet, quod omnes vitrioli proprietates, tincturas & ſymptomata ſecum circumferat, quas tincturas exhalando, temporis intervallis, malignas acres, acidas & adſtringentes, ſpiritibus animalibus nullo negotio permiſcet. *Idem* quoque *autor in alio peculiari tract. de Caduco, mox ab initio*, Caduci cauſam materialem aſſerit eſſe Sulphur vitrioli narcoticum, mordicativum in microcoſmo exſiſtens, dum ità loquitur: Caducus itaque nihil eſt aliud, quàm oppugnatio cerebri atq; rationis, ortum ducens ex fœtore quodam peregrino inibi recepto. Nunc autem non quilibet odor hoc præſtare valet, ſed competit tantum illi, qui ſtupefactivus, inebriativus ac mordicativus exſiſtit. Diſcrimen hujus rei apparet in uva verſa & Cicuta, aliisque id genus, quæ hominem ratione privant, ob vim ſtupefaciendi, quæ ipſis ineſt. Etſi autem Hyoſcyamus, Opium, Mandragora & Papaver, eòdem quoq; pertinère videantur, tamen mordicativa & inebriativa potentia ſeu virtute carent, quâ tamen inprimis excellit Sulphur Vitrioli, utpotè ſummè narcoticum & mordicativum, & qui eo, prout quidem ſe habent ſiderum conſtellationes, veſcitur, is proclivis eſt cadere in hujus morbi paroxyſmum, quod idem & odor ac comeſtio aliorum ſimplicium, ſimili qualitate præditorum, efficere poteſt &c. Plura ibidem legat, qui volet, nobis enim hæc ſufficiunt, & cætera, quæ Autor more ſuo, de generatione ſeu cauſa efficiente hujus morbi nugatur ac fabulatur, obſcuriora omninò ac intricatiora ſunt, quàm ut huc apponi mereantur, vel ex illorum lectione aliquis, ad Lectorem fructus redundet.

CAPUT XV.

De Cauſis Epilepſiæ Antecedentibus, quæ alteram ſpeciem Internarum conſtituunt.

CUm hactenus de proxima ſeu continente Epilepſiæ causâ, quam primam Internarum diximus, ſufficienter egerimus, ordinis ratio nunc poſtulat, ut alteram quoquè internarum ſpeciem Cauſas nimirum Antecedentes, paucis perſequamur. Sunt autem & vocantur propriè cauſæ antecedentes illæ, quæ effectum antecedunt; & per ſe propriè tantiſper durant, actuque movent, donec effectus cõſtituatur, ſive cõtinens morbi cauſa in actum deducatur, conſtituto enim effectu, deſinit motus. Huc autem pertinent & potiſſimum referri debent; ſecundum Hippocr. & Gal. aliorumque Medicorum ſententiam.

Cauſa antecedentes

1. 1. *Intemperies frigida & humida Capitis*; ſeu habitus corporis cacochymicus, pituitoſus vel melancholicus, huncce enim uberem materiam, meatibus cerebri vel obſtruendis vel comprimẽdis ſuppeditare, indèq; Comitialem quandoque excitare poſſe, multorum præſtãtiſſimorum Medicorum autoritate docemur, inprimis verò luculenter id confirmat *Foreſtus lib. 10. Obſerv. 62.* exemplo cujuſdam Zythepſæ, quadragenario majoris, & totâ corporis conſtitutione melancholici, nigri, macilenti ac ſubtriſtis, cui ex litibus continuis, quibus illaqueabatur, melancholicus humor valdè auctus erat, & cui ſanguis multus, nigerrimus ac melancholicus frequenter è naribus fluxerat; qui poſteà ità factus fuit Epilepticus.

2. *Nimia intentio animi*, quâ diffuſi Spiritus & vapores pravi ex aliis locis in caput attracti, Epilepſiam cauſare poſſunt; quemadmodum *à Gal. 5. de loc. affect. cap. 5.* introducitur Exemplum Grammatici, qui quoties vehementiùs doceret aut cogitaret, toties Epilepſiâ corripiebatur. Ità *Platerus lib. 1. Obſervat. ſuar. medicin.* meminit cujuſdam Candidati, Doctoris titulo decorandi, qui cum nimis orationi in publico actu recitandæ memoriter, intentus fuiſſet, ſubitò corruit totus attonitus ſine ſenſu & motu, à quo morbo tamen paulò pòſt admotis & exhibitis refocillantibus, ad ſe rediit. 2.

3. *Coacervatio bilis porraceæ ſeu æruginoſa* in Ventriculo. A quâ acres, maligni ac vitriolati vapores ſurſum in cerebrum evecti, talem noxam facultati inferunt, ut vix ex- 3.

expultrix hanc noxam percipiens, à qualitate hâc inimicâ in ſe ipſam veluti contracta, faciat convulſionem Epilepticam.: Quemadmodum idem quoq; facit Chylus corruptus, undè videmus, infantes magis cæteris ætatibus, huic paſſioni ſubjectos, quia nimirum multi illorum lac aceſcens, & non probè concoctum in ventriculo congerunt, undè illud poſteà in virus quoddam vitriolatum, cerebro apprimè infenſum, tranſit ac degenerat.

4. *Avicenna lib. 3. can. 1. Fen. 16. tr. 5. c. 2 aperte docet vermes & ſerpentes Epilepſiam inferre.*

4. *Vermium ſeu Lumbricorum in corpore præſentia.* A quibus ſeu vivis ſeu mortuis interdum ejuſmodi maligni vapores ad cerebrũ elevati, adeò expultricem ſtimulant, ut ipſa ſummo conatu ac vi inſurgens, ad excutiendam hanc veneficam qualitatem, contrahatur, & ex hâc contractione ventriculi ſubſideant, & hac ſubſidentia Spirituum influxus in inferiora impediatur. Exemplum talis Epilepſiæ ponit *Foreſtus lib. 10. obſerv. 65.* de puero quodam trimulo, Epilepſiam incurrente ex tetris fumis à Vermibus, quos mortuus cum excrementis ſubindè ejiciebat, in cerebrum elatis Simile quoq; Exemplum invenies apud *Julium Cæſarem Claudinum in Conſult. 64.* de puellâ quâdam nobili &c. (*Franciſcus Tidicæus*, ut ex Schenckii obſervationibus paret, ſcribit, cuidam adoleſcenti paſſioni ex aqua cui ſperma ranarum permixta ranum generatam fuiſſe in corpore, quæ præter alia ſymptomata etiã multos Epilepticos inſultus ipſi intulerit. Huc pertinet caſus illius adoleſcentis Argentinenſis, deſcriptus *Melch. Sebitzio*, qui ob ſerpentem in ventre concluſum ſæpius convulſiones Epilepticas paſſus fuit. Ita *omni benus Ferrarius lib. 1. cap. 9.* memorat duas Lacertas æſtivo tempore ſeſe in os pueri cujuſdam in prato dormientis irruiſſe, eique Epilepticarum cõvulſionum poſtea, quibus per vices corripiebatur, extitiſſe cauſas.)

5. *Sanguinis nimia obullitio ſeu effervescentia.* Quæ etiam interdùm cauſam præbere poteſt generationi motuum Epilepticorum, dum nimirùm ab eâ, tenues ac ſubtiles fumi ſeu halitus, acri, ſalſâ, mordaci, vel aliâ pernicioſâ qualitate præditi, in Cerebrum, ejuſque membranas, ἀθρόως ſeu cum impetu effuſi, nervoſas ac membranoſas partes vellicant, ſenſuque triſti ac moleſto afficiunt, quam noxam malignam, ſinus poſteà percipientes, omni vi eam extrudere nituntur. Id quod videmus ſæpè accidere pueris ac infantibus, variolis ſeu morbillis infeſtari incipientibus, cum enim in 5.

Digitized by Google

illis tunc maxima vigeat ſanguinis in toto corpore ebullitio ſeu θερμασία, idcircò fomite quoq; idoneo non deſtituuntur, quo ad hoc malum ſuſcipiendum, habiles & diſpoſiti redduntur.

6. *Seminis vel ſanguinis menſtrui ſuppreſſio.* Quorum quodlibet per ſe, ſæpè Caducum poſſe excitare morbum, apud omnes Medicos in confeſſo eſt. Quamvis autem fateri neceſſe habeamus, ſemen humorem eſſe exiguum, & in unâ dumtaxat corporis parte, Teſtibus nimirum vel Utero contentum, attamen ſi Phalangii morſum vix perceptibilem, teſte *Gal. l. 3. de loc. affect. cap. 7. & lib. 6. cap. 5.* Scorpionis ictum, acus puncturæ hautabſimilem, teſte *Dioſcor. lib. 2. cap. 11.* Rabidi canis ſalivæ; Torpedinis item marinæ vim maximam, *Plinius lib. 9 natur. hiſt. cap. 16.* imò Magnetis etiam attractum planè admirabilem, *Plin. lib. 36. cap. 16. Aetius, lib. 2. cap. 25. Auguſtinus, lib. 21. de civitate Dei,* penitiùs quis rimêtur, ſanè non invitus nobis aſſentiet, Semen, ut & ſanguinem menſtruum, in utero præter naturam retentum, maximorum & vehementiſſimorum Symptomatum (qualia inprimis Epilepſiæ exſiſtunt) cauſam ſæpiſſimè exſiſtere. Cum enim ab exiguo veneno, per tantillum foramen immiſſo, totum corpus inficiatur, & breviſſimo temporis ſpacio, ſymptomata graviſſima & pernicioſiſſima inferantur: cur non etiam à duobus noſtræ generationis principiis, præter naturam retentis, & propriè vitioſis ac corruptis, imò in vapores planè venenatos ac malignos converſis ac reſolutis, caput & cerebrum, apte præſertim ad id diſpoſitum, alterari, in eoq;, ob irritatam expultricem, à maligna & inimica aura, hunc morbum excitari poſſe exiſtimemus?

7. *Secundinarum in partu retentio.* Eadem quoque eſt ratio Secundinarum, hæ enim ſi non protinus fœtum, in lucem editum, ſequantur, ſed diutiùs quàm par ſit, retineantur, ob loci naturam, calidam ac humidam nimis, corruptionem & putredinem faciliimè inducere ſolent, qua poſteà malignus ac venenatus vapor, per venas & nervos ad cerebrum derivatus, pariter Epilepſiam facit.

8. *Nutritio infantis in utero ab impuro ſanguine.* Qui ſi neque in utero, neque extrà uterum vel per Tineam achores aut favos in capite vel per ſcabiem totius corporis, aut alias vias convenientes & naturæ ordinatas expurgetur, ſed in venis ac in habitu corporis ità concluſus retineatur, acres, ſalſæ, nitroſæ ac malignæ qualitates in eo

doli-

deliteſcentes, progreſſu temporis efferatiores factæ, inque caput ſeu cerebrum poſteà raptæ, nullo negotio Epilepticas convulſiones tamdem inducunt.

9. *Dentitionis primum tempus.* Tunc enim ob ingentem exquiſitumq; dolorem conjunctum, ſanguine, ſpiritibus, cæteriſque humoribus in vaſis majoribus vehementer agitatis & attenuatis, non ſolùm febrilis inducitur calor, verùm etiam ſimul plurimæ acres, calidæ & pernicioſæ evaporationes in caput feruntur & attrahuntur, quæ ibi conſiſtentes, nervorumque principium mordacitate ſua infeſtantes, tamdem cauſam inſultibus Epilepticis præbent.

10. *Apoſtemata & ulcera maligna.* In his enim ſanguis & humores, propter diſpoſitionem malam ipſius partis, vel nativam vel adſcititiam, ſæpè adeò alterantur & corrumpuntur, ut venenoſam prorſus adquirant qualitatem, undè vapor ſeu aura quædam ab iis per cœcos ductus, ſurſum ad cerebrum adſcendens, ejuſque ventriculorum parietes diſtendendo vel mordicando afficiens, poſtremò Epilepticum malum cauſat.

CAPUT XVI.

De Cauſis externis Epilepſiæ.

Cauſas Epilepſiæ ſuprà cap. II. diſpeſcuimus in duplices: Internas nimirum & externas. Explicatis itaque hactenùs & ad finem perductis prioribus reſtat, ut & poſteriorum tractationem aggrediamur. Incenſum autem externarum ſeu procatarcticarum cauſarum hujus morbi, veniunt omnia illa, quæ vel cerebro intemperiem aut imbecillitatem aliquam conciliant, vel humores pravos, corruptos ac venenatos generant, vel vapores ſeu ſpiritus mordaces, putridos, malignos ac deleterios, ex inquinatis iſtis humoribus ſuſcitant & ad cerebrum impellunt, Cujuſmodi ſunt.

1. *Fœtida ac maligna exſpirationes* paludum, lacuum, & ſtagnorum, aerem contaminantes & depravantes. *Cauſa externa Epilepſiæ.*

2. *Aeris humida & calida conſtitutio.* Unde *L. Lemnius lib. 2. de occult. nat. mirac. cap. 3.* autumat in Belgarum regione, cum ea plus ſatis frigida humidaque ſit, atq; Auſter continenter ſpiret, complures huic morbo obnoxios eſſe, adeò ut in compitis ac triviis miſeranda

Digitized by Google

ſpectacula, hominum oculis exhibeantur. Quapropter *Hippocr. l. 3. aph. 20.* Vernum aerem, inter alias ægritudines, morbum quoque comitialem proferre ſcribit, minùs verò hyemem, ſiquidem *Avicenna, ſecundâ primi ait*: Epilepſiam ſeptemtrionalibus non ferè contingere, quia ſint introrſum ſani & calore exſuperante, quod ſi eveniat, eſſe atrocem, quia cauſa ſit præpotens. Interdum quoque Aer nimis ſubtilis ac tenuis, in illis præſertim, cerebri ſubtilitate & ſenſilitate exquiſitiore præditis, hunc morbum excitat. Hinc puto, Florentinis, utpotè naturâ & ingenio perſpicaciſſimis, Epilepſiam eſſe *ἐνδήμιον νόσημα*.

3. *Mora in ſole plurima*, hæc enim propter contractum calorem, pravos & excrementitios humores, aliàs quietè in corpore delitescentes, attenuat, fundit & agitat, inque tenuem ac vaporoſam ſubſtantiam convertit, quæ poſteà ad caput attracta, illud replet, & ſingulari moleſtia afficit.

4. *Ventorum vehementia ſeu inclementia*, inprimis verò Auſtralium ſeu meridionalium. Hi enim teſte *Hippoc. ſect. 3. aph. 5. & 17.* caput plurima replent humiditate & vapida materia, ſuperfluitatesq; agitant & augent, Aquilo verò huic generandæ affectioni, non adeò potens eſt, ex ſui enim natura corpora exſiccat, & propter *ἀντιπερίστασιν* occluſis poris ac meatibus cutis, calorem naturalem robuſtiorem ac vegetiorem reddit. Quod ſi tamen interdum contingat, ab Aquilonari tempeſtate morbũ hunc excitari, id ex eo eſt, quod genitas jàm, & in magna copia in corpore coacervatas ſuperfluitates conſtipando coerceat, earumque diſſolutionem & evaporationem impediat, undè eò magis nociva exſiſtit, ſi auſtralem conſtitutionem repentè ſequatur.

5. *Olfactus rerum, gravem & viroſum odorem exhalantium*, ut Bituminis, Gagatis, cornuum caprinorum vel hircinorum, Sulphuris, picis, hepatis caprini aſſati, bdellij, aquarum fortium, ſeu ☿alium &c. Ab his enim tenues & vaporoſi ſpiritus in cerebrum rapti, actutum ſeſe meatibus ejus inſinuant, qui tandem acrimoniâ vel aliâ prava qualitate ſui, panniculos pungendo & laceſſendo, habiles ſunt, ejuſmodi motus Epilepticos inducendi.

6. *Hydrargyrus*, ſiquidem hic inter cætera hoſtilia medicamenta, (ut loquitur Philotheus) peculiari abditaque quadam vi ac facultate, cerebro, totiq; nervoſo generi infeſtiſſimus exſiſtit. Ejus enim illitu, vel viroſo vapore, ſeu ſuffitu ſolo non-

Digitized by Google

nonnunquàm apoplexia, paralyſis, aſthma, ſtupor, tremor membrorum, *ἀφωνία* & convulſio, aliaque graviſſima accidentia introducuntür, teſte *Ferdin. Ponzetta, lib. 2. de ven. ca. 21. Fernel. lib. 1. de lue ♀ ca 7. Foreſt. lib 8. obſerv. 5. Julio Palm. in lib. de morb. cont. Joan Lang. lib. 1. Ep. 43. & aliis.* Nil igitur mirum, ſi cerebrum, ejus virulëria infectum, vertigini vel Epilepſiæ quoquè fiat obnoxium, ſi vapor illius malignus attrahatur. Undè *Fernelius lib. 2. de abd. cap. 15.* Multos (inquit) vidi evaſiſſe Epilepticos, quod in curanda lüe venerea, dum unguentis ex hydrargyro illinerentur, nonnihil in aurem & cerebrum penetraſſet.

7. *Compreſſio ventriculorum cerebri.* Hanc enim quandoq; comitialem quoque poſſe producere morbum, comprobat. *Gal. lib. 1 de inſtrum odor. cap. 11.* ità ſcribens: Quandoque contingit, ut, ſi Cheirurgus, calvariam perforans, cerebri ventriculos immoderatè comprimat, Epilèpſia inducatur, quia comprimendo, motum ſpirituum in partes internas prohibet.

8. *Ulcus σηπεδονῶδες, Abſceſſus in cerebro, ſeu Cranium carioſum, ac corrupta meninx,* dè quibus *Fernel. lib. 5. Pathol. cap. 3.* Cauſam Epilepſiæ deprehendi interdum eſſe cerebri abſceſſum, interdum corruptam meningis portionem, calvæ adhærentem ſummo dolore, quibus è locis teter vapor in cerebri ventriculos penetrabat. *Idem lib. 2. de abd. cap. 15.* Aperto Epileptici capite deceſſerat, quiq; vivens vehementiſſimo, eoque ferè perpetuo dòlore vix digitum lato, circa ſyncipuт torquebatur, deprehendimus craſſiorem meningem ea ſede, calvæ oſſi adhæreſcere, pauculo humore putri interjecto. *Vidus Vidius, lib 2 de cur. morb partic. ca. 18.* Vidimus (ait) Barcinonæ militem Hiſpanum, qui cum ex lue Gallicâ in putridam calvariæ cariem incidiſſet, non multò poſt cepit frequenter ac vehementer Epilepſia infeſtari, quam tamen anteà nunquàm expertus fuerat, à quo Symptomate, ille non multò pòſt penitùs fuit liberatus, beneficio uſtionis cum ferro candènte, & aliorum præſidiorum, putridam calvariæ cariem tollentium. *Foreſtus in ſchol. ad obſerv. 67. lib. 10.* Virum novi Delfenſem, qui os calvariæ corruptum habebat, undè virus exhalabat, & in frequentiores paroxyſmos Epilepticos incidêbat. *Valeſcus de Taranta in ſuo Philon. cap. de Epil.* Homini cuidam in capite vulnerato, vulnereque penetrante uſque ad piam matrem, ſanies ſeu fœtidus vapor, ab ea diffluens, ad cerebri ventres ità pervênit, ut

ſexies

ſexies vel octies in die Epilepſiam cauſaverit.

9. *Incondita vociferatio, gravis cœli tonantis fragor, perſtrepens clangentium tubarum ſonitus, tormentorum bellicorum diſploſio, aliorumq́ hujuſmodi terribilis ſonitus.* Hæc enim omnia in cauſa quoq; eſſe poſſunt, ut homo in hunc morbum incidat, quemadmodum *Joan. Matthæus à Gradi, ſupra 9. lib. Almanſ.* ſcribit, filium ſuum Epilepſia correptum, ex inopinato tubarum increpitu ſeu clangore, pòſt intrà horas decem occubuiſſe. Et *Foreſtius in ſchol. ad obſerv. 54. lib. 10.* Novi ego Alcmariæ Medicum claudum, qui cum pueros tubâ tortili intonantes audiret, ſtatim concidebat, & Epilepſiam incurrebat.

10. *Ictus & percuſſio capitis,* quâ humores cerebri vehemẽter commoti, & ad nervorum principium cum impetu propulſi, facilimè ventriculos obſtruere aut coarctare, vel ob ruptam venulam aliquam, ſanguis ſeu cruor in ſubſtantiam cerebri effuſus, ibique putredine corruptus, facilè hunc morbum, excitâre poteſt. Undè *Joannes Langius lib. 1. Epiſt. 10.* ſcribit, puellam quandam in Gynecio, pugno fatui ad tempora percuſſam, multis indè Epilepticis paroxyſmis convulſam, tamdem ægrè ipſius conſilio & operâ convaluiſſe. *Et Ioan. Matthæus, in obſ. Med. Caſu 7.* refert quemdam, qui publicæ præerat molendinæ Alzææ, à ſervo, ſupra caput ligone percuſſum, ſupervenientibus paroxyſmis Epilepticis, tamdem confectum exſpiraſſe. Vulnere, ut poſtea ex ſectione compertum, ad medietatem Cranii uſq; penetrante.

11. *Dæmon ſeu ſpiritus malignus,* Qui corpus exagitat, & materiam ad cerebrum defert, nam & hunc cauſare poſſe iſtum morbum, docemur divinorum oraculorum autoritate, *Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. &c.* Exemplum etiam adfert *Alex. Benedictus, lib. 1 de cur. morb. ca. 28.* ità ſcribens: Mulier quædam ſingulis ferè noctibus, ſe Dæmonibus tentari aſſerebat, qui ſuadebant, ut ex iis miſeriis evaderet, ut in puteum ſe præcipitem daret: verùm illa cubiculo noctu includebatur, &c.

12. *Uſus ſeu comeſtio ciborum excrementitiorum, graveolentium, & corruptioni facilè obnoxiorum,* præcipuè verò eorum, qui vitioſiſſimum ſuccum gignunt, & caput plurimis vaporibus replent, ut ſunt allia, cepæ, fabæ, legumina, nec non, qui peculiari creduntur pollêre facultate hunc morbum excitandi, ut ſunt, carnes hædorum & capratum, Epar hircinum & caprinum, Paſſerum cerebella, Apium,

aut

aut lentes, quarum eſu quemdam ſemper incurriſſe comitialem, *Julius Alexandrinus lib. 8. cap. 7. Salubr.* refert. Quò pertinet etiam Tuberum frequens eſus, qui Apoplexiam & Epilepſiam efficit, ſi credimus *Setho*. Item comeſtio anguillarum, quam ſcholari cuidam, Comitialem attuliſſe morbum, *Foreſtus, lib. 10. in ſchol. ad obſerv. 57.* prodidit.

13. Crapula ſeu ingluvies nimia. Quæ cauſam præbet multarum cruditatum, aliorumq; vitioſorum atque corruptorum humorum in corpore generationi, ob calorem ventriculi debilitatum, concoctionemque valdè depravatam vel imminutam, undè poſteà pernicioſæ evaporationes ad caput evectæ, illud malignâ ſuâ qualitate lædunt & affligunt. Unde *Alexand. Benedictus, lib. 12. de med. morb. cap. 11.* ſcribit, ſe nonnullos vidiſſe, quibus ex crapulâ, Epilepſia orta fuerit.

14. Vini meraci veteris ac generoſi nimia ingurgitatio. Tale enim vinum, immoderatiùs ſeu copioſiùs, quàm ex uſu ſit, potum, non ſolùm ſuffocando calorem nativum, cruditates varias, ex quibus teſte *Andreâ Baccio lib. 3. de vinis cap. ult.* poſteà numeroſæ morborum frigidorum ſoboles emergunt, generat, verùm etiam ob ſpirituum tenuiſſimorum, calidorum, mordacium ac ſalinorum, quibus præ omnibus aliis vegetabilibus imprægnatū eſt, copiam, ſingulari pollet δυνάμει ſeu facultate, cerebrum, ejuſque membranas feriendi, pungendi, ac vellicandi, ad quam vellicationem poſteà convulſivi ſuccedere ſolent motus. Abundare autem vinum ejuſmodi ſalinis ac vitriolatis ſpiritibus, teſtem habemus, lumen olim totius Galliæ clariſſimum, *Joſeph. Quercet.* qui in *Tetrate cap. 7.* ità ſcribit: Magna eſt Salium vitriolatorū copia in multis vegetabilibus quibus nutrimur, & ex quibus elaboratur ſanguis, ſed præſertim in vino, cujus mater, ſc. vitis, pluſquàm vegetabile nullum aliud, metallicos terræ ſpiritus haurit & depaſcit: hinc fertur Bacchus amare colles, & petroſa loca, iiſq; delectari, quod multis aliis vegetabilibus non contingit, quin imò ex vino, ſi phlegma ſepares & in igne etiam violentiſſimo coquas & recoquas, numquàm tamen ipſum ad eam ſalſuginoſam materiam adduces, niſi quid ſalis fortè in ſe retinuerit, quod liquido humore evaporato reliquum corpus acrius reddat & mordacius ſit. *Hactenus Querc.* Dari etiam poteſt alia cauſa, cur immoderatus vini potus, Epilepſiam excitet, nimirum, quod vinum propter eſſentiæ tenuitatem, citiſſimè ad nervos penetret,

& propter calorem eos inflammet, unde poſteà convulſiones, fundendo humores, & ex iis vapores pravos ſuſcitando, nervoſasque partes pungendo, Epilepticos paroxyſmos excitat. Exemplum ejuſmodi Epilepſiæ, ex vini generoſi potatione excitatæ, adfert *Platerus in lib. 1. obſerv. medic.* de mercatore quodam, quem locum conſulat, qui volet.

15. *Fames, inedia, ſeu deficiens alimonia.* Hæc etiam cauſa hujus morbi procatarctica eſſe poteſt, ſcilicet illius Epilepſiæ, quæ per συμπάθειαν ventriculi contingit, in πικρόχολοις, quibus τὸ ςόμα ventriculi, imbecillum valde καὶ εὐαίσθητον exſiſtit. Per inediam enim, ut docet *Philotheus Elianus*, non modò ob terminatam illuc membrorum tractionem, divulſionis moleſtiam patitur, ſed & à bile, aliisque ſalſis mordacibus ac acidis humoribus, ad ipſum, alimentis inanitum, confluentibus, mordêtur, & lancinatur, unde poſteà propter nervos ſextæ conjugationis, orificio ejus ſuperiori implantatos, cerebrum quoq; in ſui conſenſum ita trahit. Adde, quod nimia fame ſeu inedia, in ventriculum, omnis generis pravi ac corrupti ſucci, ex aliis corporis partibus, copiosè attrahantur, qui primò tunicis ſeu parietibus ejus impacti, poſteà ob agitationem ſeu calefactionem aliquam in halitus reſoluti, tandemque per nervos in cerebrum demandati, facultate expultrice irritata, convulſionem Epilepticam inducunt, Id quod ſatis teſtatur hiſtoria Diodori Grammatici, apud *Gal. lib. 5. de loc. affect. cap. 6.* hic enim, ſi quandò in ludo litterario exiſtens, famem diutius ſuſtinêret, protinùs Epilepſia correptus convellebatur.

16. *Mora nimia in Balneo.* Hujus enim calore excedente, varij excrementitij humores, in corpore, præſertim cacochymico redundantes, diffuſi ſeu liquefacti, inq; vaporoſam ſubſtantiam converſi, & ad caput attracti, facilè hunc affectum ſuſcitare poſſunt. Undè *Wolf. Gabelkoverus Centur. 4. Curat. 59.* refert, filium Cunradi N, dum in balneo ſudaret, Epilepſia ſubitò correptum fuiſſe.

17. *Venus immoderata vel intempeſtiva*, ventriculo præſertim aut copioſiore cibo repleto ac diſtento, aut nimiùm fame inanito. Ea namque Cerebrum præ cæteris membris maximè laceſſit ac fatigat, & univerſa in eo contenta vehementer agitat, ipſiusq; ac nervoſi generis robur diſſolvit, dum plurimam ſpirituoſæ ſubſtantiæ portionem exhaurit. Undè *Andreas Baccius, lib. 3. de vinorum naturâ, cap.*

cap.20. ſcribit, Herculem immoderatiùs veneri indulgentem, poſt tãtos virium conatus, in comitialem incidiſſe morbum. Et hæc cauſa eſt, cur teſte *Macrobio, Saturn. in fine*, Hippocrates coitum, parvam nominavit Epilepſiam, ſiquidem ob titillationem nervoſarum penis partium, tota nervoſitas, & ipſum nervorum principium Cerebrum, à quo plurimum materiæ, ſemini communicatur, unà afficitur, & cum voluptate quaſi convellitur.

18. *Exercitatio vehementior*, præſertim mox à paſtu ſuſcepta & inita ab iis, quorum corporis ἕξις non admodum laudabilis, ſed pravus potiùs ac vitioſis exſiſtit. Ejuſmodi enim motu, agitati, calefacti, nec non fuſi & attenuati, inq; halituoſam ſubſtantiam transmutati, ſucci excrementitij, promptiſſimè ſurſum in caput feruntur, cerebroque, vel nativa, vel adſcititia imbecillitate laboranti, læſionem imprimunt. Undè nos, dum in Italia olim ageremus, novimus, Patavij quemdam ὀρχηϛοδιδάσκαλον, ſemel atque iterum convulſione epileptica prehenſum, ſi artificioſioribus mæandris, ingenioſioribusque ſaltationum gyris corpus movêret & agitaret.

19. *Conſternatio ſubita, & pavor ſeu terror vehemens.* Quia in concitata iſta motione, calore nativo, ſpiritibusque vitalibus ſubitò introrsùm ruentibus, vel pravi ac maligni vapores, alicubi anteà in partib. delitefcentes, ad cerebrum delati, vel vitioſi crudique Spiritus ac flatus ex ipſis humoribus, in corpore præſertim κακοχύμῳ ſuſcitati, facilè Epilepticum ejuſmodi πάθος movêre poſſunt. Teſtatur id hiſtoria illa Monachæ cujuſdam, nondum 20. annos natæ, ab *Amato Luſitano, Cent. 2. Cur. ſeu obſ. 90.* deſcripta, hæc enim, cum fratrem ſuum ſubitò mortuum accepiſſet, improviſo iſto nuntio adeò territa ac conſternata fuit, ut illicò humi ceciderit, & tamquam mortua per integram horam manſerit, quæ poſteà utcumq; revocata, graviter morbo comitiali cruciari cœpit. Ità *Martinus Weinrichius, in lib. de Monſtris, cap. 15.* Puella quædam (ait) Breslæ, cum ſpectaret publicè à carnifice, latronem capite truncari, territa ſpectaculi fœditate, in Epilepſiam incidit. *Platerus, lib. 1. doctiß. ſuar. Obſerv.* meminit Sartoris cujuſdam filiæ, quæ viſo Epileptici caſu, eo perterrita in ſimilem morbum incidit, quô multos annos poſteà laboravit. *Chriſtoph. à Vega, lib. 3. de arte med. ca. 12.* Vidi pueros, quibus per jocum incuſſus eſt terror, qui deindè morbo comitiali premebantur: Alius, qui cum attentè inſpexiſſet eum,

Digitized by Google

qui in comitialem inciderat, ſubitò quoq; eodem malo correptus cecidit. Ità & nos obſervavimus, Anno 1613. 6. die Febr. Virginem quamdam, in octavâ circiter ætatis trieteride conſtitutam, ex ſolâ conſternatione, in graviſſimum morbum comitialem incidiſſe, quem tamen numquam anteà paſſa fuerat, à quo tamdem etiam benignitate Dei, noſtrâque opera liberata fuit.

20. *Ira ardens ſeu excandeſcentia.* Cum enim in hac ſanguis vehementer in vaſis incaleſcat, nec non acres quoque bilioſique humores, ὀργάσμῳ quaſi concitati intenſiùs efferveſcant, & de ſe plurimos vaporoſos Spiritus fundant, idcircò hi ad nervoſas partes, maximè verò ad cerebri membranas, cum impetu quodam propulſi, acrimoniâ ſuâ illas vellicant, & talem convulſivum motum, qualis in hâc paſſione cernitur, proritant. Undè *Wolfgangus Gebelkoverus in Centur. 4. Cur. 23. & 24.* meminit juvenis cujuſdam textoris, cui, cum à conſervo ſuo aliquandò alapa inflicta eſſet, tantâ exarſit irâ, ut illicò in terram concidens, fortiſſimo paroxyſmo Epileptico correptus fuerit; adeò ut copioſam ſpumam per os emiſerit, cum tamen priùs hoc ſævo morbo numquam laboraſſet. Poſteà idem juvenis, quoties irâ commotus fuit, toties Caducus, ipſum invaſit. Et huc quoq; referri debent alii affectus ſeu animi pathemata utpotè eâdem vim, hunc morbum inducendi, habentia, quemadmodum *Joan. Bapt. Montanus, in conſ. med. 50.* Novi (inquit) duos, qui tantùm ex animi adfectibus, in caducum incidêrunt. Unus fuit quidam Laurentius Brachadenus, alter M. Ant. Contarenus. Iſti tamen in victu erant parciſſimi, nec erant excrementoſi, tantùm ex animi affectibus venêre in talem ægritudinem.

Vide aliud exemplum in Centuriis Quaſtionum Medicarum Joan. Matthai quaſt. 127.

21. *Gravidarum perterrefactio, & ex hâc fortis concepta imaginatio.* Si enim hæc tenero fœtus corpori, in utero matris, varia maculatum, lentiginum, nævorum, verrucarum, aliarumque externarum turpitudinum genera, poteſt imprimere, dubitandum non erit, eamdem, præſertim vehementer intenſam, interdum comitialem quoq; morbum in illis (ſi infantulis) poſſe cauſare & excitâre. Imaginatio enim, ut *Ludovicus Mercatus ex D. Thomâ* refert; vis quædàm eſt, in organo corporali, undè ad ſpeciem imaginatam mutatur ſpiritus corporeus, in quo firmatur vis formativa, quæ operatur in ſemine, & ideò mutatio fit in prole ex imaginatione matris, ſi ſit fortis, movent enim potentiæ ſuperiores, infimas, & ali-

& aliquandò earum actus, potentiùs perficiunt, quàm ipſamet naturales, ut videre eſt in ira, timore, triſtitiâ &c. quæ potentiùs & efficaciùs, univerſum corpus perturbant, & humores undiq; exagitant, quàm ipſæmet naturales, ex quo conſtat, Spiritum illum ab imaginativâ potentiâ, prædicto modo motum, efficaciùs ſuas exercêre vires, quàm ipſa formativa, quæ ex conditione membrorum parentis prodierat, & in ſemine præfuerat. Quod & confirmat *L. Lemnius, lib. 1. de occult. mirac. nat. cap. 4.* ità ſcriptum relinquens: Cum omnes vires ac naturales facultates, totæ ſint in formando fingendoq; fœtu, fit, ut muliere aliquo modo perculsâ, omnes humores ac ſpiritus ad ima ferantur, & in uteri ſeceſſum confluant; quibus cum accedit inhærens & menti penitus infixa rei conſpectæ imaginatio, vis ipſa formatrix, ejus rei ſpeciem, quam animo concipit, fœtui indûcit: Hujus rei 2. memorabiles hiſtorias adfert *Gulielmus Fabritius in Cent. 3. Obſerv. ſuar. Cheirurg. 8.* quæ cum præſenti inſtituto noſtro valdè ſint accommodatæ; non pigebit eas hîc ſubjicere. *1. ità ſe habet:* Anno 1599. honeſta & pia matrona Coloniæ juvenis, robuſta, optimoq; corporis habitu prædita, dum prima utero geſtâret, & quâdam die, domeſticorum negotiorum causâ, urbem perambularet, ac quidam Epilepticus ad ipſius ferè pedes in terram cecidiſſet, exclamaſſet, & ex unâ in alteram partem ſe projeciſſet, mirum in modum perturbata perterritaque fuit prægnans. Poſt menſes aliquot, puellum feliciter enixa eſt, qui non diu pòſt comitiali morbo correptus fuit. Multa quidem variaq; medicamenta adhibita fuêre, ſed fruſtrà. Paulatim enim ità auctus fuit morbus, ut antequàm annum ætatis attigiſſet, è vita diſcederet. *2. Hiſtoria.* Similis ferè caſus Coloniæ quoq; accidit, Matrona quædam pia, honeſtaque utero gerens, cum quâdam die ad vicinam ſuam, Epilepſiâ graviter vexatam, vocata eſſet, atque in ipſo paroxyſmo, manus laborantis tenêret, ictum pugni laborantis in ventrem recepit, perterrita quidem fuit vehementer, nihilominùs tamen fœtum antè conſtitutum tempus non edidit, feliciter peperit, non diu tamen poſt partum, Epilepſia graviſſima correptus fuit infans, quâ per horas 24. mirum in modum exagitatus & vexatus fuit.

22. *Tandem inter cauſas externas ſeu procatarcticas, referenda quoq; ſunt illa*, quæ peculiari quâdam proprietate Comitialem morbum detegunt, & ipſi obnoxios conſtituere faciunt, qualia ſunt, teſte *Alex.*

Aphrodiſ. lib. 1. ca. 15. Hipp. in lib. de morb. ſacr. Halyabbate 9. Theor. ca. 6. Rhaze, lib. 1. cont. ca. de Epilepſ. & lib. ult. tract. 1. ca. 69. Aetio, tetrabibl. prima ſect. 2. cap. 24. Serapione, tract. 1. cap. 23. Arnoldo Villanovano, lib. 1. Breviar. cap. 22. Joan. Arculano in Pract. ca. 14 Jaſone Zirizao, & áliis, Cum caprinâ pelle, præſertim recenter excorticatâ, is, qui ſuſpectus eſt de hoc mórbo, contegatur, & aquâ marinâ conſpergatur, ſi enim tenetur comitiali, è veſtigio concidit, ſicque ſumma affectum prodit. Idem iis quoq; evenit, qui caprinum jecur aſſatum edunt, aut quibus nares hujus nidor perculerit, de quo paulò ante dictum fuit. Certum enim eſt, ut ſcribit *Foreſtus in ſchol. ad obſerv. 54. lib. 10.* neque ambiguis teſtimoniis aſſeveratum, hoc pecu numquàm febri carêre, & ſacto morbo turpiter laborâre. Quam ob rem alienum non fuerit, ſi & hanc luem impertiar illi, qui ipſius aliquid, in aliquem uſum trahunt.

Et ità hactenus omnes Epilepſiæ cauſas, tàm internas quàm externas, quarum ſparſim apud Autores fit mentio, in unum quaſi faſcem collectas ac colligatas, abſolvimus, adque finem perduximus. Reſtat nunc, ut ad ſignorum hujus morbi explicationem nos convertamus.

CAPUT XVII.

De Signis, futuram Epilepſiam indicantibus.

EPilepſiæ, ut & aliorum morborum omnium, ſigna triplicia potiſſimum exſiſtunt. 1. Ἀναμνήϛικα quibus præterita percipimus & commemoramus. 2. Διαγνώϛικα, quibus præſentem conſtitutionem intelligimus. 3. Προγνωϛικὰ, quibus futurum corporis ſtatum, & ea, quæ pòſt eventura ſunt, præcognoſcimus. Nos verò miſſis nunc ἀναμνήϛικοις, tamquam parùm ad rem facientibus, de duobus poſterioribus agemus. Et primò quidem διαγνωϛικὰ quod attinet, ea rurſus tripliciter ſubdividuntur, in Antecedentia nimirum: Conſequentia: & Diſtinctiva. Antecedentia ſunt, quæ imminentem Epilepſiæ acceſſionem prænunciant. Conſequentia, ſunt actiones læſæ, quæ ſunt petita ab eſſentialiter inhærentibus, id eſt, à natura rei ſignatæ. Diſtinctiva dicuntur, quæ ipſius differentias internoſcere docent.

Signa igitur morbum comitialem præcedentia, ſeu futuram ejus acceſſionem arguentia, hæc præcipuè ſunt, 1. Dolor Capitis ſubindè recur-

currens, ſeu *καρηβαρία* aut gravitas ejuſdem. 2. inſolens ſenſuum omnium, inprimis verò ingenii mentiſquè tarditas. 3. inuſitata oblivio eorum, quæ anteà memoriæ firmiter inhæſerunt. 4. Faciei pallor ſeu lividitas. 5. Crebræ vertigines, undè Aretæus lib. 1. de cauſ. diut. cap. 3. Vertigines, Epilepſiæ præſagium eſſe ſcribit. 6. Ephialtis ſeu Incubi, ſub ſomni tempus invaſio frequens. 7. continua ferè in ſomnum propenſio: Vel è contrà; vigiliarum nimius exceſſus. 8. Laſſitudo ingens, & inſolitus torpor omnium membrorum. 9. viſus obſcuritas, ſeu oculorum caligines. 10. Mœror animi ſeu triſtitia ingens abſque cauſa manifeſta. 11. Turbulentæ ſomniorum imagines. 12. Terrores crebri in ſomno. 13. inordinatus linguæ motus. 14 Sonitus ſeu tinnitus aurium diu perſiſtentes. 15. variæ melancholicæ cogitationes. 16. Stridores dentium minùs anteà conſueti. 17. vehementes animi commotiones ſeu excandeſcentiæ. 18. Exſpuitiones frequentes. 19. Nimiæ ſternutationes. 20. Membrorum tremores inuſitati, ac muſculorum ſaltus inſolentes. 21. Præcordiorum inflatio jugis cum oſcitatione. 22 Anorexia ſeu dejecta appetentia, cum ventriculi imbecillitate, ac coctionis ciborum difficultate. 23. Nauſea moleſta, modò irrita, modò cum vomitione, frequentiùs quidem à cibo, aliquandò verò & ab inedia. 24. *καρδιωγμός*, hoc eſt oris ventriculi morſus ac lancinatio. 25. Urinæ tenues, crudæ ac lividæ &c. Hæc omnia, (ſi ſcilicet major eorum pars fuerit conjuncta) veri ſunt prodromi Morbi Comitialis, utpotè qui primam ejus generationem, nec non quemlibet ipſius inſultum præcedere ſolent, non quaſi omnium *συνδρομὴ* hunc morbum ſemper antecèdat, ſed quod modò hi, modò illi, juxtà cauſæ ſcilicet, locique affecti, aliorumq; coincidentium diverſitatem ac diſpoſitionem.

CAPUT XVIII.

De ſignis, præſentem Epilepſiam indicantibus.

Quæ verò Signa, Epilepſiam præſentem indicant, communiterà Practicis hæc traduntur,

1. *Subitus & improviſus in terram lapſus.* Quia læſo ſenſu communi, actio & *ἐνέργεια* muſculorum tonica, quâ erectum ſervamus vel totum corpus, vel certum aliquod membrum, derepente ſolvitur, ceſſit, ac deſinit, undè homo ità proſternitur. Caſus tamen ſeu lapſus *1. Subitus in terram lapſus.*

Google

lapſus in terram non niſi in confirmata & perfecta Epilepſia accidit, ut teſtatur *Zoroaſter Tinellus, Tomo 1.conſult 32.* ità ſcribens: Caſus de neceſſitate provenit in gravi ac cõfirmata Epilepſia,at in levi, & imbecilli,non eſt neceſſe ægrum ſemper cadere, id quod cõfirmat quoque *Marcellus Donatus, lib. 2. Hiſtor.mirab.cap.14.* hiſtoriam Mimi cujuſdam ſeu Hiſtrionis adferens, qui toto corpore convulſus, non concidebat,ſed erectus ſtabat.

2.Convulſio.

2. *Concuſſio ſeu convulſio totius corporis.* Quæ,ſecundùm *Gal.* oritur ex craſſo lentoq; humore, propagines nervorum replente & extendente. 2. *vel veriùs*, à vapore craſſo, & malâ qualitate prædito, qui obſtruens meatus cerebri, ejuſque membranas vellicans, efficir, ut inſurgente virtute cerebri expultrice, reſiſtente verò vapore illo maligno, ſequatur motus ille convulſivus. 3.*Vel:* facultas expultrix inſurgit ità ad vaporem noxium, cerebri membranis inhærentem,propulſandum, ut ventriculi ejus præter naturam contrahantur. Nàm,ut cerebrum dum attrahit, dilatatur, ità dum expellit, contrahi neceſſe eſt. Et cum cerebrum ſit nervorum principium, dum contrahitur,cauſa eſt, ut præter naturam, ad proprium principium omnes muſculi retrahantur, ità fit,ut convulſio accidat. 4. *vel ſecundum Jatrochymicos,* cauſa iſtiuſmodi convulſionis, adſcribenda eſt, acribus, acidis & malignis vaporibus,aut potiùs fumis & exhalationibus vitriolatis in cerebrum elatis, quæ ipſum ità conturbant, & caligine ſuffundunt, ut hoc modo exſpirationis & reſpirationis libertas, qua ſpiritum animalem ad cor, & à corde vitalem ad cerebrum permeare neceſſe eſt, aeris ſui intercepto curſu, propè tota eripiatur, undè æger concidit tamquàm exanimis, & convulſivi illi motus excitantur, nunc longiores nunc breviores, ob materiei halituoſæ majorem vel minorem copiam:modò graviores, modò mitiores,ob illorum halituum qualitatem magis vel minùs acrem ac virulentam. 5. *Querc.verò in Tetrade cap. 8.* ejuſmodi concuſſionem ſeu convulſionem capitis, colli, brachiorum, manuum ac pedum, indè vult oriri, cùm ſcil. cor, vitæ fons, anguſtiis & vitæ periculis ſe urgêri videt,aſſumptis & acceſſitis undiq; ſpirituum viribus, protegere ſe &tueri,nec non infeſtiſſimum hoſtem repellere & expugnare conatur,undè poſteà motus illi convulſivi.

3.Ceſſatio ſenſuum.

3. *Mentis omniumq; ſenſuum ceſſatio.* Quæ accidit, ob Principis partis,cerebri læſionem,quod cum maxi-

maximè afficiatur, obſtructis nimirum ſeu compreſſis (juxtà communem ſententiam) ipſius ventriculis, & locis aliis, quæ libera ſemper & pervia eſſe oportet, fit nimirum, ut principis partis affectæ, principes item functiones lædi ſit neceſſe. Quarum quidem actionum noxa, affecti cerebri certiſ. teſtimonium præbet, cum authore *Gal. lib. 1. de loc. aff.* fieri nequeat, ut alicujus partis functio lædatur, illæſâ, quæ ipſam efficit, parte. 2. *vel:* turbatis atq; afflictis ſpiritibus animalibus, cerebri functiones intercipiuntur. Cum enim actiones illæ ſine ſpirituum miniſterio non perficiantur, Spiritus autem ad miniſterium hoc obeundum, niſi rectè conſtituti, apti non ſint: idcircò vapores, hos ſpiritus turbantes atque obfuſcantes, actionibus illis obeſſe, abſurdum non eſt 3. *vel dicendum* cum *Platero*, functiones animales in Epilepſia non offendi, ſed dumtaxat quaſi pausâre, cerebro ſuis ſpiritibus evacuato, in nervorum ſcilicet principia, affatim effuſis. Quippè nervosâ parte aliquâ, offenſione magnâ laceſſita, totum nervoſum genus συγγενὲς ipſi συμπάσχει, & dum illud, quo offenditur, gnaviter nititur excutere, cerebrum, à quo prodit, ſimul exagitat, & in conſenſum trahit, ità ut & illud nervoſi generis moleſtiam vehementem perſentiens, ſuppetias ei ad expellendam noxam, allaturum, ſpiritus animales à ſe in nervorum initium propellendo, tantiſper ſuis deſtituatur functionibus haut ſecus ac in Syncope nonnumquàm Cor, citrà quoq; illius affectum proprium, alterius causâ, ſpiritus extrà vagantibus, à functione ſuâ ceſſare, donec illi rurſum remeant, obſervamus.

4. *Oculorum inverſio.* Cujus cauſa eſt retractio vellicatioque nervorum ac muſculorum in oculis, à vapore, malignâ qualitate prædito. *4. Oculorum inverſio.*

5. *Spuma circa os.* Quæ accidit propter vehementiſſimam Pulmonis & thoracis agitationem, reſpirationemque à naturâ factam, & ultimum cordis conatum, extrema ſemet vi moventis, ac refrigerium ſui efflagitantis, ſpirituſque ſuos per arteriam venoſam protrudentis, qui ſic protruſi, tenuiores pulmonum humiditates, vel illorum vapores (calido igneo in humidum eliquatum agente) ſecum unà rapiunt, quibus aer deindè commiſcetur, undè mixta fit agitatio ex fuliginoſo ſcilicet ſpiritu & aere, qui ſpumam deindè circà os efficit. Undè & *Hippocr. li. de morb. ſac.* Spuma Epilepticis circa os prodit ex pulmone, cum enim ſpiritus non ingrediatur in ipſum, ſpume- *5. Spuma oris.*

ſcit & ebullit. 2. *vel:* quod convulſorio illo muſculorum maſticatoriorum motu, ſic oris ſaliva interdùm extenuetur, ut mixta poſtmodum ea, cum violenter excluſo aere, ſpiratuque, ſpumam circa os conſtituat. Notandum tamen, non in quavis Epilepſia conſpici vel adeſſe ſpumam, ſed in graviori dumtaxat, & quæ per *ἰδιοπάθειαν*, non verò quæ per conſenſum aliarum partium contingit, quemadmodum rectè monet *Timellus, Tomo 1. Conſult. 13.* Undè etiam *Foreſtus, lib. 10. Obſ. 68.* Exemplum ponit Præpoſiti cujuſdam Epileptici, in quo neque ulla ſpuma circa os, neque manifeſta partium convulſio fuit conſpicua, excitatus autem erat hic morbus per conſenſum pedis ſiniſtri.

6. Difficilis reſpiratio.

6. *Difficilis Reſpiratio.* Quia per nervos, ut omnibus totius corporis, ità thoracis quoq; muſculis ſenſus & motus impertitur. Horum verò principio, vel propter obſtructionem, vel compreſſionem ſeu coarctationem, obturato, muſculi illi, ut & reliqui, ob prohibitum influxum ſpiritus animalis, debito modo, ut ſolent, minùs moventur, & ità neceſſitate urgente & auctâ, partes reſpirationi dicatas, attollere nequeunt, undè neceſſariò anhelitus difficultas conſequitur. 2. *vel dicendum:* quod in Epilepſia vapor, vel maligna qualitas, vim ſpiritibus animalibus inferunt, undè muſculi pectorales non ſufficienter movent thoracem.

7. Stertor.

7. *Stertor, ſeu ſpiritus ſonori emiſſio.* Quia aer ſeu ſpiritus, per anguſtatam aſperam arteriam, & inæqualia loca fertur. Anguſtatur autem illa & comprimitur, & hæc inæqualia redduntur, vel quod humor in fauces irruit, facitq; ut ſpiritus liberè exire nequeant, vel, quia muſculi thoracis ob interceptum ſpiritum animalem in nervis, pectus ampliùs ſatis dilatâre non poſſunt, quò fit, ut thorax ità poſteà compreſſus, inque ſe concidens, conſequenter etiam pulmones, & hinc aſperam arteriam conſtringat & coarctet.

8. Linguæ exſertio.

8. *Lingua extra os exſertio.* Cujus cauſa eſt, ingens muſculorum linguæ convulſio, vel nervorum mollificatio & laxatio. Nervi enim linguæ nimiâ humiditate imbuti, prolôgantur, ſicq; linguâ protendunt.

9. Stridor dentium.

9. *Stridor ſeu colliſio dentium.* Quæ oritur, ob muſculorum in temporibus & maxillis contractionem verſùs ſuam originem, & ob impeditum liberum tranſitum ſpiritus animalis per nervos, ad has partes.

10. Inordinati motus membrorum.

10. *Inordinati ac depravati motus membrorum.* Qui oriuntur ob copiam ſpirituum in nervis à cerebro

cò

Digitized by Google

eò amandatorum, quorum ope, dum nervoſum genus, offenſum expellere conatur, in ſe contrahitur, rurſumq; deducitur, totius corporis muſculos, quorum principiis nervi inſeruntur, conſecutione ad eos motus inordinatos perpetrandos, convellendo ſeu trahendo, remittendoq; impellit, idq; tamdiu, donec materia noxa ab illis fuerit expulſa.

11. ἀφωνία. *11. Vocis ſeu loquelæ interceptio.* Cujus cauſa eſt defectus ſpiritus animalis, è cerebro per nervos influentis, ob coarctationem meatuum cerebri.

12. Invita effluxio. 1. Seminis. *12. Invita effluxio 1. Seminis.* Quæ quidem non niſi in fortiſſima accidit Epilepſia, cujus cauſa partim imbecillitas facultatis retentricis, à frigidâ humidâque intemperie, quâ nervi affecti ſunt ex ſympathia cerebri, in quo ſcatet tanta pituitoſi humoris copia: partim (ſi vapor malignus, cauſa Epilepſiæ ſtatuendus eſſet) ob illius vaporis acrimoniam, ſtimulantem cùm membranas cerebri, tùm reliquum nervoſum genus ad expulſionem, partim cauſa eſſe poteſt violentus ille & convulſivus motus, cujus ratione omne nervoſum genus debile fit, & irritatur ad expulſionem. 2. vel *Urinæ:* partim, quia veſica cum ſit nervoſum corpus, nervi autem & cerebrum humore frigido laxi, mollificati, & aliquâ ex parte quaſi reſoluti ſunt, fit, ut ob debilitatem, excrementum ſuum, quod eſt, urina, retinere nequit, ſed involuntariè expellere conatur: partim quod cerebrum & ejus membranæ, cum ſtimulentur à malignitate vaporis, & ſatagentes illum expellere, ſecum trahunt in conſortium omnia, & partes nervoſas, & totum nervoſum genus. Undè cum cerebrum, tamquàm Princeps, ſeſe quaſi colligens & contrahens, ſumma vi conatur expellere id, quod ſentit malignum ſimul quoque reliquæ partes, ceu miniſtri ad eamdem expulſionem irritantur, & ſic fit, ut partes nervoſæ, quæ aliquod excrementi genus in ſe continent, ut eſt veſica, ſimul id, quod continent, expellant. 3. vel *Stercorum ſeu fecum alvi.* Ob reſolutos nimirum muſculos recti inteſtini.

2. Urina. 2. Stercorum.

Et hæc ſunt præcipua illa ſigna, Epilepticam affectionem, ſeu ejus inſultus ac paroxyſmos præſentes oſtendentia, quæ *Lucretius lib 3.* eleganter hiſce verſibus complexus eſt, dum ita canit:

Quin etiam ſubitò vi morbi ſæpè coactus
ante oculos aliquis noſtros (ut fulminis ictu)
concidit, & ſpumas agit, ingemit & tremit artus,

Digitized by Google

deſipit, extentat nervos, torquetur, anhelat
inconſtanter, & in jactando membra fatigat;
nimirum, quia vis morbi diſtracta per artus
turbat, agens animam, ſpumanti ut in æquore ſalſo
ventorum validis ferveſcunt viribus undæ.

CAPUT XXI.

De Signis, Epilepſiam idiopathicam à Sympathicâ diſtinguentibus.

CUm, ut in aliis morbis, itâ quoque in Epilepticâ affectione, ſæpè videamus, partem aliquam læſam, alias quoque partes in conſenſum trahere, imò ſatis frequenter actionem læſam non tàm in parte principaliter affectâ, quàm illâ, quæ conſortij lege afficitur, ſe prodere: idcircò diligenter attendendum, ne in hujus graviſſimi mali loco affecto, per actionem læſam cognoſcendo, hallucinemur, atquè eam, quæ per conſenſum affecta eſt, partem, pro primariò affectâ habeamus, & Empiricorum errorem erremus, qui ſemper ei loco, à quo varia ſymptomatum genera promanâre vident, præſidia Medica adhibenda, curationemque itâ moliendam eſſe arbitrantur. Quod quidem facilè evitabimus, ſi notas illas, ſeu ſigna, communiter Epilepſiam idiopathicam à Sympathica diſtinguentia, explorata habuerimus, obque oculos nobis poſuerimus.

Signa Epilepſiæ idiopathicæ. Principio igitur *Epilepſiam primariâ cerebri affectione genitam* indicant, 1. aſſidua fermè capitis gravitas aut dolor, ſeu excedentis alicujus qualitatis, & potiſſimum frigoris ſenſus. 2. mentis ſtupor aut tarditas. 3. ſenſuum hebetudo. 4. Vertiginis crebræ prægreſſio. 5. Inſomnia turbulenta. 6. Oblivio. 7. Caligo oculorum ſeu viſus tenebroſitas. 8. Aſſidua ferè ad ſomnum propenſio. 9. Faciei pallor. 10. Linguæ balbuties. 11. Auditus difficultas, vel frequentes aurium tinnitus. 12. Olfactus diminutio. 13. Tremor ſeu ſtupor manuum. 14. Spuma copioſa circa os, ingruente paroxyſmo. 15. Adhæc, acceſſio ex improviſo hominem corripit, nullâ Symptomatum præſenſione, imò quaſi attonitus aut fulgure percuſſus, prehenditur & corruit, nullâ præſenſione futuri mali, & non ſolùm vehemens eſt in eâ corporis côcuſſio ac membrorum omnium vibratio, ſed etiam diuturna ſeu lôga, nec paroxyſmi itâ citò deſinunt aut ſolvuntur, ut in eâ Epilepſiæ ſpecie, quæ per Sympathiam alterius

rius

ſius partis adfligit. 16. Adde, quod in præcipuorum ſiderum exortu, occaſu, ſive, ut teſtatur *Galen. lib. 3. de dieb. decret. cap. 2.* aſpectu notabili, & præcipuè in congreſſu ☽ cum ☉ (quibus temporibus vix alij offenduntur) hujuſmodi homines plerumq; Epilepſia corripiuntur. 17. Tandem, ſi inferiora viſcera, cæteraq; membra, omni vacant noxâ aut vitio, nec ab iis aliquid malignæ auræ ſurſum ad cerebrum elevari ſeu adſcendere æger percipiat, argumento hæc omnia nobis poſſunt eſſe certiſſimo, Epilepſiam per *ἰδιοπάθειαν*, ſeu primarium Capitis affectum productam fuiſſe. Num verò huic cauſam dederit pituita, bilis, melancholia, vel alius quiſpiam humor, in cerebro collectus, ſupervacaneum putamus hîc inquirere, cum ex ſupra dictis ſatis conſtet, nullam corpulentam materiam, quocunque etiam nomine cenſeatur, hunc morbum per ſe poſſe excitare, ſed illum dumtaxat à tenui, vaporosâ ſeu ſpirituosâ ſubſtantiâ, ſingularis cujuſdam malignitatis participe, proficiſci.

Si verò *Epilepſia per συμπάθειαν ſeu conſenſum aliarum partium* generetur, Acceſſio non ità ſubitò ac repentè ingruit, nec paroxyſmi adeò vehementes ac longi, quemadmodum in idiopathica, ſed omninò breviores ac mitiores exiſtunt.

Signa Epilepſiæ per cōſenſum ſtomachi.

Et quidem ſi à *Stomacho* hoc vitium oritur, præcedere plerumque ſolent. 1. Dolor, roſio, ſeu punctio quædam circa ſuperius orificium, ab humore ſcilicet acri & mordaci, inibi firmiter impacto. 2. Gravitas, compreſſio ſeu diſtenſio circa præcordia. 3. Nauſea ciborum ſeu dejecta appetentia, ob pravos & vitioſos ſuccos in ventriculo congeſtos. 4. Concoctionis difficultas. 5. Ructus ab ingeſto cibo. 6. inedia nimia, ut patet exemplo illius Grammatici apud Gal. cujus aliquoties facta fuit mentio. 7. Tremor ſeu contractio labiorum. 8. palpitatio cordis, quod, teſte *Avicen.* in *συμπάθειαν* propter vicinitatem à ventriculo trahitur. 9. ceſſante verò paroxyſmo, partim pituitoſorum, partim bilioſorum, ac æruginiſimilium humorum ſuccedit evomitio. Addit *Heurnius in lib. de morb. cap. 1.* Epilepſiam à bile ſtomachicâ procreatam, inediæ tempore plus affligere, adeſſeque oris amaritiem, *καρδιώγμον*, ſitim, nec non calore æſtuare corpus: à pituitâ verò ortam, ſatietatis tempore plus laceſſere, adferreq; nauſeam, nec calorem aut ſitim ullam habere conjunctam.

Signa Epilepſiæ per cōſenſum Uteri.

Epilepſiam verò *ab Utero* hæc ſigna detegunt. 1. Prægreſſa Sanguinis menſtrui ſuppreſſio. 2. Seminis retentio. 3. Secundinæ dene-

gata excluſio. 4. Fœtus in utero exſtinctio. 5. Doloris circa uteri regionem perceptio. 6. crebra abdominis à flatulenta materia diſtenſio. 7. moleſta præcordiorum coarctatio, difficiliſque reſpiratio. 8. frequens Cordis palpitatio. 9. fœda matricis aut genitalium exulceratio. 10. faciei ingens diſcoloratio.

Signa Epilepſiæ per cõſenſum Lienis. Si autem *à Liene* hic morbus principaliter ortum ducat, Cerebroque poſteà mediantibus venis & arteriis communicetur, tunc 1. adeſt corporis conſtitutio melancholica 2 præcedit victus craſſus ac melancholicus 3. in latere ſiniſtro præſentitur dolor modò gravativus, modò pungitivus. 4. prægreditur tumor, tenſio vel durities circa lienis regionem. 5. conſueta ſanguinis craſſi, feculenti ac melancholici, per hæmorrhoides, vel alias vias naturales, evacuatio ſupprimitur. 6. Spiritus ſeu anhelitus impeditè trahitur. 7. color faciei ſuſcus, niger ſeu lividus conſpicitur.

Signa Epilepſiæ à vermibus in inteſt. *Vermes in inteſtinis contenti*, ſi Epilepſiam ingenerant, tunc ſigna hæc apparent. 1. Stridor dentium, nec non tremulus membrorum motus per ſomnum. 2. faciei vel pallor, vel ejuſdem ſubita incaleſcentia ac rubedo non diu perſiſtẽs. 3. terror ac vociferatio in ſomno. 4. narium pruritus, earundemq; fricatio continua. 5 dolor capitis periodicus. 6. oris fœtor. 7. Salivæ, nocturno præſertim tempore, ex ore fluor. 8. morſus ſeu lancinatio ſtomachi ac inteſtinorum. 9. aſſidua manuum ſuprà ventriculi regionem applicatio. 10. rugitus ac tormina ventris. 11. abdominis inflatio ac durities. 12. ſingultus ac tuſſis ſicca. 13. anxietudo & jactatio totius corporis. 14. marcor ſeu ἀτροφία mẽbrorum. 15. copioſa lumbricorum ſeu vivorum ſeu mortuorum, unà cum aliis excrementis, per alvinam regionem excretio.

Tandem ſi *per conſenſum alicujus externæ partis*, puta à manibus vel pedibus, eorumq; digitis Epilepſia proveniat, tunc quoque ſigna illarum partium malè affectarum ſatis conſpicua erunt, ægerque aliquid, veluti vaporem vel auram, vel ſimile quid exindè ad ſuperiora ſenſim elevari atq; adſcendere præſentiet, ad cujus elevationem demùm convulſionibus Epilepticis infeſtabitur, quemadmodum accidit juveni illi, cujus mentionem facit *Gal. lib. 2. de loc. aff. cap. 9. & lib. 3. de loc. affect cap. 7.* qui ſenſibiliter auram quamdam frigidam ſurſum attolli deprehendebat, ob cujus moleſtum ſenſum comitiali poſteà correptus concidebat.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XX.

De prognoſticis Epilepſiæ, hominem ipſum concernentibus.

AD finem perductis, Signis Epilepſiæ diagnoſticis, proximum nunc eſt, ut & de Prognoſticis aliquid dicamus, quorum quidem cognitio, Medico admodum neceſſaria eſt. Nam futura prædicendo non ſolùm hunc uſum comparat, ut æger majorem ſibi habeat fidem, faciliùs ſe concredat, & juſſis conſtantiſſimè pareat, cum ejus affectiones, ſeu ad hunc vel illum morbum propenſiones ſibi perſpectas eſſe videt: verùm etiam cũ ad ſanitatem perſpectam, omnes revocare ægros, in humana manu ſemper poſitum non ſit, prædictio morituri, Medicum ab improborum hominum calumniis ac dicteriis liberat, nec non ab ipſa mortis culpa immunem ac tutum præſtat. Sunt autem Prognoſtica ſigna duplicia, 1. concernunt ipſum hominem quatenus nimirum hic vel ille. Epilepticæ paſſioni magis vel minùs præ aliis obnoxius dicitur. 2. bonum vel malum hujus morbi eventum, ſeu ſalutem ac mortem ægro præſagiunt. De utriſque breviter agemus.

Qui hominum magis vel minùs, ſeu citiùs aut tardiùs Epilepticâ affectione corripiantur.

I.

Illi maximè ad hunc morbum proni habentur, quorum parentes ſeu progenitores exſtitêre Epileptici. RATIO: Sive enim genitura, ſeu ſemen ex omnibus corporis partibus ſit deciduum, ut vult *Hippocr in lib. de aere aq. & reg.* ita tradens: ὁ γόνος ἔρχεται παντόθεν τοῦ σώματος ἀπὸ τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς, ἀπό τε τῶν νοσερῶν, νοσερός: ſive Spiritus genitivus, admiranda pernicitate per univerſum corpus oberrans, & vim formatricem deferens, à ſingulis membris, præſertim verò è principalibus procedat ac influat, is ſingularum partium ideam præ ſe fert, & earumdem robur, imbecillitatemvè nativam ſeu adſcititiam, plerumque refert: Undè cum à mutilis mutilos, à macrocephalis macrocephalos, à lienoſis lienoſos, à phthiſicis phtiſicos, à nephriticis nephriticos, ab arthriticis arthriticos, non rarò generari videamus, nihil miri aut novi, ſi à parentibus quoque Epilepticis, ratione morboſæ imbecillisvè ipſorum Cerebri conſtitutionis, ſimilis interdùm morbus per generationem.

nem in filios derivetur ac propagetur. Hinc etiam *Jacchinus in lib. 9. Rhaſ. cap. 37.* nihil obſtare dicit, quin parens, qui quoad externa lineamenta, ſimilem generare poteſt filium, interna quoq; partium imbecillitate præditum eumdem producat, quoniam formativa vis naturalis, quæ partes omnes repræſentat, per ſeminis corpus extenſa ſtatuitur.

2.

Pueri & infantes, præ reliquis ætatibus frequentiſſimè Epilepticâ affectione afficiuntur. RATIO: Cujus quidem cauſa non conſiſtit in cerebri ipſorum conſtitutione nimis frigida ac humida, vel in craſſo, frigido ac pituitoſo humore in Capite copioſè congeſto, cum videamus, hydrocephalos, aliosvè, quibus caput aquoſa humiditate ferè ſepultum eſt, ab hoc malo immunes eſſe, ſed quod illorum multi, ut docet *Quercet in Tetr. cap. 11.* lac in ventriculo aceſcens, & non probè concoctum congerant, cujus corruptio eam naturam induit, ut in æruginoſum ac viride quoddam virus vitriolatum degeneret, ut ex eorum rejectionibus ac vomitibus hujus coloris vidêre eſt. Cui etiam conſentire videtur *Ludovicus Mercatus lib. 1. de morb. cur. 16.* inquiens: frequentiùs pueri hoc malo corripiuntur, lactis corrupti vitio, aut noviter aſſumpti alimenti cruditate, atq; ob id ventriculi conſenſu, niſi effectus, tamquàm hæreditarium onus ſucceſſione majorum contrahitur.

3.

Senes ac decrepiti, cæteris ætatibus, minùs Epileptico malo ſunt obnoxij. RATIO: Quia cum non ità crapulæ ac ingluviei indulgeant, quemadmodum juvenes aut pueri, ſed temperantiæ in victu inprimis ſtudeant, idcircò parùm quoq; cruditatum, ſeu pravorum ſuccorum excrementitiorum, ex quibus tetri, corrupti ac virulenti vapores efflоreſcentes inque cerebrum adſcendentes, hunc morbum ingenerant, in corpore colligunt, hoc igitur fomite ſubtracto, idcircò tuti plerumq; ac liberi, ab hac affectione perſiſtunt. 2. *vel dicendum:* Cum non ſolum per variolas, morbillos, febres, aliasq; morbificas affectiones, quas in pueritia vel juventute ſenes ſuſtinuêrunt, verùm etiam per varia exercitia ac motiones, corpus ipſorum, à varia noxiorum ac pravorum humorum colluvione, anteà in maſſa ſanguinea diliteſcente, eamque inquinante, fuerit expurgatum mundificatumq;, idcircò in ſenecta nunc conſtituti, deficiente idonea materia, ex qua ſubpullulare hic morbus poſſit, difficulter eidē reddūtur obnoxij.

4. Me-

Digitized by Google

4.

Melancholici ad morbum Comitialem magis propenſi ſunt aliis, teſte Hipp. 6 Epid. 1. & Gal. lib. 3. de loc. affect: cap. 6. RATIO: Quia ejuſmodi homines, humore vitriolato acido abundant, ex quo vapores tetri, mordaces ac maligni ſuſcitati, ac per cerebri corpus diffuſi, non ſolùm dyſcraſia ingenti illud alterant, verùm etiam ad meninges, aliasque partes ſenſiles, penetrantes, illas ſua aciditate vitriolata vellicant, ad quam vellicationem poſteà ſuccedunt motus Epileptici.

5.

Pituitoſi quoq; ſeu phlegmatici non rarò hunc morbum incurrunt. RATIO: Quia ex humore pituitoſo, ceu ſua natura crudo, ac debili calore generato, & ob id valdè ventoſo ac flatulento, promptè generantur vapores pravi, turbidi ac crudi, qui non ſolùm cerebri meatus conſtringentes ac coarctantes, verùm etiam ſpinæ medullam, nervorumque origines, peregrina ſua qualitate afficientes, facilè ſpaſmicos ejuſmodi motus excitant.

6.

Mares faciliùs Epilepticis convulſionibus ſubjiciuntur, quàm fœminæ. (Quod quidem de ea Epilepſia, per primariam Cerebri affectionem genita, intelligendum) RATIO: Quia cum in fœminis, ob periodicam, à natura, ſingulis menſibus ritè inſtitutam, menſtrui ſanguinis expurgationem, minor putridorum ac corruptorum humorum copia ſeu ſuperfluitas, cum in vaſis, tum extra vaſa, coacervetur, ſed major excrementitiarum humiditatum pars unà cum ſanguine extrà corpus, naturæ robore ejiciatur, idcirco ratione hujus evacuationis, & materiæ vitioſæ defectus ſeu inopiæ mulieres, non ità promtè motus epilepticos experiuntur, quemadmodum mares, qui tali naturæ beneficio deſtituuntur, & in quibus, ejuſmodi ſuccorum præternaturalium ſequeſtratio minimè peragitur. Econtrà tamen tenendum, Epilepſiam ſympathicam, fœminis eſſe frequentiorem, viris, ob uteri ſcilicet conſenſum, ex coercito ſemine, vel menſtruo reſtricto, quæ malignam qualitatem induentia, inque veneni naturam degenerantia, tetram ac pernicioſam auram in cerebrum exſpirant, cujus appulſu poſteà meninges ſtimulatæ, Epilepticas convulſiones facilè excitant.

7.

Crebrâ vertigine laborantes, facilè Epilepſiâ corripiuntur, aut in eamdem incidunt. RATIO: Quia vertigo crebris acceſſionibus infeſtans, non modò magnam vitioſi

Eeeeeee humo-

Digitized by Google

humoris in cerebro redundantiam arguit, ſed & cerebri ipſius temperamentum, viresq́; eſtatu dignam ſuſtinêre læſionem indicat, quippè quod copioſam craſſamque flatulentam materiam, languidi caloris ſobolem, jugiter generet, & in reſiſtendo planè langueſcat, hæc autem prava cerebri diſpoſitio, facilimè Epilepticam paſſionem inducere poteſt. Unde *Galen. 3. aph. ſect.* Vertiginem, morbo comitiali proximam, ejuſdemque præcurſorem aſſeruit, imò tanta eſt inter 2. haſce affectiones adfinitas, ut rectâ *Avicenna*, Vertiginem, diminutam Epilepſiam dixerit.

8.

Frequenter Ephialtem ſeu Incubum noctu patientes admodum proclives ſunt ad Epileptici mali ſuſceptionem. RATIO: Quia cum in Ephialte præter thoracem ſeu diaphragma cerebrum quoq; ab atrâ, craſſâ ac bituminoſâ quâdam fuligine, ex præcordiis, ſeu venis meſaraicis elevata, inq; nervorum meatus delata ac illapſa, graviſſimè afficiatur ac debilitetur, idcircò niſi vaporoſa illa ſubſtantia vi expultricis illicò ſolvatur ac diſcutiatur, ſed concreſcens & quaſi agglutinata cerebri ſubſtantiæ ac meatibus, diutiùs, quàm conveniat, inibi retineatur, tunc acrimoniâ ſeu adſtrictione, vel alia qualitate occulta, cerebrum, nervorumque principium vellicando ac moleſtando, conſtrictionem & anguſtiam meatuum inducit, & ſenſibiles partes ad expulſionem noxij ſtimulat ac laceſſit, ad quam irritationem demum, convulſiones hujuſmodi, ac omnium membrorum quaſſationes ſequuntur.

9.

Fonticulos geſtantes, ulceribusq́; puſtulis, ac Scabie, corpus affectum habentes, ut plurimùm à malo hujus invaſione immunes exſiſtunt. RATIO: Quia per ejuſmodi vel naturales vel artificiales pravorum humorum redundantium expulſiones, corpus ab ichoribus excrementitijs optimè repurgatur ac mundificatur, qui aliàs retenti, nullo negotio, fomitem generationi hujus morbi præbêre poſſent.

CAPUT XXI.

De Prognoſticis, bonum vel malum eventum denotantibus.

EXplicanda adhûc ſuperſunt illa ſigna Prognoſtica, quæ bonum vel malum, ſalubrem vel inſalubrem Epilepticæ paſſionis eventum, in eadem correptis, præſagiunt & indicant. Quorum primum ſit,

1. Epi-

Digitized by Google

1.

Epilepſia hæreditaria, ſcilicet, per generationem à parentibus in liberos propagata vel omninò numquàm aut ſanè rariſſimè curatur. Ratio: Habent enim morbi hæreditarij præ reliquis omnibus hoc proprium ſibique peculiare, ut eorum radices ſeu tincturæ, ſemini parentum firmiter alteque impreſſæ, medicamentorum, quantumvis generoſiſſimorum validiſſimorumque ope, vix ac ne vix quidem, vel ab Aeſculapio ipſo elidantur ac extirpentur. Cum enim ſemen, potentiam ad generandas omnes partes totius corporis, quatenus ex ſanguine & ſpiritu, tamquàm iis, quæ cedunt in ſubſtantiam omnium partium, producitur, obtineat, idcircò prout illa potentia repræſentat partes, ita etiam includit partium accidentia, quæ permanentiam quandam fixam & conſtantem obtinent, ſivè ſint ſecundum naturam, ſive præter naturam. Ea autem fixa & permanentia accidentia, quæ ulla Medici ſagacitas ac induſtria funditùs ſeu radicitùs tollet & averruncabit?

2.

Epilepſia illa ex improviſo ingruens, & valentiſſimè partes ac membra omnia diſtrahens, cum ſpumâ copioſâ, ſeminis ac excrementorum effuſione, dentium ſtridore ac ſtertore inſigni, ut plurimùm, maximum periculum vitæ præ foribus adſtare, denunciat. Ratio Quia hæc omnia naturæ extremè proſtratæ, principaliumq; corporis functionum exſolutarum ſeu abolitarum, manifeſtiſſima ſunt effecta, ad quæ paulò pòſt mors ipſa conſequi ſolet.

3.

Epilepſia idiopathica, ſeu primariâ cerebri affectione genita longè deterior & periculoſior eſt eâ, quæ per ſympathiam ſeu conſenſum aliarum partium exoritur. Ratio: Quia illa majorem imbecillitatem cerebri, utporè jugiter copioſos vapores noxios generantis, nec generatos abſumentis aut diſſipantis, hæc verò minorem debilitatem ejuſdem, utpotè aliundè tantùm ejuſmodi ſpirituoſas exhalationes ſuſcipientis, arguit.

4.

Epilepſia recens, facilior eſt curatu ac profligatu antiquâ ſeu inveteratâ. Ratio: Quia in recenti cerebrum nondum magnam imbecillitatem contraxit, & ſi contraxerit, illa tamen mox ab initio adhibitis idoneis confortantibus facilè corrigitur, & in meliorem ſtatum traducitur, undè poſteà cerebrum ità confirmatum, ſufficientique robore inſtructum, adventantes cauſas morbificas adeò non

Digitized by Google

recipit aut admittit, ut potiùs eas longiſſimè à ſe repellat ac rejiciat, ſicque hominem tutum ab hujus mali inſultu præſtet, quod quidem non ità promptè in inveterata ſuccedit, utpotè in quâ imbecillitas cerebri habitualis ſeu confirmata, difficulter eliditur, capitiq; priſtinum ac nativum ſuum robur reſtituitur.

5.

Epilepſia in ſenibus ac decrepitis difficulter curatur. RATIO: Ob ipſorum nimirùm, totius naturæ robur fractum, atque exhauſtum humidum primigenium caloremque nativum, nec non ſpiritus vitales diſſipatos, undè generoſa præſidia, qualia potiſſimum ad profligationem hujus mali à Medicis adhibentur, in illis vix locum aliquem inveniunt. Undè *Aetius lib.6.cap.20.* impoſſibile (ait) eos, qui hâc affectione conſenuêrunt humana ope curari aut à morbo liberari poſſe. Et *Hippoc. in lib. de ſacro morbo*, Senes ob id interimi hoc morbo docet, quoniam eorum venæ ſunt vacuæ, parumque ſanguinis tenuis & aquoſi ineſt.

6.

Epilepſia antè pubertatem eveniens, curationem recipit, poſt 25. verò annum accidens, ferè ad mortem uſquè comitatur, teſte Hippocr. 5 aph. 7. RATIO *prioris*: Ob amotionem ſcilicet cauſæ morbificæ, non alterius morbi ſucceſſionem, per ἔκλαμψιν, hoc eſt, exſplendeſcentiam calidi nativi, materiam peccantem, de ſe vapores fundentem pravos, coquentis, & humiditates crudas ac vitioſas abſumentis, nervosque confirmantis. Undè *Horat. Augenius Tom. 2. Conſ. & Epiſt. med. lib. 8.* Ego ſanè (inquit) multos novi ſanatos infra 25. annum, At ſuprà, admodum exiguos. RATIO *poſterioris*. Quod ejuſmodi malum peculiari & inemendabili quòdam cerebri vitio evenire videatur, quod continuò materiam, ex quâ ſuſcitantur pravi vapores, gignat, nec jàm ampliùs per ætatis decurſum, validam in melius mutationem, corpus ineat; Quantò igitur longiùs à 25. anno invaſerit, tantò contumacior & ſolutu difficilior erit, non tamen prorſùs ἀνίατος exſiſtit, quia contingit interdum in declinatione ætatis ſolvi. Accipienda ergò hæc Hippocr. verba non ut ſemper, ſed ut plurimùm vera. Etenim ſcribit *Eraſtus parte 4. diſput. contr. Paracelſ.* ſe tùm mares, tùm fœminas, maritatòs & cœlibes curaſſe, qui poſt 25. annum Epilepſiâ correpti fuerint. Et *Jacobus Sylvius in Pract. ſua*, de cura Epileg. ſcribit. Nicolaum Florentinum, quemdam quadragenarium ab infantia ad hanc

Digitized by Google

hanc uſque ætatem, ab Epilepſia ſanaſſe.

7.

Epilepſiâ laborantes juvenes, cùm ætatis maximè, tùm loci quoq;, ac victus mutatio liberat, teſte Hippocr. 2.aph. 45. Ratio. Quia quod ad Ætatem, hæc ſenſim mutat univerſum corpus, ſingulaq; ejus membra, uſq; ad ſolidas animalis particulas, ad caliditatem ſiccitatemq;, malo huic oppoſitas qualitates, innatuſq; calor progreſſu annorum magis magiſq; exſplendeſcit, incrementumvè ſumit, undè exhauſtâ ac diſſipatâ materiâ, cerebroque ac nervis confirmatis, victoria ſequitur. Notandum tamen, ætatem nō quamlibet Epilepſiam curare, ſed eam tantùm, quæ fit per ἰδιοπάθειαν, nam quæ per συμπάθειαν accidit, ab ore ventriculi, vel ab aurâ venenatâ, quæ effertur à partibus inferioribus ad cerebrum, ætate non curatur, ſed ad ejus profligationem, neceſſe eſt adhibeantur auxilia medica, ex fonte cùm pharmaceutico, & Cheirurgico, tùm diætetico petita. Eadem etiam ratio dari poteſt de mutatione loci, victus & de motu ſeu exercitio corporis, ut optimè à *Gal. 2. aph. com. 45.* demonſtratur, Calida enim & ſicca regio, non ſecùs quàm calidum & ſiccum temperamentum, Epilepſiam tollit, quia frigidam corporis temperiem ad contrarium mutat, cerebriq; ſuperfluas humiditates exſiccat.

8.

Mulieri uterum gerenti, ſi Epilepſia fortiùs ſuperveniat, ingens periculum minatur. Ratio: Quia cum cerebrum, venenatæ ac malignæ ad ipſum penetrantis auræ qualitate hoſtiliter laceſſitum, ſimul quoq; ob nervos ſextæ conjugationis in conſenſum maximum pertrahat Uterum, eumq; graviſſimè afficiat, nec non ſpaſmoſi illi motus, totum corpus vehementiſſimè concutiant, idcircò non ſolùm mater, utpotè uteri geſtatione anteà ſatis debilitata, nunc verò tota quaſi viribus exhauſta, indè periclitari poteſt de vitâ, verùm etiam fœtus ipſe, utpotè adhuc tenellus valdè, nec ſufficienti robore inſtructus, factâ per ejuſmodi violētam membrorum corporis quaſſationem, ligamentorum, quibus utero alligabatur, diſruptione, facilimè itâ, antè debitum parturiginis tempus, abortu, corpore, excludi atq; excuti poteſt.

9.

*Epilepſiam puerilem, ſi excipit febris, (*non tamen acuta*) vel ulcera, vel ſcabies aut puſtula in corpore, ſalutem omninò ſeu morbi ſanationem promittunt.* Ratio: Quia febrili calore non ſolùm immoderata ce-

rebri intemperies humida puerorum corrigitur, inque meliorem ſtatum transfertur, verùm etiam ejuſdem virtute materia morbifica, anteà in occultis corporis receſſibus latitans, & Epilepticum malum continuò fovens, paulatim digeritur ſeu concoquitur, concoctaque demum robore naturæ, partim inſenſibiliter inhalitus reſoluta abſumitur, & diſcutitur, partim ſenſibiliter vel per hæmorrhagiam, ſudores, vomitiones, mictionem, vel alvi dejectionem excernitur: Undè ſubtractâ ira causâ, ac deficiente idoneo fomite morbum hunc quoque tamdem deficere, ac peſſum ire, ratio ſuadet. Quod idem & de Scabie, puſtulis & ulceribus dicendum, quibus corpus ab omni internâ labe, tutum ac integrum conſervatur, expulſis ſcilicet à partibus nobilioribus internis, ad membra externa minùs nobilia, multis acribus, ſalſis, nitroſis ichoroſis humiditatibus aliiſque corruptis ac putridis excrementiis ſuperfluitatibus, naturæ anteà gravibus nimis ac infenſis, undè his excluſis, naturam nunc in triumphum duci, ſanationemque hujus tàm periculoſi mali non difficilem & laborioſam promitti, minimè ambigendum erit. Undè *Hippoc. lib. de ſac. morb.* ὁκόσοισι παιδίοισιν ἐοῦσιν, ἐξανθέει ἕλκεα εἰς τὴν κεφαλὴν. καὶ ἐς τὰ οὔατα, καὶ ἐς τὸν ἄλλον χρῶτα, καὶ σιαλώδεα γίνεται, καὶ μυξόρροα, ταῦτα ῥήϊστα διάγει προϊούσης τῆς ἡλικίης: ἐνταῦθα γὰρ ἀφίει καὶ καθαίρεται τὸ φλέγμα, ὃ ἐχρῆν ἐς τὴν μήτρην καθαρθῆναι, καὶ τὰ οὕτω καθαρθέντα, οὐκ ἐπιλήπτα γὰρ ταύτῃ τῇ νόσῳ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, &c.

10.

Infantes in puerperio, Epilepſiam incurrentes, rarò evadere ſolent. RATIO: Quia illi vel ex infecto ſanguine, quem nullâ arte corrigere licet, concepti fuêre, vel ex pravo ac maligno ſiderum poſitu ac conſtellatione in utero matris hanc diſpoſitionem contraxerunt & acquiſiverunt. Et quamvis *Picus Mirand lib. 3. contrà Aſtrol. cap. 21. Marcellus Siculus, in lib. de morb. Pandem. Origenes 4. tract. ſup. Matth, Plato, Averrhoes & alij*, ſtellas malignas, & humano generi pernicioſas, aliasq; cœcas influentias rideant, negentq; morborum generationibus eas inſervire poſſe, tamen cum ratio, & experientia ipſorum aſſertioni obſtent, contrariumq; ſæpè doceant, idcircò dogma tale ceu falſum ac frivolum rejiciendum.

11.

Epilepſia hyeme accidens, contumacior,

macior ſolutuq́; difficilior eſſe ſolet eâ, quæ in æſtate contingit. Ratio: Quia frigus, cum ſit adverſiſſimum nervoſo generi, idcircò caput & cerebrum valdè debilitat, illudque cùm ad coacervandos craſſos, frigidos ac pituitoſos humores, tùm ad ſuſcipiendas aliundè fumoſas exhalationes diſponit, quæ cum ob pororum conſtrictionem, ratione nimirùm *ἀντιπεριστάσεως*, exhalare liberè nequeant, idcircò hunc morbum graviorem, curatuque difficiliorem omninò reddũt, quod quidem ſecùs accidit in æſtate tunc enim calefactis exſiccatiſq; cerebri partibus, poriſque cutis factis magis patulis, cauſa morbifica faciliùs abſumitur & diſſipatur, nec non noxij halitus vaporoſi citiùs evaneſcunt, eó; corpore egreſſum moliuntur.

12.

Epilepſia præſertim gravior, nonnumquàm in Paralyſin terminatur. Ratio: Quia cerebrum ex aſſiduorum & tetrorum vaporum, ad ipſum ab infernis partibus elevatorum, appulſu, imbecille redditum, multum, frigidæ, viſcidæ ac pituitoſæ materiæ generat ac congerit, quæ poſteà virtute expultricis, ad ſpinam medullam ſeu nervorum principia, excuſſa, ibidemque relicta, nervos ſuâ mole ità comprimit, ne ſpiritus animalis influxum excipere queant, vel eoſdem diutinâ morâ adeò irrorat, ut inpoſterum ad omnem motum planè reddantur inepti. Et quamvis hîc *Fernelius*, nonnullique alii reclament, dictitentque, compertum non fuiſſe, Epilepſiam unquàm in Paralyſin tranſiiſſe, ij tamen contrariâ experientia autoritateque præcellentium aliquot Medicorum, quibus fidem derogâre nefas, redarguuntur & refelluntur. Inter quos primò *Petrus Salius, annot. in lib. Altim. cap. 19.* fatetur, ſe centies vidiſſe, & alios etiam quotidiè in praxi vidêre, ſolutæ Epilepſiæ, & non ſolutæ aliquandò ſucceſſiſſe, modò unius, modò alterius, modò plurium membrorum paralyſin. *Jacobus à Partibus, quoq́; Obſerv. 187.* dicit, ſe eam ſæpè obſervaſſe in criſi totius Epilepſiæ. *Thomas Eraſtus part. 4. Diſput. contrà Paracelſ.* ſcriptum reliquit, ſe vidiſſe ex Epilepticis factos fuiſſe Paralyticos, Et *Joannes Schenckius Tom. 1. lib. 1 Obſerv. rarar 211.* narrat, Nobilem fœminam poſt plures convulſiones Epilepticas, per incerta intervalla ægram fatigantes, in brachij ſiniſtri Paralyſin incidiſſe, ejuſdemq́; lateris imbecillitatem & *ἀτονίαν*. *Albertinus Bottonus, in quodam Cõſil.* adfert exemplum mulieris, quæ ex Epilepſia, in paralyſin totius corporis, excepto bra-

bra-

brachio dextro, incurrit, Et *Zoroaſter Tinellus Tomo 1. Conſult. 13.* de Pomponio Spanocchio refert, qui ex Epilepſia in paralyſin dextræ partis corporis lapſus eſt. Denique idem confirmat Medicorum Princeps *Galen. lib. 4. regim acut. comm. 27.* clarè ſcribens & docens, quomodò Epilepſiæ quandoque ſuccedat Paralyſis; Cui adſtipulatur etiam *Autor lib. de morbo ſacro*, qui Hippoc. adſcribitur, tradens pulcherrimè, quandò & quâ de cauſâ Paralyſis ſuccedat Epilepſiæ, & quid ex hoc ſperandum ſit, &c.

LIBER II.

CAPUT I.

De Methodo Curativâ Epilepſiæ.

INveſtigatis hactenus & expoſitis, eâ, quâ par eſt, diligentia, à nobis, iis omnibus, quæ cùm ad perfectam διάγνωσιν, tùm ad exquiſitam πρόγνωσιν morbi Comitialis ſpectâre videntur; Tempus nunc eſt, ut ejuſdem quod quoque methodum therapeuticam aggrediamur, & quibus remediis, tàm è Dogmaticorum, quàm Hermeticorum ſcholâ petitis ſeu mutuatis, tàm difficilimum malum, contundatur, profligatur ac peſſumdetur, perſpicuè declaremus. Veri enim & fidelis Medici ſcopus præcipuus eſt, ut loquitur *Quercetanus in Tetrate*, ut opere potiùs, quàm ſermone excellat, cum linguarum, ſive Hebraicæ ſive Græcæ, ſive Latinæ eloquentiâ, morbi non curentur, ſed rectâ utilium remediorum, & appoſitâ ex arte præparatione & adminiſtratione uſuque oportuno profligentur. Qui igitur hujus morbi Herculei radices dextrè & ex arte averruncare novit, ei meritò (ut olim Hippocrati ob depulſam ex Illyria peſtem) divini quaſi honores decernendi forent. Quos quidem Menecrates, ut eſt apud *Athenæum lib 7. Dipnoſoph.* celebris hujus morbi Medicus, ſibi ademptos noluit, dum numquàm ſanè in publicum, niſi ſuis, quos curaverat,

rat, habitu Deorum veſtitis, ſtipatus, & ipſe verò purpura veſtitus, aurea corona decoratus, crepidatus, ſceptrum denique in manibus, vel ut alter Jupiter geſtans, prodire ſolutus; Hic ſi etiam Apoplexiam fortem curare ſciviſſet, periculum fuiſſet, ne Jovem ipſum cœlo deturbaſſet, ſeque in ejus ſubſellium conſtituiſſet. Conſiſtit autem univerſa morbum comitialem medendi ratio potiſſimum in his duobus ſcopis. Quorum unus reſpicit θεράπευσιν, alter verò ſpectat προφύλαξιν, illa, cauſam conjunctam tollendo ſeu perimendo, præſenti paroxyſmo ſubvenit & opitulatur; hæc autem, ipſas morbi tincturas ſeminales, ſeu inpuritates morbificas intercipiendo, & radicitùs exſtirpando, futuram acceſſionem impedit & remoratur. Vel ut planiùs dicamus: Curatio Epilepſiæ, duabus præcipuè Indicationibus dirigitur, Paroxyſmi nimirum præſentis amolitione; & novi ſeu futuri repreſſione ac inhibitione. De utriſque nunc ordine diſſeremus.

(∴)

CAPUT II.

De Primâ Indicatione, reſpiciente Θεραπείαν.

Quomodò ſcilicet Paroxyſmo Epilepſiæ præſenti ſit occurrendum.

I. Per extrinſecùs adhibita

AUſpicaturi igitur à prima Indicatione, præſentem mali exacerbationem concernente, tenendum, illam, principaliter in vaporoſæ materiæ, utpotè hunc morbum efficientis ac concitantis, diſſipatione, evacuatione ac revulſione, nec non ejuſdem venenoſæ & virulentæ acrimoniæ correctione ſeu contemperatione, tamdemque in Cerebri, aliarumq; partium principium corroboratione, conſiſtere. Nihil enim non à prudenti & experto Medico hîc tentãdum, quo ſævos, truculentiſſimæ hujus paſſionis, inſultus, potenter coercêre ac opprimere, ejus ſeminaria vel impuritates averruncare, humidum radicale in priſtinum viporem reſtituere, ægrum exſuſcitare, eiq; præſentaneum auxilium adferre poſſit. Quibus quidem intentionibus omnibus, non diffi-

Digitized by Google

cile nobis erit ſatisfacere, adminiſtratione decenti medicamentorum, aliorumq; præſidiorum, tàm intrinſecùs aſſumptorum, quàm extrinſecùs admotorum, uſurpatione.

Extrinſecùs adhibita.

Inter extrinſecùs admota referri debent. 1. Oris ac dentium per immiſſum cuneum diductio, 2. ligaturarum ac frictionum fortium in extremis membris inſtitutio. 3. narium, linguæ ac palati illitio. 4. Clyſterum ſeu Glandium actium injectio. 5. membrorum convulſione diſtractorum inunctio. 6. Sternutamenti excitatio.

1. Oris diductio ſeu apertio.

Primò itaque cum nonnulli Epileptici cadentes, ob fortem convulſionem, dentes ſæpè adeò conſtringant, ut partem linguæ mordicùs ſibi ipſis inſcij aufferant, quemadmodum *Gal. 1. de differ. morb.* refert, quemdam in magnâ corporis convulſione, primam linguæ partem mordicùs ſibi abſcidiſſe, & demorſam deglutiiſſe, nec non etiam ex hâc conſtrictione ſimul ſuffocationis præſentaneæ immineat periculum: Idcircò Medici fidelis officium erit, adſtantibus imperare, ut vel manibus ſuis (cautione tamen ſingulari adhibitâ) os patientis coarctatum valdè, diducant, patulumque reddant, vel (quod commodius) cochleari argenteo, aut cuneo ligneo dentibus interjecto, illud diligenter apertum ſervent. Indè enim 4plex ad ægrum redundat utilitas. 1. ut linguam ſalvam ac liberam ab omni morſu ſeu abſciſſione tuêri ac conſervâre. 2. ut minori cum moleſtiâ, ſpiritum ſeu anhelitum ducere. 3. ut ſpumam ac pituitam citiùs faciliusque excernere ac rejicere, & demùm. 4. ut medicamenta interiùs aſſumenda, meliùs admittere ac deglutire poſſit. Ore itâ effracto, maxillisque diductis, ſi commodè fieri queat, ac neceſſitas ſuadêre videatur, pennâ, oleo irino vel amygdalino intinctâ & per fauces leniter demiſſa, vomitus provocetur, quo ſtomachus à mucilaginoſorum, aliorumque excrementitiorum humorum ſaburrâ levêtur atque exoneretur. Quæ tamen (ut obiter hoc addamus) vomitus proritatio, non temerè in quibusvis convulſionibus Epilepticis actu infeſtantibus, moliendа, ſed in illis tantùm, quæ συμπαθικῶς, propter fomitem nimirum in ventriculo ſtabulantem, eveniunt, ut in progreſſu pluribus dicetur.

2. *Ligaturarum ac frictionum fortium inſtitutio.*

Deindè ad excitandos Epilepticos, plurimum quoque conferunt ligaturæ brachiorum ſuprà cubitum, & pedum ſuprà genua. Hæ namque corpori moleſtiam & dolorem inferendo, facultatem ſenſitricem conſopitam excitant, quæ alterationem, in illis partibus factam, cognoſcẽs, ſui muneris quàm primùm recordatur, undè mox Spiritum animalem, calore naturali & ſanguine multo ſtipatum, tanquàm ſuppetias parti laturã, hoſtemq; communibus viribus propulſura, eò demandat, ſimulque cum illis haut exiguam de qualitate iſtâ moleſtâ, portionem ablegando, propellit alióque derivatam revellit. Notandum autem primò, Epilepſiâ ortâ per conſenſum inferiorum partium, ligaturas ſeu vincula tantùm inferioribus artubus, puta cruribus vel pedibus, eſſe adhibenda, minimè verò ſuperioribus, ut ſunt Cubitus, brachia, manus; ſic enim materia venenoſa potiùs ad caput ac cerebrum magis attraheretur, quàm ab ijſdem revelleretur: Deindè quoque obſervandum, ejuſmodi ligaturas non debere eſſe ſuperficierias, ſeu lenes ac laxas, hoc enim modo parum conducerent, ſed potiùs arctas, validas ac dolorificas, quæ tamen paulò pòſt ſolvendæ, ſolutæq; iterum conſtringendæ, totieſque reiterandæ ſunt, donec omnis halituoſa materia vellicans diſcuſſa, ſeu à robore expultricis penitus excuſſa appareat. Quod idem accipiendum quoque de Frictionibus manuum ac pedum, quas licet *Eraſtus parte 4. diſput. contrà Parac.* non multum commodâre exiſtimet, ob id nimirum, quod nihil admodùm evacuare ex affecto loco poſſint, propter obtuſum membrorũ ſenſum, nihilominùs tamen, nos eas neutiquam aſpernandas, ſed ſummoperè commendandas cenſemus, præſertim ſi ſint fortiſſimæ, & vel cum panno aliquo aſpero, vel cum Sale ac pauco Aceto, Nitro item ac Sinapi inſtituantur, horum enim inſigni λεπτομερεία ac acrimonia dolor in corpore excitatus ſanguinem ſpiritusque concitat ac commovet, parteſq; ſimul calefacit & attenuat, quibus calefactis, ex poſtmodum, fumoſas exhalationes, ſacram Palladis arcem obſidentes infeſtanteſq; cucurbitulæ in modum, è capite ad ſe trahunt ac evocant, attractasque tamdem inſenſibiliter abſumunt & diſſipant. Et ſanè ſi frictiones ejuſmodi, ut & ligaturæ fortes, ex arte inſtitutæ, Apoplexiâ, vel lethargo, vel Syncope, vel præfocatione hyſtericâ op-

oppreſſos, adteſtante experientia, feliciſſimè excitent, & ſæpè à mortis inſtantis diſcrimine, ad ipſam vitam quaſi revocent, quid quæſò obſtabit aut prohibebit, quo minus dicta præſidia, iis quoque, quibus feroces Epileptici mali inſultus, internecinam perniciem minitantur, idem juvamentum aut emolumētum adferre queant? Huc quoq; pertinet, barbæ, naſi vel aurium vellicatio, qua animalis Spiritus ſopitus & oppreſſus exſuſcitatur; item fortis in aures inclamatio, qua nonnullos excitatos fuiſſe, *Eraſtus loco citato* ſcribit.

3. *Narium, Linguæ ac Palati illitio.*

Præterea naribus cadentium Epilepticorum adhibeantur ea, quæ non ſolùm inſigni pollent virtute attenuandi, incidendi ac penetrandi, verùm etiam, quibus ſingularis, occulta ſeu ſpecifica ineſt proprietas malignæ qualitati reſiſtendi, ferociamq; hujus morbi edomandi. In quem uſum præ cæteris maximè valet ac nobilitata eſt *Ruta viridis*, cum aceto vini acerrimo trita, Undè *Bertrutius*: in fine paroxyſmi Epileptici conveniunt localia reſolutiva, conſumentia materiam, ut eſt odor Rutæ, vel ſuccus ejus naribus inſtillatus. Et *Arnoldus Villanov.* Succus Rutæ, naribus injectus, ſtatim facit Epilepticos ſurgere, Quod & confirmat *Jaſon, de morb. Cer. cap. 23.* dicens: Ex iis quæ olfactu excitant ſenſus, torporemque diſcutiunt, eſt Ruta, cujus poſt aliorum veridica teſtimonia, admirandam poteſtatem nec vanus præco, perlibentur effero, quia non tantùm profligando paroxyſmo cōducit, ſed & morbum ipſum potenter tollit. Et *Cunradinus lib. de feb. Ungar, cap. 12.* Nihil præſentius novi, quod paroxyſmo comitiali infeſtatum, æquè citò ſenſibus & rationi reſtituat, atq; Rutæ ſuccum aceto permiſtum, ex quo ægri nares foveantur. Idem quoq; præſtant *Majorana, Origanum, Diptamnus Creticus, Satureja, & Thymus*, eodem modo præparata & applicita. Undè *Alexander* ponit experimentum Apollonij de thymo; ſi ceciderit (inquit) Epilepticus, appone naribus thymum, ſi ſurrexerit, ab Epilepſia ſanatur; ſin minùs, non ſanatur. Lingua quoq; & Palatum *ſucco Rutæ, Pæoniæ, Angelicæ, Scordij vel Imperatoriæ expreſſo*, & mixto cum pauxillo Theriacæ antiq: vel Mithridat: Nec non *Caſtoreo vel Galbano*, aceto macerato, vel Aqua vitæ Juniperina, aut Eſſentia Succini liquida, illinantur. Inprimis verò commendatur triga hæc Balſamorum, *Rutæ* ſcilicet, Succini, & Zedoariæ. Proficua

quoq;

Digitized by Google

quoq; ſunt *Olea ſtillatitia Caſtorei, Ungulæ Alcis, Talci, Camphoræ, Salviæ, Roſmarini &c.* ſi cum his narium, ac verticis capitis fiat inunctio. Expertum quoque eſt hoc *linimentum.*

Rec. Extract. Rutæ ſcr. ij
Extr. Caſtor. ſcr. j
Ol. Succ. ſtill. ſcr. ß
Ol. Gr. Junip. G. 6.
Theriac. ant. drach. ij
Camph. G. 5.
Miſce pro linimento, de quo parum naribus imponatur.

Non abs re etiam fuerit, humectare nares patientis aqua aliqua Theriacali ſeu Antapoplectica, ſeu ad odorandum illis objicere, aquas fortes, quæ quamvis in nonnullis diſpoſitis, comitialem morbum quandoque excitare putantur, tamen genitum jam, & actu ipſo affligentem diſpellere; ejuſq; cauſam tollere poſſunt; quia vehementer attenuant, vaporoſos ſpiritus diſſipant, cerebrum exſiccant, ejuſque vim expultricem ſtimulant, ſicque hominem evigilare faciunt.

4. *Glandium ſeu Clyſterum acrium injectio.*

Sunt quoque nonnulli Medici, qui urgente valdè paroxyſmo, haut verentur, Glandes ſeu Clyſteres acres correptis injicere, ad ſtimulandam nimirum naturam languidam valdè ac fatiſcentem, nec non ad materiam vaporoſam malignam à capite divertendam, & ad inferiora retrahendam, quorum conſilium adeò non damnamus aut improbamus, ut etiam id aliis imitandum proponamus ac commendemus. Nam ut ſcribit *Laur. Joubertus de Cephalalg.* Clyſteres acres, in quovis capitis affectu conveniunt, cum non ſolùm evacuent circa ventrem & meſaræum collecta, ſed & circa Hepatis ſima ac Lienem, undè ea revellunt, quæ ad caput tamdem pervenire poſſent. Undè & *Gal. lib. 2. de compoſ. medic. & lib. 13. meth.* Archigenis cephalica medicaměta declaraturus, ſummoperè laudat evacuationem quæ per Clyſterem fit, non eo nomine tantùm, quod excrementa inteſtinis congeſta efferat, ſed etiam revulſionis gratia, quod ea, quæ ad caput adſcenderent & evaporarent, ſubtùs alvi dejectione divertat. Primò itaque in ætate provectis, res tentetur glandium ſeu ſuppoſitoriorum ſequenti injectione.

R. Mellis ad ſpiſſitud. cocti unc. ß.
Salis Gemmæ drach. ß
Scammon. ſcr. ß
Nitri, Turpeth. an. G 5.
Miſce, Fiat ſuppoſitor.
Vel: Rec. Pulv. Hieræ Logod. ſcrup. ij.
Trochiſc. Alhand. ſcr. j, Elleb. albi ſcr. ß.

ſcr.ß. Salis Indi G.6. Mellis concret.q.ſ. Fiat Glanſ. Si verò forsàn magis ex uſu Enematum infuſio Medico videatur, tunc tale ægroto injiciatur, Rec. *Rad. Acori, Poeon Cyclam. an. unc ß. fol. Rut. Centaur. min. Orig an. M.j. flor. Lavend. Lilia, Poeon. Anthos an. P.j. Bacc. Junip. & Lauri an. unc.j. Agar. & Colocynth. in petiâ ligat an. drach.j. Coq. ſimul in aq. com. pro unc. xij. nodulo ſeu globulo fortiter expreſſo. Colat. add Bened. lax. Hiera Logod. an. unc ß. Mellis anthoſ. drach. v. Ol. Rutac. unc. iij. Salis gem. ſcr. j. Miſce pro Clyſtere.* Qui quamvis per ſe, ut ex ingredientium facultate conſtat, ſatis ſit validus & acer, tamen ſi quis forſan validiorem & acriorem eumdem exoptet, tunc add. G.1. vel. 2. vitri ♁, nec ſpe tuâ (niſi extremè natura fuerit proſtrata) in ſufficienti fuſione alvi fruſtraberis. Nec eſt, ut hujus medicamenti, aliàs paſſim apud plurimos, ob temerarium quorumdam nebulonum Paracelſicorum abuſum, malè audientis, nimiam in operando, alvumque ſollicitando activitatem, anxie quis metuat, ſiquidem illud, teſte *Quercetan. in Pharmacop. Dogm. reſtit. cap. 17.* infuſum, colatum & exhibitum in Clyſteribus, minorem noxam adfert, quàm Diaphœnicon, hocque ipſo utiliores & efficaciores multò effectus demonſtrat.

5. *Membrorum convulſivo motu diſtractorum inunctio.*

Inſuper, ſi quæ membra in Paroxyſmo diſtorta & incurvata conſpiciantur, non ſolum manu molliter ad rectitudinem reducenda, verùm etiam pinguedine aliquâ vel oleo, partim emolliendi doloremque leniendi, partim calefaciendi ac reſolvendi facultate prædito illinenda. *Ex pinguedinibus* hic potiſſimum in uſum aſſumantur, Humana adeps, quæ ad membrorum contractionem, indurationem & exſiccationem, ſingulari quâdam proprietate valet, nec non Anatum & Anſerum pinguedo. *Inter Olea* commẽdantur Ol. Amygdal. dulc. Ol. Lilior. Vulpin. Rutac. Coſtin. Laurin. Sampſuchinum. Prodeſt item hæc inunctio, Rec. *Pingued. anſeris drach. ij. Ol. vulp. & Junip. an. drach. j, Ol. Petrol. drach. ß. Ol. Terebinth. ſcr. j, M. pro linimento*; quo membra probè inungantur: Vel: Rec. *Ol. lilior. alb. drach. iß. Axung. human. drach. j. Ol. Chamom. & Lumbic. an. ſcrup. ij. Ol. de lateribus drach ß. Miſce.* Erit quoq; maximè ex uſu, totam Spinalem medullam à cervice incipiendo, & uſque ad os ſacrum, manum ducendo, fricare hoc liquore, cerebrum & nervos mirè corroborante, ac vaporoſam mate-

materiam diſcutiente. Rec, *Aq. vitæ ſimpl. unc. vj. Quibus infund. Fl. Anth. Lavend. Majoran. Stœchad. an. P. j, Bacc. Junip. drach. vi. Acori, Zedoar, an. drach. ij, Spicæ Ind & Nard. an drach. j. Garyophyl. arom. ſcr. ij, Stent ita, vitro occluſo, bis vel ter materiam quotidiè agitando.*

6. Sternutamenti excitatio.

Quod ſi eorum omnium, hactenùs commemoratorum præſidio, æger Epilepticus minimè excitetur, aut præſens paroxyſmus ſolvatur & abigatur, in eo caſu non inutile putamus deſcendere ad ptarmicorum uſum, quem tamen nonnulli Medicorum valdè ſuſpectum habent, ob has rationes.

1. *Quidquid vehementer exagitando, & colliquando humores in capite, cauſam majori, ventriculorum cerebri obſtructioni præbere poteſt, illud pro curâ Epileptici mali neutiquam adhibendum. At ſternutatio, ope medicamentorum excitata hoc facit, Ergò &c.*
2. *Quod frigidos, craſſos, ac pituitoſos humores in cerebro collectos, ejusq; ventriculis firmiter impactos diſſolvere, ſolutosq; excutere nequit, illud ineptum omninò habetur, Comitiali profligando, Atqui ſternutatio id efficere non valet (cum ad illius excitationem in hoc morbo, nullus ſequatur ſenſibilis humoris alicujus è naribus aut ore effluxus.) Ergò &c.*
3. *Quod Capite priùs per convenientia φάρμακα non evacuato, oculis potiſſimum ſeu viſui extremum adferre poteſt nocumentum, illud tàm in Epilepſiæ, quàm aliorum cerebri morborum curatione, ſtudioſiſſimè eſt declinandum. Sed hoc poteſt facere ſternutamẽtum,* (quia experientia cognitum fuit, aliquandò incauto ptarmicorum uſu, in quibuſdam, graviſſimam nervorum opticorum oppilationem, & ex hâc, perfectam ſubſecutam eſſe cœcitatem, ob materiam à vehementi motu ex cerebri ventriculis, in nervos opticos delatam, ac protruſam, quæ ibidem conſiſtens, & ſpiritus animalis fluxum intercipiens, viſivam facultatem abolet, id quod *Gulielmus Fabritius Centur. 1. ſuar Obſ. Cheirurg. 24.* teſtatur de quodam adoleſcente 14. annorum, qui ex immodicâ titillatione irritatis naribus, circiter centies & ampliùs ſternutavit, ex qua ſternutatione, nervorum viſoriorum obſtructio, & ex eâ cœcitas tandem ſecuta fuit) *Ergò &c.*

Alii, quamvis ſternutatoria medicamenta, in curâ hujus mali in torum non damnent, ac repudient, illa tamen non præſente ipſo paroxyſmo, ſed eo remittente aut ſoluto, & non niſi præmiſsâ univerſali

ſali corporis evacuatione, adhibenda eſſe contendunt, Quibus quidem apertè contradicit *Quercetanus, in Pharmac. reſtit.* ita ſcribens: Nonnulli putant, non niſi extremâ neceſſitate, & præmiſſis generalibus vacuationibus, utendum eſſe ſternutatoriis: ſed hi meâ opinione graviter falluntur, quandoquidem ejuſmodi remedia in defluxionibus magnis ſuffocativis & ſubitò ſupervenientibus, commodè & feliciter admodùm exhibentur. Natura enim, ductus ſeu canales narium dicavit cerebri expurgationi, quam ars ad ipſius imitationem ità promover, ut aperto & libero tranſitu, curſus ſeroſorum humorum per eamdem viam expediatur, & hoc modo revellantur, nec in nobiliores partes illabantur. *Nos itaq; cenſemus*, ptarmica remedia in omni Epilepſiâ, ſive per ἰδιοπάθειαν ſive per συμπάθειαν genitâ in grandioribus præſertim & adultis, citrâ ullam noxam ab initio tutiſſimè uſurpari & adminiſtrari poſſe, cum motu & agitatione illâ, quæ indè excitatur, tantùm abſit, ut major ſequatur in cerebro obſtructio, aut eò copioſior materia peccans à ſubjectis partibus attrahatur & rapiatur, quin potiùs, tenuis ac vaporoſa illa ſubſtantia, ſinubus cerebri concluſa, ac malignâ ſui qualitate meninges pungens ac laceſſens, quàm promptiſſimè diſcutiatur atq; expellatur, ſicque tamdem paroxyſmus abrumpatur, Et ſanè res omninò periculi plena cenſenda, maleq; de ſalute ægri augurandum, ſi ab admotis ptarmicis nō ſternuat, aut excitetur, inditium enim hoc præbet, naturæ extremè proſtratæ ac ſuccumbentis, & jam quaſi manus morbo vincenti ac triumphāti dantis. Et huic noſtræ ſententiæ, de ptarmicorum ſcilicet uſu, in ipſo paroxyſmo hujus morbi, ſuffragium quoque ſuum donant, multi conſumatiſſimi Philoſophi ac Medici, inter quos nos ultimum tenent locum, *Antonius Guainerius in Pract. ſuâ Tract. 7. cap. 5. Felix Platerus, parte 1. Prax. lib. 1. cap. 12. Vidus Vidius, lib. 2. curat. membr. cap. 18. Hollerius, lib. 1. de med. morb. cap. 15. Quercetanus in Tetr. cap. 13. Fuchſius in lib. de med. morb. cap. 29. Philotheus Elianus Montalto, Tract. 17. cap. 14. Foreſtus, in ſchol. ad obſ. 58 lib. 10. Heurnius, cap. 22. de cerebri morb. Henricus Smetius in miſcel. med. lib. 8. Franciſc. Hildesheimius in ſpicileg 7. de morb. cap. Caſpar Wolfſius, in viat. novo, cap. 11. Rulandus in Centur. 7 cur. 49 51 & 83. Henricus Warenius in diſſ. 7. Noſologiæ.*

Noſtra ſententia de ſternutatoriis.

Fermu-

Formulæ ſternutatoriorum, in Epilepſiâ uſurpandorum.

Rec. *Majoran. ſicc. Nigell. an. drach ß Pip. albi ſcr. ij. Salis Vitrioli ſcr j, Pyreth. ſcr. ß.* Terantur ſubtil. & miſc. & de hoc pulv. parum naribus flatu immittatur, vel pixis, in qua pulvis hic aſſervatur, naribus admoveatur, ſic enim inſpirando aliquid attrahitur.

Vel: Rec. Pulv. rad. Cyclam. & Jreos an. ſcr. ij. Sem. Naſturt. Zingib. alb. an drach. ß. Gran. Paradiſ. ſcr. j. Elleb. albi & Caſtor. an. Gr. 6. Miſce pro pulvere, qui inſuffletur naribus.

Vel: Rec. Rad. Ireos, Pyreth. an. drach ß fol. Major. & Hyſſ. ſicc. an. ſcrup. ij. Cubeb. Pip. alb an. drach. ß. Sem. Sinap. & Nigel. an ſcr. j. Caryophyl. Gr. XV. Pulv. omnia & poſteà includantur globulo ſeu nodulo, qui priùs leviter aceto imbutus, naribus poſteà ægroti applicetur.

CAPUT III.

Nùm in Epilepſiæ paroxyſmo, ſanguinis miſſio conveniat.

ANtequàm tranſeamus ad Comitialis morbi curationem, internorum præſidiorum adminiſtratione inſtituendam, priùs ventilanda & enodanda erit hîc Quæſtio: *An ſcilicet ægroto Epileptico, actu ipſo convulſionibus infeſtato, vena ſecanda ſit necne?* Pars Affirmativa videtur eſſe probabilis, ob has rationes. *Pars affirmativa.*

1. *Omnis morbus magnus ac vehemens, conjunctus cum virium robore, Venæ ſectionem poſtulat,* teſte Gal. lib 4. meth. med. *Epilepſia verò eſt morbus vehemens & magnus, nec in eo vires corporis ſemper ad extremum dejectæ, ſed ſæpè benè valentes adhùc apparent. Ergò, &c.* Eſſe autem Epilepſiam morbum magnum ac vehementem, patet ex requiſitis illis, quæ propriè morbo magno à *Gal. l. 4. meth cap. 6.* attribuuntur hiſce verbis: Triplici genere morbus quiſque gravis fit, aut propter præcellentiam partis, aut propter affectus magnitudinem: aut propter ipſius cacoethiam ſeu virulentiam. Hæc ſi accommodemus Epilepticæ paſſioni, facilè cognoſcemus, illam jure meritò magnis ac vehementibus eſſe accenſendam. Et 1. quidem ratione ſui ſubjecti, quod cerebrum exſiſtit, quâ parte, nulla reperitur nobilior ac præſtantior in toto corpore. 2. Ratione cauſæ, quæ eſt, malignus ac venenatus vapor, totâ ſui ſubſtantiâ, cerebri temperamento adverſiſſimus. 3. Ratione Symptomatum ſeu accidentium, quæ ſæpè adeò ſunt 1.

ferocia & vehementia, horrendoque modo ægrum adoriuntur, ut non modò adſtantes percellant terrore, verùm etiam vel ipſos celeberrimos ac in Arte expertiſs. Medicos in ſtuporem adducant, quæq; etiam frequentiùs non priùs ab ægris diſceſſionem faciunt, quàm eos jugulaverint.

2. 2. *Acutis morbis, venæ ſectio opportunum ſalutare exſiſtit auxilium*, teſte Hippocr. lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. cap. 19. *At Epilepſia eſt ex numero Acutorum. Ergò &c.*

Eſſe autem Epilepſiam morbum acutum probâre conatur *Montaltus lib. 2. de homine ſano cap. 12.* hiſce fundamentis. 1. Quia Galeno frequenter morbus hic, acutiſſimus vocatur præſertim *5. aphor. comm.* 31. ubi Epilepſiam unum illorum morborum eſſe dicit, qui ſunt acuti ſine febre. Quem ſecutus quoque eſt *Avicen lib. 4. fen. 1. tract 1. cap. 4. & Aretæus.* 2. quia more aliorum acutorum celeriter movetur ac ſolvitur, & mox à principio, & circa primos dies gravia ſecum trahit ſymptomata. 3. quia juxtà *Galen. lib. 5. de plac. cap. 2. & 4. aphor. comm. 63.* febrientes eo tempore, quo ſunt ab acceſſione liberi, non ampliùs actu febrientes eſſe dicuntur, licet aptitudinem & diſpoſitionem in illum morbum habeant. Ergò illud ipſum etiam de Epilepticis concedendum.

3. *Quod revellendo à Capite, cauſam morbificam imminuit, eamq; è corpore educit, illud in curâ Caduci morbi minimè poſthabendum. At venæſectio hoc facit*, quia unà cum ſanguine non ſolùm vapores illi pravi ac maligni à capite potenter revelluntur, verùm etiam in eo motu ſenſim diſcutiuntur, & per venam jàm patulam egrediuntur. *Ergò &c.* 3.

4. *Si in Apoplexiâ & Lethargo utiliter, & cum magno juvamento à Medicis* (ut videre eſt apud Aetium tetrabl. 2. ſerm. 2. cap. 27. Paulum, lib. 3. cap. 18. Avicen. Fen. 1. tract. 8. cap. 24. Rhaſen, lib. diviſ. ca. 12. Halyabbat. 5. Pract. 22. &c.) *imperatur & adminiſtratur venæſectio, adeò ut hujuſmodi morbis oppreſſi ſæpè numero, à morte ad vitam quaſi inſperatò revocentur: utiq; eamdem in comitiali quoq; morbo inſtitutam, ſimile allaturum emolumentum ſeu commodum, non erit dubitandum. At verum prius. Ergò & poſterius.* 4.

5. Hiſcè tandem accedit, quod nonnulli veterum Medicorum ſanguinis factam ex diverſis corporis partibus Epilepticorum extractionem, multoties ſaluberrimam, efficaciſſimamque ad profligandùm hunc morbum experti fuêre. *Theodorus* enim apud Alexandrum à 5.

magnis

Digitized by Google

magnis pedum digitis lancinatu ſanguinem eliciebat, eo labra & frontem patientis inungens. *Didymus* extracto ſanguine è pedis pollice, itidem Epilepticos excitabit. *Orpheus & Archelaus* faciem, ex quacumque parte corporis ducto ſanguine, contaminabant, atq; ita Epilepticum paroxyſmum diſcutiebant.

Pars Negativa. *Alij verò* in contrariâ ſunt ſententiâ, negantes omninò, aliquid præſidij ex venâ inciſa in paroxyſmis Epilepticis exſpectandum eſſe. Fundamenta illorum quibus innituntur, hæc ſunt.

1. *1. Ubi magna humorum frigidorum, craſſorum, ac pituitoſorum adeſt redundantia, ibi venæ ſectio inutilis cenſenda*, teſte Gal. pluribus in locis. *At in Epilepſiâ, Caput ſeu cerebrum potiſſimum, tali humore redundat*, ut docet Gal. 3. de loc. aff. cap. 5. & 7. It. 2. de cauſ. Sympt. cap. 7. *Ergò &c.*

2. *2. Quod Caput ac Cerebrum, aliàs per ſe frigidâ intemperie affectum, adhuc magis refrigerat, ſicq; ad congeſtionem materiæ pituitoſæ diſponit, illud à curâ Epileptici mali penitus abdicandum.*

At Phlebotomia hoc præſtat ſiquidem Gal. lib. 9. meth. & alibi, ſatis frequenter dicit, venæ ſectionem refrigerare totius corporis habitum. *Ergò.*

3. Quod humores & Spiritus inſigniter turbando & agitando, majorem vaporoſarum exhalationum copiam in cerebrum elevare transmittere, ſicq; hunc morbum augère poteſt, illud à methodo ejus curativa in totum proſcribendum. At venæ ſectio, tempore paroxyſmi inſtituta hoc facere poteſt. Ergò. 3.

4. Illis morbis ſeu affectibus propriè convenit venæ ſectio, qui à nimiâ plethorâ, vel fluxione humorum ingenti oriuntur. At Epilepſia à neutro horum proficiſcitur. Ergò &c. 4.

5. Quod omnium facultatum vires, anteà per ſe nimis attritas & debiles, magis adhuc atterit ac dejicit, illud tamquam noxium ac inutile, in curâ Epileptici paroxyſmi rejiciendum. 5.

At venæ ſectiò id facit, quia non ſolùm corpus privat precioſo naturæ theſauro, ac vitæ balſamo, ſanguine ſ; verùm etiam eidem non exiguam Spirituum vitalium, quibus totius corporis robur præcipuè innititur, copiam ſubtrahit. *Ergò &c.*

6. Quod paroxyſmum Epilepticum in totum tollere ac profligare debet, illud neceſſe eſt, virtute quâdam alexiteriâ, ac ſpecificâ proprietate, reſiſtendi huic morbo, ſit præditum. At venæ ſectioni nulla talis ineſt virtus ac proprietas. Ergò &c. 6.

Sententia noſtra.

Sententia noſtra de Venæ ſectione.

Hiſcè itaque in hunc modum diſceptatis, ſupereſt tandem, noſtram quoque de hâc controverſiâ ſententiam in medium adducamus. *Cenſemus igitur*, urgente ſeu præſente paroxyſmo, nullatenus ægro venam eſſe tundendam, non ſolum ob dictas rationes, poſtremo loco pro parte Negativâ allatas, verùm etiam quia ob involuntarium motum, & violentam quaſſationem omnium membrorum, cum hoc morbo ſemper conjunctam, nobis maxima objicitur difficultas, quo minùs quamvis id cupientibus ac volentibus, ad hoc genus auxilij deſcendere liceat; Ad hæc non videmus, quomodò improborum hominum calumnias, ac proprij nominis infamiam effugere poſſit Medicus, ſi forſan à Venâ ſectâ, Epilepticum mori ac exſpirare contingat. Præſtat itaque pro curatione paroxyſmorum hujus morbi, phlebotomiam prorſus omittere, quàm temeraria ejuſdem præceptione ignominiam aliquam, ſeu cõtemptum ſibi accerſere. Quamvis illam, præſervationis loco inſtitutam, quietis ſcilicet tempore, quo ab inſultibus æger minùs infeſtatur, non omninò damnamus, ſed potiùs, pro varia corporis conſtitutione & ætatis, laudamus & approbamus, ut cap. 6. dicemus. Et huic noſtræ ſententiæ applaudit quoque *Foreſtus in ſchol. ad obſerv. 58 lib. 10.* dicens: Nemo hodiè Medicorum ſanguinem in paroxyſmo mittit, cum neque in convulſione tutum ſit; nec commodè quoque mitti queat.

CAPUT IV.

Quomodò æger à paroxyſmo Epileptico ſit liberandus.

II. Per intrinſecùs exhibita.

Dictum fuit Cap. 2. quæ potiſſimum circa ægrum Epilepticum, quoad externa auxilia ſeu præſidia, ut iis exciterur, ſint agenda & inſtituenda: Ordinis ratio nunc poſtulat, ut quomodò eidem ad celeriorem Paroxyſmi adhuc perſeverantis, diſcuſſionem ſeu abruptionem, Internorum quoque medicamentorum exhibitione, ſeu per os infuſione, ſit ſuccurrendum, breviter & dilucidè tradamus atq; explicemus; Quamvis autem non ſimus neſcij, infinitorum ferè remediorum Antepilepticorum deſcriptiones ac compoſitiones paſſim in libris exſtare, & apud Medicos Practicos reperiri, quorum etiam,

iam præſertim rariorum ac elegantiorum aliquot, paulò infrà proponêmus ac publicabimus. Hoc tamen loco, cum pugnandum nobis ſit adverſus infenſiſſimum ferociſſimumque hoſtem, vitæ hominis non tantùm occultas macchinantem inſidias, verùm etiam illi internecinam minitantem perniciem, quem ſi protinùs, telis ſuis pharmaceuticis, utî firmiſſimis, ità penetrantiſſimis, Medicus non profligat ac tollit, is hominem ipſum ſæpè miſerabiliter tollit ac perimit; idcircò quoque non niſi præſtantiſſima ſelectiſſimaque, & partim ab aliis in arte Medica viris præcellentibus, partim à nobis etiam experta, Antepileptica alexipharmaca, ac ex tota forma ſpecifica, huic morbo dicata medicamenta, nunc in medium producêmus.

Primo itaque Medicus ad ægrum Epilepticum accerſitus, ſi nihil aliud ad manum habeat, exemplò illi Theriacam veterem Androm. Vel Mithridat. confect. in Aq. Pæon. aut flor. Tiliæ, vel etiam aqua Vitæ diſſolutam, oti infundat. Vel eatum loco, parum Caſtorei in aceto vel oxymelite diſſol. vel præbeat ſorbendum per intervalla cochlear unum Aq. Picar. vel Hirund. aut hujus liquoris.

Recip. Aq. flor. Tiliæ, Hirund, & Ceraſ. nigr. an. unc. ij
Eſſentiæ liqu. Caſtor. drach. ij
Spiritus Ceraſor. unc. ß
Spirit. Vitrioli opt. G. 24.
Miſce.

Aut. *Recipe Liquoris cornu cerv. drach. ij. Spiritus Ceraſ. unc. ß. Syr. Pæon. unc. ß. Eſſent. Camph. drach. ß. Miſce. Vel. Ol.* Succini albi rectif. G. *Ol. Succini.* 5. 7. Vel 9. cum pauxillo Aq. Pæon. Vel Lil. convall. exhibeantur. Prodeſt quoque egregiè *Tinctura vera Corallorum*, ſcrup. j. Vel drach. ß doſi cùm appropriato quodam liquore adminiſtrata. Experimento inſuper mirabili comprobatus eſt uſus *Cinnabaris nativæ*, veræ ☿ radicis *Cinnabaris nativæ* ac mineræ; quæ vel per ſe in pollinem tenuiſs. trita, & paucorum granorum pondere exhibita, vel cum Spiritu Salis Hermaphroditici aptè extracta, inque Magiſterium redacta, tantarum exſiſtit virium, ut miraculi inſtar & cum ſtupore, paroxyſmum hujus morbi elidat, quam ob cauſam quoq; *Ioan. Crato*, 3. Impp. celeberrimus Medicus, eam, Magnetem Epilepſiæ appellare, non fuit veritus. (*Crato* ita præparat & exhibet: Rec. Cinnab. nativæ ſubtiliſſ. pulveriſ. unc. ß. Corallor. & Margarit. præp.
ana ſcr. ij
Croci Oriental. ſcr. j
fol. auri N. xv.
Terantur omnia ſubtiliſſ. ſuper lapidem. Doſis in ipſa acceſſione à G. 7. ad.

7. ad ſcr. j. in aquis appropriatis.) Idem quoque præſtat *Cinnabrium* ♉, quod in ☿ vitæ præparatione (ſi ritè operatus fueris) elevatur, & collo vitri agglutinatur. Hujus enim pulvis mixtus cum Sale Volatili Cranii humani, & Magiſteriis Perlarum ac Corallorum, & doſi granorum aliquot cum aq. Pœon. præbitus, Epilepticos mirè juvat, & ab acceſſione liberat. (De hac Cinnabari ♉ ita loquitur *Johan. Vinc. Finckius in Enchiridio Medico cap.* 5. Cinnabaris hæc eſt Diaphoretica. Itaq; æquali pondere cum Magiſterio Coral. & Perl. & Cranii humani juncta ſpecificum eſt etiam in Epilepſia inveterata, ſolo ſudore repetito vicibus, ac præcedentibus evacuationibus morbum auferens. Doſis à Gr. 10. ad 16. m. Aq. Pœon. vel flor. Tiliæ, aut Lavend.) Nonnulli etiam, ad eumdem effectum ſingulariter prædicant, & maximi ſecreti loco habent, ſpinam dorſi, Muſtelæ fluviatilis, novilunij tempore detractam & in tenuiſs. pollinem redactam, cujus ſcr. ij circiter, tùm in acceſſione tùm extrà acceſſionem ſingulo plenilunio cum aqua Pœon. vel flor. Tiliæ exhibiti, morbum hunc perfectè curare traduntur. Expertum id non ſolùm in pueris ac infantibus, ſed etiam in adultis. Inter cætera verò maximè nobilitata ſunt ſequentia medicamenta antepileptica, à multis, ſecreti loco hactenùs habita, quorum præparationes ſic ſe habent. (Specificum quoque egregium contra Epilepſiam ex cerebro, ventre, & Matrice obortam multi pulverem ſecundinæ ſolum exiccatæ eſſe tradunt. Cui tamen alii appropriata alia addunt: Ut:

Cinnabr. Antimonij.

Secundinæ pulvis.

Joh. Vincent. Finckius loco ſupra citato.

Rec. Secundinæ mulieris torrefactæ, primiparæ, filium enixæ unc. ß.
Cranii maſculi anterioris decollati calcinati unc. j.
Pulv. pullorum Corvi Menſe Martio terrefacti drach. ij.
Coaguli Leporis drach. j.
Raſuræ C. cervi drach. ij
Caſtorei drach. ß
Succini albiſs. drach. ij
Grana & radic. Pœoniæ decreſ. ☽ collectæ an. drach. ß. Moſchi
Ambræ an. ſcr. ß.
Spec. Dianth.
Diapliris
Corall. & perl. præp. an. ſcrup. j.
Miſceantur & pulver. ſubtiliſſime exhibe in convenienti, vehiculo.)

1. LIQUOR Cranij Humani.

Rec. Limaturæ Cranij hominis, violenter mortui & numquàm humati, q. v. indè Cucurbitæ vitreæ, eique

eique ſuperfunde Spir. Vitr. opt. rectif. ad eminentiam 3. vel 4. digitorum, Vitrum optimè clauſum, ne quid exſpiret, pone ad digerendum in arenam calidam, per 3. aut 4. ſeptimanas, quotidiè agitando materiam, & ſenſim Spiritum tuum affuſum, colore rubicundiſs. tingi videbis, quem ità tinctum & coloratum, per vitri inclinationem effunde in aliud vitrum, poſteàque per chartam emporeticam bis vel ter filtretur ſeu coletur, ac ita filtratus ac depuratus uſui reſervetur. De quo, Epileptico cadenti, 20. ætatis annum egreſſo, G. 8. 11. 15. cum aq. Pœon. unc. ß. exhibe.

2. OLEUM Cranij Humani.

Cranium hominis ſuſpenſi reduc in pulverem. Imponatur poſteà Retortæ, & ſecundùm ignis gradus, Oleum elice, exibit aqua, oleum, & Sal, ſi modò operationis iſtius peritus fueris, ſimul hæc accipe, & iterum in novam retortam pone, deſtill. aquam ſeu phlegma ſepara, & oleum rectifica. Cui tandem adde Calcis Solaris drach. j, digerantur leni calore. Doſis ſcr. j, plus minusvè cum aq. fl. Tiliæ.

3. LIQUOR Cornu Cervini.

Rec. Cornu Cervi crudum, debito collectum tempore, & in taleolos poſteà ſectum, quos Retortæ inditos, in arenâ, primò, lento, deindè fortiori ignis calore pelle, & liquorem indè exſtillantem, convenienti vaſe excipe, quem, ut putiorem reddas, & à fœtore, quem conjunctum habet, nonnihil liberes, bis vel ter rectifica, uſuique demum ſerva. Doſis drach. ß. Vel drach. j, cum aq. Pœoniæ.

4. MIXTURA Spiritalis.

Rec. Spiritus Theriacalis camphorat: (modum illius præparandi docuimus in lib. 3. cap. 8. de lue peſtifera) unc. j. Spiritus Tartari opt. rectific. drach. v. Spir. Vitrioli opt. drach. iiß. Conf. invicem miſc. Doſis, ſcr. j. Vel drach. ß, aut ſcr. ij, pro ratione ætatis, cum aq. fl. Tiliæ Vel Pœoniæ. Certè tùm in expugnando & abigendo, tùm in futuro arcendo paroxyſmo Epileptico, ad ſtuporem uſque hæc medicina operatur, ut ipſimet uno atque altero experimento, præſertim in pueris ac junioribus, compertum habemus. (*Andr. Tentzelius in Exegeſi Chymiatr. ſect. 1.* Expertum labo vix quicquam hâc mixtura ſimplici præſtantius eſſe in Epilepſia Hydrope &c.

MAR-

Digitized by Google

5. *ARCANUM ſingulare.*

Rec. Vitrioli Ungar. opt. calcin. & triti in pulv. lib. iij, Limaturæ cranij hominis, violenta morte necati. Raſuræ Ungulæ Alcis, Viſci querc. & Gran. Pœon. juſto tempore collect. an. unc. ij, Omnibus hiſce ruſis, & Retortæ Waldenburgicæ, undiq; probè lutatæ, injectis, affunde tantùm S.V. quantùm materia hæc imbibet, ut fiat maſſa. Deindè collo Retortæ, applicato vaſe recipiente amplo, juncturisq; probè occluſis, fiat deſtill. primò quidem igne lento, poſteà eo paulatim fortificato, tamdiu pellatur, donec nulli amplius egrediuntur Spiritus. Egreſſum liquorem in B. diligenter rectifica; & pondera, quantum acceperis; Quo facto, ſingulis hujus Spiritus libris, adde Caſtor: rec: & Spec: Diambr: an: unc: ß, Theriac: Vet. unc. iiij, Omnia ità craſsè contuſa & permixta invicem, cucurbitæ Vitreæ indantur, & in B. deſtill. Spiritus, qui imprægnatus erit colore ſeu tinctura infuſorum. Huic ſpiritui adde Salis Pœon. drach. ij Salis ſuccini volat: drach. iß, Liquoris Corall: & Perlar: an. drach. ij, Ol: Succini albi rectific. drach. i, Ol. Salviæ ſtill. ſcr. ij, Ol. Angel. drach. ß, Digerantur omnia per menſem in phiola Hermeticè ſigillata, donec probè uniantur. Tamdem ad uſus reſerventur. Doſis hujus Elixyris cochleare unum, cum aq. Pœon: in paroxyſmo. Continuetur poſteà ejus uſus per 9. dies.

6. *SPECIFICUM Antepilepticum.*

Rec. Corall: rubr: trit: unc. ß, Rad: Pœon: pulv: juſtoque tempore collect. (nimirum menſe Aprili, ☉ exiſtente in ♈ & ☽ in ♐, manè antè exortum ☉) drach. ij, Indantur vitro, ſuperaffuſ: Spir: Vitr: unc. ij, ſtet in digeſtione per triduum, & coralla ſolventur, albeſcentque inſtar pultis. Sine adhùc per aliquot dies ità ſtare, donec craſſior materia feculenta ſubſiderit, liquorque albeſcens ſupernatet. Hujus liquoris cape cochleare unum, adde cochlearia 4. vel 5. aq: Pœon. quibus permiſce Salis Verbenæ, & Salis Cranii hum. an. ſcr. j, & ita exhibe Epileptico, ter vel quater.

7. *LIQUOR excellens Antepilepticus.*

Rec. Roris Vitrioli, Aq. Pœon. an. lib ß, rad. Pœon: & viſci querc. minutim inciſ. an. unc. iß, Cranii hominis ſuſpenſi & pulver: unc. j, Camphoræ drach. ij, Spiritus vini unc. ij, Spir Vitrioli rectific. unc. ß, Omnia commixta in B. M. in digeſtione relinquantur, per octiduum,

&

Digitized by Google

& ſubtile à craſſo ac ſpiſſo ſeparetur, ſeparatumq́; filtretur mundiſſimè Doſis ſcr:j. drach. ß. vel ſcr. ij. pro unâ vice cum aq: Pœon. in ipsâ acceſſione.

CAPUT V.

De alterâ Indicatione, reſpiciente προφύλαξιν,

Quomodò ſcilicet novi Paroxyſmi generatio impediatur, aegerq́ praecaveatur, ne denuò in hunc incidat morbum.

Et I. quidem decenti Diætâ, ſeu ſalubri victus ratione.

Altera nunc ſeſe nobis offert Indicatio, locum potiſſimum habens extrà paroxyſmum, ipſamque prophylacticen reſpiciens, quæ quidem in his ſex conſiſtit ſcopis. 1. In congruâ ac decenti, ſex rerum non naturalium uſurpatione. 2. In univerſali, exſuperantis plethoræ ac cacochymiæ ablatione ſeu ſubtractione. 3. In particulari, cerebri, ab omni ſuperfluorum vitioſorumque humorum in eo contentorum, illuvie, expurgatione. 4. In circumſpecta Cauteriorum ſeu fonticulorum impreſſione vel applicatione, materiæque morbificæ à parte principe ad loca ignobilia retractione ac derivatione. 5. In debitâ capitis, omniumq́; ſenſuum, cùm per interna, tùm per externa, confortatione. 6. In probâ; ſpecificorum, quorumdam Antepilepticorum medicamentorum adminiſtratione ſeu uſurpatione. Quæ quidem omnia tribus hiſce communibus uſitatiſque inſtrumentis, Diætâ nimirum, Pharmaciâ & Cheirurgiâ perficere licet.

DE PRIMO SCOPO.

Auſpicantes igitur nunc à primo Scopo, nimirùm, à ſex rerum non naturalium adminiſtratione, inter has primo loco nobis occurrit,

I. Aer.

Hic, cum commune hominum ſit domicilium, caloris nativi ac Spiritus vitalis pabulum, & refrigerium, fuliginoſorumque excrementorum receptaculum, nec non inſigni polleat vi, teſte *Galen. lib. 3. Artis Med.* corpora noſtra alterandi ac permutandi, inſuperque etiam, ut *idem Autor 3. meth. med. cap. 8 & 9. meth.* non longè à fine docet; ſine Aere, nec morbus tolli, nec ſanitas rectè conſervari poſſit; idcircò, qui ab hujus graviſſimi

Digitized by Google

morbi inſultibus in poſterùm immunus vult perſiſtere, omni ſtudio fugiat aerem fœtidum, nebuloſum, turbidum, craſſum, & fuligine carbonum inquinatum, ut & impensè frigidum humidumque, qualis potiſſimum Auſtrius & Aquilonaris exiſtit. Talis enim inſpiratione attractus, caput ac cerebrum ſuprà modum gravat, vaporibus replet, & animales Spiritus, ob retentionem fuliginoſorum recrementorum, perturbat ac offendit, autore *Gal. lib. 1. de ſanit. tuend.* Econtrà eligat Aerem perpetuò purum, moderatèque calidum & ſiccum, & tempore brumali, cubiculi aerem, igne luculento, ex ligno Junip. Cupreſſ. Lauri, Roſmar. accenſo, corrigat. Immoderatè tamen calidus ſemper declinetur, quia is factâ colliquatione humorum in capite, Cephalæam ſeu Hemicraniam ingenerat, vertiginem inducit, variasque deſtillationes ac fluxiones movet ac promovet, teſte *Galen. aph. comm. 22.* Quemadmodum idem etiam faciunt ſuffitus crebriores, aliaq; odoramenta nimis calida, caput enim, naturâ præſertim imbecillius, vaporoſarum exhalationum ingenti copia replent, quæ poſteà non invenientes exitum, ibidem ob membranarum, aliarumque partium vicinarum frigiditatem in ſubſtantiam aliquam concreſcunt coagulanturque, ſicq; cerebri meatus tandem obſtruunt ſeu comprimunt. Antè omnia verò, quantum id pote, vitanda longior ſub dio, & præcipuè ſub radiis Lunaribus mora, ſiquidem hac, iis, qui paſſioni Epilepticæ obnoxij ſunt, nihil pernicioſius umquàm accidere poteſt. Ineſt enim ejuſmodi ☽næ radiis ſingularis quædam proprietas, occultaque vis ac potentia, hunc morbum ingenerandi, ac ingeneratum anteà, celeriter commovendi & excitandi. Neque id mirum alicui videatur, qui penſi habet, cerebrum, huic ſideri principaliter eſſe dicatum ſeu ſubjectum, & ad ejus vices ac mutationes, ipſum quoque ſubindè mutari ac moveri. Augeſcente enim ☽nâ, humiditas etiam cerebri augetur, & ſiccitas decreſcit, contrà, ☽nâ decreſcente, capitis quoque humiditas imminuitur, ac ſiccitas prædominatur. Quod & ipſimet Epileptici frequenter experiuntur, hi enim, licet accuratiſſimè non ſolùm caput, verùm etiam conclave ſuum, à Lunarium radiorum contactu ſeu ingreſſu muniant ac præcaveant, novilunij tamen ſeu plenilunij inſtantis damna ſeu noxam, quam cerebro communicari ac inferri manifeſtò ſentiunt, evitare nequaquàm poſſunt.

2. Ci-

2. Cibus & Potus.

Ordine ſequitur nunc cibus & potus, ad conſervationem vitæ ac ſanitatis, non minùs neceſſarius, quàm Aer ambiens. Nam quemadmodum ellychnium lampadis, olei fomento conſervatur, ſic genuinus corporis humani calor, humiditas & vires, quæ continua & occulta corporis exhalatione fatiſcunt, ſalubri cibi ac potus pabulo conſervantur, inſalubri verò peſſumdantur. Undè non abſque ratione *Julius Cæſar, lib. de bellis civilibus* ſcriptum reliquit, non parum referre, ad ſanitatem conſervandam, morbumque depellendum, quo quiſq; cibi & potus genere utatur. Et quia *Panis* præcipua quaſi baſis ac fundamentum exſiſtit noſtræ nutritionis, idcircò ab eo primùm exordiemur. 1. Eligat igitur æger panem, tùm ex ſecale, tùm ex ſiligine albiſſima, nulla vetuſtate vel rubigine, corroſioneque corrupta, inſuperque ab omni lolio repurgata confectum. Eſt enim talis, ut ait *Galen. 1. de alim. facult.* ſinceriſſimus, non gravans, non flatuoſus, neque deorſum alvum implens, ſed optimè nutriens, quo fit, ut ejuſmodi pane, cauſa Epilepſiæ minùs foveatur. Sit autem non admodum fermentatus, qui enim ſuperflua aciditate, noxam aliquam cerebro & nervoſo generi adferre poſſet: neq; etiam prorſus omni careat fermento, ſic enim teſte *Galen. 1. de alim. fac. cap. 2.* nemini foret accommodus. Præterea quoq; mediocriter ſit ſalitus, pauco Aniſ. Fœnic. vel Cymini ſemine reſperſus, perfectèque tamdem in clibano coctus, hoc enim modo facilè concoquitur, inque laudabilem ſuccum convertitur. Nec actu calidus nimis veniat in uſum, quia non ſolùm ſitim facit, verùm etiam ventriculum valdè aggravat, obſtructiones parit, caputque tamdem pluribus iiſque craſſis ac fuliginoſis vaporibus replet. Cætera victus ratio incliner ad calefactoriam exſiccatoriam & attenuatoriam, adeò enim inſignis eſt attenuantis victus utilitas, ut Epilepſias parvas quidem, & etiamnùm incipientes, penitùs ſanet, inveteratas verò & conſummatas non parùm juvet, quemadmodum atteſtatur *Galen. lib. de atten. vict. rat.* Cibus igitur eſto εὔχυλος, εὔχυμος, καὶ εὔπεπτος, id eſt, boni ſucci, & alendo corpori idonei, tùm quoque facilis concoctu. Et quamvis ejus generis perpauci admodùm ſint, quibus utrumque hoc competat, ij tamen, qui ſucci bonitate excellunt, licet in reliquis nonnihil à medio declinent, pro optimis ac ſaluberrimis habendi.

Panis.

 bendi.

bendi. Econtrà vitentur ea alimenta, quæ ad p tuitoſi ac melancholici ſucci, nec non ad flatulentæ materiæ generationem faciunt, caput replent, & Ventriculum debilitant, de quibus paulò pòſt dicemus. Cœna quoque ſit parcior prandio, niſi fortè Epilepticam acceſſionem interdiu à prandio invaſuram timeamus, eo enim caſu, prandendùm parciùs, cœnandum largiùs. *In alimentorum tamen aſſumptione, ſtudioſè obſerventur hæc regulæ.* 1. Ut eâ copiâ & quantitate, quam corpus facile ſuperare valeat, & quæ ſatis ſit ad corporis nutritionem vel incrementum, ingerantur. 2. Ut liquidiora ſolidioribus, lubricantia adſtringentibus, tenuia craſſis, εὔπεπτα, dyſpeptis ſemper præmittantur. 3. Ut illorum varietas multiplex vitetur, non enim præter rem eſt, quod ſolertiſſimus ait *Plinius*: Simplicem cibum homini eſſe utiliſſimum. Et quamvis nonnulli reperiantur, quibus ſolemne eſt, ventrem uno paſtu, diverſiſſimis ciborum generibus, contrariâque ſæpè qualitate inter ſe pugnantibus, infarcire, citra alicujus incommodi perceptionem, certum tamen eſt, non omnes pari id facere felicitate. Undè qui paucis contenti vivunt, puriorem plerumq; ſanguinem, minoremq; excrementitiorum homorum copiam colligunt, rariusque etiam ægrotant, quàm qui πολυφάγοι ſunt, & variorum ciborum copiâ ventriculum obruunt. Confirmat id, exemplum Selimi Turcarum Imperatoris, Indiam & Ægyptum, Anno 1517. occupantis, qui moderatiſſimus fuit in victûs ratione, uno tantùm ferculo in menſâ contentus, quâ continentiâ etiam hoc obtinuit, ut numquàm in vita ægrotarit, donec divinitùs in eo loco periret, quo patrem antè veneno ſuſtulerat.

2. *Ex volatilibus* igitur, locupletioribus præſertim, eligendæ carnes pullorum Gallinaceorum, Caponum, Perdicum, Phaſianorum, Attagenum, Turturum, Ficedularum, Turdorum, cæterarumque avium montanarum, ſylveſtrium, inque arboribus nidulantium. Inprimis commendantur Columbæ antiquiores ac ſylveſtres; hiſce enim *Villanovanus* mirabilem tribuit proprietatem in Epilepſia & Paralyſi. Et *Filius Zor*, apud *Rabbi Moyſen* hiſce eamdem ferè facultatem adſcribit. Heliogabalus, ut ſcribit *Jaſon de cereb. morb. ex autore Lampridio cap. 25.* eſitare ſolebat linguas pavonum & luſciniarum, item criſtas vivis gallinaceis demptas, quod perſuaſum haberet, edentem illas, ab Epilepſia numquàm corripi. *At damnantur.*

1. Car-

1. Carnes Anſerum & Anatum domeſticarum, quippè ſtomacho graves, nec non plurimâ excrementitia humiditate ſcatentes, quod cõfirmat. *Gal. lib. 3. de Alim.* Anſeris (inquit) & ſtruthiocameli caro excrementitia eſt, & difficulter concoquitur. *Idem* quoque alio in loco, eum, qui attenuante victu uti volet, avibus, quæ in locis aquoſis degunt, ut Turdis & Anſeribus abſtinêre jubet. Galeno adſentitur *Simon Sethi lib. de cibor. facult.* dicens: Carnes Anſerum, ſuperfluitatum & excrementorum productrices eſſe, & difficulter coqui, domeſticiſque cunctis avibus craſſiores & humidiores eſſe. Eadem ferè tradit *Elluchaſen*, nec diſcrepat *Rhaſes*, qui ſcribit, Anſeres natura humidiores eſſe omnibus aliis avibus, & concoctu duriores; *Avicenna* quoque craſſam eorum carnem eſſe adſerit. Horum veterum ſententiæ quoquè alij recentiorum ſubſcribunt. Anſerum caro, inquit *Michael Savanorola*, calida & humidiſſima, inter carnes domeſticarum avium, craſſæ ſubſtantiæ, &c. *Gulielmus Pantinus in Cornel. Celſ. lib. 11. cap. 18.* in eundem ſenſum ſic ſcribit, Anſerum carnes ſuperflua excrementa producunt, & difficulter coquuntur. Eorum caro, inquit *Cardanus, lib. 3. de tuendâ ſanit. cap. 18.* inter alias avium carnes, calidior & humidior eſt. *Julius Alexandrinus lib. 13. Salubr. cap. 3.* carnem Anſerum illaudatam eſſe dixit, & damnatam, propter duritiem & difficultatem coctionis, nec non pravitatem alimenti, & ſuperflui humoris redundantiam. Hinc etiam *Hieron. Fracaſtorius in Syphilide.*

------Tibi pinguis Anas, tibi candidus Anſer,

Vitetur &c. Ità & de carne Anatum, *Hippocr. lib. 13. de Alimen.* ſcribit, eam eſſe calidam, humidam, craſſam, duram, concoctuque difficilem & excrementitiam. *Avicenna* quoque carnem Anatis ſcribit, tardè è ventriculo deſcendere, eumque gravare, minùsq; laudabilem ſuccum gignere. Idem ferè tradit *Elluchaſen*; Anſeres & Anates, corpus macrum quidem reddere obeſum, idem tamen excrementitio humore replêre. Quod & *Rhaſes*, de humorum excrementitiorum proventu ex ipſarum eſu adſerit. *Quercetanus in Diatet. ſect. 3 in fine Cap. 5.* ſcribit, Anſeris & Anatis caro in genere, non æquat aliarum avium montanarum ac ſylveſtrium bonitatem, propterea quod mucoſa & ſpumoſa, corruptionique obnoxia, ac ſanguinem craſſum & melancholicum generent. 2. *Reprobatur* quoq; eſus Coturnicum, Alaudarum, Paſſerum,

Digitized by Google

ciarumque ſimilium avium, frequenter Morbo Caduco corripi ſolitarum. Undè *Galen. lib. 6. Epid. com. 5. in* Doride, Bœotia, & Theſſalia plurimos ſe obſervaſſe affirmat, qui ex coturnicum eſu muſculorum diſtenſionibus ſeu convulſionibus correpti fuerunt. Et *Avicenna* ſcribit: Ex Coturnicum cibo timetur Tetanus & ſpaſmus, non ſolùm quia hæ aves comedunt Elleborum, ſed quia in ſubſtantia earum, hoſce producendi effectus, facultas ineſt. Quam ob cauſam *Didymus in Geoponicis*, remedium Coturnices edētibus præſcripſit hiſce verbis: Quandoquidē Coturnices, quæ paſcũtur Helleboro, eos, à quibus comeſti fuerunt, in tantum vitæ diſcrimen agunt, ut diſtendantur, convellanturque ceu correpti vertigine, cum illis milium elixandum eſt &c. Sic *Dominicus Leo Art. Med. ſect. 1 lib. 2.* ſcribit: Abſtineant Epileptici ab avibus, Epilepſiam patientibus, ut ſunt ſecundùm quoſdam, Coturnices & Alaudæ.

3. *In quadrupedum genere* apprimè uſui ſunt, menſtruæ carnes Vitulorum, trimeſtres juvencorum, vervecum maximè anniculorum, nec nōn hœdorum ac leporum juniorum, ſunt enim hæ omnes optimi ſaluberrimiq; nutrimenti, concoctuq; faciles, præſertim, vel cum Thymo, Majorana, Hyſſopo, Salvia &c. coctæ, vel cum Aromatibus, ut Cinamomo, Caryophyllis, Nuce moſchata, conditæ, & proin tùm ſanis, tùm ægris tutò exhibentur. *Ex adverſo*, à menſa abdicandæ carnes ſuillæ recentes, quæ ob ipſarum ſuperfluam excrementitiamq; humiditatem, noxam patiunt in corpore. Item Cervinæ, quæ ex ſententia Gal. melancholicum gignunt ſuccum, & laborioſè concoquuntur. Maximè verò Caprinæ, quæ atteſtante *autore libri de ſacro morbo*, acrimonia ſua Cerebrum petunt, & ſpecifica quadam proprietate Comitialem cōcitant; quod idem Hircinæ faciunt, malitia prioribus ſuperiores. Cæterum aſſatæ carnes elixis hoc in morbo longè ſalubriores judicantur, ſiquidem minus humiditatum poſſident, ſanguinem ſicciorem efficiunt, minusque materiæ flatulentæ, ſeu vaporoſorum halituum in caput tranſmittunt.

4. *Piſces* quod attinet, cum teſte *Gal. l. 6. de uſu part. cap. 9.* hoc animalium genus, aliis omnibus ſit frigidius & humidius, idcircò noſtro judicio præſtaret, Piſces vel in totum fugere, vel ſaltem, ſi minùs id licet, rariorem parcioremq; illorum uſum inire. Inprimis verò æger caveat à piſcibus, in cœnoſis lacubus, aut fœtidis ſordidiſq; paludibus ſtagniſq; victitantibus. Sunt Piſces.

enim

enim hi excrementitij valdè, carneque mucoſa & glutinoſa præditi, ut docet *Gal. lib. 3. de alim. facult. cap. 24.* Quo quidem nomine plerumq; infames ſunt, Cyprini, Tincæ, Anguillæ, Muſtelæ fluviatiles &c. Qui verò in fluminibus rapidis degunt, aut in petroſis promontoriis, aut in rivis glareoſis deliteſcũt, ut ſunt: Lucij, Funduli, Murenæ, Truttæ, Perticæ &c. eorum caro non tantùm ad coquendum facilis eſt, verùm etiam hominum corporibus ſalubris, ſanguinem mediocris conſiſtentiæ, neq; tenuem nimis aut aquoſum, neq; vehementer craſſum generans.

Ova: 5. Inter *Ova* teſte *Gal. l. 3. de alim. facult. cap. 21.* τρόμητα ſeu tremula, primas in alendo obtinent: ῥόφητα ſeu ſorbilia, ſecundas. Deterrima verò ſunt cocta, quia *βραδύπορα*, craſſiusq; corpori alimentum largiuntur. Non ſint autem antiqua ſeu requieta, ſed recentia, & nuper à galinâ edita.

Juſcula. 6. *Juſculorum* quoq; ac ſorbitionum non niſi parcus ſit uſus, quia omnia illa, quæ nimia humectandi facultate excedunt, caput vaporibus replent, citamq; ſubeunt corruptionem, in hoc morbo ſollicitè ſunt fugienda. Id quod intellectum quoque volumus de Lacte & lacticiniis, itemque de Butyro, aliisque rebus pinguibus ac oleoſis.

7. In *Fructuum* genere laudem merentur, Uvæ Corinthiacæ, Nuclei Pini & Perſicorum, Amygdalæ dulces, Cappares, Pyra muſcatellina, Mala aurea, Citria &c. moderatè tamen uſurpata. Improbantur verò Nuces juglandes, Dactyli, Pruna, Melones, Ceraſa dulcia, Fraga, Pepones, Cucumeres, Caſtaneæ, Ficus, Mora, aliique horarij fructus. *Fructus.*

8. *Ex Oleribus ac Herbis* in cibum ſalubriter aſſumuntur, Roſmarinus, Hyſſopus, Thymus, Fœniculum, Betonia, Salvia, Meliſſa, Lavendula, Borrago, Buglòſſa &c. *Olera.* Inprimis verò Rutæ virentis folia, ab Hipp. lib. 2. de morb. mul. multum laudata, menſæ initio, congruè cibo præmittuntur. Excludantur verò Braſſica levis & capitata, Lactuca, Portulaca, Blitum, Allium, Cepa, item Apium, quod abditâ proprietate quâdam, Epilepticis noxium adſeritur à *Serapione, Avicennâ, Rhaſe, Alex. Aphrodiſ. Setho, Meſue, & aliis.* Quò referantur etiam *Legumina*, ut Lentes, quarum eſu quendam ſemper incurriſſe Epilepſiam, *lib 8 cap. 7. Salubr. Julius Alexandr.* prodidit: Item: Piſa, fabæ, cicera & lupini &c. *Legumina.* Quæ omnia Caput vaporibus craſſis perfundere, Spiritus perturbare, mentiſque aciem obtundere, apta nata ſunt.

Nunc

Potus. *Nunc de* POTV. Potum quod attinet, ille in paſtu tantum inſtituatur, extrà verò paſtum, niſi vel ſitis intenſior urgeat, vel alia neceſſitas contrarium ſuadeat, in totum omittatur. Sit autem potiùs parcus & moderatus, quàm largus ac immoderatus, ille enim ſanitatem juvat & conſervat, hic verò eamdem imminuit & labefactat. Neque etiam omnis potus ſalubris habetur, ſed is tantùm qui purus eſt, benè defecatùs, vel mundatus, temperatus, facilè digeſtibilis, ſuavis, acceptus & naturæ conveniens. *A Vino* igitur, quoad fieri poteſt, æger in hoc morbo abſtineat, cum ſecundùm *Joan. Coſtæum lib. 3. de potu in morb. cap. 6.* alioſque Medicos, nihil ſit, quod magis ac celeriùs Caput, fumoſis exhalationibus repleat, atq; in diſpoſitis corporibus hunc morbum excitet, quàm Vinum. Si tamen vel conſuetudo, vel Ventriculi imbecillitas aliavè digna occaſio ad vini exhibitionem nos compellat, in prandio potiùs, quàm in cœnâ propinetur, obſervando tamen, ne illud nimis ſit potens, vetus, generoſum, nobile primæq; notæ, ſed tenue potiùs, clarum, rubellum, tenerum, lymphatum ac ὀλιγοφόρον. Probant alii vina medicata, ut Salviatum, Roſmarinum, Caryophyllatum & id genus alia, quæ maximè quoque conferre poſſunt, Quia autem hæc vim remedij habent, idcircò ut remedia, parcè quoque uſurpanda, nec immoderatè ingurgitanda ſunt. Vicaria vini *Cereviſia* iis in locis eſt, ubi tellus non ferax eſt Bacchi, aut quò dona hujus non feruntur. Illa autem non ſit craſſa, turbida, aut feculenta, ſed clara, & ex aquâ fontanâ puriſſimâ & tenuiſſimâ, à Zythepsâ, cocta, cui tamen in coctura non multum lupi ſalictarij fuerit additum, hâc enim ratione evadit καρηβαρικός. Non damnandus quoque *Potus Hydromellis*, ex melle & aquâ confecti, in quâ radix Pæoniæ, aut raſura cornu cervi, item Viſci quercini, cum exigua parte Zingib. vel Majoranæ aut Salviæ folia, decocta fuerint. *Aqua* verò vel fontanæ vel putealis potatio, hîc planè eliminanda ac proſcribenda, cum ſtomacho gravis ſit, Cerebrum ac nervos lædat, flatus excitet, ac variis obſtructionum generibus anſam præbeat.

3. Motus & Quies.

Succedit corporis motus ſeu exercitatio. Qui enim, ut loquitur *Hippocr. lib. 1. de Diæt. alimentum* aſſumit, quod neceſſariò homo facit, niſi etiam laboribus utatur, corpuſque moveat, ſanus eſſe non poteſt. Nàm quemadmodum *Ovidio* teſte:

Et

Et vitium capiunt, ni moveantur aqua.

Ita etiam corpora noſtra, putredini ac corruptioni tandem ſubjici neceſſe eſt, quandò nullo exercentur motu, verùm cum is perpetuus eſſe nequeat, ob defatigationem, quam inducit, præſertim ſi fuerit velox & vehemens, idcircò Quietis etiam ſucceſſio data eſt, quæ revocat vires, feſſaq; membra levat. Nec tamen requies in ignavum otium tranſire debet, haut aliter ut motus, in perpetuum Eurypum, ſeu nunquàm intermiſſam exagitationem. Etenim velut deſes vita, obtuſum reddit calorem, corpus hebes & pigrum facit, cruditates & obſtructiones conciliat. ità violenta exercitia, laboresq; duri, exhauriendo Spiritus, extremam debilitatem viribus profligatis inducũt. Exercitationes igitur moderatæ hîc inſtituantur, præſertim matutino ac veſpertino tempore, ante prandium vel cœnam, æthere ſemper ſereno ac temperato, nec non alvo priùs ſoluta, cavendo tamen, ne protinùs ab illis vel cibus avidè ſumatur, vel potus ingurgitetur, ſic enim calor nativus valdè debilitaretur, concoctio perverteretur, & halituoſi vapores plurimi confertim in caput adſcenderent, ſed ad minimum, unius vel dimidiæ horæ quies interponatur, Quibus obſervatis, non dubitandum, quin ejuſmodi motus ſeu agitatio corporis calorem nativum mirè recreatura ac vegetatura, fuliginoſas ſuperfluitates in corpore redundantes, expulſura, omnem plethoræ ſeu cacochymiæ fomitem acciſura, & utriuſque generationem impeditura, agilitatem & promptitudinem omnium membrorum conciliatura, poros & meatus cutis ad vaporoſa recrementa diſſipanda, reſeratura, caput ac cerebrum ab omni excrementitiarum humiditatum ſuperfluitate liberatura & exſiccatura, vigorem omnibus ſenſibus inpertitura, nervos & juncturas corroboratura, appetentiam ciborum excitatura, tandemque toti corpori inſigne robur afflatura ſit. Quam ob rem *Galen. quoq; in documento pro puero Epileptico*, exercitia talia, debito ſcilicet tempore, ac juſtâ menſurâ adhibita, tanti fecit, ut in ipſis, & in uſu convenientis pharmaci, ſummam penè curationis morbi Comitialis, conſiſtere, adfirmare haut fuerit veritus. Si qui tamen ſint, qui vel ob corporis imbecillitatem, vel aliam quamdam incommoditatem, exercitiis vacare nequeunt quibus aut tales obire motus, minùs licet, ij horum loco, fricationes extremorum inſtituant, cum linteis calidis aſperiſque, ad ruborem uſque cutis, cre-

broq; eaſdem repetant; illis enim non minus, quàm agitatione corporis, meatus aperiuntur, fuligines craſſæ evocantur, calor membrorum excitatur, & humores ſuperflui abſumuntur. *Veneris* verò *uſus* in hoc morbo, tanquàm ſummè noxius, vitandus, quia Spiritus diſſipat, humores exagitat, univerſum corpus debilitat, particulariter verò Cerebro ac nervis officit, undè meritò ab *Aretæo & Aureliano* damnati ſunt illi, qui veneris uſum pro medelâ hujus morbi ſuadebant.

4. *Somnus & Vigiliæ.*

Motui Vigilia, ſomno verò, qui nihil aliud eſt, quàm omnium, tàm corporis, quàm animi actionum jucunda quædam ceſſatio, proportione reſpondet requies. Utraque igitur ſi moderata ſint, atque inter mediocritatis limites conſiſtant, oppidò corpori conferunt, ſecùs verò ſi in moderata. Nam ſomnus diuturnior, & ultrà debitum tempus protractus, caput & cerebrum nimis humectat ac gravat, torporem ſenſibus, cùm interioribus, tùm exterioribus inducit, ad catharros diſponit, crudos ac vitioſos ſuccos coacervat, & totum corpus ignavum, ac flaccidum reddit. Quemadmodum & vigiliæ, præſcriptos naturæ terminos transgredientes, Cerebrum valdè exſiccant, Spiritus animales exhauriunt, ſanguinem in venis capitis contentum incraſſant, ac calefaciunt, delirium adcerſunt, cruditates pariunt, roburque totius corporis diſſolvunt. Caveat igitur æger, quantum poteſt, ab utrorumque horum exceſſu, præſertim verò à ſomno meridiano, & mox à cibo inito, quia certum, pluriumq; Autorum Claſſicorum teſtimonio confirmatum, nihil æquè perturbare caput, cerebrumq; magis replêre, quàm ejuſmodi ſomnum. Quia in illo crudi, craſſi, tenebroſique fumi omnes in caput tendunt eâ copiâ, quâ ex furno, in quo humida ligna fumant, eos adſcendere videmus, quo facto, Cerebrum multitudine vaporum oppletur ſeu obnubilatur, totumque corpus gravatur, homo fit triſtior ac meticuloſior, paulòque pòſt ita, vel in Vertiginem, vel Epilepſiam, aut quandoq; etiam Apoplexiam præcipitatur. Si tamen in alterutro peccandum ſit, ſatiùs longè erit in hoc morbo, Vigiliis indulgêre, quàm immoderato ſomno corpus tradere ac mancipare, ab illis enim minor leviorque impendet noxa, ab hoc vero majus, graviusq; exſpectatur damnum.

5. *Repletio & Inanitio.*

Repletionem quod attinet, cum hujus

Digitized by Google

hujus fons & origo plærumque exſiſtat alimentum, quo corpus dum nutritur, ſimul etiam nimia humorum ſuperfluitate ac redundantia replêtur ac oneratur, hæc autem in ventre, in inteſtinis, inque vaſis ac venis conſiſtat, idcircò ne indè forſan, quod *Galen innuit 1. aphor. comm. 3.* vel caloris nativi ſuffocatio, vel aliquorum vaſorum diſruptio conſequatur, æger Epilepticus ſedulam det operam, ut omnem vitioſam ciborum ac potuum repletionem fugiat, nec corpus nimiâ excrementitiorum humorum ſaburrâ aggravet & oneret. Verùm cum in hâc naturæ corruptione, propter alimentorum impuritatem, & alios in diætâ errores, hodiè vix ac ne vix quidem evitabiles, non ſolùm excrementa varia quotidiè cumulentur, verùm etiam diutiùs, quàm par ſit, intra corpus retineantur, morboſque ſuſcitent; idcircò ut illorum proventus evitetur, 3. hæc potiſſimum attenda ſunt. 1. Ut talia adſumantur alimenta, quæ paucas ſuppeditant ſuperfluitates. 2. Ut adſumpta optimè coquantur. 3. Ut quæ ex coctione reliqua, & ad nutritionem inutilia ſunt, juſto tempore & modo extrà corpus amandentur. Ad quam quidem rem plurimum conducit, ſi alvus quotidiè laxa ſit, libereque fluat. Illi enim, qui hanc, naturâ habent facilè ſolubilem, longè ſalubrius degunt, quàm quibus naturâ, ſicca ac pigra eſt. Quod ſi verò illa minùs ſuum faciat officium, tunc injectâ Glande ad dejectionem ſollicitetur, vel infuſo Clyſmate à fecibus eluatur, aut propinato leniente medicamento, corporis primi ductus, à ſaburrâ ſordiumque illuvie, expediantur ac repurgentur. Præterea cum Urinæ quoque retentio, *teſte Ætio lib. 3. ſect. 3. cap. 21.* ſanitati non parùm incommodet, & non tantùm calculum, infenſiſſimum humani generis carnificem, generet, ſed etiam aliorum morborum graviſſimorum origini, occaſionem ſuppeditet, ea propter ſedulo proſpiciendum, ut illius excretio quotidiè libera ſit & expedita: ſin verò eam forſan ab aliquâ causâ præternaturali ſupprimi ſeu intercipi contigerit, tunc pro diverſitate illius cauſæ, convenientium remediorum, tàm internorum, quàm externorum accuratâ adminiſtratione ſeu applicatione, huic incommodo quàmprimum occurrendum, meatibusq; urinariis recluſis, liberior ità feroſi iſtius excrementi exitus adjuvandus ac procurandus erit.

6. *Animi Pathemata.*

Tamdem ſuperſunt Animi adfectus,

fectus, in quibus moderandis, rationisq́ue intrà gyrum coercendis, ſummo ſtudio enitatur æger. Quò enim animus corpore præſtantior, eò gravius illius noxæ creant vitæ periculum quibusvis corporis detrimentis, vires nimirum diſſolvendo, calorem & Spiritum vitalem labefactādo, corporis εὐτονίαν frangendo & effeminando, non etiam numquàm prorſus peſſundando. Exſulent igitur hinc, ac longè abire jubeantur. 1. *Mœror ſeu triſtitia*, ſiquidem ut *Menander Poeta Comicus* canit:

> ὐκ ἔςι λύπης, ἄνπερ ὀρθῶς τὶς σκοπῆ
> ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις φύσει.

Id eſt: Nulla eſt, ſi quis rectè conſideret, major ægritudo ſuaptè naturâ inter homines, quàm Triſtitia. *Et alibi:* Multorum (inquit) malorum cauſa eſt ſuaptè naturâ Triſtitia, propter hanc enim inſania oboritur multis, & ægritudines incurabiles. Cui ſententiæ quoq; ſubſcribit *Philemon Poeta Syracuſanus* Ità loquens, Triſtitia per ſe reddere poteſt duplo ſanè majora, quàm revera ſint mala. Et Alexis τῶν μετρίων αἱ μείζονες λῦπαι, ποιῦσι τῦ φρονεῖν μετάςασιν, id eſt, Triſtitiæ plus quàm mediocres, exturbare mentem ſolent. Undè *Syracides* quoq́, dehortaturus omnes ab hoc animi pathemate, *Ecclеſ. 30.* inquit: Triſtitiam longè expelle à te, multos enim occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illa. Et *cap. 38. verſ. 19. & 21.* ne dederis triſtitiæ cor tuum, ſed repelle eam à te. Et *D. Hieronymus ſuper Joan.* Nulla res ità inebriat, ut animi perturbatio, id eſt Triſtitia, quæ ſæpè hominem ad mortem ducit. 2. *Pavor ſeu Terror*, Nam ut *Seneca Epiſt. 79. & Lucanus lib. 7. Pharſal.* ſcribit, Multos in ſumma pericula miſit timor ipſe mali. Undè ſuprà cap. 16. lib. 1. adductis aliquot exemplis à nobis clarè demonſtratum fuit, nonnullos ex ſola terroris ſeu formidinis incuſſione, citrà aliam aliquam cauſam, in Epilepſiam incidiſſe, eâq́uê poſtmodùm diù detentos fuiſſe. Quapropter & *Plato lib. 2. de Rep.* ſeriò prohibet, ne terriculamenta confingantur, quibus puerorum animus in metum adducatur, aut iis ejuſmodi fabellæ narrentur, quibus attoniti quaſi reddantur. 3. *Ira.* Hæc enim ſanguinem & ſpiritus inordinato motu hinc indè concitando, vaporoſamq; materiam excitando, graviſſimam corpori inferre poteſt læſionem. Hinc *Euripides* in Eolo: Quiſquis irâ præceps indulget, in malum finem exit, ſiquidem ira plurimum damni hominibus infert. Et *Epicharmi* illa ſen-

ſententia rotunda & vera: πολλοὺς δ᾽ ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσε βροτῶν, id eſt: Iracundia magna, multos mortalium perdidit. 4. *Sollicitudines, curæ & intenta ſtudia.* Hæc enim Caput maximopere debilitant, & ſæpè latentem ac quieſcentem in aliqua parte corporis, malignam ac deleteriam qualitatem exſuſcitant, celeriterque ità in cerebrum rapiunt, ex qua poſteà hic morbus ſoboleſcit, quemadmodùm id conſtat Exemplo Grammatici illius apud *Gal. lib. 5. de loc. aff. ca. 5.* Et *Suetonius* refert, Julium Cæſarem inter res agendas, quibus nimiam intentionem animi adhibuit, bis Comitiali morbo prehenſum fuiſſe. E contrà ſolùm *Gaudium* ſeu animi hilaritas, tamquàm dulcis nutricula vitæ, amplectenda, hæc enim calorem nativum, & cum eo ſanguinem reddit vegetiorem, expandit ſpiritus, recreat Cor, & omnes fuliginoſos vapores cerebri ac Cordis disjicitatque expellit.

CAPUT VI.

DE SECUNDO SCOPO.

Scilicet de Venæ ſectione.

ABſoluto primo Scopo, Prophylaxis noſtræ, ordine nunc ſubſequitur alter, quem in Plethoræ & Cacochymiæ, tùm per venæ ſectionem, tùm per purgationem, ablatione ſeu ſubtractione conſiſtere, paulò antè diximus. Prius igitur præſidium, Phlebotomiam ſcilicet quod attinet, de ea hæc 4. hîc quæri poſſunt. 1. an conveniat. 2. quo tempore adminiſtranda. 3. quibus in partibus inſtituenda. 4. quantum ſanguinis extrahendum.

I.

Nùm Venæ ſectio in morbo caduco, & quidem in ipsâ acceſſione mali competat nec nè, quæſtio nũc minimè eſt, cum ſuprà cap. 3. id apertè iverimus negatum; Sed an illa extrà paroxyſmum, præcautionis nimirum ratione ſit inſtituenda, hoc loco potiſſimùm in dubium vocatur. Sunt quidam, qui putant, eam adminiſtratam, nihil omninò opis aut præſidij ægro adferre poſſe, proptereà nimirum, quod cum Epilepſia ex obſtructione ventriculorum cerebri, à craſſo & frigido humore cauſatâ, dependeat, hæc autem, eductione ſanguinis neutiquàm tollatur, ſed potius eâ magis augeatur & foveatur: idcircò fruſtraneum ac temerarium planè eſſe, ad hoc genus auxilij deſcendere, miſerumq; ægrotantem eo excruciare. Verum ita ratiocinantes, quam longè à veritatis tramite aberrent ac deflectant, ipſimet prorſus non vident, perperàm

I. *An conveniat Venæ ſectio.*

nimirum Epilepſiæ cauſam conſiſtere in pituitoſo ac frigido ſucco, obſtructionem (quæ tamen hîc nulla) in cerebri cavitatibus efficiente, arbitrantes, cum illa potius in tenui ac vaporosâ ſubſtantiâ, acri ac maligna qualitate præditâ (quemadmodum lib. 1. c. 13. firmiſſimis argumentis evicimus) fundetur ac ſtabiliatur. Probabilior itaq; eſt eorum ſententia (cui quidem & nos ſubſcribimus,) ſtatuentium, corpore valdè exiſtente plethorico, veniſque ſanguine turgeſcentibus, nec non præſente ac ſuadente virium robore, Venam tutò incîdi poſſe, id quod autoritate *Rhaſis* confirmatur ſcribentis: Si oculi & facies rubent cum turgidis venis, ſolvatur vena. Et *Q. Horatianus* frequenter in Epilepſiâ admovêbat phlebotomiam, quemadmodum *Diocles Medicus* antiquus in iis, qui ex vinolentia vel carnali cibo, iſtam paſſionem incurrerant, illam probabat ac commendabat. Similiter *Aſclepiades* olim eamdem imperavit, nec non *Serapion* interdum phlebotomiam, interdum pharmaciam in hoc morbo adhibuit.

2.

2. *Quo tempore Vena ſecanda.* *Quæritur:* Quo tempore venam tundere ex uſu ſit? *Cælius Aurelianus* jubet ſectionem venæ adhibêre tranſacta acceſſione. *Theſſalus* ſtatim id agebat. *Celſus* ſanguinem emitti debere ait, ſi nulla nervorum diſtenſio accedat, ubi concidit æger, ſi verò acceſſerit, tunc illius eductione interdicit. *Themiſon* antè acceſſionem fodiebat venam, ſi ordo adeſſet, alioqui pòſt. Nos verò cenſemus, mox ab initio, morbo adhuc recenti, ab una vel altera ejus acceſſione, præſertim in corporibus juvenilibus ac ſanguineis, venæque ſectioni adſuetis, & tempore exiſtente verno, commodiſſimè phlebotomiam adminiſtrari poſſe. Econtrà verò, longo tempore, eôdem inveterato, factoque quaſi habituali, ſatiùs erit Venæ ſectionem ſuſpendere, & ejus loco, pharmacis tùm purgantibus, tùm aliis ſpecificis antepilepticis rem gerere.

3.

Quæ autem nunc vena ſecanda? ſeu ex qua corporis parte ſanguis detrahendus? Autores hac de re valdè diſcrepant. *Galen. in lib. de ſangu. miſ. cap. 19.* in Comitiali morbo obnoxiis, ſectionem venarum ex cruribus, præfert phlebotomiæ ex cubito. Contrà, *Cælius Aurel.* & *Paulus Ægineta*, Brachij venas ſecant. *Avicenna* non modò venas crurum pertundit, ſed & cephalicas, ac tamdem venas ſub lingua. *Celſus* ex utroq; talo, venas incidendas præcipit. *Aretæus* poſt venarum ſectionem incubiti flexura, rectam 3. *Quæ Vena ſecanda.*

in

in fronte venam aperit. *Halyabbas* & *Rhazes*, ex Saphena, ſanguinem educunt, tametſi facies & oculi rubeſcant. Ex tanto igitur inter ſe diſcrepantium, mutuóq; ſe evertentium opinionum labyrintho, quomodò nos extricabimus? Nimirum non alicujus Theſei filo hîc indigemus, ſed tantùm illato lumine diſtinctionum, ita enim facilis nobis patebit egreſſus ex illis viis anfractuoſis. Diſtinguendum itaq; inter Epilepſiam idiopathicam & ſympathicam, & inter Epilepſiam recentem & inveteratam. Si igitur Epilepſia vel ob menſtrui ſanguinis in mulieribus, vel hæmorrhoidum in viris ſuppreſſionem, aut ob aliam quamdam inferiorum partium ſympathiam, hominem infeſtet, in eo caſu, venarum in cruribus ſectio circà malleolos adhibẽda, vel ipſæ hæmorrhoides, admotis ſanguiſugis, aperiendæ, quo nimirùm humor, ſeu materia peccãs, quàm longiſſimè à parte Principe ad loca ignobilia revellatur, ſicque tamdem cauſa morbum hunc fovens, prorsùs ſubtrahatur. Si verò Epilepſia per cerebri idiopathiam fuerit inducta, neq; adhuc altas fixerit radices, tunc æquum erit, Cephalicas pertundere, ac tamdem, niſi ceſſet malum, rectam in fronte venam, vel aliam peculiarem, ſi caput calido ſanguine repletum, cognoſcêtur. Si demum morbus hic ex univerſi corporis aut præcordiorum vitio fuerit contractus, & adhuc ſit recens, tunc Vena in cubito Baſilica tundatur, hæc enim majus, ſectione ceterarum, Capiti emolumentum hîc adfert.

4.

Quantum deniq; ſanguinis ſit extrahendum, id exactè hîc determinari nequit, ſed id ſolius docti atq; experti Medici judicio relinquendum. Nam quemadmodum non omnia corpora uno eodemq; pharmaco ſemper purgantur, ſic nec omnes temperaturæ, unam eamdemq; perferunt venæ ſectionem, ſed illa pro diverſa corporis conſtitutione, item ſexus; ætatis, virium cõditione, nec non pro majori vel minori morbi vehementia variãda, & huic vel illi, modò plus, modò minùs ſanguinis detrahendum. In genere tamen hæc regula obſervetur, ut phlebotomia potiùs ſit parcior, quàm copioſior, nam ut illa, ſubtracto onere, naturam aggravante, calor nativus interdùm à fuliginoſis recrementis repurgatur & refocillatur; ità hæc, Spiritibus vitalibus diſſipatis, robur totius corporis profligatur. 4. *Quantũ ſanguinis emittendum.*

Loco Phlebotomiæ tamdem, ſi minùs commodè ea adhiberi poſſit, vicariam operã præſtant *Cucurbitulæ* ſcapulis, dorſo vel occipiti, *Cucurbitula.*

item.

Digitized by Google

item crutibus, coxis, malleolis ac poplitibus, cum ſcarificatione applicatæ. Undè ſi Epilepſia per eſſentiam cerebri generata fuerit, *Aretæus* eas Capiti ſuadet admovendas: Si autem à parte aliqua externâ, puta à manibus, pedibus, ſeu coxis, aura quædam frigida ac maligna, ſurſùm ad cerebrum celeriter feratur ſeu elevetur, & ità convulſivos motus excitet, tunc parti illi, in quâ ſenſus ejuſmodi auræ frigidæ percipitur, Cucurbitula magna, cum multâ ſcarificatione imponenda, quò ex ea, venenatæ materiæ fortis fiat attractio ſeu prolectatio.

CAPUT VII.

De univerſali totius corporis evacuatione.

PErtinet etiam ad ſecundum Scopum Prophylactices, corporis purgatio ſeu evacuatio, de quâ, nùm conveniat nec nè, aliquæ quoque videtur eſſe difficultas, ob id videlicet: Quod pharmaca purgantia totum corpus turbando, humoresque pravos ac malignos, ſi præſtò ſint, vehementer agitando, in cauſa ſint ſuſcitationis plurimarum exhalationum vaporoſarum aerium & deleteriarum in Caput confeſtim tendentium, ſicq; hunc morbum ingenerantium, quæ aliàs, niſi facta tali commotione, quieviſſent, nec cerebrum petiiſſent. Verùm hæc ratio, contraria alia ratione ſubvertitur: *Quod cauſam morbificam educit, corpusq; ab illuvie vitioſorum humorum liberat & exonerat, illud in curâ prophylacticâ, Epilepticis, omnibus votis videtur expetendum. At pharmaca purgantia, debito tempore, modo ac quantitate exhibita, id quàm optime præſtare, extrà omnem eſſe controverſiam arbitramur. Ergò illa non improbanda, ſed potiùs ceu auxilia ſummè neceſſaria in hoc affectu commendanda.* Nomine autem Purgationis ſeu evacuationis hîc tria potiſſimùm intelligimus. 1. Ventris ſeu alvi per adſumpta Cathartica, laxationem, ſeu ſolutionem 2. Vomitus provocationem 3. Sudoris excitationem, de quibus nunc ordine dicemus.

I. ALVI SUBDUCTIO.

Primò autem, antequàm pharmacis catharticis, ſeu electivè purgantibus, alvus ſollicitetur, neceſſe eſt, ut Præparantia, humores digerentia, attenuantia ſeu concoquentia, nec non vias ſeu meatus corporis, fecum forſan duritie, vel multitudine aut ariditate, obſtructos, laxantia & emollientia, præmittantur, quemadmodum monet *Hippocr. 1. aphor. 22.* Concocta ſ; oportere

têre medicari & movêre, non cruda. Et 2.aph.9. corpora cum quiſpiam purgare voluerit,oportêre ea fluida facere. Quod & *Gal.comm. in eundem locum* hîcè verbis confirmat;Si quis extenuet, & incidat craſſos atq; tenaces humores, qui in corpore ſunt, & meatus aperiat, per quos iſti transmittuntur, atque trahuntur à medicamentis, quæ vim purgatoriam habent, purgatio ritè in omnibus procedit. Qui verò iſtud quidem neglexerint, Vomitum autem aut alvi ſubductionem procuraverint, iis difficiles obveniunt purgationes, non ſinè torminibus,&c.

PRÆPARANTIA.

Tale itaque *praparans Decoctum*, ægro decernatur. Rec. *Rad. Pœon. Acori an.unc.j, Eleny, Ireos an. unc.ß herb.Salv. Major. Beton. an. M j, Thymi drach.ij,flor ſtoech. Anth. an. P.j,Sem.Aniſ. & fœnic. an.drach.ij, Uvar. Corinth. unc. j, Liquir. raſ. drach. iij, Cinam. drach ij. Zingib. drach.j,Coq.omnia in aq.puriſſ in diplomate ne quid vaporum pereat. Poſteà expreſſis omnibus, Decoctum coletur. Hujus col. Rec unc. ix. adde, Syr.roſ.ſolut.unc iij Elect.lenit. unc.j, Miſce Doſis unc.iiij pro vice, horis matutinis,Repetatur bis vel ter.*

Delicatulis autem, aliisq; ingratum nonnihil ſaporem hujus medicamenti faſtidientibus, & ad ſolam ſæpè Decocti mentionem,tantùm non toto corpore cohorreſcentibus, præſcribatur hoc digeſtivum:

Rec. *Mucchari Roſac.unc.v. Elixyris proprietat; Paracelſ. ſcrup ijß, Cremoris Tartari ſcr ij. Aq. Cinam. drach.iij.* Miſce. Doſis cochlear j, vel ij,per 3 aut 4.dies continuos.

Vel uſurpetur hæc Mixtura.Rec. *Syr.de Stæch Oxymel.ſcillit an. unc. iß.Syr.de Beton. de Ceraſ. cum Caryoph.noſtr.an.unc.j, Aq. Meliſſ. Lil. conval. Major. an. unc. j. Spiritus Vitrioli ſcr.j, Miſce.* Dentur jejuno,bina circiter cochlearia, idque bis vel ter.

PURGANTIA.

Præparatis itaque in hunc modum humoribus, viisq; totius corporis factis laxis & apertis, poſteà rectà ad catharticorum præſcriptionem, horumq; uſurpationem erit tranſeundum. Cum autem purgantium medicamẽtorum duplex ſit genus, Unum, quod mite ac benignum; Alterum,quod forte ac vehemens dicitur,idcircò Epilepſiæ recenti, facilèq; ſolubili, medicamenta leniora,benigniora, inveteratæ verò ac contumaci, pharmaca validiora & acriora ſunt decernenda. Quia autem in hoc morbo non ſufficit ſemel tantùm vel

Digitized by Google

bis corpus purgaſſe, ſed ob contumacem peccantis humoris materiam, ipſiusq; ſucceſſivam regenerationem, ſæpiùs per intervalla id moliri expediat, ea propter varias purgãtium formas in promptu habere decet, quarum nunc aliquas dabimus deſcriptiones. Initiò igitur æger, uno vel altero ſeq. medicam. ſolut. ex conſilio docti Medici purgetur.

Potio purgans.

1. *Potio purgans:* Rec. Rad. Pœon. unc. ʃ, Polyp. drach. iij, flor. Lavend. Tiliæ, Primulæ veris an. P. j, fol. Majoran. drach. ij, Bacc. Junip. drach. vi, Agar. albiſ. Rhab. opt. an. drach. iʃ, Cinam. acut. drach. j, Sem. Aniſ. drach. ij, Caryoph. drach. ʃ, Infund. per h. 12. vel 15. in ſ. q. Aq. Beton. Manè facta leni ebullit. expr. fortiter & col. Colat. hujus Rec. unc. ij, Syr. roſ. ſolut. unc ʃ, Extracti Panchymag. Crollii drach ʃ, Aq. Cinam. drach. i. Spirit. Vitrioli G. 8. M. pro potione, exhauriatur tota manè, 3. horis antè cibum.

Pillulæ.

2. *Pillulæ:* Vel ſi æger magis delectetur Pillulis, hæ utiliter uſurpentur: Rec. Pillul. Cochiar. ſcr. ij, Agarici trochiſc. ſcr. j, Caſtor. rec. G. 5. Diagrid. G. ij, Ol. Salviæ G. iij, F. Pill. No. 9:

Vel: Rec. Extract. Diacarth. ſecundùm deſcript. Auguſtan. ſcr. j, Extr. Elleb. nigri ſcr ʃ, Ol. Macis G. ij, Ol. Succin. alb. G. j. M. formentur Pill. No. 4.

Morſuli laxativi.

3. *Morſuli Laxativi.* Rec. Cinam. acut. drach. j, Zingib. drach. iʃ, Cardam. Nuc. moſch. Xyloal. Macis an. ſcr. ʃ, Galang Caryophyl. an. drach ʃ, Corall. & Margar. præp. an. G. 15. Turpethi gum. unc. ʃ, drach. j, Diagrid. drach. iij, ſcrup. i, Conſ. flor. Salv. unc. j; Conſ. Borrag. unc. ʃ, Sach. albiſ. in aq. fl. lil. conval. diſſol. lib ʃ, Miſce, fiat Confectio in Morſulis. Doſis, in adultis unc. ʃ, Vel drach. vi.

Vinum purgans.

4. *Vinum purgans:* Rec. Fol. Sennæ unc. ʃ, Turpeth. drach. vi, Mechoacan. drach. iij, Cort. Eſulæ præp. drach. iʃ, Zingib. Cinam. Caryoph. an. drach. i, Gran. Paradiſ. drach. ʃ, flor. Pœon. Major. Lil. conval. an. P. i, Inciſa omnia infund. in Vini Rhenani lib. j. ſtent Vitro benè occluſo, in loco calido per octiduum, quotidiè benè materiam agitando, poſteà eâ expreſſâ fortiter, & liquore vinoſo per chartam colato, reſervetur uſui. Doſis unc. iij. Quod ſi verò morbus, fortiora forſan requirere purgantia videatur, hæc vel ſimilia, non tamen niſi robuſtis & quadratis, exhibeantur.

Magiſterium Ellebori nigri.

5. *Magiſterium Hellebori Nigri.* Rec. Cort. Elleb. nigr. lib. i, S. V. lib. iʃ, Succi Abſinth. depurat. lib. ʃ, Succi Granat. unc. iij. Hæc ſimul in-

infundantur, & loco tepido ponantur per octiduum. Poſteà exprimantur. Et in liquore infund. recent.radic.lib.j, Et ita procedatur tertiâ vice. Poſteà in ultimo liquore expreſſo,infund.flor. roſ. M. iij, flor.Cordial.an:P.j,Cinam. drach. vi,Caryoph.unc.ß, ſtent iterum in infuſ. per octiduum. Poſteà exprim.fortiſs:filtr:probè & deſtill: ſ: a. Feces ex omnibus expreſſis exſiccentur,& in cinerem convertantur,extrahaturque indè Sal, quod addatur Extracto liquido prædicto,quod in formam Mellis inſpiſſetur. Huic tandem etiam adde Magiſter:Perl:& Corall:an:ſcrup.j, Auri ſcr.i.4.lapid:precioſ:an: G. 9. Croci Ungar. drach. ij. Diagrid, drach.iß,Ol:Cinam: Caryoph: an: G.6,Ol.Succin.ſcr.ß,Miſc.invicem diligentiſſimè,& ponatur loco calido,ut à Sole inſpiſſetur. Et fiat indè Maſſa Pillularis,Doſis.ſcr.ß.Vel G. XV.

Syrupus Helleboratus. Vel ejus loco in uſum ducatur *Syrupus Helleboratus Quercet.*cujus deſcriptio exſtat in Tetr.ca.17. Aut *Oxymel Helleboratum Julianum*, in Pharmacop. Auguſt. deſcriptum: *Item Q. E. Ellebori Quercetani*, in Tetr.cap.24 Nec quis miretur,nos hîc pro generali totius corporis evacuatione, ac pravorum humorum ſequeſtratione,medicamenta, Elleborum recipientia, cujus nomen aliàs tantoperè apud plurimos male audit,proponere, ſiquidem inter alia purgantia, ad primam hujus morbi ſedem penetrātia ejusq; radicem quaſi exſtirpantia,Elleborus niger præparatus,adeò non poſtremas tenet, ut etiam ob nobilitatem ac præſtantiam ejus inſignem, quâ cæterum purgantium genus ſuperat, in primâ Claſſe meritò videatur collocandus. *Encomia Hellebori nigri.* Unde etiam *Hippocr.* ipſe de Elleboro nigro verba faciens, eum hiſce ornat laudibus: Si (inquit) opportunè & appoſitè,cui congruit, exhibitus fuerit,hominis juventutem inſt[illegible]at, perfectam illius valetudinem conſervat, temperamētum corrigit,atque indè animi mores commoderat. Et *Meſue in lib. de Simp.cap.de Helleb.* Illius virtute, viſcerum omnium corruptiones emendantur, puritasq; eorum humoribus reſtituitur &c. *Oribaſius lib.7.Collect.* Datur Elleborus niger in morbis rectè conſtitutis ubi eſt opus,brevi & expeditâ curatione, & qui rectè reſtitui à cæteris remedijs,niſi longioris ſpacio temporis non poſſunt;id enim ex eo lucrifacimus, ut ſtatim perficiat id, quod ars ipſa pollicētur. *Dioſc.lib.4.cap.15.* 1. Elleborus niger prodeſt Epilepticis. *Cœlius Aurelianus lib.1. cap.4.* in curatione quoque Epilepſiæ proponit Elleborum, longè

Kkkkkkk 2 antè

antè futuram acceſſionem propinandum. *Corn. Celſus lib. 3. cap. 23.* docet, in curatione Epilepſiæ, ſi primis remediis non poſſit profligari, confugiendum eſſe ad Helleborum. Quæ priſcorum ſententia cõfirmatur etiam à quibuſdam Medicis Neotericis 1. *Paracelſus enim in Tract. de Helleb.* ſcribit, radicem Hellebori nigri, ſpecificum appropriatumq; eſſe purgans Epilepſiæ, ejus cauſam radicitùs exſcindens. 2. *Jodocus Harchius*: Helleborus niger optimè purgat, comitiali morbo oppreſſos 3. *Jaſon. de morb. Cereb.* Teſtatur hiſtoria, Drutium Tribunum plebis, cum Comitialem pateretur, in Anticyram navigaſſe, & Elleborum bibiſſe, morbòq; ita liberatum fuiſſe 4. *Dodonæus*: Prodeſt ex Helleboro nigro purgatio, comitiali affectis 5. *Georgius Phædro in Praxi iatrochym*: Ne ulla Epilepſiæ periodus intimarum cauſarum malignitate ſuccedat ampliùs, corpus purgandum eſt Ellebori nigri granis aliquot, è tenui Medone ſumptis. 6. *Joan. Bapt. Chodronchius, in comm. de Elleb. cap. 7.* Elleborus, utiliſſimum remedium eſt comitialibus, ex illius enim uſu, Veteres plæroſque curabant. 7. *Quercetanus in Tetr. cap. 17.* Dubitandum non eſt inter vegetabilia purgantia, Helleborum præſertim nigrum, & concinnè præparatum Aſtralibus morbis, hoc eſt, tàm altas fixaſq; radices habentibus, tanquàm occultis ſeminariis, ſummum & præſentiſſimum eſſe remedium, atque idcircò Epilepſiæ curandæ & prorſus averruncandæ ſummè conducere. 8. *Adam Lonicerus*: Veteres, Epilepticos veratro nigro purgarunt.

Alia purgantia Mineralia.

Inſuper nec rejicienda, ſed potiùs ſummis laudibus hîc celebranda ſunt, pro eradicativâ hujus tàm graviſſimi mali curatione, corporiſque expurgatione, medicamenta *Mercurialia & Antimonialia*, dextrè tamen periti artificis manu elaborata, ſummoque cum judicio adminiſtrata. Qualia ſunt.

1. ☿ vitæ.

1. ☿ *vitæ*, De quo *Henningus Scheunemanus in Hydromant. cap. 36.* ità ſcribit: ☿ vitæ, purgantium baſis & fundamentum eſt, in quam natura q. in unum gazophylacium, vim purgativam abdidit. Hic vitæ ☿. Sal eſt omnium acutiſſ. omnemque ſuperfluitatem ultrà ſuum Yliadum diſturbans. Quarè omnibus morbis tartareis & obſtructionibus conducit, ab hoc cætera medicamenta purgantia, ſive mineralia, ſive vegetabilia ſint, virtutem participant, non aliter, quàm ex thyrſo rami in longum & latum diſperſi, virtutem ſuam mutuantur.

2. ☿ dulcis ☽naris purgans.

2. ☿ *dulcis* ☽*naris purgans*, qui doſi G. 6. ſeu 8. cum conſervâ roſar. offertur.

3. Arcanũ ☿ fixum.

3. *Arcanum* ☿*ale.*

Ru-

Rulandi fixum, quod in quibuſdam alvum movet, in quibuſdam ſudorem elicit. Ejus pondus eſt drach. ß. circiter. 4. *Crocus Metallorum Quercetani*, doſi Gr. 7. 8. vel 10. in infuſione Aquæ Pœoniæ exhibitus. 5. *Alcohol ſeu Rubedo Antimonij*, à Cunrado Kunrado in 2. Tomo Medull. deſtill. deſcripta. 6. *Electuarium Antimonij Crollij*, cujus in debilioribus Pillula una, in robuſtioribus duæ præbentur. 7. *Vitrum Antimonij Hyacinthinum*, Cujus Gr. 3. Vel 4. ex infuſione Vini dentur, teſte Matthiolo. 8. Quibus tamdem adde, *Vitriolum rectificatum purgans*, quod ab *Angelo Salâ*, qui ejus præparandi modum in Anatomia Vitrioli, *Tract. 1. cap. 9.* tradit, pro ſpecifico Epileptico purgante commendatur.

4. Crocus Metallor. *5. Alcohol Antimonij* *6. Elect. Antimonij.* *7. Vitrum Antimonij.* *8. Vitriolum recti-fic. purgās*

II. VOMITUS PROVOCATIO.

Deinde Vomitum quod attinet, licet hic à *Gal lib. de Vene ſect. adv. Eraſiſtr. cap. 9.* aliiſq; quibuſdam in hoc morbo improbetur, ob hanc ſcilicet rationem: *Quod Caput multis vaporibus replet. Cerebrumq́; ac Ventriculum valdè debilitat, illud pro curâ Epileptici mali perperàm ſuadetur & adhibetur. At vomitus, pharmacis concitatus hoc facit. Ergò ejus uſus minimè tutus.* Nos tamen arbitramur, in quibuſdam corporibus, ad hoc genus vacuationis naturâ ſuâ valdè proclivibus ac diſpoſitis, ſæpè tutò, maximoq; cum juvamine, citraq; ullum virium diſpendium, vomitionem, præcedente tamen priùs evacuatione totiùs corporis, cieri ac proritari poſſe, præſertim ſi morbum caducum, ut ſæpè fit, ex Sympathiâ ventriculi proficiſci & originem ſuam trahere conjecerimus, Ubi certè vomitus excitatione, nullum præſtantius excogitari poſſe auxilium, neminem, niſi cujus mentis aciem, & rectum rationis judicium, craſſa ignorantiæ nebula perſtrinxerit, contradicturum opinamur. Id tamen hîc caveatur, ne æger ſua ſpôte, cœcoq; impetu, ad hujus vel illius Vomitivi uſurpationem proruat, ſed prudentis ac experti Medici hac in re, utatur operâ & conſilio, & ſecundùm ejus præſcriptum, omnia diligenter inſtituat ac peragat. Cæterum autem Vomitum provocant, 1. ☿ *Vitæ*, Cujus, ut loquitur *Quercetanus in Tetr. cap. 33.* vel unicum granum linguæ tantùm admotum, citrà deglutionem, vires ſuas ſpirituoſas, ſtomacho impertit, lenemque vomitum concitat. 2. *Turpethum Minerale*, doſi G. 4. 5. vel 7. cum conſervâ Menthæ præbitum 3. *Vitriolum ♀ris*, Cujus doſis ſunt G. 15. 18. vel 20. in formam pillul. cum Extr. Liquir. redacta.

Vomitum provocantia. *1. ☿ Vitæ.* *2. Turpethum Minerale.* *3. Vitriolum ♀.*

Digitized by Google

4. Sal Vitriol. dacta. 4. *Sal Vitrioli*, ſeu *Gilla Theophraſti*, datur ſcr:i, (vel drach ß, aut ſcr.ii,) circiter pondere, cum vino vel alio convenienti liquore. (*Angelus Sala Tr.1 de Vitrioli Anatom*: Sal Vitrioli veneris pro ſpecifico purgamento in Epilepſia prædicat creſcente Lunâ ſemel in menſe cum Aq: Pœoniæ aſſumtum *Idem in Hematologia ſua c.3*. Sal Vitrioli commendat per conſenſum ventrie, Quemadm. in obſ. 1. & 2. etiam hiſtoriam curationum ponit puerorum 1. 3. & 5. annorum Epilepticorum, quos exhibitione Salis Vitrioli pro vomitu ciendo ab hoc morbo brevi liberavit.)

(Bezoardicum ſeu ſudoriferum Lunæ ex *Joh. Dan. Mylio 2. Baſi. Chym p.93*.

Rec. *Butyrum exſtillans in prap. Mercurij vitæ, huic ſuperfunde S. ☿ alcoliſatum, cum hoc elice tincturam optimè, prout erit poſſibile. Poſtea S.V. in B. lente abſtrahe & manebit in fundo oleum. Huic oleo ſuperfunde Aq. fortem in qua priùs Luna ſoluta ſit, poſtea aliquoties Aq: fortem ab illis abſtrahe, quo Luna cum oleo redeat in gratiam. Unitis ſeſe præcipitabunt, qui præcipitatus non eſt edulcorandus quia ſine, corroſione optimus ac diaphoreticus, cujus doſis à ſcr.ß. ad ſcr.i. movet ſudorem.*)

5. Phlegma Vitrioli. 5. *Phlegma Vitrioli, quod eſſe ἐμετηκὸν* quoq; *Andr. Libavius Tom.2. Syntag. Parte 1. Apocalyp. Hermet. ca 14.* docet. 6. *Cryſtalli Vitrioli albi.* qui autore *Crollio, in Baſil. Chym.* cum ſacharo candi, ſcrupulari circiter, vel ut *Penottus* vult *in lib. de medic. Chym.* drach. ß, pondere mixti, & in aq: Beton: vel Fœnic: diſſoluti, calidéque exhibiti, pariter vomere faciunt. Sunt & alia plura, tum ex Mineralium, tùm Vegetabilium Claſſe petita, medicamenta vomitiva, quorum tamē commemoratione nunc datâ operâ ſuperſedêmus. 6. Cryſtalli Vitrioli.

III. SUDORIS EXCITATIO.

Tamdem cum alta & occultiſſima ſint morbi Caduci ſeminaria, difficulterque uno vel altero tantùm pharmaco ſolutivo aut vomitivo ſubigantur ac evellantur, idcircò ad illorum reliquias radicitùs, funditùsq; exſtirpandas, in ſubſidium etiam vocanda & accerſenda ſunt medicamenta ἱδρωτικὰ ſeu ſudorem moventia. Inter quæ, *Decocto Ligni Guajaci*, multi nobiliſſimorum Medicorum, hîc primas omninò deferunt, idque præ aliis omnibus ſingulariter, ad malignam & pernicioſam hujus morbi qualitatem coercendam ac profligandam extollunt, nec id ſanè abſque ratione, Quia cum in curatione hujus affectus, quæ extrà paroxyſmum inſtituitur, maximè ſit reſpici- Ligni Guajaci vires.

Digitized by Google

ſpiciendum ad cauſam antecedentem, craſſas ſc. impuritates, & humores ſupervacaneos, in toto corpore, vel aliquâ ejus parte, puta, cerebro, ſtomacho, utero, vel inteſtinis latitantes, & ſui inciſionem, attenuationem, ſolutionem & expurgationem, vel per urinas, alvum, & ſudorem, vel per alias vias poſtulantes: Decoctum autem ligni Guajaci tali facultate egregiè inſtructum ſit, ut nimirùm incidendo, attenuandoq; cauſam ejuſmodi antecedentem reſolvat, digerendo evacuet, & ſudores commovendo, maſſam ſanguinis defecatam reddat, non ſine peculiari viſcerum corroboratione, Idcircò nos quoque illud minimè improbamus, ſed potiùs ceu utile ac ſalutare remedium commendamus, præſertim ſi 1. non niſi poſt totius corporis ſufficiētem purgationem prægreſſam, ejuſdem uſus ineâtur. 2. ſi pro diverſitate naturæ ſubjecti, cum appropriatis cauſæ morbificæ præparetur. 3. ſi per plures dies ac ſeptimanas, (modò vires tollerent) continuetur. 4. ſi ſingulo hauſtui ſeu doſi, aliquot Spiritus vitrioli guttæ addantur. 5. ſi ad ſumptionem ejus, ſudor frequenter ſubſequatur. Undè *Camillus Thomaius, Medicus Ravennas* ſcribit: Ego (inquit) præmiſſis univerſalibus evacuationibus, quandoq; uſu ſolius decocti ligni Guajaci cum additione herbarum capitalium, ex aq. Pœon. vel Fumar. aliquos ab acceſſione Epilepticâ ſervavi. Et *Jachinus, comm. in l. 9. Rhaſ. cap. de Epil.* Soleo ego aliquando potionem ligni exhibere, cum victu ſiccante & extenuante, & hoc ſanè teſtor, multos ità curatos. In eumdem quoq; finem utiliter adminiſtrantur *Decocta Ligni Saſſafras, rad. China, & Salſa Parilla,* quæ eamdem ferè cùm Guajaco facultatem poſſident, humores frigidos ac craſſos attenuando, & cerebrum ab excrementitiis humiditatibus exſiccando. *Decoctū Saſſafras & Sarſa pariglia.* Meminit etiam *Quercetan. in Pharmacop. Dogm. cap. 8. ut & in Tetrate cap. 19.* ſingularis cujuſdam Hydrotici, quod pro ſpecifico & appropriato medicamento morbi caduci, cujuſvis ætatis ac temperamenti hominibus apto, vult haberi cujus hæc eſt deſcriptio. *Specificū Hydroticum. Antepilepticon.* Rec. *Raſura ligni Buxi unc. iß, Raſur. ligni Junip. Rad. Pœon. Viſci querc. an. unc. iß. Raſur. ligni Rhodij, Cornu Cerv. an. drach. vi. raſur. Eboris, Rad. China, Cort. Citr. Sem. Carduib. an unc j. Macerentur in lib. viij aq. font. tepidè, & deindè coq. ad unius tertia conſumpt. Addendo ſub finem coctionis Flor. Tilia, lil. conval. an. P. ij. Fiat colatura per manicam Hippocr. Doſis unc. v. vel unc. vj. in potu.*

Aliàs

Mineralia ἱδρωτικά.

Aliàs ex *Mineralium familiâ*, Sudorem quoq; feliciter promovent. 1. *Flores albi.* ♁ *fixi*, quorum doſis eſt G.8.vel 10.vel in conſ. roſ. vel cum aq. Carduib. 2. *Sulphur Auratum* ♁, Joann. Beguini in Tirocinio Chym. quod à ſcrup. i, ad drach. ß, datur. 3. *Liquor* ☿ *Moſchatus diaphoreticus*, cujus deſcriptionem vide apud *Libavium, Tomo 2. Syntagm. pag. 264.* (Item Præcipitatus Cinnab. artificiat aut Mineralis. *Quercet. in Tetrade ſub finem cap. 130. & in Pharmaco reſtit.* Item Bezoardicum ☽ cujus deſcriptio præcedente pag. adpoſuimus. Item Tinctura ☉ *Duncani Bornetti p. 79. ſui Jatrochymici.* Et Tinctura ☽ *ejuſdem p. 186.*) Item *Liquor* ☿ *diaphor. B. Penotti* in lib. de medicam. Chym. Doſis à ſcr. ß, ad G. 15 in Vino. (Item ☉ *Diaphoreticus Penotti in Chym. p. 171. It.* Tinctura rubicundiſſima ☉ *Joh. Rhenani.* It: Arcanum Diaphoreticum *Crollij.* It: Sudoriferum Minerale *Scheunemanni in Paracelſ. p. 70. & 71.*) 4. *Tinctura vel oleum fixum incombuſtibile* ♀, ex deſcriptione Joannis Rhenani, in Theoremat: Chymicotech. Cujus G. 3. vel 4. jeiunè cum aq. Carduib. propinentur. 5. *Oleum ſeu liquor* ☿ *diaphoreticus Martini Rulandi*, G. ii, pondere datur. 6. *Bezoardicum Minerale Quercetani*, quod G:3, vel 4. pondere offertur. 7. *Præcipitatus dulcis diaphoreticus fixus* Joannis Rhenani. Cujus doſis G:4. 8. *Aurum Diaphoreticum Phædronis*, in Furno Chymico, Doſis G.3. vel 4. in vino Malvatico. 9. *Cinnabaris præcipitata*, ex deſcriptione Libavii Tom. 2. Syntag. Doſis G:8. 10. *Sal Armoniacum ſublimatum*, Doſis G:15. vel ſcr. 1, ex conſervâ aliquâ. 11. *Liquor. Vitrioli diaphoreticus Angeli Salæ* in Tract: 1. Anat: Vitr: cap: 12. Doſis ſcr: i, plus minusvè cum congruo liquore. (Item Spiritus Vitrioli per ſe cum Aquâ appropriatâ aut Spiritus Sulphuris.)

1. Flores ♁ fixi. Item crocus Metallorum fixus. 2 Sulphur Aurat. ♀ 3. Liquor ☿ moſchatus. It: ☿ fixus 4. Tinctura ♁. 5. Ol. ☿ diaphoret. 6. Bezoardicum minerale 7. Præcipit: dulcis diaphor. 8. Aurum diaphor: 9. Cinnabaris præcip: 10. Sal. Armon. ſublim: 11. Liquor vitrioli diaphor:

Vegetabilia ἱδρωτικά.

Deindè *ex Vegetabilium genere* vim ciendi ſudorem habent. 1. *Spiritus Tartari correctus*. Cuius doſis drach: i, ex aq: Carduib: 2. *Spiritus Theriacalis*, datur drach. ii, circiter pondere cum congruo liquore. 3. *Spiritus Guajaci*, doſi ſcr: ii, cum vino propinatus. 4. *Liquor Guajaci*, cuius doſis drach. ii, *Spiritus Sambuci, Angelicæ, & Spiritus Carduib.* Doſis uniuscuiusq; unc. i, (Item Spiritus & Aqua Theriacalis. Extr: Theriacæ Extr: Juniperi. Item Sal Angel. Zedoar: Pæon: viſci Quercini.)

ἱδρωτικά. animalia.

Tamdem id præſtant quoq; *ex Animalium claſſe* nonnulla deſumpta, ut 1. *Lapis Bezoar Orientalis*, 2. *Eſſentia Cornu cervini*. 3. *Sal volatile cornu cervini*, (*& Magiſterium e-*

juſdem

Digitized by Google

juſdem. It: Sal volatile ſang. humani & cervini.) &c. quæ omnia debita quantitate, ſuoq; tempore exhibita, mirabilem effectum in ſudore ciendo oſtendunt. Et tantùm etiam de ſecundo ſcopo.

CAPUT VIII.

DE TERTIO SCOPO.

Sc. De particulari Capitis ac Cerebri, ab illuvie ſuperfluorum humorum in eo contentorum expurgatione.

PRæmiſſa itaq; in hunc modum totius corporis, cum per phlebotomiam, tùm per pharmaciam, evacuatione univerſali, conſequẽs nunc eſt, ut de particulari quoque Capitis, utpotè principalis hujus morbi ſubjecti expurgatione ſimus ſolliciti. Cum enim dubium nullum ſit, cerebrum partim ob violentam quam ſuſtinet contractionem ventriculorum ac meatuum, partim quoque ob vehementem punctionem ac vellicationem panniculorum ejus, à deleteria ac maligna qualitate factam, inſigni debilitate affici, & hujus debilitatis ratione, magnam crudorum ac ſuperfluorum humorum copiam intra ſe colligere, idcircò, ut illud ab ejuſmodi excrementorum colluvione liberetur, ac repurgetur, repurgatumq; probè moderatæ temperiei reſtituatur, opera danda erit ſedula. Perficitur autem id potiſſimùm hiſce 3. auxiliorum generibus: Errhinis ſcilicet: Maſticatoriis & Gargariſmis. Sternutatoria verò & Cauteria, quæ nonnulli hûc quoq; referunt, conſultò nunc omittimus, cum de prioribus ſuprà cap. 2. prolixè diximus, de poſterioribus verò, ſequenti capite, quid potiſſimum ſentiendum ſit, declaraturi ſumus.

1. Errhina.

Ut igitur ab Errhinis auſpicêmur, ſciendum antè omnia, Errhina eſſe talia medicamenta, quæ in nares inſerta, pituitoſos ac ſeroſos humores ſupervacuos, è cerebri ſubſtantiâ, & præſertim è ventriculis ac meningibus, peculiari vi eliciunt, & diuturnos ac contumaces Capitis affectus propulſant, teſte *Tralliano lib. 3. cap: 6.* & *Actuario, de Spirit. anim. act. cap. 13. & 3. meth. 6.* In uſum itaque hîc veniant ſequentia,

1. Rec. Aq: Sambuc: Majoran: Beton. an. unc. i, Sem. Nigel. pulv. ſcr. i, Succi Betæ depur. unc ſs, Sach. alb. drach. ii, Miſce, naribus hic liquor attrahatur tepidus.

Vel: 2. Rec. Succi Cyclam. unc. ſs, Succi Major & Rut. an. drach. ii,

 Mellis

Mellis drach.iß, Aq. vitæ unc. ß, Miſce Naribus attrahatur, vel cum turundâ intinctâ hoc liquore, naribus indatur.

3. *Vel*: Rec. Extract. Ireos ſcr. ii, Extr. Rutæ drach. ß, Extract. Euphorb. ſcrup. ß, Ol: Major: G. 5. Ol. Succini G. 3. Miſce pro Balſamo, cujus exiguâ portiunculâ nares illinantur.

2. *Apophlegmatiſmi.*

Præterea tentanda quoque erit cerebri expurgatio, Apophlegmatiſmis ſeu Maſticatoriis, id eſt, talibus remediis, quæ autore *Tralliano lib. 3. cap. 6. & Gal. lib. 2. de compoſ. medic. ſec. loc. ca. 2.* in ore retenta ac commanducata; pituitam, alioſque noxios humores in capite contentos, per palati emiſſaria, unà cum ſalivali humiditate eliciunt, atque educunt, idq; vi quadam acri & mordaci, cujuſmodi ſunt hæc.

1. Rec. Nuc. Moſch. Pyreth. Pip. alb. an. drach. i, Hyſſop. fol. Major. ſic. an. ſcrup. ß, Sem. Eruc. drach. i, Cum ſ. q. Maſtichis & Ceræ. Fiant Paſtilli manſiles pondere drach. ß, Vel ſcr. ij, ex quibus unus teneatur in ore leviter maſticando, & continuò ſalivam exſpuendo, idq; manè jejuno ventriculo: Mirũ in modum ſputum provocat, & cerebrum expurgat; eſtque ad Epilepſiam ſingulare præſidium.

2. *Vel*. Rec. Maſtichis drach. ii. Pyreth. Staphidisagr. an. drach. ß, Caryoph. Nuc. moſch: Zingib: an. ſcr. i, Sem: Sinap: ſcr. ß Miſce fiat pulvis, qui involuatur nodulo lineo raro, & dentibus maſticetur: Vel excipiantur Paſſulis, aut cerâ albâ. Et formentur Paſtilli parvi, ſimiles formæ Fabæ.

3. *Vel*: Pro delicatioribus tale maſticatorium, os calore ſuo minimè offendens, componatur: Rec. Rad Pyreth. in Oxym: macer: exſicc: & pulv: Staphidiragr: & Sach. an. unc. ß, Excipiantur mucilagine Tragacanth. & fiat maſticatorium.

3. *Gargariſmi.*

Tandem Gargariſmata quoq; adhibita, quibus humores craſſi frigidi & pituitoſi attenuantur, diſcutiuntur & abſtergentur hîc non parum conducunt: Ut:

1. Rec. Rad. Pœon. Acori, an. drach. vi, Herb. Major. Orig. Rutæ an. M. i, Gran. Pœon. drach. iij, Staphidis agr. drach. ii, Inciſa coq: in ſ. q. aq: com. pro lib. i. adde Oxym. ſcillit. & Mellis roſ. an. unc. i, M. pro Gargar.

2. *Vel*: Rec. Rad. Pyrethri & Ireos an. drach. iij, Bacc. Juniper. unc. i, Hyſſop. Salv. Beton. Serpil. an. M. ß, Paſſular. unc. j Sem. Pœon. drach. ii, Nuc. moſch. drach. iß, Coq. omnia in ſ. q. aq. pro unc. ix. Colat.

Colat. adde Mellis roſ. col. unc. iß, Syr. de Praſſ. unc. ß, Spiritus Vitr. ſcr. i, Miſce pro Gargariſmate, jejunè uſurpando.

CAPUT IX.

DE QUARTO SCOPO.

Scilicet: De Cauteriorum ſeu Fonticulorum cùm actualium, tùm potentialium applicatione.

QUartum nunc aggredimur Scopum, quem in Cauteriorum, ſeu ut vulgò vocantur Fontanellarum impreſſione conſiſtere diximus. De his 2. potiſſimum hîc in quæſtionem veniunt. 1 Nùm illa adhibita, ad προφύλαξιν & θεράπευσιν ex uſu ſint nec ne? 2. Cui præcipuè corporis parti debeant applicari.

1. An Cauteria conferant in curâ Epilepſiæ?

Quod ad primum: Extrà omnem dubitationis aleam poſitum eſſe arbitramur, Cauteria ſive actualia ſive potentialia ſint, non ſolùm in curatione, ſed etiam in præſervatione morbi comitialis, corpori admota, inſigne juvamentum eidem poſſe præſtare, idq; ob haſce rationes.

1. *Quod facultate calefaciendi & exſiccandi præditum eſt, illud pro curâ mali Epileptici unicè exoptandum videtur* (Ratio: Quia in hoc morbo plærumque viget frigida & humida cerebri intemperies, quæ non niſi ſuo contrario tollitur ac profligatur) *At Cauteria talem omninò habent facultatem, Ergò &c.* Minor probatur ratione & autoritate. 1. *Ratione:* Quia Cauterium eſt ignis, & ab eo omnem activitatem ſuam nanciſcitur, ignis autem natura eſt calefacere & exſiccare. Ergò &c. 1. Ratio.

2. *Autoritate: Avicenna* in Cant. parte 4. aph. 32. Et Fen. 4. Tract. 1. cap. 29. & *Halyabbas* 9. pract. ca. 68. docent, præcipuas Cauterii utilitates eſſe, partes humidas exſiccare, laxas conſtringere, & refrigeratas calefacere. Undè *Damaſcenus lib. 3. cap. 24.* in curâ Apoplexiæ phlegmaticæ præcipit, ſartaginem ferream capiti applicandam eſſe, ad illud nimirum calefaciendum: Et *Albucaſis lib. 1. cap. 2.* in dolore capitis frigido, cauteria ſuper caput convenire dicit, ut ipſum indè incaleſcat.

2. *Quod humorem morbificum, particulæ alicui impactum & craſſiorem omnino, quàm ut ſponte ſuâ per Cutis poros penetrare queat, fundere, attenuare, inq; halituoſum vaporem convertere, eumdemq; tandem per cutis ſpiracula inſenſibiliter edu-* 2. Ratio.

 cere,

cere, ſicq; diſcutere poteſt, illud cùm in præſervatione, tùm in curatione Epilepſiæ, omnibus votis quàm maximè videtur eſſe expetendum. At Cauteria applicita, hoc poſſunt facere. Ergò &c. Major luce ſuâ radiat, omniumq; rectè philoſophantium calculo eſt munita: Minor confirm. Quia Cauteria, ut præcedenti argumento demonſtratum, vi pollent inſigni calefaciendi & exſiccandi, cujus utriusq; proprium eſt, fundere, colliquefacere, attenuare, diſcutere, & in halitum reſolvere, quemadmodum frigoris eſt, humores condenſare, & immobiles reddere, poroſq; occludere & conſtringere. Aliter autem Cauteria actualia, aliter potentialia attenuant & diſcutiunt. Illa hoc faciunt dupliciter: & excitato vapore inſenſibili propter calefactionem, & excitato fumo, propter actualis ignis excellentiam. Hæc verò, quatenus calore ſuo ſubjectum humidum paulatim diſſolvunt, & ſolutum convertunt in vaporem, qui lentè exit & inſenſibiliter.

3. Ratio. 3. *Quod noxios & excrementitios humores, in parte aliquâ corporis collectos, potenter attrahit, & attractos tandem conſumit, illud ad ſanandos Epilepticos ſummoperè conducere vidêtur. Atqui Cauteria tali virtute ſunt inſtructa. Ergò &c.* Minor probatur. Quæ enim inſigniter diſcutiunt, ea quoque potenter attrahunt & conſumunt: Finis enim medicamentorum diſcutientium eſt initium attrahentium. At Cauteria hoc faciunt, ut in ſecundo argumento declaratum. Ergò &c. Præterea omnis calor cauſa eſt tractionis & fluxionis ad partem. Sed Cauterium particeps eſt ſummi caloris. Ergò & tractionis & conſumptionis.

2. Cui parti Cauteria ſint applicanda?

Parte itaque affirmativâ, prioris Quæſiti, firmiſſimis rationum momentis ſtabilitâ, ulteriùs nunc quæritur, *Cuinam membro ſeu parti corporis, Cauteria in hoc morbo ſint infigenda?* Sanè hâc de re, diſcrepantes omninò Medicorum, cùm veterum tùm recentium invenimus ſententias. *Aretæus* enim *lib. 1. cap. 4.* Capiti, cauterium adhiberi vult, imò ille primam calvariæ laminam perforat. *Oribaſius lib 10. coll. cap. 13. Aetius lib. 3 cap. 181. Paulus lib 7 cap 19. & Gal. 5 meth. cap. ult.* phœnigmos & ſinapiſmos capitis vertici imponunt *Celſus.* Fonticulos occipitio infigit: *Albucaſis lib. 1. cap. 11.* in pueris & imbecillis corporibus, ſex tantùm cruſtas, in ſincipite unam, binas ad Coronalis, & totidem ad Lambdoidis ſuturæ latera inurit: in adultis verò & valen-

valentioribus, 3 ad colli vertebras addit. *Jacchinus comm. in cap. 4. Rhaſ. de Epil.* Cervici ſupponit Cauterium. *Rondeletius ca 36 meth. cur. morb.* jubet, pueris applicare cauterium actuale in parte poſteriore Capitis. *Montanus in conſult. 50.* ſummoperè laudat fonticulos in brachiis. *Hieronymus Montuus in anaſ. morb. lib. 1 cap. 16.* Vertebræ candens ferrum imponit. *Nicolaus Piſo lib. 1. cap. 19. de cognoſ. & cur. morb.* ſuadet, Sinapiſmum capiti, aut cauterium actuale in fine occipitis, vel cauſticum poſt aures, aut utrique brachio infigendum eſſe. *Benedictus Victorius Faventinus, conſult. med. 7.* Cauterium primæ vel ſecundæ vertebræ colli adhibet. *Philotheus Elianus in Archipath. Tract. 17. cap. 18.* inter externa præſidia, Cauteriis, brachiis inuſtis, primatum tribuit. *Petrus Merenda*, propè ſcapulas, collo phœnigmos apponit, quibus fatetur ſe multos ab inſultibus Epilepticis liberaſſe. Alii prætereà aliis partibus, ſcilicet vel brachio, vel cruribus vel pedi infimo cauteria & phœnigmos adhibent.

Ad hunc itaque Scrupulum, Tyronum animis eximendum, antè omnia notari convenit diſtinctionem illam, ſuprà cap. 6. à nobis allatam, Epilepſiam nimirùm aliam eſſe idiopathicam, aliam ſympathicam. Quâ quidem diſtinctione præſuppoſitâ, dicimus, *In Sympathicâ*, cauteria propriè illi parti, à quâ virulenta cauſa ſursùm in caput irrepit, eſſe applicanda. Exempli gratia, ſi aura perniciosâ qualitate prædita, à coxâ, crure, vel infimo pede adſcendens, convulſiones pariat Epilepticas, tunc iiſdem quoq; partibus inurenda ſunt Cauteria: Quod idem intelligendum de extrema manu, brachiis aut ſcapulis, ab his enim ſi malignus vapor, versùs caput elevetur, tunc quoq; illi ipſi manui, brachio vel ſcapulæ, tanquàm fomitem & ſcaturiginem hujus mali in ſe habenti, & non aliis membris, Fonticulus infigendus. Quæ autem Epilepſia ſcaturit ob affectum Ventriculum vel uterum, tunc illi fonticulorum in brachiis, huic in tibiis applicatione erit ſuccurrendum. *Si verò Epilepſia per idiopathiam* ſeu primariam affectionem cerebri fuerit generata, & nondum altas in corpore egerit radices, in eo caſu, cauteria ſeu caſtica medicamenta, alterutri brachiorum ad muſculum deltoidem impoſita, maximoperè probantur, quia per patentes ibi vias, ceu per tubulos aut elices, ea, ſcaturientem in Cerebro vitioſam materiam, egregiè derivant atque expurgant. Undè & *Joan. Bapt. Montanus, loco citato*, ſummoperè

cauterium in brachiis laudat, addens, ſe vidiſſe nobilem quemdam, 52. annorum, qui ſolo ejuſmodi cauterio ab hoc morbo ſanatus fuit. Si autem illa idiopathica Epilepſia longo tempore inveterata fuerit, nec ullis præſidiis Medicis, quantumvis generoſis, adhuc ceſſerit, tunc conſultiſſimum erit, vel in Nuchâ, ſeu occipitio, inter 2. & 3. Vertebram, à perito Cheirurgo, ferro candenti cutis inuratur, aut ejus loco, ſi æger ſit πυροφόβος, cauterium potentiale, ex Cantharid. fermento acri, & aceto vel ſimilibus apponatur: Vel Suturæ coronali imprimatur Cauterium actuale, hujus enim virtute non ſolùm Caput, à nimia humiditate exſiccabitur, verùm etiam materiæ exitiali in eo contentæ, expeditiſſimus exitus procurabitur. Diù tamen apertum tenendum eſt, donec certa conjectura intelligas, tale nihil in corpore pullulare, quod fomitem huic morbo ſuppeditet. *Hic tamen notandum.* Cauterium Nuchæ, eſſe magis appropriatum derivationi & evacuationi humoris craſſi ac corpulenti, Cauterium verò Suturæ coronalis magis inſervire, partim attractioni & diſſipationi tenuis ac vaporoſæ ſubſtantiæ, partim calefactioni & exſiccationi Cerebri, idque duplicem ob rationem. 1. quia humores

V. Exercit. 5. probl. 14. Bartholini. An Cauteria ſyncipiti applicanda, ubi affirmativam tenet

ac præcipuè pituitoſi, cujus ſedes ſecundùm Hipp. doctrinam in lib. περὶ ἀρχῶν, principaliter caput exſiſtit, ſunt graves, undè nequeunt ſurſùm ferri, vapores autem levitate ſua minimè deorſum, ſed ſurſùm tantùm feruntur. 2. quia Suturæ denſæ valdè ſunt, & non tranſitum ità concedunt ſpiſſo ac viſcido humori, ſed tantùm halitibus vaporoſis, foramen enim Occipitii eſt apertum & latum, per quod facilior ſuperfluarum humiditatum patet exitus.

Verùm hic occurrendum quorumdam objectionibus, qui ejuſmodi Cauteriorum ſuprà Suturam coronalem applicationem prorſus improbant, ità nimirum obratiocinantes. (Hippocr. aſſerit vulnera capitis omnia periculoſa eſſe, & illa in partu magis lethalia, præcipuè ubi ſuturæ junguntur. Reſp. Intelligi vulnera inflicta ab armis & telis, quod ſine ordine fit, & ſine arte, cum læſione, ſumma contuſione, ruptura, depreſſione cranii vel rima: non de cauteriis à Medico, arte, judicio & ordine impreſſis cum ſummo juvamine.)

Contra Cauteriorum applicationem ſuper ſuturam Coronalem.

1. *Quod inflammationem membranarum Cerebri cauſare ſeu excitare poteſt, illud in curâ Epilepſiæ minimè adhibendum. Aſt Cauterium ſuturæ coronali applicitum id facere poteſt.* Ergò. Minor patet: quia dum

tale

tale inurimus Cauterium Syncipiti, datior Cerebri membrana, quæ pericranio eſt conjuncta, arctèq; ei adhæret, ex ferramentis ignitis, facilimè, tamquàm pars admodùm ſenſilis, nervoſa ac ſubtiliſſima, inflammari, eaq; inflammatio poſteà per contactum piæ matri, ac demum Cerebro ipſi communicari poteſt, Ex tali autem membranarum ac Cerebri phlegmone, quid aliud, quàm Phrenitis periculoſiſſima, ac tandem mors ipſa exſpectari poteſt? Id quod Exemplo inſigni comprobat *Joannes Zecchius in lib. Conſult ſuar. Medicar. Conſ. 1.* qui ſcribit, ſeſe obſervaſſe, Paſtorem quemdam Bononiæ, ab inuſtione ſupra futuram coronalem facta, eadem die in gravem incidiſſe phrenitidem. *Sed ad hoc argu-*
Reſp. *mentum reſp.* Cauterium, ſi eo, quo decet, modo, periti artificis manu, futuræ coronali imprimatur, nequaquàm excitare phlegmonem, ſed potius eum, quem modò innuimus, ſalutarem producere effectû, exſiccationis nimirùm Cerebri, ac diſſipationis fuliginoſorum recrementorum. Sin verò ferrum candens à Cheirurgo minùs providè tractetur, ſed vel propter imperitiam, aut temeritatem & audaciam, altiùs forſan, quàm par ſit, cranio adigatur, adeò ut panniculum Cerebri contingat, quemadmodum dubio procul ſuſpicandum, in Paſtore illo, cujus *Zecchius* meminit, factum fuiſſe, tunc minimè negamus, quandòque ad ejuſmodi præpoſteram applicationem ferri igniti, gravem Cerebri inflammationem ſubſequi poſſe.

2. *Quod plus noxæ trahendo à* 2.
ſubjectis omnibus partibus, vaporoſas exhalationes versùs caput ſeu cerebrum, quàm commodi, ab eodem illas derivando ſeu evacuando, corpori adfert, illud ceu ſummè pernicioſum, Medico, in curâ Epileptici mali erit fugiendum. At Cauteria ſuprà ſuturam coronalem adhibita, plus ſumoſorum halituum à toto corpore & ſubjectis partibus, versùs caput attrahunt, quàm ut ab eo evacuent. Ergò &c. Reſp. ad Minorem. Quamvis *Reſp.*
non eamus inficias, Cauteriis aliquam ineſſe facultatem attractivam, ea tamen vis non magna & vehemens, ſed potiùs exigua ac imbecillis exſiſtit, quæ nihil metus adfert. Et ut demus, Cauteria nonnihil attrahere, noxa tamen indè exſurgens, leviſſima erit in comparatione ad utilitatem, quæ provenit ratione evacuationis ab ipſo capite, & propterea ejuſmodi cauteria, non niſi corpore priùs exquiſitiſſimè, ab excremẽtitiis omnibus ſuccis repurgato, adhiberi debent, undè poſtea minor vel nulla planè illorum attractio metuenda erit.

3. Sit

5. *Si Cauterio, Sutura coronali impreſſo, diſſiparentur vapores acres ac maligni, Caput obſidentes, & Epilepſiam excitantes, utiq; multò magis, Spiritus animales Cerebri, ceu longè ſubtiliores, eôdem diſſiparentur. At Conſequens falſum,* quia ex diſſipatione Spirituum illorum, manifeſtiſſima actionum animalium læſio & debilitas perciperetur, aut ſi fieret, omninò ejuſmodi cauterii uſus eſſet damnandus & exſecrandus. *Ergò, Reſp.* Rationem hujus conſequentiæ nauci omninò ac frivolam eſſe, Etenim vapores rectâ adſcendunt, & à nullo, niſi à levitate ſuâ reguntur, & cum ad Cerebrum veniunt, etiam à cerebri vi expultrice forâs protruduntur: verùm Spiritus reguntur, non à propriâ levitate, ſed ab Animâ, cui tamquam inſtrumenta inſerviunt, quarè non ſic ſurſum ut vapores, ad Cauterij locum feruntur, ſed in ſuis ductibus ac ventriculis manēt.

CAPUT X.

DE QUINTO SCOPO.

Scilicet: De Capitis ſeu Cerebri confortatione.

POſtquàm igitur, non ſolùm corpus, verùm etiam Caput, ſemel atq; iterum idoneis pharmacis fuerit evacuatum, proximum nunc erit, ſollicitè ac diligenter providêre, ne reſtibili quâdam fœcunditate, in novæ materiæ generationem Cerebrum perennet, cui quidem incommodo, medicamentorum, priſtinum robur ei reſtituentium, & ad moderatam temperiem flectentium, congruâ uſurpatione, facilè iri poterit obviam. Sunt autem ejuſmodi confortantia duplicia, Interna ſcilicet & Externa, Quæ breviter nunc diſpiciemus.

I. INTERNA CONFORTANTIA DOGMATICORUM.

ET primò quidem interna Confortantia quod ſpectat, ea ſunt vel Dogmaticorum vel Hermeticorum. Dogmatici ſequentia ad corroborandum Caput, multiplici ac felici experimento comprobata habent.

1. *Pillulæ Capitales* Rec. Ladani opt. depur. drach. i, Maſtich. drach. ß, Nuc. moſchat. ſcr. j, Macis ſcr. ß, Extr. Acori ſcr. i, Ambræ gryſ. Moſchi Orient. an. G. 7. Croci Orient. G. 6. Miſce pro maſſa Pillulari. Ex cujus ſcr. i, formentur Pillulæ 4. manè jejuno ſtomacho deglutiendæ. Continuētur illarum uſus ſingulis ſeptimanis bis ad minimum. *1. Pillulæ Capitales.*

Al. Pillulæ: Rec. Nuc. Moſch. Cubeb. Cardam. an. ſcr. iiß, Succini albiſſ.

albiſs, Thuris albiſs. an. ſcr. ij Caryophyl.flor. Anth. Gram. Pœon. an.ſcr.i. Ambræ Orient.ſcr.ß Pulv. omnia ſubtiliſſ. & cum ſucco Major. fiat maſſa Pill. Ex ſingula drachma formentur Pill. 9. quarum 3.ſub horam ſomni ſumantur, reliquæ verò 6.manè horis 4. ante prandium devorentur.

2. Condi-tum.

2. *Conditum Cephalicum*. Rec. Conſ.Major.& flor.Anth.an. unc. iß.Conſ.roſ.antiq.drach. vi, Rad. Acori cond. unc. ß. Nucis Indicæ cond.drach.iij Succini albiſſ. Cubebar.an.ſcr.ii, Cinam. acuti craſsè inciſ.drach.iß.Extract.Gran. Junip.drach.i,Spec.Arom. Roſat. & Diaxyloal.an.drach.ß Cum Syr.de Stœch.q.ſ. addendo Spiritus Vitr. G.XV.Miſce pro Condito, de quo ter in ſeptimanâ, jejunè ad Nucis juglandis magnitudinem patiens capiat, ſuperbibendo cochlear unum Aq.Pœon.vel Lavend.

Al Conditum: Rec.Conſ.flor. Salv.& Pœon.an.unc.i,Conſ. Lavend.unc.ß,Nuc.moſch.condit. & Chebulor.condit.an. unc ß Theriacæ antiq.drach.i Spec. Diambr. & Diamoſc.dulc.an. ſcr. ii Corall. præp.Sem.Pœon.an. drach.ß, Arcani Vitr.ſcr.i,Cum Syr.de Beton. q.ſ.Miſce,fiat Conditum.

3. Morſuli.

3. *Morſuli Capitales*:Rec.Piſtat. Pinear.excortic.an.drach. i, Cort. Citr.& Arant, condit. an. unc. ß, Zingib.Chinenſ.condit. & Nucis Indicæ cond. an.drach. ii Caryophyl.arom: unc. i Cardamomi utriuſq; an.ſcr.ii Cinam.acut. craſsè inciſ.ſcr.iiij flor.Lavend.Borrag. & Anth. an.ſcr.i Ol Macis G.4. Moſchi Orient.opt.G.6.Sach.albiſ. q. ſ.in aq. Cinam. & roſ. diſſol. Fiat confectio in Morſulis, pondere unc.ß,quorum unus manè deglutiatur.

4. Tragea

4. *Tragea Capitalis*. Rec. Nuc. Moſch. Cinam. opt. an. drach.ii, Sem.Aniſ.Fœnic.Gran. Pœon. an. drach.ß,Succini albi,Thuris,Spec. Pliriſarcot. Arom.roſ.an.ſcr. ii Viſci querc.Corall.præp.an.ſcr.i Redigantur omnia in pulv. tenuiſs. huicq; permiſc: Sach. anthoſati q. V.Doſis,mane unc.ß, vel ſcr. i,ſeu per ſe,ſeu cum vino.

INTERNA CONFORTANTIA HERMETICORUM.

Hermetici verò ad corrigendam Cerebri intemperiem frigidam, ejus ſuperfluas humiditates exſiccandas, Spiritus refocillandos, & ſenſus omnes recreandos, hæc tamquàm Arcana ſingularia, præ cæteris aliis, magnificis præconiis efferunt ac commendant, ut ſunt, 1. *Tinctura Sapphiri*. 2. *Eſſentia Ambræ & Moſchi*. 3. *Liquor Corallorum*, qui teſte *Penotto* in lib.

de medicamen. Chym. Cerebrum valdè confortat. 4. *Ol. ſtillat. Roſmarini*, de quo *Magninus Medicus Mediolanenſis, in Tract. de Vinis*: Ol: Roſmar: (inquit) roborat cerebrum, nervos, & totum corpus, confert Epilepſiæ, Apoplexiæ & Paralyſi, & juventutem reſtaurat. 5. *Ol: Salviæ*, It. Ol. Nuc. Moſch: Card. m. Calami Aromat. Saturegiæ, de quibus omnibus conſule Cunradum in 1. parte medul. deſtill. Tract. 18. 6. *Sal.* ☉, Sal Smaragdi & Sal Roſmarini, Acori, Salviæ, Cimam. Xyloal. Caryophyl. Caſtorei, &c.

Quibus tamen omnibus in confortando cerebro palmam præripiunt, ſequentia duo medicamenta ex ☽nâ Chymicè extracta & parata.

1. MAGISTERIUM ☽NÆ.

(*Ex Johan. Dan. Myl. l. 2. Baſil. Chym. p. 83*. Rec. Corall. rub. pulv. lib. i. Succini albiſſ: lib. ß. deſtilla invicem per Retortã, ignem prius dando mediocrem, & exibit cum oleo Succini, Tinctura corall. rubicundiſſ: Hoc oleum infunde Q. E. ☽næ cum S. V. extractæ, abſtrahe paulisper & digere, ut in unam abeant eſſentiam, cujus Doſis G. 3. cũ liquore appropriato. Maximum eſt ſecretum in Epilepſia, Apoplexia & aliis morbis capitis.)

2. ESSENTIA SEU ARCANUM LUNÆ.

Solve Scobem ☽ in Aq: forti, Solutio repercutiatur Oleo Tartari, vel aqua Salis, Et in fundum deſcendet Calx ☽ alba. Separetur aqua ſolvens per inclinationem, Calx verò aliquoties abluatur & dulcoretur aqua lil. conval. calida. Poſteà ſiccatæ ſuperaffuſus. S. V. ſepties ab ea in arena deſtilletur. Quo facto, tandem iterum, hæc Calx ſoluta S. V. per menſem integrum in digeſtione B. M. ponatur. Et ſic illam reſolutam videbis in liquorem viridem, qui liquor, Eſſentia vera, ſeu arcanum ☽næ vocatur. Cujus uſus eſt in omnibus cerebri affectibus; confortando enim illud mirificè, potenter præſervat ab Epilepſia & Apoplexia.

3. SAL SOLUBILIS, SEU ANIMA LUNÆ.

Rec. Calcem ☽næ, miſce & contere cum Sale Armon. pulv. Sublimentur, & adſcendet Sal. calce ſubſiſtente. Remiſce denuò, iterumque ſublima, idq; quinquies, vel quoties neceſſe eſt, repete, Ablue poſteà Salem aquâ calente, donec dulcis Calx appareat. Collocatæ huic in firma cucurbita affunde Spiritum Urinæ, ad 4. vel 5. digitorum eminentiam. Obſtructo vaſe,

Digitized by Google

macera in arenâ calente per dimidium menſem,ita ut ternis diebus ſimul à fundo moveas. Itâ Calx ſolvêtur,ſolutionem ſerva, & affuſo Spiritu alio, ſi quid nondum eſt ſolutum,in aquam coge. Solutiones deſtilla, ita ut eſſentia urinæ à calce ☽ ſeparetur.Hanc ſolve S.V. & coagula.Et ſi habebis veram ☽næ Animam,quam paucarum guttarum pondere , præbe cum aq. flor.Tiliæ vel Pœoniæ.

(4. It.Oleum ☽næ, cujus deſcriptionem V. in meo Theſauro Chymiatr.*ex Joh.Dan.Mylio.*)

5. EXTERNA CONFORTANTIA.

Inter Externa,cerebro robur afflantia,numerantur, 1.Sacculi ſeu Cucuphæ. 2. Balſama ſeu linimenta.3.Emplaſtra ſeu Cerota.

1. Cucupha Capitalis.

1.Cucupha ſeu Sacculus Capitalis. Rec.Flor. Lavend. Beton. Pœon. Serpil.Major.an. P. i. Stoech. utr. Anth.an.drach.ii,Xyloal.ligniSaſſafr.Santal. omn. Rad. Pœon. an. drach.ij Maſtich.Cinam.Caryoph. Macis an ſcr.ii Sem.Pœon. Nigel. an.drach.i Gran. Junip. Olibani, Succini an.ſcrup.iiß Omnia groſſo modo contuſa , ſuantur in panno ſerico rubro. Et fiat ſacculus rotundus,vel Cucupha, geſtanda ſupra Caput continuò.

2. Balſamum Capitale.

2. Balſamum capitale, Rec. Ol. Nuc. moſch. per expreſs. drach. i Zibeti opt.ſcr.i Moſchi Orient. G. 6.Ol.Lavend.& Majoran.an.G.iij. Miſce pro Balſamo,quo nares, tēpora & vertex Capitis inunguntur.

*Nicolaus Monardes,in hiſt ſimpl. medic.Ind.*Ambarum (inquit)cum Oleo flor. Arantior. in calente mortario permixtum, & unguenti modo Capiti illitum, cerebrum & nervos mirificè roborat, ac frigidos,qui in eo infarcti ſunt humores,reſolvit.

3. Cerotū Capitale.

3. Cerotum ſeu Emplaſtrum Capitale. R.Ladani unc.iß Nuc.moſch. drach.i Sem.Pœon.Nigel.an.ſcr.ij Cubebar. Caryoph. Styr. calam. an.drach.ß Sandarach. ſcrup. j Ol. Nard. & Coſtin. an. drach. i,Ol. Macis ſtill.& Major. an. G.iij. Fiat Cerotum,ſupra coronalem Suturā, tonſis priùs capillis,geſtandum.

CAPUT XI.

DE SEXTO SCOPO.

Scil. De ſpecificorum Antepilepticorum remediorum exhibitione ſeu uſurpatione.

SUpereſt tandem ultimus Scopus Prophylactices, qui in debita ac convenienti medicamentorum , ſingulari quâdam totius ſubſtantiæ vi ac ſpecificâ proprietate,malignam hujus morbi quali-

tatem oppugnantium, ejuſq; reliquias exſcindentium, exhibitione & uſurpatione conſiſtit. Non enim ſufficit ſolùm pluribus evacuationibus corpus defatigaſſe, Caput à noxiorum humorum ſuperfluitate liberaſſe, cerebriq; intemperiem emendaſſe: verùm inſuper quoque requiritur, ut alexipharmacis ſpecificis, huic tam graviſſimo, & contumaciſſimo malo, manus alioqui non facilè danti, ſed Medicorum quantumvis præſtantiſſimorum conatus ſæpe eludenti, diligentiſſimè eatur obviam. Quamvis autem ejuſmodi ἀποτροπαιῶν remediorum infinitus penè ſit numerus, adeò ut hodiè vix ullum, vel ex imâ plebe hominum, reperire liceat, qui non ſingulare aliquod experimentum contrà morbum caducum ſæpè non minùs ſtolidè, quàm ſuperbè ac temerariò crepet ac jactitet: Et nos quoq;, niſi datâ operâ nunc brevitati ſtuderemus, cùm ex Vegetabilium, tùm ex Animalium ac Mineralium claſſe, prolixum Catalogum texere, hûcque adtexere poſſemus: tamen cùm animi eorum, qui aliquem fructum ex noſtris hiſcè lucubrationibus ſibi ſpondent, ejuſmodi prolixa ac faſtidioſâ medicamentorum commemoratione, confundendi & obruendi non ſint, idcircò in præſentiarum, non niſi pauca quædam, tàm ex Simplicium quàm Compoſitorum genere, & ea quidem nõ ex trivio petita, ſed ſelecta & probata, quibus quilibet, etiam à re Medicâ alienus, ſe ſuosq; munire poſſit, atq; ab hoc morbo immunẽ præſtare, nunc annectêmus.

I. SIMPLICIA QUÆDAM ANTEPILEPTICA DOGMATICORUM.

1. POEONIA.

Cujus radix, flos & ſemen, quacunque ratione uſurpata, mirifica quadam facultate, morbi Caduci ſeminaria eliduunt, hominemq; ab ejus inſultibus tutùm reddunt; Quam quidem virtutem demonſtrat etiam hujus plantæ ſignatura, de qua *Crollius, in lib. de Signat.* eleganter ità ſcribit: Folliculus floris Pœoniæ concluſus adhuc, habet ſignaturam & analogiam quamdam Capitis cum ſuturis & venulis, cerebrum circumdantibus. Flores mox excludendi aperiunt externam pelliculam, cranium repræſentaneum, & hac via, ſicuti etiam ſemen poſteà exſiliendo fulminis inſtar, Epilepſiam ſeu ſideratum morbum expellunt. In eundẽ ferè etiam ſenſum de Pœonia ſcribit *Quercetanus*, quẽ vide in Tetr. cap. 13. (*Joh. Vincentius Finckius in* En-

Digitized by Google

Enchirid. medico. c.5. Radix Peoniæ Lunâ decreſcente menſe Martio vel Aprili (alii ſub canicularibus malunt) effodienda.

Ex l.m.(c: Peoniæ Radix effodienda eſt 3. ultimis diebus Lunæ decreſcentis ante novilunium poſt mediam noctem manè ante Solis exortum. Optimũ ad collect. tempus eſt in Martio vel Aprili.)

2. RUTA.

Cujus ſuccus expreſſus, & naribus illitus, non ſolùm Epilepticos à paroxyſmo excitat, verùm etiam intrò ſumptus: aut foliorum Rutæ decoctum bibitum, imminentem acceſſionem reprimit. Indè *Valleriola lib. 3. obſerv. 7.* Comitialibus (inquit) Ruta maximè prodeſt, vel etiam *Dioſcoridis teſtimonio lib. 3. c. 52.* Quin ſuccum Rutæ, ceu præſens quoddam remedium, relevãdis ab acceſſione infirmis, exhibere cum melle ſcillitico, multâ & diuturnâ experientiâ mihi comprobatum. 2. *Et Jaſon de morb. Cerebr. ca. 23.* Ruta non tantum profligando paroxyſmo conducit, ſed & morbum ipſum potenter tollit. 3. It. *Mizaltus in Cent. 17.* Rutæ ſuccus, cum vino potus, medetur comitialibus. 4. *Petrus Hiſpanus:* Succus Rutæ bibitus, Epilepſiæ medetur. 5. *Caſtor Durandes in Hort. ſanit.* Ruta efficaciter valet contra caducum. 6. *Tabernæmontanus lib. 5. Herbar. ſect. 4. cap. 31.* Succus Rutæ calidè potus, præſtans & ſalutare medicamentum eſt cõtra caducũ.

3. VISCUM QUERCINUM.

Quod ſcr. ij. vel drach. j. pondere in pulvere, cum convenienti aliquo liquore exhibitum, Epilepſiam & curat, & ab eâdem præſervat. 1. *Matthiolus comm. in lib 3. Dioſcor.* Viſci quercini lignum, ſunt qui in tenuiſſimum pulverem redigunt, & comitialibus hauriendum præbent, quo tantùm medicamento, multos fuiſſe ſanatos, pro certo affirmant, & operæ pretium eſt, ut eo utantur Comitiales quotidiè, in 40. uſque dies, & caveant, ne lignum ab arbore reciſum, terram contingat. 2. *L. Lemnius, lib. 2. de occult. nat. mirac. cap. 3.* Viſcum quercinum, humores tenaces diſcutit, extenuat, exſiccat, morboq; comitiali, mirificâ vi medẽtur, pulviſculo huius, vino meraciſſimo aſſumpto. 3. *Adam Lonicerus in Herbar. cap. de Viſco.* Viſcum quercinum, ut & Coryli nec non pyri arboris, quod terram non attigerit, tuſum ex vino, Comitialibus mederi ferunt. 4. Undè de eo & *Jodocus Harchius* ſic canit:

Quod legis è quercu, morbum curare caducum

Digitized by Google

Viribus occultis creditur eſſe potens.

5. *Caſpar Schwenckfeld, lib. 1. Catal. ſtirp. Sileſiæ.* Viſcum quercinum tritum, Epilepticis auxiliatur.

(6. *Joh: Vincentius Finckius in Enchiridio medico cap. 15.* Viſcus quercinus Lunâ decreſcente inter duo Mariæ feſta colligatur, nobilioróq; habentur illa pars, quæ Quercui propior reſecta eſt.)

4. CASTOREUM.

De quo *Marcus Gattinaria in Praxi ſuâ cap. 14.* Caſtoreum aſſumptum, & ab extrà fumigatum liberat ab Epilepſiæ paroxyſmo. 2. *Paulus lib. 3 cap. 13.* In ipſo Paroxyſmo, confidenter Medicus Caſtoreum ori infundat, poſt paroxyſmũ illud ex mulſa propinato. 3. *Platearius:* Caſtoreum contrà Epilepſiam, & alios affectus Capitis frigidos, pondere ſcr. j. vel ſcr. ii, bibendum datur cum ſucco rutæ, aut vino in quo decocta ſit Ruta. 4. *Hieronymus Montuus, in anaſc. morb. c. 15.* Caſtoreum nuchæ & collo illitum, Epilepticos valdè juvat.

5. CRANIUM HUMANUM.

Quod debito modo præparatum, ſeu in tenuiſſimum pulverem redactum, & cum aqu. Pœon. vel flor. Tiliæ, aut ſimili liquore, ſcr. i, vel drach. ß. propinatum, mirè à Comitialis morbi inſultibus præſervat. Quod teſtatur 1. *Crollius in lib. de Signat.* Cranium hominis, Epilepſiæ ſubvenit, ſumatur autem pars anterior non poſterior, & fœminæ fœmineum, ac mari maſculum accommodetur. 2. *Jacobus Sylvius in Pract. ſuâ.* Cranium maris in mare, fœminæ in fœminâ uſtum, donec ſit albiſſ. & pulveriſſ. potu quotidiano Epilepticos ſanare, teſtis eſt *Gerardus à Solo, & Gal. lib. 11. ſimplic. de Oſſibus*, & nos id verũ experti ſumus. 3. *Ioann. Renodæus in diſpenſ. ſuo lib. 3. cap. 19.* Cranium inſepultum, & ut decet, apparatum, & exhibitum, morbum comitialem ſanat. 4. *Joan. Arculanus in Pract. cap. 14.* Oſſa Capitis humani combuſta, & cum vino ſubtili bibita, ſingulo die, pondere drach. i, Epilepſiæ conducunt. 5. *Henricus Ranzovius, lib. de tuendâ ſanit: c. 53.* medicamentum hoc, Regis Daniæ, Chriſtiani III. contrà morbum caducum ponit. Rec. Cranium furis ſuſpenſi, vel alterius hominis, nullius tamen morbi interventu mortui, hoc Cranium in craticulâ toſtum in pulverem redigito. Deindè ſume 3. Gr. Pœon: atque hæc cum drach. i. prædicti pulveris, & aq: Lavend: ad quantitatem unius cochlearis, ægroto, tempore matutino exhibe. Poſtero & tertio die

fac

ſac idem. Jejuno autem ſtomacho hic pulvis ſumendus eſt.

(*Joh. Vincent. Finckius in Enchirid. Medico Hermetico cap. 15.* Cranium humanum alii calcinatum, nõnulli citra præparationem propinant, hâc tamen cautione, ut potius anteriorem, quàm poſteriorem ejus partem; & maſculinum maribus, fœmininum fœmellis exhibeant.)

6. UNGULA ALCIS.

De quâ *Quercetanus in Tetr: c. 18.* Inter ſpecifica remedia, quæ contra Epilepſiam, certis quibusdam obſervationibus deliguntur, Alcis ungula, poſterioris potius pedis, quàm prioris uſurpetur, quæ apud nonnullos annulo incluſa, ita ut cutim attingat, geſtatur: apud alios collo appenditur, nudam pariter carnem contingens; hâcque adminiſtratione virtutis laudem conſequitur, profligandæ prorſus iſtius ægritudinis, nec non ipſo inſultu & paroxyſmo ocyus ægrum liberandi, idq; ex obſervationibus Joannis Agricolæ & Ammonii. Ab aliis ſcops ejus & pulvis potu exhibetur, quod præſentiſſimum creditur eſſe remedium *Geſnero*: lib. de Quadruped: cap. de Alce. *2. Cardanus lib. 10. de ſubtil.* Alcis ungula, ſi collo appendatur, comitiales ſanare ſi quid aliud poſſe creditur.

Idem ferè habet Joh. Vincent. Finckius loco citato.

Quoniam dùm hoc morbo laborat animal ipſum, non priùs excitatur, quàm ungulam poſterioris pedis auri intulerit, tunc enim protinus excitatur à morbo. *3. Severinus Göbelius in hiſtor: de Alce:* Ungulæ Alcis uſus eſt in Epilepſia & aliis morbis. Inde fiunt annuli, qui auro ab opulentioribus ſolent obduci, ita ut illorum nuda pars interior, ex ungula Alcis tornatâ, cutim premat, idq; adverſus Epilepſiam. *4. Appollonius Menabenus in lib. de Alce, cap. 9.* Si quis Epilepſiâ correpto, partem hujus unguis ſiniſtræ manus digito, quem annularem dicunt, intrepidè applicuerit, æger ab hoc morbo, tamquàm à ſomno excitatus, in pedes ſe eriget illicò ac liber evadet. Hujus unguis raſuram quoq; ipſe dedi, & ab aliis felici cum ſucceſſu datam ſcio Epilepticis pueris, cum aq: Lil: conval: aut lavendulæ. *5. Chriſtoph: Hornius, in Dial: de Auro Medico:* Alcis ungula, Epilepſiæ, aliisq; Capitis morbis peculiariter auxiliatur.

7. CORNU CERVI USTUM.

Quod ex Aquâ flor: Tiliæ frequenter ſumptum, mirè comitiali morbo reſiſtit. Quod præter alios Autores teſtantur. *1. P. Bayrus lib. 2. Pract. cap. 16.* Cornu cervi datum, & bi-

& bibitum ſanat Epilepticos. 2. *Blondus*: Adultorum Cervorum cornuûm & in ramos diffuſorum, maxima dos eſt in comitialé morbum. 3. *Bertrutius in Pract.* Cornu Cervinum eſt inter ea, quæ naturæ proprietate adverſantur Epilepſiæ. 4. *Ioan. Æmilius in Syntag: de animant: rumin:* Cornu Cervi exhibitum Epilepticis, efficaciter eos juvat, &c.

8. RANÆ.

(Experimentum ex Ranis contra Epilepſiam, quo dicitur curatus Fridericus IV. Elector Palatinus, *ex Enchiridio Ioh. Vincent. Finckij.*

Collige menſibus Majo, Junio & Julio Ranas paluſtres virides No. 40. iis vivis exime epata, ac ſingula in foliis Braſſicæ ſuper eam partem, quæ ad terram vergit diſpone, ne ſeſe invicem attingant. Poſtea in ollis novis vitriatis ſupernè tectis ſuper centum calorem exicca, donec à foliis Braſſicæ ritè ſeparata tenuiter pulv: ~quant, Hunc pulv. in partes 5. æquales diviſum ſerva. Dein ſub ipsâ Luminarium ſynodo ☽ in ♋ conſtitutâ, da manè partem unam jejunè in hauſtu vini, jejunando deſuper 2. h. Idem fac veſperi ituro cubitum cum ſecunda parte, ac ita procede cum reliquis. Si autem ſumto hoc pulvere ſudor circa tempora erumpat, bonum eſt indicium. Abſtineat à vino patiens, fugiat iram, &c. Egregium eſt medicam: Si primo anno non ſequatur effectus, repete ſecundo ſeu ſequenti. In Iunio autem circa Solſtitium hæc cura inſtituenda.)

SIMPLICIA NONNULLA HERMETICORUM.

1. OLEUM SUCCINI

De quo *Ioan. Wigandus, in Hiſtor. de Succin.* Ol. Succini, efficaciſſimum ad aperiendas obſtructiones, & ad Epilepſiam, Paralyſin & Vertiginem. 2. *Andreas Libavius, parte 2. Singul. lib. 5. de ſuccino cap. 28.* Datur Oleum Succini ad omnem languorem Capitis & nervorum, ex humido frigidoque & vaporibus & venenoſitate, itaque infunditur Epilepticis, Apoplecticis, Lethargicis &c. 3. *Michael Neander in lib. de uſu Eſſentiar. Chymic.* Uſurpatur Oleum Succini contrà omnes affectus frigidos, & obſtructiones Cerebri, Apoplexiam, Epilepſiam, & ſoporoſas affectiones, cum liquore nucis moſch. Viſci querni, Aquis Beton. Salv. Majoran. 4. *Crollius in Baſil. Chym.* Oleum Succini efficaciſſimum Opobalſamum Europæum meritò

meritò vocari poteſt, quia ſua facultate omnia alia remedia ſuperat in Apoplexiâ & Epilepſiâ curandâ. Et ſi quis his morbis corripiatur, vix eſt præſtantius remedium, quàm Ol: è Succiuo albo, guttæ aliquot in Spiritum Epilepticum infuſæ & exhibitæ, Prodeſt etiam cervicem & nares inungere dicto oleo, & certè pellitur morbus. 5. *Wolfg. Gäbelkoverus in annot. ad cap. 9. lib. de nat. Gemm. A. Baccij*: Oleum Succini ſuperat ſua facultate, omnes aquas vitæ, omnequè Aurum porabile, præſertim in Apoplexiâ & Epilepſiâ curandâ, ſiquidem calidiſſimum eſt, incidit, attenuat, aperit & diſcutit potenter. 6. *Anshelmus Boetius in ſuo Gemmar, lib. 2. ca. 160.* Oleum hoc aptiſſimum ad Apoplexiam, Epilepſiâ, Paralyſin & Vertiginem prohibentiam & ſanandâ. 7. *Cunradus Kunrad: 1. parte Medul. deſtill. ca. 9.* Hoc oleum ſingulare adjumentum adfert Epilepticis & attonitis, exſiccando Cerebrum à catharris, illudque roborando. 8. *Joan. Colerus* ſcribit ſe puellam quamdam duodeviginti annorum, quotidiè Epilepticis convulſionibus agitatam, ſolo Olei Succini intùs exhibiti uſu, perfectè curaſſe. 9. *Thurnheuſerus in Pharmac. ſuo itiner.* Oleum Succini, præſtantiſſima medicina eſt, ad præſervationem Epilepſiæ, Apoplexiæ, Paralyſeos, cum aq. Beron: Lavend. vel florum Tiliæ. (10. *Joh. Dan. Mylius lib. 2. Antidoti ſui cap. 5.* Oleum Succini capitis affectibus præſertim morbo attonito ſeu comitiali occurrit: Guttæ unius inſtar manè ex Aq: Beton. Lavend. vel florum Tiliæ ſumtum.

2. OLEUM LIGNI BUXI.

De quo *Quercetanus in Tetr. ca. 16.* ità ſcribit: Oleum hoc tantæ virtutis reipsâ eſſe experti ſumus, ut omnes generis dolores edomet, corruptiones & putrefactiones corrigat, vermes enecet & expellat, malignosque vapores, ex quibus Symptomaticæ Epilepſiæ procreantur, quæ facilè tandem in idiopathicas tranſeunt, curet & abſumat.

3. OL. LIGNI HERACLINI.

Quod nihil aliud eſſe, quàm Corylinum, *Andreas Rulandus, in obſerv 84. Cent. 3 Obſerv Cheir. Gulielmi Fabritij*, innuere videtur. (Ita etiam ſentit *Joh. Vincent. Finckius in Enchiridio medico Hermetico ca. 5.*) Martinum autem Rulandum ſeniorem, hujus olei exhibitione, quàm plurimos Epilepticos, exoptatæ ſanitati feliciſſimè reſtituiſſe, patet ex ipſius *Centur. 1. Curat.*

Nnnnnnn Empei-

Empeiricar. Cur. 6. (*Item Cent. 2. Cur. 6.* inquit; Laus & gloria ſoli Deo, qui contra omnes comitiales morbos peculiarem & occultam vim huic oleo indidit.) *It: Cent: 3. Cur 61. 99. It. Centur. 6. Cur. 96. It. Cent. 7 Cur. 49. & 90. It: Centur. 8. Cur. 13. It. Cent. 10. Cur. 32,*

4. OLEUM CRANII HUMANI.

Georgius Phædro in Praxi Iatrochym. Ol: Cranij humani pondere G. 3. morbum comitialem tollit funditùs, ut nulla ejus invaſio, ſiderum impulſu agitata, unquàm moveatur impoſterum. 2. *B. Penottus in lib. de medicam. Chym.* Summum remedium in morbis Cephalicis hoc Oleum eſt, præſertim autem in Epilepſiâ, doſi ſcr. i cum Aq. Pœon. ſumptum. 3. *Weckerus in Antidot: ſpec. lib. 2 ſect. 18. ex Andernaco:* Oleum Cranij humani, peculiare eſt auxilium ad morbum comitialem. 4. *Q. Apollinaris*; Ex humani Cranei Oſſibus, Oleum per deſtill. elicitur, quo ſi ſutura lambdoides inungatur, eidem morbo nullum eſt præſentius remedium.

(*NB.* Eſſentia alia Cranij humani, quam Galredam Paracelſus vocavit.

Limaturam Cranii humani nunquam humati, humoreq; adventitio privati, cum alcool vini Salviati ad ſupereminentiam 6. digitorum digere per menſem dimidium; Dein more Aq. fortis per retortam deſtilla: Reaffuſum liquorem cum capite mortuo denuo digere, ac viciſſim deſtilla, idque tertiò quoq; repete. Tandem omne abſtractum aliquandiu circula, abſtractoq; alcool vini, è lento Balneo eſſentiam cranii inſtar coaguli ſeu Galredæ remanentem ſerva. Eſt Epilepſiæ verùm curativum ſi ejus grana aliquot in convenienti liquore quotidiè detur.)

5. OL: ET ESSENTIA SANGUINIS Humani.

Andernacus: Oleum Sanguinis humani, ad Comitialem morbum, alioſque infinitos corporis humani affectus efficax eſt. 2. *G. Phædro in praxi Iatrochym.* Primum Epilepſiæ alexipharmacum eſt ſanguinis humani Eſſentia, cujus ordinatæ ad æſtuoſos ☽ curſus uſu efficitur, ut nullus Epilepſiæ circuitus, unquàm cœleſtium cauſarum vi cieantur. (*3. Chriſtoph. Gluckrad in Tirocinio Chym.* Ol. ſang. humani ſcr. ß. vel plus aliquoties exhibet in vehiculo convenienti certiſſimò morbum caducum tulit.)

6. TINCTURA CORALLORUM.

Quercet. in Tetr. cap. 28. Tinctu-

ras

ra Corallorum, antidotum præbet præſtantiſſimum adverſus Epilepſiam & Apoplexiam, ſi aliquot ejus guttæ, ex aquâ aut liquore congruo ſumantur. 2. *Phædro in curâ Jatrochym. morb. Comit.* Amuletum præſtantiſſ. contrà hunc morbum eſt, clariſſima tinctura Corall. quaſi drach. ß pondere, primâ aggreſſione propinata, & deindè, quoties morbus rurſus alio inardeſcit incendio, aut motu novo quaſi turgeſcens excandeſcit, ut anteà reiteretur, Epilepſiam abſumit omninò 3. *Penottus de medic. Chymic.* Tinctura hæc quemlibet morbum comitialem, in adultis, per 5 ſeptimanas omninò ſubtrahit. 4. *Anſelmus Boetius, lib. 2. de Gemmis, c. 154.* Ea facultas tincturæ corallorum tribuitur, ut corpus in temperiem redigat, cœleſti quâdã vi, ac propterea omnes partium interiorum affectus radicitùs avellat, propter analogiam, quam habet, cum Spiritibus vitalibus, & calido innato, quod auget & roborat, ut facilè contrarios morbos ſuperâre poſſit. Morbum comitialem, præſertim ſi præparata fuerit Spiritu Vitrioli, paucis ſeptimanis prorſus tollere perhibetur, etiamſi quis à juventute eo laborârit. 5. *Andreas Baccius, de naturâ Gemm. cap. 37.* Q. E. ſeu Tinctura Corallorum, quemlibet morbum comitialem à pueris, & ætate provectioribus, in 5. ſeptimanis prorſus ſubtrahit. 6. *Kunradus in 2. part. medul. deſtill. Tract. 22.* Hæc Tinctura, in curandâ Epilepſia, & Paralyſi, omnia alia excellit medicamenta, ſi ei præſertim Ol: Perlarum, & Auri tinctura addantur. 7. *Alb. Wimpinaus in Excurſ. defenſ.* Morbum Epilepticum, propriis medicamentis, aut Spiritu Vitrioli, & Tinctura Corallorum curamus.

7. OLEUM LUNÆ.

De hoc *Quercetanus, in Tetrate cap. 32.* Oleum ☽næ, exquiſitiſſimum ad omnes Epilepſias, Apoplexias ac Paralyſes, aliosque id genus affectus conferens eſt: 2. *Penottus*: Oleum Lunæ, G. 2. vel 3. in aq. flor. Beton. Salv. adversùs morbum caducum, omnesque cerebri affectus exhibentur. 3. *Andernacus*: Ol. ☽næ, ſingulare remedium eſt in morbis Cerebri, nervorum convulſione, ſeu Epilepſia, morbo attonito, mania, inſania &c. 4. *Reinneccerus quoq; in Theſ. Chymic. lib. 1.* inter alia nobiliſſima Antepileptica medicamenta Ol. ☽ numerat & commendat. 5. *Wimpinaus loco citato.* Oleo Lunæ nihil par in doloribus capitis, neque quidquam eſt, quod tantùm Cerebro conducat.

8. SPIRITUS VITRIOLI.

(*Paracelſus*: Summum arcanum pro caduco eſt in Vitriolo, non in Oleo,ſed volatilitate,id eſt, Spiritu Vitrioli. Idem alibi: Quidquid caducum curare debet, oportet, ut ſit penetrativum & totum corpus permeet,centrumque morbi inquirat, id quod de Spiritu ſeu volatilitate Vitrioli dicendum. *Reimundus Mindererus in diſquiſitione de calchanto cap.* 5. Spiritui Vitrioli magnam vim quoque curandi inſultus Epilepticos adſcribit.) *Quercetan:in Tetr cap.*30. Ea magnetica quædam virtus eſt deliteſcens,in acido Vitrioli Spiritu, qui ad energiam aut activitatem ſimplicitatemque elementaris naturæ propius accedens, ſua ea virtute magnetica vim habet attrahendi, domandi evincendiq; acidos illos,melancholicos,ac Vitriolicos animalis ſpiritus, qui Epilepſiæ autores ſunt & artifices. 2.*Paracelſus,in ſchol ad libr. de grad. & compoſ.medicam.cap.6.* Liquor Vitrioli eſt arcanum optimum in morbo caduco. 3.*H.Donzellinus in conſil.med. à Scholtzio editis, conſil.* 38.Ol.ſeu Spir.Vitrioli G.5. in juſculo manè ſumptæ per multos dies, plurimos ab hoc morbo liberant. 4. *B. Penottus à Portu in lib. de prep. medic. Chymic.* Summum arcanum eſt in Epilepſia, Spiritus Vitrioli Veneris, datus in aquis appropriatis.Doſis ejus à G. 7. ad 12.uſque. 5. *Angelus Sala in Anat. Vitr.tract.1.cap.* 4. Liquor acidus Vitrioli,adhibetur in nonnullis arcanis contrà Epilepſiam præparatis.6.*Reinneccerus in Theſauro Chymic.lib.1* Ol.ſeu Spiritus Vitrioli, in aqua vitæ uſurpatus, præſervat per totum Vitæ curriculum ab Epilepſiâ. 7. *Euonymus Philiater, in ſui Theſaur. parte 1.*Spiritus Vitrioli,ſeu ejus Q. E. à Philoſophis inſigniter commendatur, ad curandam Epilepſiam & Apoplexiam. (8. *Joh. B.Beſardus in antro Philoſ.* Ol.Vitrioli cum Aq. Pœoniæ Epilepſiam curat.)

9. MAGISTERIUM VITRIOLI.

De hoc *Joannes Rhenanus, in lib. 3.Differt.Chymic* ità loquitur. Valet hoc Magiſterium ad Epilepſiam,de quo jejunè G.3.vel 5.in unc. ß Vini Sambucini exhibeantur, & confeſtim aquam claram patiens evomet,quæ morbi cauſa eſt. Et ſi hoc Magiſterio æger, per aliquot tempus utatur, morbi tincturam radicitùs tollet.

10. SPIRITUS SUCCINI ALBI.

B. Penottus de prepar. remed. Chy-

Chymic: Hic Spiritus præſentiſſimum remedium,& præſervativum eſt iis, qui vel ab Epilepſiâ, aut paralyſi, aliisq; ejuſmodi morbis ſibi metuunt: Si enim alternis diebus, aut in ſeptimanâ bis vel ter,aliquæ guttæ hujusSpiritus,in aq:Lavend: aut Lil: convall:ſumantur,à prædictis morbis tutò præſervat.

II. COMPOSITA ANTEPILEPTICA DOGMATICORUM.

Præmiſſis nonnullis Simplicibus tàm ex Dogmaticorum, quàm Hermeticorum ſcholâ mutuatis, morbumque hunc, ſi idoneus eorum uſus ab ægris ineatur,& per aliquot tempus continuetur, tamdem radicitùs averruncantibus, nunc eodem ordine, etiam quædam compoſita medicamenta, nõ quidem tumultuario opere confarcinata, ſed ſingulari artificum non vulgarium ſtudio, exquiſitâq; diligentiâ, inventa & excogitata, multotiesque feliciter in uſum ducta, ſubjiciemus.

1. HYDROMEL ANTEPILEPT.

Rec. Raſuræ ligni Buxi unc. ij. Raſur. ligni Saſſafras & Rhodii an. unc.i. Viſci querc. Rad. Pœon. an. unc. i ß. Raſur. Cornu cerv. unc. i.Sem.Pœon.& Rut.an.unc.ß,Macerentur per h 24.in lib.vj.Hydromel. Deindè coqu. ad unius 3t. conſumpt. Sub finem decoct. add. Flor.Tiliæ,Lil.convall. Pœon. Lavend.an. M.i. Squillæ præp.drach. vi. Demum tranſcol. per manicam Hipp.& aromatiz. cum pauco Cinam. M.fiat Hydromel.Quod efficacius omninò reddetur, ſi Spiritum Vitrioli addideris. Doſis circiter unc.iij. horis matutinis, idq; per plures dies.

2. CONDITUM.

Rec. Conſerv.flor.Pœon.& Tiliæ an.unc.i. Conſ. Anthos unc ß. Ungulæ Alcis, & Viſci querc. an. drach.i,Gran. Pœon. nigr.ſcrup.ii. Spec. Diambr. & Diamoſch. dulc. an.drach.ß. Magiſterii Corall. ſcr. ij. Succini præp.ſcr.i, Gran.5. Nuc. moſch.condit.drac.iij. Syr. de ſucco Pœon.q. ſ. Miſce pro Condito, addendo ſuavioris guſtus gratiâ Spiritus Vitrioli G. 24. Doſis, ad caſtaneæ magnitudinem, ſuperbibendo immediatè cochlear unum aq. Lavend.

3. PULVIS ANTEPILEPTICUS.

Rec. Cranii hum. pulv.drach.ij, Succini albi præp. Magiſterii Perlar. & Corall. an. drach. i. Cornu cervi uſti præp. Viſci querc. Rad. Pœon.an.ſcrup.ij,flor.Tiliæ & Lavend.

vend.an.drach.ß. Lap. Bezoar veri Orient. & Unicornu veri an. ſcr.ß. Redigantur omnia in pulv. tenuiſ. Doſis præſervationis gratiâ circiter drach.ß. ex Vino, vel aq. Ceraſor.

4. DECOCTUM ANTEPILEPT.

Rec. Rad. Enulæ, Acori, Ireos an. drach. i, Viſci querc. drach. vi. fol. Rutæ, Beton. Salv. Hyſſ. an. M. i. flor. Stæch. Pœon. Lil. convall. an. P. i. Bacc. Jun. p. unc. i. Gran. Pœon. drach. iij: Sem. Aniſi drach. ij. F. Decoctio in aq. ſimpl. vaſe operculo ſuo benè munito & lutato, ne inter coqu. aliquid evaporet. Poſteà quando vas refrixerit, effringatur, & materia per linteum fortiter exprimatur, & liquor hic optimè percoletur, Cui percolato, & ad lib. i ß. redacto. adde Syr. de ſucco Pœon. & de Beton. an. unc. ii, Spir. Vitrioli ſcr. ii. Miſce. Doſis manè unc. iij.

EXTRACTIO ANIMÆ LUNÆ.

(*Job. Dan. Mylii lib. 2. Baſil. Chym. c. 9.* quæ in curandâ Epilepſiâ virium eſt admirandarum.

Rec. Laminis ☽næ & Sulphur vivum, ſtratifica & cementa ſ. a. Calcem ☽næ edulcora. Huic ſuperfunde acetum deſtill. quod viridiratem ejus extrahat. Acetum rurſus per B. á viriditate abſtrahe, edulcora ut ante, quo calx evadat ſubtiliter. Huic animæ extractio ſeq. ſuperfunde menſtruum: Rec. Urinæ puerorum q. ſ. Hanc ſuperfunde vitriolo puriſſimo & pone ad putrefiendum. Poſteà per B lentè deſtilla, remanentiam tere ſubtiliſſimè & inditam retortæ ex arenâ lentiſſimo igne deſtilla, attamen aperto, ne urina frangat vaſa, & primò obſerva venientes Spiritus, ultimò oleum viride vitrioli, hoc oleum rectificabis & ſuperfundes animæ Lunæ. Et ſic habebis ſpecificum Epilepticum ac Cephalicū, cujus virtutes ſunt inenarrabiles.

Aliud Cephalicum Antepilepticum ex cerebro humano mixto cum eſſentiis Cinnam. Ambræ, Aniſi, Chriophyl. & eſſentiæ Lunæ. Vide apud *Job. Dan. Myl. lib. 2. Baſil. Chym. cap. 12. p. 90.*)

COMPOSITA HERMETICORUM.

1. AQUA ANTEPILEPT.

Rec. Rad Zedoar. Angel. Pœon. an. unc. i ß. Viſci querc. unc. ij. Sem. Pœon. conquaſſ. unc. ß. fol Rutæ Mi. Bacc. Junip. unc. i. Contuſa & pulv. craſſiuſculè, macerentur in Vini Rhenani generoſi lib. vj. Stent-

vj. Stentq; in digeſtione per 8 duū, deinde in B. M. lento igne deſtillentur. Poſtea Rec. Flor. Tiliæ & Pœon. an. M. ij, flor. lil. convall, & Lavēd. an. M. i. Caryophyl. Cinam. an. drach. iij. Cubeb: Cardam: Macis an. drach. i. Caſtor. opr. ſcrup. ij. Theriacæ vet. Androm. unc. i, Cāphor: drach. ſs. Infundantur inciſa & conquaſſata per dies 6. vel 7. in prædictâ aquâ deſtill. denuòq; per Alembicum temperato igne deſtill: Aqua egreſſa diligenter in Vitro probè obturato ad uſum ſervetur. Doſis in ipſo Paroxyſmo, cochlear. 1. vel 2. Pro præſervatione minus dandum.

2. MIXTURA ANTEPILEPT.

(Mixtura Antepileptica ex *Joh. Vincent. Finckii Enchirid. Medico*, à Paracelſo Ferdinando Romano Regi ſecretò communicata, quâ mirabilia in Epilepſiâ dicitur præſtitiſſe.

Primò ex tribus craniis non ſepultis, ſed violēta morte peremtis, inq; aere exiccatis, craſſiuſculèq; contuſis, ex Retorta igne arenæ debitè obſervatis ignis gradibus in Recipiens capax deſtilletur liquor, quem ſuper caput mortuum tertiâ vice deſtillando evoca, tamdemq; per Alemb: rectifica. Hujus Liquoris Rec. unc. vi, Adde Specierū Diamoſchi dulcis unc. ſs. Caſtorei, mellis Anacard: ana drach. iij. & iterum ex cineribus per Retortam deſtilla. Ultimò adde Liquoris Salis Perlarum ſcr. iiij, Spiritus Vitrioli ſcr. i, De hac mixtura exhibe Epileptico cochleare 1. quotidiè jejuno ſtomacho ad dies 9. continuando.)

Rec. Mixturæ Spiritalis, (cujus deſcriptionem ſupra cap. 4. tradidimus) unc. i. ſs. Liquoris cornu cervini drach. vi. Eſſentiæ Cranii hum: unc. ſs. Extr. Pœon. drach. ij. Extr. Junip. drach. i, Syr. de ſucco Pœon: & Syr. de Cinam: ana unc. i, Moſchi, Ambræ an. G. iiij. Miſce perfectè. Doſis, cochlear parvum.

3. PULVIS ANTEPILEPT.

Rec. Magiſterii Cranii hum. drach. i ſs. Magiſterii Cornu cerv. drach. i. Soluti Coral. Salis Perl. an. ſcr. ii. Succini albi præp: drach. ſs. Lap. Bezoar: Orient. ſcr. i. Ambræ opt. ſcr. i. Moſchi ſcr. ſs. Cinnabaris nativi ſcrup. ii. Miſce pro pulvere. Doſis, ſcr. i. ex aqua fl. Tiliæ vel Lil. convall.

4. ANTIDOTUS ANTEPILEPT.

Rec. Extracti Gran. Iunip unc. ſs. Extr: Pœon. & flor. Tili. an. drac. i. Eſſentiæ Succini drach. ii. Eſſentiæ Caſtorei ſcr. ii. Magiſter. Coral. ſcr. ii.

ſcr.ii.Salis Cranii hum:drach.ß.Ol. ſtillat.Salv.ſcr.ß. Ol. flor. Lavend: G.7. Syr. de ſucco Ceraſ. q. ſ. Miſceantur invicem, & redigantur in Electuarii mollis conſiſtentiam. Doſis ſcrup.i.vel drach ß.vel etiam plus,cum pauxillo aq.Pœoniæ.

(*Ex lib.2,Baſil.Chym:Joh.Dan. Mylii cap.11 p.85.* Magiſter. Lunæ compoſitum.

Rec. Spiritus Vitrioli lib.ii.Huic adde Ol. ſtillat. Macis drach. ii, Ol.Majoranæ drac.i ß. Ol.Succini albi drac.iij. Ambræ,Moſchi,Zibethi ana drac. i. Mixtis unâ & digeſtis in arena adhuc ſemel rectifica. Hunc Spiritum correctum ſuperfunde Sali ex Matre Perlarum confecto, & rubicundisſimum extrahet colorem. Hanc eſſentiam circula cum eſſentiâ Lunæ & eſſentia Viſci quercini, eſſentiá Cranii humani, eſſentia Theriacis. Et perfectum theſaurum tenebis in curanda tùm Epilepſiá tum Apoplexia.)

(Aliud ex *Joh.Dan.Mylio lib.2. Baſil. Chym. p.86.* qui prolixiùs & exactius omnia tradit.

Deſtilletur Liquor inſtar lactis turbidus ex Craniis in fruſtula cõminutis,per Retortam, qui liquor ex ſingulis craniis ad 4. aut 5. unc. extillare ſolet, cui rubrum oleum inſtar ſanguinis ſupernatabit ad drach. vi. vel unc. ß. Quia autem ſpirant iſta gravem odorem, rectificanda ter aut quater ſuper Colcothar Vitrioli Ungar. Huic liquori permiſce & adde Sal ex fecibus nigris Craniorum in Retorta relictis cum aq Pœoniæ extractum, & habebis Magiſterium. Hujus Magiſterii Rec partem 1. Eſſentiæ Lunæ cum Spir. Vitrioli philoſophicè parati partes 3. Eſſentiæ Perlarum & Coral:ana drach.i.Diamoſchi & Diambræ ana drac.ß. Extracti liquidioris Pœoniæ drach.ii,ß. Extracti liquidioris Cornu Cervini drac.i.ß. Miſce, ac circulentur in Pellicano in B. M. ad tres aut quatuor dies. Et ſic habebis precioſum theſaurum ad curandam Epilepſiam, Apoplexiam & alios morbos cerebri.

Aliud Elixir Antepilepticum.

Rec. Extracti ſive Eſſentiæ Cinnabaris nativi unc. i. Eſſentiæ Lunæ,Eſſentiæ ſeu Salis Perlar.& Corall.ana ſcr. i. Eſſentiæ Cranii humani drac.ii. Circulentur invicem in Pellicano.)

5. *ELIXIR ANTEPILEPTICUM CRATONIS.*

Rec. Cinerem Cornicis ex nido extractæ,vel pulverem combuſtæ unius. Turturem unum item uſtum: Cranium hom.combuſti & in pollinem detriti unc. i. Granorum Tiliæ magnorum, juſto tempore

pore

pore in Autumno lectorum unc. ij Stercoris Leonini ſemiſſem, aut q. ſ. Iſta ſeorſim per ſe in ſingularibus Cucurbitis perfundantur S. V. ad exceſſum 3. digitorum. Stent vaſis clauſis in digeſtione per triduum, aut ſi una infuſio non ſufficiat, fiant plures more Tincturarum. Extractiones omnes collectæ tamdẽ confundantur, & unà maneant per diem unum. Feces exſiccentur, & in reverberio denuò calcinentur, ut ſi quid Salis in penitiotibus reſtet, id quoq; extrahatur, & extractis apponatur. Poſteà adde tantùm vini Malvat. quanta eſt aqua Vitæ extractionum, & Sach. candi unc. iij vel 4. Miſce & repone in vaſe vitreo optimè munito. In Paroxyſmo Epileptico exhibetur imponendo linguæ, & foris illinẽdo, aut quovis modo in os, nares, aures, ſuturam coronalem imponẽdo. Deindè cum excitatus fuerit æger: præbeatur dimidium cochlear, aut drach. ij circiter manè & veſperi. Pueris inſtillentur G. 4. vel 5. cum aq. flor. Tiliæ. De hoc medicamento autor proteſtatus eſt, uſum ejus numquàm fuiſſe infructuoſum. Ex deſcriptione A. *Libavij* in Tom. I. Syntagm. Arcan. cap. ult.

6. ALIUD SPECIFIcum Antepilepticum.

Tamdem Coronidis loco adhùc ſubjungam aliud ſingulare ſpecificum medicamentum contrà Epilepſiam, quod à *Conrado Kunrad, part. 2. Medul. ſua Deſtill. Tract.* 25. deſcribitur, ſimulq; ab eodẽ adfirmatur, Principem primarium quemdam Romani Imperii longo tempore illud in maximo habuiſſe ſecreto, eoq; quamplurimos ab hoc graviſſ. morbo perfectiſſimè ac feliciſſimè liberaſſe. Deſcriptio illius medicamenti talis eſt.

Rec. Unam atq; alteram libram de ſanguine Oniſci ſeu Accipenſeris, quem exſicca, ſiccatumquè tamdem debito modo in cinerem redige, ex quo, aquâ pluv. deſtill. Sal extrahatur. Qui Sal ſemel atq; iterum aq. ſtillat. Pœon. vel lil. convall. ſolvatur, ſolutus coaguletur, coagulatusq; denuò ſolvatur, donec albiſſ. & puriſſimus evadat. Quo facto accipe novum ſanguinem, à quo phlegma ſeu aquoſitas ſeparata fuerit, huic ſanguini patinâ ſtanneâ excepto, affunde S. V. ſeu alium appropriatum liquorem, ut ſaltem perhumectetur. Poſteà furno piſtoris adhuc calenti poſt extractos panes, immitte eâ tamen cautione adhibitâ, ne forſan comburatur. Exſiccatum tamdem hunc ſanguinem, unà cùm prædicto ſuo Sale ſeorſim aſſerva. Et quando fortè Epilepticus tibi curandus obvenit, ſuſcitare

Digitized by Google

priùs ex eo, quot annos hoc morbo laboraverit, Si reſpondet, ſe V. g. triennium vel quadriennium, hoc malo graviter conflictatum eſſe, tunc quoq; tot drachmas dicti Salis, & tot ſicilicos exſiccati ſanguinis, quot annos æger nominavit, juſto pondere accipe, & hæc duo invicem pro una doſi permiſce, tandemque Epileptico per totidem dies continuos, per quot annos hic morbus ipſum exercuit, vel circà novilunium aut plenilunium, prout hoc vel illo tempore, majorem paſſionis iſtius exacerbationem fieri, anteà perſenſerit, manè jejuno ſtomacho, cum aq. lil. convall. uſurpanda exhibe, imperando ſimul jejunium, ad 2. circiter horas. Et ità perfectè ægrum ſanari videbis. Notandum tamen, in tanta remediorum varietate, non omnia promiſcuè ab omnibus in uſum trahenda, ſed delectum hac in re à ſolerti & experto Medico inſtituendum eſſe, qui unum quodlibet remedium, ſecundùm artis præſcriptùm, huic vel illi, pro diverſitate temperamenti, ætatis, ſexus, regionis, loci &c. aptiſſimè applicabit, ſicque tamdem ſanabit.

CAPUT XII.

Nùm Sanguinis Humani potus conferat ad Epilepſiæ curationem.

ABſolutis hactenus, ſex illis Scopis, ad exactam Morbi caduci Prophylaxin ſpectantibus, nunc priusquàm ulteriùs progrediamur, paucis eventilanda erit hæc Quæſtio; *An ſcil. Sanguis humanus intrò aſſumptus, à morbo Caduco, hominem ſanare ac liberare valeat nec ne?*

Quibus *Affirmativa* placet, hiſce potiſſimum Rationibus, ſententiam ſuam tutantur. *Affirmativa.*

1. *Quod Epilepticorum ſanguinem pravum ac corruptum alterare, emendareq;, nec non eorumdem Spiritus vitales & animales, morbi hujus violentiâ vel acciſos, vel ferè oppreſſos ac profligatos, iterùm ſuſcitare, vegetare ac inſtaurare poteſt, illud ab ejuſmodi ægrotorum curâ minimè videtur excludendum.* *1. Ratio.*

At ſanguis hominis præſertim decollati, calidè epôtus id præſtat, Ergò &c.

Aſſumpti confirmatio. 1. Quod ad ſanguinis alterationem & correctionem. Non dubitandum, hauſtu ſanguinis alterius hominis, præſertim optimè valentis, & violenta

lenta morte interempti, ſanguinem Epilepticorum morbidum, non parùm emendari, inq; meliorem ſtatum transferri. Cum enim ille aſſumptus, tàm operoſa, quam alia devorata requirunt, in ventriculo & Epate, minimè indigeat elaboratione ac coctione, ſed promptiſſimè, ob homogeneitatem (ut ità loquamur) rapiatur & attrahatur in venas, ſanguine minùs laudabili turgidas: idcircò eum ſic attractum, alterius ſanguinis impuritates, ac morbificas tincturas, nobilitate ſuæ ſubſtantiæ alterare & temperare poſſe, credibile omninò videtur. Quod idem quoq; de Spirituum inſtauratione ſeu ſuſcitatione, veritatem habet, cum enim ejuſmodi ſanguis, è decollati trunco recens exceptus, plurimorum Spirituum cùm Vitalium tùm Animalium copia turgeſcat, idcircò ſi calidus ità bibatur, illius Spiritus, ob levitatem celeriter adſcendentes, cerebrumq; versùs tendentes, ſeſe mox cum ſpiritibus corporis noſtri conjuncturos, ſicq; eos anteà languentes vel exſolutos, facilè excitaturos inſtauraturoſq;, veriſimile omninò erit.

2\. Ratio. *2. Si cæterorum quorumdam animalium ſanguini intrò aſſumpto, vis quædam peculiaris à naturâ indita ſit, morbum Comitialem abigendi ac profligandi, utiq; ſanguinem humanum, utpotè longè nobiliorem, multò magis tali inſtructum eſſe facultate, arbitrandum.*

At verum prius. Ergò & poſterius.

Minor confirmatur; *Sanguis* enim *Aquilæ*, ut tradit *Aldrovandus, Ornithol. parte 1. lib. 1.* per decem dies potus, cum Oxymelite, ſanat Epilepticos: Sic *Sanguis Cervi*, in fine Epilepticarum acceſſionum, cum ovo ipſius datus, liberat ab Epilepſia, ut *idem Autor, Tom. 1. lib. 12. c. 13.* ex Plateario refert. Quā eamdem quoq; facultatem habet *Sanguis Agninus*, de quo *Paulus, Avicenna, Galenus*, & alii ſcribunt, eum curare Epilepſiam. Item *Sanguis Teſtudinis*, de quo *P. Bayrus lib. 2. Pract. cap. 16.* Sanguis teſtudinis nemoroſæ bibitus, ſanat Comitiales. Et *Plinius.* Sanguis Teſtudinum ad Comitiales datur, & *Weckerus in Antidot. ſpec. lib. 1. ſect. 24.* Teſtudinis terreſtris ſanguinem epotum tradunt prodeſſe Comitialibus. Ita *Antonius Fumanellus de Muſtelæ ſanguine* ſcribit, quod is à tota proprietate morbo Comitiali conferat. Quod idem teſtatur *Plinius lib. 30. cap. 4. & Dioſc. lib. 2. cap. 27.* Et *Horatius Augenius, Tomo 2. Conſ. & Epiſt. medic. lib. 8.* ſcribit: Sanguinis Muſtelæ præſtantiſſimus cenſetur pro ſananda Epilepſia. Imò hoc certiſſimè dicere poſſum, me vidiſſe ſanatum Epile-

Oooooo 2 pticum,

Digitized by Google

pticum, ſuprà 25. annum, ſolo hujus ſanguinis uſu potati ſcilicet ſtatim atq; è Venis exiit ad unc. ii cum unc. i. Aceti.

3. *Si Sanguis Epileptici pravus ac morbidus, labiis tantum forinſecùs applicatus, Epilepticum paroxyſmum depellere, ægrumq; ab eo excitare poteſt, multò magis veriſimile videtur, ſanguinem laudabilem, purum ac integrum alterius hominis perfectè ſani, nec ullo morborum genere affecti, intrò exhibitum, talem felicem producturum effectum.*

At verum prius: Ergò & poſterius.

Confirm. Orpheus enim & Archelaus, ut refert *Hollerius libro 1. cap. 15. de med. morb.* morbo Comitiali lapſos confeſtim liberari à convulſione teſtati ſunt, ſi in paroxyſmo, labia eorum humano ſanguine irrigata fuerint. Et *Didymus Medicus*, extracto ſanguine è pedis pollice, labra Epileptici inungebat, quo confeſtim excitabatur. *Theodorus* quoquè apud Alexandr. à magnis pedum digitis lancinatu ſanguinem extrahebat, labra & frontem ipſius Epileptici inungebat, & ita eum excitabat.

Negativa *Ex adverſo*, Sanguinis humani poti uſum damnantes ac improbantes in hunc modum argumentantur.

1. Ratio. 1. *A quo plus damni ac periculi, quàm commodi ac juvamenti exſpectandum, illud pro curâ, Epilepticæ paſſioni adhiberi minimè convenit.*

At ab ebibito ſanguine humano plus periculi, quàm commodi exſpectandum. Ergò &c.

Minor probatur: Quia cum ſanguinis, præſertim verò humani ea natura ſit, ut extra vaſa venoſi ſui generis effuſus, propter innumeram, quâ præditus eſt, fibrarum multitudinem, facilimè concreſcat, & putredinis virus reſipiat, idcircò maximoperè verendum, ne ita epotus, calore Ventriculi aliorumq; Viſcerum, in ſimilem concretionem citiſſimè abeat, atq; ita lipothymiam, tormina Ventris, difficultatem anhelitus vel tandem ſuffocationem ipſam inferat, quod quidem periculum ex hauſtu Taurini cruoris, Midas Rex Phrygiæ, dives illud auri mancipium, de quo *Plutarchus lib. de ſuperſtit. & Athenæus lib. 3. Dipnoſ.* Item, Pſammetichus Rex Ægyptiorum, de quo *Herodotus lib. 3.* Æſon pater Jaſonis, *de quo Diodorus lib. 4. ca. 3. & Natalis Comes lib. 6. Mythol. ca. 7.* Et Themiſtocles, de quo *Plutarchus in ipſius Vitâ, Æmilius Probus, & Cicero de claris Orator.* malo ſuo fato experti fuêre. Si igitur ſanguis Taurinus, ut ſcribit *Cœlius lib. 14. cap. 12.* idcircò peſtifer potu exſiſtat, quod celerrimè coeat, atq; concreſcat, & proindè præfocatio-

tionem cum ſpaſmo prævalido inducat, quid obſtat, quo minùs idem quoque de ſanguinis humani hauſtu ſit aſſerendum?

2. Ratio. 2. *Quod potiùs morbum Comitialem excitare, vel excitatum anteà magis exacerbare, quam eumdem ſanare ac profligare poteſt, illud ceu ſummè pernicioſum tùm Medico, tùm agro fugiendum.*

At Sanguis humanus ebibitus hoc facere poteſt. Ergò &c.

Aſſumpti probatio: Quia ut antecedenti argumento demonſtratum fuit, ſanguis ejuſmodi hauſtus, poſteaq; in Ventriculo concrêtus ac putrefactus, multos de ſe ſuſcitat halitus viroſos ſeu malignos, qui ſurſum ruentes in Cerebrum, ejusq; ventriculos ac meatus, nec non alias partes ſenſiles infeſtantes, facilimè Epilepticos hôſce motus inducere valent. Nec ſanè novum aut mirũ alicui videri debet, ſanguinem grumoſum hæc & alia inferre accidentia; ſiquidem cum ille venenoſam planè ac deleteriam naturæq; noſtræ ſummè inimicam induerit qualitatem, idcircò non niſi extremam quoq; corpori minitari poteſt perniciem, id quod videmus, ſi ex percuſſione Capitis, ſanguis intrà cranium & cerebri panniculos ſubſtiterit, tunc grumeſcens, Epilepſiam vel Phrenitidem: ſi in pectoris cavitate, aut pulmonis arteriis, tabem: in Ventriculo, cardialgiam & lipothymiam: in Utero hyſtericam ſuffocationem: in Veſicâ verò urinæ obſtructionem & dyſuriam cõcitat. Proindè *Gal. in lib. de bono & malo ſcult. ſucc:* Atq; hoc etiam admirabilius (inquit) quod concreto ingrumos ſanguine, ſive in ventrem is influat ſive in inteſtinum, ægri exſolvantur, & algeſcant cum malo & parvo pulſu.

3. *Quod nullâ ſpecificâ proprietate præditum eſt, vel Cerebrum corroborandi, idq; ab excrementitiis ſuperfluitatibus liberandi, vel malignitatem morbi Caduci reprimendi, illud ceu inutile, à cura ejuſdem planè eliminandum.*

At Sanguis humanus, nullam habet talem ſpecificam proprietatem. Ergò &c.

Quis enim Medicorum ac Philoſophorum, ſanguini humano, talem, qualem hîc innuimus, adſcripſit facultatem unquam? Et ſi forſan quiſpiam adſcripſerit, quibus quæsò rationibus eam comprobatum ibit? Si confugis ad Experientiam, quaſi hâc compertum fuerit, nonnullos epoto ſanguine humano ab Epilepſia fuiſſe liberatos, quemadmodum *Celſus* ſcribit de quodam, qui jugulati gladiatoris calido epoto ſanguine, liber à Comitiali morbo evaſit; Ego tibi re-

Digitized by Google

pono, *Experientiam eſſe 2plem*: Unam confuſam, imperfectam & particularem, quæ impropriè ità vocatur: alteram perfectam, diſtinctam ac definitam, quæ propriè ſic appellatur. Prior eſt fallax, ſubrica ac σφαλερὴ, imò σφαλερωτάτη, nec ullam meretur fidem. Poſterior conſtans eſt, certa & numquàm fallit. Ad hanc autem tria requiruntur. 1. ut medicamentum in certo morbo, iiſdem ferè circumſtantiis præſentibus, ſæpiùs cum ſucceſſu uſurpatum ſit. 2. ut ne per accidens, juvamentum conſecutum eſt, & nil aliud exhibitum fuerit, cui ſanatio meritò attribui potuerit aut debuerit. 3. ut non repugnet naturæ, talem effectum à tali re produci. Pugnat autem cum omni naturâ & veritate, ab hauſtu cruoris humani, morbum caducũ tolli ac profligari.

4. *Hiſce demum adde*, quod ſi à DEO ipſo, *Geneſ: cap. 9. verſ. 4. Levit: cap 3. verſ. 17. It. cap. 7. verſ. 26. Et cap. 17. verſ. 10. Et cap. 19. verſ. 26. Deuteron: cap. 12. verſ. 16: & cap. 23. verſ. 15. It: cap. 23. verſ. 1. Vt & Samuel: cap. 14. verſ. 32.* guſtatio ſeu comeſtio ſanguinis, animalis tantùm bruti, & ejus quidem adhuc viventis & animati (ut Rabini interpretantur hunc locum) populo Iſraelitico ſeveriſſimè prohibita fuerit; quantò magis ab eodem, potationem humani ſanguinis, & quidem calidi, Spiritibusq; vitalibus pleni, nobis, Chriſti nomen profeſsis, nunc interdictam, putandum erit, idq; non ſolùm ob eam cauſam, quod ſua cujuſq; animalium anima in ſanguine demerſa ſit, ac Vita ſanguine ſubſiſtar, illoque foveatur; ut Ellychnii flamma affuſo oleo: verùm etiam ob crudelem quamdam & ferinam naturã, quam ſanguis alterius animalis guſtatus inducit, id quod hiſtoria Fauſtinæ, M. Anton: Philoſ: Imp: uxoris, teſte *Julio Capitulino in ejus vitâ*, comprobat; hæc enim cum ſanguinem gladiatoris Illius, quem efflictim deperibat, calidè exceptũ ebibiſſet, ſtatimque cum marito concubuiſſet, gravida facta peperit Antonium Commodum, hominẽ crudeliſſimum ac ferociſſimum, qui pugnis gladiatoriis, ac cruentis cædibus, Rempubl: Romanam ferè attrivit. Ità etiam *humano bibito ſanguine*, latrones & carnifices fieri audaciores, & inſtar belluæ, exſutâ omni humanitate, hominem adoriri, in ejusq; corpus ac viſcera ſævire, à plurimis non vanè creditur. Confirmat id hiſtoria paſtoris cujusdam à *Langio* deſcripta *lib. 1. Epiſt. 71.* hiſce verbis: Paſtor quidam ſicarius & homicida, duos habebat filios, quos ſibi in ſui facinoris & latrocinii ſubſidium adſcivit:

at

at cum pater juniorem, ad tam ſæva obeunda facinora puſillanimè agnoviſſet, occiſo in ſylvâ Otthonis tabellario, quod à recto itinere de via verat, pater panem ſanguine occiſi medidum, filio eſurienti edendum præbuerat: quò deguſtato, tamquam Dæmonis œſtro percitus, ſeſe ad quævis perpetranda flagitia longè audaciorem factum, dum de eo & patre ſumeretur ſupplicium, & frater etiam unà meritas penderet pœnas, ingenuè confeſſus eſt. (Ita in deſcript: Floridæ inſulæ, editione à Theodoro de Bry Icone ſeu Tabulâ 20. ſcribitur: Incolæ illius Inſulæ correpti morbis, venâ frontis ſectâ ſibi medentur. Fœminæ igitur gravidæ, vel parvulos lactantes hunc ſanguinẽ, præſertim robuſti alicujus adoleſcentis potatum veniunt, ut earum lac præſtantius reddatur, & pueri eo educati audaciores & ſtrenuiores evadant. *Porphyrius in vitâ Plotini* ſcribit de Gnoſtis, qui die Paraſceves veſperè ad ſua nefanda ſacra congregati, extinctis candelis cum mulieribus ac puellis promiſcuè non habito diſcrimine, ſororne an filia ſit, coëunt. Ex ſacrilegis his congreſſibus enatos parvulos à mammis maternis crudeliter avellunt, omnibusq; venis pertuſis cruorem pelvibus excipiunt, & corporibus ſemimortuis combuſtis cinerem ſanguini miſcent, mixtaq; poculis indunt, & ſic ebibunt, undè ipſis ad quodvis perpetrandi facinus, audacia creſcit.) Olim etiam *Judei*, ſanguinem Chriſtianorum occiſis multis pueris, bibebant, ut in eos evaderent truculentiores. Conſimili ratione et canes guſtato *menſtruo mulieris ſanguine*, planè in rabiem agi, itemque lupos, guſtato hominum cruore, in eos magis ſævire, Phyſicorum ac Medicorum conſtat teſtimonio locupleti. Id quod non ignorantes quoq; nonnulli lanii, dum canes, naturâ alioquin mites, mordaces reddere volunt, iis, cum ſpontè minùs efferari animadvertunt, calidum beſtiarũ cruorem propinant, ex quo poſteà talem naturam beluinam induunt, qualis rapacibus lupis ineſſe dicitur, adeò ut non niſi ex illis geniti eſſe videantur.

SENTENTIA NOSTRA.

Tandem ut noſtram hâc de controverſiâ aperiamus ſententiam, primò in genere de ſanguine cùm hominis, tùm beſtiarum notandum, nimirum latitare in eo inſignem vim ad corpora moreſque mutandos. Et quanquàm omnis ſanguis id faciat, præcipuè tamen Arterioſus, utpotè calidior, ſpirituoſior & ſubtilior plurimum præſtat. Is enim ſanguis potiſſimum

adhùc

Digitized by Google

adhùc calẽs, potus, miras in homine mutationes inducit, ut vel generatim ſaltem beſtiarum feritatẽ exprimat, vel etiam ſpeciatim, alicujus beſtiæ mores imitetur. Nam cum ſanguis, naturam animalis ſui habeat, & omnis animalis actiones, ſpirituum potiſſimùm, & caloris nativi beneficio perficiantur, illo fieri mutationem credibile eſt. Omne enim alteratum, naturam alterantis ſui ſequitur ni interrumpatur actio, aut accidentarium quid eveniat. Id quod patet ex hiſtoria illius puellæ Uratislavienſis, cujus *M. Weinrichius in lib. de mõſt: cap. 15.* meminit hiſce verbis: Dignum commemoratione, quod in Breslâ noſtrâ accidit. Puella quædam mollior, non multorum annorum cũ publice ſpectâret à carnifice, latronem Capite truncari, territa ſpectaculi fœditate, in Epilepſiam incidit. Multa pro remedio tentata, ſed fruſtrá omnia. Ex vulgo quiſpiam ſuaſit, Felium ſanguinem porrigi utile eſſe, quo ebibito, malum non difficulter ceſſaturum. Offertur, accipit miſera, infelici admodũ eventu: paulò poſt enim felis naturam induit ex intervallo, & quod id animal in ædibus ſolet, id illa imitatur voce ſaltu, geſtu, veſtigiis, cum mures in ſilentio venatur, in anguſtiſſimis etiam, quibuſcumq; poteſt foraminibus, idq; ita diù, dum paroxyſmi vehementia remiſerit. Aliam quoque *idem Autor* ibidem recenſet hiſtoriam de quodam, qui Suillo ſanguine paſtus, luto ad faſtidiùm uſque delectatus fuit. Non immeritò itaq; *Ariſtot: lib. 2. de part: Anim. cap. 3. & 4.* ſcriptum reliquit: Cum ſanguine communicari aliquid ejus naturæ, cujus propriè eſt Sanguis. Verùm inferat hîc quis: ſi ita res eſt, & à ſanguine guſtato ſeu poto, mutatio fit in diſpoſitionem ſimilem ei, cujus fuit ſanguis, cur non lupi haurientes cruorem ovium, induunt ovinam naturam, nec muſtelæ ſeu martes ſanguinẽ gallinarum exſurgentes, deponunt ſuam ferociam, & mites evadunt.? Reſpond: cum doctiſſimo *Libavio*: Ideò in his animalibus nullam fieri ad ſimile mutationem, quia ipſorum natura eſt ἐνεργητικωτέρα, mutatq; violentiùs cibum, quam mutetur: Deindè etſi ad aliquam lenitatem à cibo ſpirituoſo ſanguineoque incitentur, quia tamen ferina conſortia, locaque non mutant, ſed revertuntur protinùs ad immanitatem priorem, ex conſueto ſeu habitu à teneris, & naturæ inſtinctu ingenerato, motus hic fortior, alterum elîdit. Deindè ad ſpecialem magis Quæſtionis hujus explicationem accedentes, *pronũciamus ac ſtatuimus,* Sanguinis humani

Digitized by Google

mani calentis potum, Comitiali morbo correptis,porrectum, non ſolùm inhumani ac truculẽti quid in ſe habêre, verùm etiam ob metum coagulationis & corruptionis in Ventriculo, cum ingenti periculo Vitæ aſſumentis conjunctum eſſe. Quapropter ab ejuſmodi cruento potu, ut quiſq; , cui propria Salus curæ cordiq; eſt, diligenter ſibi caveat, nec vanis vanorum ac ſuperſtitioſorum hominum perſuaſionibus, temerè ſibi imponi patiatur, publicè nunc omnes monitos volo. Quòd tamen minimè accipiendum de Q. Eſſentiâ, Tinctura, Extractionibus, Oleo ac Magiſterio Sanguinis humani, quemadmodum iſta omnia, non quidem à ſpuriis ſcholæ Paracelſicæ diſcipulis, ſed à genuinis ac induſtriis Hermeticæ diſciplinæ ſectatoribus, elaborantur ac præparantur. Illa enim, cùm ob ſummam, quâ prædita ſunt, partium tenuitatem, citiſſimè penetrent, & per Spagyricam Anatomiam, Balſamo Vitæ, Spiritibusq; corporis noſtri, valdè analoga facta fuerint, idcircò minimè quoq; dubitandum, eorum dextram adminiſtrationem ſeu uſurpationem Epilepticis, ſæpènumerò plurimum auxilij adferre in iisq; ſeminarium hujus morbi radicitùs tandem exſtirpare poſſe.

CAPUT XIII.

De Amuletis, ſeu externis quibusdam Remediis, quæ collo appendatur.

Cum ab omnibus ferè Practicis, methodum curandi Caduci tradentibus, inter alia remediorum genera, Amuletorum quoque ſeu Periaptorum, fiat mentio, idcircò & nos operæ pretium duximus, peculiare Caput, illorum tractationi deſtinâre. Sunt autem & dicuntur propriè Amuleta, talia medicamenta, quæ collo geſtata vel appenſa, occultâ, incognitâ, atque inexplicabili quâdam virtute ſeu qualitate morbos depellunt. Hæc autem an pro curâ morbi caduci uſurpanda ſint nec nè plurimi ambigunt. Nàm primò, ſi Veteres ſpectes Græcos, ejuſmodi pharmaca potiùs parvifacienda & negligenda, quàm magni æſtimanda judicabis, ob id nimirùm, quod rarò admodùm iis legantur uſi, nec hiſcè ſolis unquàm, morbum aliquem, ſivè fuerit Epilepſia, ſivè alius quiſpiam, pellere tentaverint. Et quamvis eorum aliquandò mentionem fecerint in ſuis ſcriptis, parcè tamen ac ſobriè, nec etiam priùs illa uſurparunt, quàm ratione inventis ſe nihil proficere po-

vend. an. drach. ß. Lap. Bezoar veri Orient. & Unicornu veri an. ſcr. ß. Redigantur omnia in pulv. tenuiſ. Doſis præſervationis gratiâ circiter drach. ß. ex Vino, vel aq. Ceraſor.

4. DECOCTUM ANTEPILEPT.

Rec. Rad. Enulæ, Acori, Ireos an. drach. i, Viſci querc. drach. vi. fol. Rutæ, Beton. Salv. Hyſſ. an. M. i. flor. Stæch. Pœon. Lil. convall. an. P. i. Bacc. Jun, p. unc. i. Gran. Pœon. drach. iij; Sem. Aniſi drach. ij. F. Decoctio in aq. ſimpl. vaſe operculo ſuo benè munito & lutato, ne inter coqu. aliquid evaporet. Poſteà quando vas refrixerit, effringatur, & materia per linteum fortiter exprimatur, & liquor hic optimè percoletur, Cui percolato, & ad lib. i ß. redacto. adde Syr. de ſucco Pœon. & de Beton. an. unc. ii, Spir. Vitrioli ſcr. ii. Miſce. Doſis manè unc. iij.

EXTRACTIO ANIMÆ LUNÆ.

(*Job. Dan. Mylij lib. 2. Baſil. Chym. c. 9.* quæ in curandâ Epilepſiâ virium eſt admirandarum.

Rec. Laminis ☽næ & Sulphur vivum, ſtratifica & cementa ſ. a. Calcem ☽næ edulcora. Huic ſuperfunde acetum deſtill. quod viriditatem ejus extrahat. Acetum rurſus per B. á viriditate abſtrahe, edulcora ut ante, quo calx evadat ſubtiliter. Huic animæ extractio ſeq. ſuperfunde menſtruum: Rec. Urinæ puerorum q. ſ. Hanc ſuperfunde vitriolo puriſſimo & pone ad putrefiendum. Poſteà per B lentè deſtilla, remanentiam tere ſubtiliſſimè & inditam retortæ ex arenâ lentisſimo igne deſtilla, attamen aperto, ne urina frangat vaſa, & primò obſerva venientes Spiritus, ultimò oleum viride vitrioli, hoc oleum rectificabis & ſuperfundes animæ Lunæ. Et ſic habebis ſpecificum Epilepticum ac Cephalicū, cujus virtutes ſunt inenarrabiles.

Aliud Cephalicum Antepilepticum ex cerebro humano mixto cum eſſentiis Cinnam. Ambræ, Aniſi, Chriophyl. & eſſentiæ Lunæ. Vide apud *Job. Dan. Myl. lib. 2. Baſil. Chym. cap. 12. p. 90.*)

COMPOSITA HERMETICORUM.

1. AQUA ANTEPILEPT.

Rec. Rad Zedoar. Angel. Pœon. an. unc. i ß. Viſci querc. unc. ij. Sem. Pœon. conquaſſ. unc. ß. fol Rutæ Mi. Bacc. Junip. unc. i. Contuſa & pulv. craſſiuſculè, macerentur in Vini Rhenani generoſi lib. vj. Stent-

vj. Stentq; in digeſtione per 8duū, deinde in B. M. lento igne deſtillentur. Poſtea Rec. Flor. Tiliæ & Pœon. an. M. ij, flor. lil. convall, & Lavēd. an. M. i. Caryophyl. Cinam. an. drach. iij. Cubeb: Cardam: Macis an. drach i. Caſtor. opt. ſcrup. ij. Theriacæ vet. Androm. unc. i, Cāphor: drach. ß. Infundantur inciſa & conquaſſata per dies 6. vel 7. in prædictâ aquâ deſtill. denuòq; per Alembicum temperato igne deſtill: Aqua egreſſa diligenter in Vitro probè obturato ad uſum ſervetur. Doſis in ipſo Paroxyſmo, cochlear. 1. vel 2. Pro præſervatione minus dandum.

2. MIXTURA ANTEPILEPT.

(Mixtura Antepileptica ex *Joh. Vincent. Finckii Enchirid. Medico*, à Paracelſo Ferdinando Romano Regi ſecretò communicata, quâ mirabilia in Epilepſiâ dicitur præſtitiſſe.

Primò ex tribus craniis non ſepultis, ſed violēta morte peremtis, inq; aere exiccatis, craſſiuſculèq; contuſis, ex Retorta igne arenæ debitè obſervatis ignis gradibus in Recipiens capax deſtilletur liquor, quem ſuper caput mortuum tertiâ vice deſtillando evoca, tandemq; per Alemb: rectifica. Hujus Liquoris Rec. unc. vi, Adde Specierū Diamoſchi dulcis unc. ß. Caſtorei, mellis Anacard: ana drach. iij. & iterum ex cineribus per Retortam deſtilla. Ultimò adde Liquoris Salis Perlarum ſcr. iiij. Spiritus Vitrioli ſcr. i, De hac mixtura exhibe Epileptico cochleare 1. quotidiè jejuno ſtomacho ad dies 9. continuando.)

Rec. Mixturæ Spiritalis, (cujus deſcriptionem ſupra cap. 4. tradidimus) unc. i. ß. Liquoris cornu cervini drach. vi. Eſſentiæ Cranii hum: unc. ß. Extr. Pœon. drach. ij. Extr. Junip. drach. i, Syr. de ſucco Pœon: & Syr. de Cinam: ana unc. i, Moſchi, Ambræ an. G. iiij. Miſce perfectè. Doſis, cochlear parvum.

3. PULVIS ANTEPILEPT.

Rec. Magiſterii Cranii hum. drach. i ß. Magiſterii Cornu cerv. drach. i. Soluti Coral. Salis Perl. an. ſcr. ii. Succini albi præp: drach. ß. Lap. Bezoar: Orient. ſcr. i. Ambræ opt. ſcr. i; Moſchi ſcr. ß. Cinnabaris nativi ſcrup. ii. Miſce pro pulvere. Doſis, ſcr. i. ex aqua fl. Tiliæ vel Lil. convall.

4. ANTIDOTUS ANTEPILEPT.

Rec. Extracti Gran. Iunip unc. ß. Extr: Pœon. & flor. Tili. an. drac. i. Eſſentiæ Succini drach. ii. Eſſentiæ Caſtorei ſcr. ii. Magiſter. Coral. ſcr. ii.

ſcr.ii.Salis Cranii hum:drach.ß.Ol. ſtillat.Salv.ſcr.ß. Ol. flor. Lavend: G.7. Syr. de ſucco Ceraſ. q. ſ. Miſceantur invicem, & redigantur in Electuarii mollis conſiſtentiam. Doſis ſcrup.i.vel drach ß.vel etiam plus,cum pauxillo aq.Pœoniæ.

(*Ex lib.2,Baſil.Chym:Joh.Dan. Mylii cap.11 p.85.* Magiſter. Lunæ compoſitum.

Rec. Spiritus Vitrioli lib.ii.Huic adde Ol. ſtillat. Macis drach. ii, Ol.Majoranæ drac.i ß. Ol.Succini albi drac.iij.Ambræ,Moſchi,Zibethi ana drac. i. Mixtis unâ & digeſtis in arena adhuc ſemel rectifica. Hunc Spiritum correctum ſuperfunde Sali ex Matre Perlarum confecto, & rubicundisſimum extrahet colorem. Hanc eſſentiam circula cum eſſentiâ Lunæ & eſſentia Viſci quercini, eſſentiá Cranii humani, eſſentia Theriacis. Et perfectum theſaurum tenebis in curanda tùm Epilepſiá tum Apoplexia.)

(Aliud ex *Joh.Dan.Mylio lib.2. Baſil. Chym.p.86.* qui prolixiùs & exactius omnia tradit.

Deſtilletur Liquor inſtar lactis turbidus ex Craniis in fruſtula cõminutis,per Retortam, qui liquor ex ſingulis craniis ad 4.aut 5.unc. extillare ſolet, cui rubrum oleum inſtar ſanguinis ſupernatabit ad drach. vi, vel unc.ß. Quia autem ſpirant iſta gravem odorem, rectificanda ter aut quater ſuper Colcothar Vitrioli Ungar.Huic liquori permiſce & adde Sal ex fecibus nigris Craniorum in Retorta relictis cum aq Pœoniæ extractum, & habebis Magiſterium. Hujus Magiſterii Rec partem 1. Eſſentiæ Lunæ cum Spir. Vitrioli philoſophicè parati partes 3. Eſſentiæ Perlarum & Coral:ana drach.i.Diamoſchi & Diambræ ana drac.ß. Extracti liquidioris Pœoniæ drach.ii,ß. Extracti liquidioris Cornu Cervini drac.i.ß. Miſce, ac circuleutur in Pellicano in B. M. ad tres aut quatuor dies. Et ſic habebis precioſum theſaurum ad curandam Epilepſiam, Apoplexiam & alios morbos cerebri.

Aliud Elixir Antepilepticum.

Rec. Extracti ſive Eſſentiæ Cinnabaris nativi unc. i. Eſſentiæ Lunæ,Eſſentiæ ſeu Salis Perlar.& Corall.ana ſcr. i. Eſſentiæ Cranii humani drac.ii. Circulentur invicem in Pellicano.)

5. *ELIXIR ANTEPILEPTICUM CRATONIS.*

Rec. Cinerem Cornicis ex nido extractæ,vel pulverem combuſtæ unius. Turturem unum item uſtum: Cranium hom.combuſti & in pollinem detriti unc. i. Granorum Tiliæ magnorum, juſto tempore

pore in Autumno lectorum unc.ij Stercoris Leonini ſemiſſem, aut q. ſ. Iſta ſeorſim per ſe in ſingularibus Cucurbitis perfundantur S. V. ad exceſſum 3. digitorum. Stent vaſis clauſis in digeſtione per triduum, aut ſi una infuſio non ſufficiat, fiant plures more Tincturarum. Extractiones omnes collectæ tandē confundantur, & unà maneant per diem unum. Feces exſiccentur, & in reverberio denuò calcinentur, ut ſi quid Salis in penitiotibus reſtet, id quoq; extrahatur, & extractis apponatur. Poſteà adde tantùm vini Malvat. quanta eſt aqua Vitæ extractionum, & Sach. candi unc.ij vel 4. Miſce & repone in vaſe vitreo optimè munito. In Paroxyſmo Epileptico exhibetur imponendo linguæ, & foris illinēdo, aut quovis modo in os, nares, aures, ſuturam coronalem imponēdo. Deindè cum excitatus fuerit æger: præbeatur dimidium cochlear, aut drach. ij circiter manè & veſperi. Pueris inſtillentur G. 4. vel 5. cum aq. flor. Tiliæ. De hoc medicamento autor proteſtatus eſt, uſum ejus numquàm fuiſſe infructuoſum. Ex deſcriptione A. *Libavij* in Tom. 1. Syntagm. Arcan. cap. ult.

6. *ALIUD SPECIFIcum Antepilepticum.*

Tamdem Coronidis loco adhùc ſubjungam aliud ſingulare ſpecificum medicamentum contrà Epilepſiam, quod à *Conrado Kunrad, part. 2. Medul. ſuæ Deſtill. Tract.* 25. deſcribitur, ſimulq; ab eodē adfirmatur, Principem primarium quemdam Romani Imperii longo tempore illud in maximo habuiſſe ſecreto, eoq; quamplurimos ab hoc graviſſ. morbo perfectiſſimè ac feliciſſimè liberaſſe. Deſcriptio illius medicamenti talis eſt.

Rec. Unam atq; alteram libram de ſanguine Oniſci ſeu Accipenſeris, quem exſicca, ſiccatumquè tamdem debito modo in cinerem redige, ex quo, aquâ pluv. deſtill. Sal extrahatur. Qui Sal ſemel atq; iterum aq. ſtillat. Pœon. vel lil. convall. ſolvatur, ſolutus coaguletur, coagulatusq; denuò ſolvatur, donec albiſſ. & puriſſimus evadat. Quo facto accipe novum ſanguinem, à quo phlegma ſeu aquoſitas ſeparata fuerit, huic ſanguini patinâ ſtanneâ excepto, affunde S. V. ſeu alium appropriatum liquorem, ut ſaltem perhumectetur. Poſteà furno piſtoris adhuc calenti poſt extractos panes, immitte eâ tamen cautione adhibitâ, ne forſan comburatur. Exſiccatum tamdem hunc ſanguinem, unà cùm prædicto ſuo Sale ſeorſim aſſerva. Et quando fortè Epilepticus tibi curandus obvenit, ſuſcitare

priùs ex eo, quot annos hoc morbo laboraverit, Si reſpondet, ſe V. g. triennium vel quadriennium, hoc malo graviter conflictatum eſſe, tunc quoq; tot drachmas dicti Salis, & tot ſicilicos exſiccati ſanguinis, quot annos æger nominavit, juſto pondere accipe, & hæc duo invicem pro una doſi permiſce, tandemque Epileptico per totidem dies continuos, per quot annos hic morbus ipſum exercuit, vel circà novilunium aut plenilunium, prout hoc vel illo tempore, majorem paſſionis iſtius exacerbationem fieri, anteà perſenſerit, manè jejuno ſtomacho, cum aq. lil. convall. uſurpanda exhibe, imperando ſimul jejunium, ad 2. circiter horas. Et ità perfectè ægrum ſanari videbis. Notandum tamen, in tanta remediorum varietate, non omnia promiſcuè ab omnibus in uſum trahenda, ſed delectum hac in re à ſolerti & experto Medico inſtituendum eſſe, qui unum quodlibet remedium, ſecundùm artis præſcriptum, huic vel illi, pro diverſitate temperamenti, ætatis, ſexus, regionis, loci &c. aptiſſimè applicabit, ſicque tamdem ſanabit.

CAPUT XII.

Nùm Sanguinis Humani potus conferat ad Epilepſiæ curationem.

ABſolutis hactenus, ſex illis Scopis, ad exactam Morbi caduci Prophylaxin ſpectantibus, nunc priusquàm ulteriùs progrediamur, paucis eventilanda erit hæc Quæſtio; *An ſcil. Sanguis humanus intrò aſſumptus, à morbo Caduco, hominem ſanare ac liberare valeat nec ne?*

Quibus *Affirmativa* placet, hiſce potiſſimum Rationibus, ſententiam ſuam tutantur. *Affirmativa.*

1. Quod Epilepticorum ſanguinem pravum ac corruptum alterare, emendareq;, nec non eorumdem Spiritus vitales & animales, morbi hujus violentià vel acciſos, vel ferè oppreſſos ac profligatos, iterùm ſuſcitare, vegetare ac inſtaurare poteſt, illud ab ejuſmodi ægrotorum curà minimè videtur excludendum. *1. Ratio.*

At ſanguis hominis præſertim decollati, calidè epôtus id præſtat, Ergò &c.

Aſſumpti confirmatio. 1. Quod ad ſanguinis alterationem & correctionem. Non dubitandum, hauſtu ſanguinis alterius hominis, præſertim optimè valentis, & violenta

lenta morte interempti, ſanguinem Epilepticorum morbidum, non parùm emendari, inq; meliorem ſtatum transferri. Cum enim ille aſſumptus, tàm operoſa, quam alia devorata requirunt, in ventriculo & Epate, minimè indigeat elaboratione ac coctione, ſed promptiſſimè, ob homogeneitatem (ut ità loquamur) rapiatur & attrahatur in venas, ſanguine minùs laudabili turgidas: idcircò eum ſic attractum, alterius ſanguinis impuritates, ac morbificas tincturas, nobilitate ſuæ ſubſtantiæ alterare & temperare poſſe, credibile omninò videtur. Quod idem quoq; de Spirituum inſtauratione ſeu ſuſcitatione, veritatem habet, cum enim ejuſmodi ſanguis, è decollati trunco recens exceptus, plurimorum Spirituum cùm Vitalium tùm Animalium copia turgeſcat, idcircò ſi calidus ità bibatur, illius Spiritus, ob levitatem celeriter adſcendentes, cerebrumq; versùs tendentes, ſeſe mox cum ſpiritibus corporis noſtri conjuncturos, ſicq; eos anteà languentes vel exſolutos, facilè excitaturos inſtauraturoſq;, veriſimile omninò erit.

2. Ratio. *2. Si cæterorum quorumdam animalium ſanguini intrò aſſumpto, vis quædam peculiaris à naturâ indita ſit, morbum Comitialem abigendi ac profligandi, utiq;, ſanguinem humanum, utpotè longè nobiliorem, multò magis tali inſtructum eſſe facultate, arbitrandum.*

At verum prius Ergò & poſterius.

Minor confirmatur; *Sanguis* enim *Aquilæ*, ut tradit *Aldrovandus, Ornithol. parte 1. lib. 1.* per decem dies potus, cum Oxymelite, ſanat Epilepticos: Sic *Sanguis Cervi*, in fine Epilepticarum acceſſionum, cum ovo ipſius datus, liberat ab Epilepſia, ut *idem Autor, Tom. 1. lib. 12. c. 13.* ex Plateario refert. Quã eamdem quoq; facultatem habet *Sanguis Agninus*, de quo *Paulus, Avicenna, Galenus*, & alii ſcribunt, eum curare Epilepſiam. Item *Sanguis Teſtudinis*, de quo *P. Bayrus lib. 2. Pract. cap. 16.* Sanguis teſtudinis nemoroſæ bibitus, ſanat Comitiales. Et *Plinius.* Sanguis Teſtudinum ad Comitiales datur, & *Weckerus in Antidot. ſpec. lib. 1. ſect. 24.* Teſtudinis terreſtris ſanguinem epotum tradunt prodeſſe Comitialibus. Ita *Antonius Fumanellus de Muſtela ſanguine* ſcribit, quod is à tota proprietate morbo Comitiali conferat. Quod idem teſtatur *Plinius lib. 30. cap. 4. & Dioſc. lib. 2. cap. 27.* Et *Horatius Augenius, Tomo 2. Conſ. & Epiſt. medic. lib. 8.* ſcribit: Sanguinis Muſtelæ præſtantiſſimus cenſetur pro ſananda Epilepſia. Imò hoc certiſſimè dicere poſſum, me vidiſſe ſanatum Epile-

pticum,ſuprà 25. annum, ſolo hujus ſanguinis uſu potati ſcilicet ſtatim atq; è Venis exiit ad unc.ii cum unc.i.Aceti.

3. Si Sanguis Epileptici pravus ac morbidus, labiis tantùm forinſecùs applicatus, Epilepticum paroxyſmum depellere, ægrumq́ ab eo excitare poteſt, multò magis veriſimile videtur, ſanguinem laudabilem, purum ac integrum alterius hominis perfectè ſani, nec ullo morborum genere affecti, intrò exhibitum, talem felicem producturum effectum.

At verum prius: Ergò & poſterius.

Confirm. Orpheus enim & Archelaus, ut refert *Hollerius libro 1. cap.15. de med. morb.* morbo Comitiali lapſos confeſtim liberari à convulſione teſtati ſunt, ſi in paroxyſmo, labia eorum humano ſanguine irrigata fuerint. Et *Didymus Medicus*, extracto ſanguine è pedis pollice, labra Epileptici inungebat, quo confeſtim excitabâtur. *Theodorus* quoquè apud Alexandr. à magnis pedum digitis lancinatu ſanguinem extrahebat, labra & frontem ipſius Epileptici inungebat, & ita eum excitabat.

Negativa *Ex adverſo*, Sanguinis humani poti uſum damnantes ac improbantes in hunc modum argumentantur.

1.*Ratio.* *1. A quo plus damni ac periculi, quàm commodi ac juvamenti exſpectandum, illud pro curâ, Epilepticæ paſſioni adhiberi minimè convenit.*

At ab ebibito ſanguine humano plus periculi, quàm commodi exſpectandum. Ergò &c.

Minor probatur: Quia cum ſanguinis, præſertim verò humani ea natura ſit, ut extra vaſa venoſi ſui generis effuſus, propter innumeram, quâ præditus eſt, fibrarum multitudinem, facilimè concreſcat, & putredinis virus reſipiat, idcircò maximoperè verendum, ne ita epotus, calore Ventriculi aliorumq; Viſcerum, in ſimilem concretionem citiſſimè abeat, atq; ita lipothymiam, tormina Ventris, difficultatem anhelitus vel tandem ſuffocationem ipſam inferat, quod quidem periculum ex hauſtu Taurini cruoris, Midas Rex Phrygiæ, dives illud auri mancipium, de quo *Plutarchus lib. de ſuperſtit. & Athenæus lib.3. Dipnoſ.* Item, Pſammetichus Rex Ægyptiorum, de quo *Herodotus lib.3.* Æſon pater Jaſonis, *de quo Diodorus lib. 4. ca.3. & Natalis Comes lib.6. Mythol. ca.7.* Et Themiſtocles, de quo *Plutarchus in ipſius Vitâ, Æmilius Probus, & Cicero de claris Orator:* malo ſuo fato experti fuêre. Si igitur ſanguis Taurinus, ut ſcribit *Cœlius lib.14. cap.12.* idcircò peſtifer potu exſiſtat, quod celerrimè cocat, atq; concreſcat, & proindè præfocatio-

ctionem cum ſpaſmo prævalido inducat, quid obſtat, quo minùs idem quoque de ſanguinis humani hauſtu ſit aſſerendum?

2. Ratio. 2. *Quod potiùs morbum Comitialem excitare, vel excitatum anteà magis exacerbare, quam eumdem ſanare ac profligare poteſt, illud ceu ſummè pernicioſum tùm Medico, tùm ægro fugiendum.*

At Sanguis humanus ebibitus hoc facere poteſt. Ergò &c.

Aſſumpti probatio: Quia ut antecedenti argumento demonſtratum fuit, ſanguis ejuſmodi hauſtus, poſteaq; in Ventriculo concrêtus ac putrefactus, multos de ſe ſuſcitat halitus viroſos ſeu malignos, qui ſurſum ruentes in Cerebrum, ejuſq; ventriculos ac meatus, nec non alias partes ſenſiles infeſtantes, facilimè Epilepticos hôſce motus inducere valent. Nec ſanè novum aut mirũ alicui videri debet, ſanguinem grumoſum hæc & alia inferre accidentia; ſiquidem cum ille venenoſam planè ac deleteriam naturæq; noſtræ ſummè inimicam induerit qualitatem, idcircò non niſi extremam quoq; corpori minitari poteſt perniciem, id quod videmus, ſi ex percusſione Capitis, ſanguis intrà cranium & cerebri panniculos ſubſtiterit, tunc grumeſcens, Epilepſiam vel Phrenitidem: ſi in pectoris cavitate, aut pulmonis arteriis, tabem: in Ventriculo, cardialgiam & lipothymiam: in Utero hyſtericam ſuffocationem: in Veſicâ verò urinæ obſtructionem & dyſuriam cõcitat. Proindè *Gal. in lib. de bono & malo ſucc:* Atq; hoc etiam admirabilius (inquit) quod concreto ingrumos ſanguine, ſive in ventrem is influat ſive in inteſtinum, ægri exſolvantur, & algeſcant cum malo & parvo pulſu.

3. *Quod nullâ ſpecificâ proprietate præditum eſt, vel Cerebrum corroborandi, idq; ab excrementitiis ſuperfluitatibus liberandi, vel malignitatem morbi Caduci reprimendi, illud ceu inutile, à cura ejuſdem planè eliminandum.*

At Sanguis humanus, nullam habet talem ſpecificam proprietatem. Ergò &c.

Quis enim Medicorum ac Philoſophorum, ſanguini humano, talem, qualem hîc innuimus, adſcripſit facultatem unquam? Et ſi forſan quiſpiam adſcripſerit, quibus quæſò rationibus eam comprobatum ibit? Si confugis ad Experientiam, quaſi hâc compertum fuerit, nonnullos epoto ſanguine humano ab Epilepſia fuiſſe liberatos, quemadmodum *Celſus* ſcribit de quodam, qui jugulati gladiatoris calido epoto ſanguine, liber à Comitiali morbo evaſit; Ego tibi re-

Digitized by Google

pono, *Experientiam eſſe 2plem*: Unam confuſam, imperfectam & particularem, quæ impropriè ità vocatur; alteram perfectam, diſtinctam ac definitam, quæ propriè ſic appellatur. Prior eſt fallax, lubrica ac σφαλερή, imò σφαλερωτάτη, nec ullam meretur fidem. Poſterior conſtans eſt, certa & numquàm fallit. Ad hanc autem tria requiruntur. 1. ut medicamentum in certo morbo, iiſdem ferè circumſtantiis præſentibus, ſæpiùs cum ſucceſſu uſurpatum ſit. 2. ut ne per accidens, juvamentum conſecutum eſt, & nil aliud exhibitum fuerit, cui ſanatio meritò attribui potuerit aut debuerit. 3. ut non repugnet naturæ, talem effectum à tali re produci. Pugnat autem cum omni naturâ & veritate, ab hauſtu cruoris humani, morbum caducũ tolli ac profligari.

4. *Hiſce demum adde*, quod ſi à DEO ipſo, *Geneſ: cap. 9. verſ. 4. Levit: cap 3. verſ. 17. It. cap. 7. verſ. 26. Et cap. 17. verſ. 10. Et cap. 19. verſ. 26. Deuteron: cap. 12. verſ. 16: & cap. 23. verſ. 15. It: cap. 23. verſ. 1. Vt & Samuel: cap. 14. verſ. 32.* guſtatio ſeu comeſtio ſanguinis, animalis tantùm bruti, & ejus quidem adhuc viventis & animati (ut Rabini interpretantur hunc locum) populo Iſraelitico ſeverisſimè prohibita fuerit; quantò magis ab eodem, potationem humani ſanguinis, & quidem calidi, Spiritibusq; vitalibus pleni, nobis, Chriſti nomen profesſis, nunc interdictam, putandum erit, idq; non ſolùm ob eam cauſam, quod ſua cujuſq; animalium anima in ſanguine demerſa ſit, ac Vita ſanguine ſubſiſtat, illoque foveatur, ut Ellychnii flamma affuſo oleo: verùm etiam ob crudelem quamdam & ferinam naturã, quam ſanguis alterius animalis guſtatus inducit, id quod hiſtoria Fauſtinæ, M. Anton: Philoſ: Imp: uxoris, teſte *Julio Capitulino in ejus vitâ*, comprobat; hæc enim cum ſanguinem gladiatoris Illius, quem efflictim deperibat, calidè exceptũ ebibiſſet, ſtatimque cum marito concubuiſſet, gravida facta peperit Antonium Commodum, hominẽ crudelisſimum ac ferocisſimum, qui pugnis gladiatoriis, ac cruentis cædibus, Rempubl: Romanam ferè attrivit. Ità etiam *humano bibito ſanguine*, latrones & carnifices fieri audaciores, & inſtar belluæ, exſutâ omni humanitate, hominem adoriri, in ejusq; corpus ac viſcera ſævire, à plurimis non vanè creditur, Confirmat id hiſtoria paſtoris cujusdam à *Langio* deſcripta *lib. 1. Epiſt. 71.* hiſce verbis: Paſtor quidam ſicarius & homicida, duos habebat filios, quos ſibi in ſui facinoris & latrocinii ſubſidium adſcivit: at

at cum pater juniorem, ad tam ſæva obeunda facinora puſillanimē agnoviſſet, occiſo in ſylvâ Otthonis tabellario, quod à recto itinere deviaverat, pater panem ſanguine occiſi medidum, filio eſurienti edendum præbuerat: quò deguſtato, tamquam Dæmonis œſtro percitus, ſeſe ad quævis perpetranda flagitia longè audaciorem factum, dum de eo & patre ſumeretur ſupplicium, & frater etiam unà meritas penderet pœnas, ingenuè confeſſus eſt. (Ita in deſcript: Floridæ inſulæ, editione à Theodoro de Bry Icone ſeu Tabulâ 20. ſcribitur: Incolæ illius Inſulæ correpti morbis, venâ frontis ſectâ ſibi medentur. Fœminæ igitur gravidæ, vel parvulos lactantes hunc ſanguinē, præſertim robuſti alicujus adoleſcentis potatum veniunt, ut earum lac præſtantius reddatur, & pueri eo educati audaciores & ſtrenuiores evadant. *Porphyrius in vitâ Plotini* ſcribit de Gnoſtis, qui die Paraſceves veſperè ad ſua nefanda ſacra congregati, extinctis candelis cum mulieribus ac puellis promiſcuè non habito diſcrimine, ſororne an filia ſit, coëunt. Ex ſacrilegis his congresſibus enatos parvulos à mammis maternis crudeliter avellunt, omnibusq; venis pertuſis cruorem pelvibus excipiunt, & corporibus ſemimortuis combuſtis cinerem ſanguini miſcent, mixtaq; poculis indunt, & ſic ebibunt, undè ipſis ad quodvis perpetrandi facinus, audacia creſcit.) Olim etiam *Judæi*, ſanguinem Chriſtianorum occiſis multis pueris, biberunt, ut in eos evaderent truculentiores. Conſimili ratione et canes guſtato *menſtruo mulieris ſanguine*, planè in rabiem agi, itemque lupos, guſtato hominum cruore, in eos magis ſævire, Phyſicorum ac Medicorum conſtat teſtimonio locupleti. Id quod non ignorantes quoq; nonnulli lanii, dum canes, naturâ alioquin mites, mordaces reddere volunt, iis, cum ſpontè minùs efferari animadvertunt, calidum beſtiarū cruorem propinant, ex quo poſteà talem naturam beluīnam induunt, qualis rapacibus lupis ineſſe dicitur, adeò ut non niſi ex illis geniti eſſe videantur.

SENTENTIA NOSTRA.

Tandem ut noſtram hâc de controverſiâ aperiamus ſententiam, primò in genere de ſanguine cùm hominis, tùm beſtiarum notandum, nimirum latitâre in eo inſignem vim ad corpora moresque mutandos. Et quanquàm omnis ſanguis id faciat, præcipuè tamen Arterioſus, utpotè calidior, ſpirituoſior & ſubtilior plurimum præſtat. Is enim ſanguis potisſimum adhùc

adhùc calẽs, potus, miras in homine mutationes inducit, ut vel generatim ſaltem beſtiarum feritatẽ exprimat, vel etiam ſpeciatim, alicujus beſtiæ mores imitetur. Nam cum ſanguis, naturam animalis ſui habeat, & omnis animalis actiones, ſpiritus potiſſimùm, & caloris nativi beneficio perficiantur, illo fieri mutationem credibile eſt. Omne enim alteratum, naturam alterantis ſui ſequitur ni interrumpatur actio, aut accidentarium quid eveniat. Id quod patet ex hiſtoria illius puellæ Uratiſlavienſis, cujus *M. Weinrichius in lib. de mõſt: cap. 15.* meminit hiſce verbis: Dignum commemoratione, quod in Breslâ noſtrâ accidit. Puella quædam mollior, non multorum annorum cũ publice ſpectâret à carnifice, latronem Capite truncari, territa ſpectaculi fœditate, in Epilepſiam incidit. Multa pro remedio tentata, ſed fruſtrá omnia. Ex vulgo quiſpiam ſuaſit, Felium ſanguinem porrigi utile eſſe, quo ebibito, malum non difficulter ceſſaturum. Offertur, accipit miſera, infelici admodũ eventu: paulò poſt enim felis naturam induit ex intervallo, & quod id animal in ædibus ſolet, id illa imitatur voce ſaltu, geſtu, veſtigiis, cum mures in ſilentio venatur, in anguſtiſſimis etiam, quibuſcunq; poteſt foraminibus, idq; ita diù, dum paroxyſmi vehementia remiſerit. Aliam quoque *idem Autor* ibidem recenſet hiſtoriam de quodam, qui Suillo ſanguine paſtus, luto ad faſtidiùm uſque delectatus fuit. Non immeritò itaq; *Ariſtot: lib. 2. de part: Anim. cap. 3. & 4.* ſcriptum reliquit: Cum ſanguine communicati aliquid ejus naturæ, cujus propriè eſt Sanguis. Verùm inferat hîc quis: ſi ita res eſt, & à ſanguine guſtato ſeu poto, mutatio fit in diſpoſitionem ſimilem ei, cujus fuit ſanguis, cur non lupi haurientes cruorem ovium, induunt ovinam naturam, nec muſtelæ ſeu martes ſanguinẽ gallinarum exſurgentes, deponunt ſuam ferociam, & mites evadunt? Reſpond: cum doctiſſimo *Libavio*: Ideò in his animalibus nullam fieri ad ſimile mutationem, quia ipſorum natura eſt ἐνεργητικώτερα, mutatq; violentiùs cibum, quàm mutetur: Deindè etſi ad aliquam lenitatem à cibo ſpirituoſo ſanguineoque incitentur, quia tamen ferina conſortia, locaque non mutant, ſed revertuntur protinùs ad immanitatem priorem, ex conſueto ſeu habitu à teneris, & naturæ inſtinctu ingenerato, motus hic fortior, alterum elîdit. Deindè ad ſpecialem magis Quæſtionis hujus explicationem accedentes, *pronũciamus ac ſtatuimus*, Sanguinis humani

Digitized by Google

mani calentis potum, Comitiali morbo correptis,porrectum, non ſolùm inhumani ac truculẽti quid in ſe habêre, verùm etiam ob metum coagulationis & corruptionis in Ventriculo, cum ingenti periculo Vitæ aſſumentis conjunctum eſſe. Quapropter ab ejuſmodi cruento potu, ut quisq; , cui propria Salus curæ cordiq; eſt, diligenter ſibi caveat, nec vanis vanorum ac ſuperſtitioſorum hominum perſuaſionibus, temerè ſibi imponi patiatur, publicè nunc omnes monitos volo. Quòd tamen minimè accipiendum, de Q. Eſſentiâ, Tincturâ, Extractionibus, Oleo ac Magiſterio Sanguinis humani, quemadmodum iſta omnia, non quidem à ſpuriis ſcholæ Paracelſicæ diſcipulis, ſed à genuinis ac induſtriis Hermeticæ diſciplinæ ſectatoribus, elaborantur ac præparantur. Illa enim, cùm ob ſummam, quâ prædita ſunt, partium tenuitatem, citiſſimè penetrent, & per Spagyricam Anatomiam, Balſamo Vitæ, Spiritibusq; corporis noſtri, valdè analoga facta fuerint, idcircò minimè quoq; dubitandum, eorum dextram adminiſtrationem ſeu uſurpationem Epilepticis, ſæpènumerò plurimum auxilij adferre in iisq; ſeminarium hujus morbi radicitùs tandem exſtirpare poſſe.

CAPUT XIII.

De Amuletis, ſeu externis quibusdam Remediis, quæ collo appendatur.

CUm ab omnibus ferè Practicis, methodum curandi Caduci tradentibus, inter alia remediorum genera, Amuletorum quoque ſeu Periaptorum, fiat mentio, idcircò & nos operæ pretium duximus, peculiare Caput, illorum tractationi deſtinâre. Sunt autem & dicuntur propriè Amuleta, talia medicamenta, quæ collo geſtata vel appenſa, occultâ, incognitâ, atque inexplicabili quâdam virtute ſeu qualitate morbos depellunt. Hæc autem an pro curâ morbi caduci uſurpanda ſint nec nè plurimi ambigunt. Nàm primò, ſi Veteres ſpectes Græcos, ejuſmodi pharmaca potiùs parvifacienda & negligenda, quàm magni æſtimanda judicabis, ob id nimirùm, quod raró admodùm iis legantur uſi, nec hiſcè ſolis unquàm, morbum aliquem, ſivè fuerit Epilepſia, ſivè alius quiſpiam, pellere tentaverint. Et quamvis eorum aliquandò mentionem fecerint in ſuis ſcriptis, parcè tamen ac ſobriè, nec etiam priùs illa uſurparunt, quàm ratione inventis ſe nihil proficere

Digitized by Google

potuiſſe, vidiſſent; inſuper adhortantes, ne eis magnoperè confidamus, ſed potiùs methodo inventis ſemper utamur. Deindè ſi rationem conſulas, nulliùs quoq; efficaciæ ejuſmodi Periapta eſſe, & proindè fruſtrà comitialibus adhiberi, facilè cognoſces. Nam teſte *Eraſto* naturalia πάθη, ſive propter formam ſubſtantiæ effectricem; ſive propter certum temperamentum, rebus ſubjectis inſint, aliter mutationem non ſuſcipiunt, quàm per ſenſibilium qualitatum alterationem, ſivè temperamenti mutationem. Quippè forma ſubſtantialis, teſte *Ariſt. in lib. Phyſic.* per ſe neq; corrumpitur neque mutatur, non mutato priùs temperamento. Quare ſive ratione formæ tales vires in rebus ineſſe putētur, ſive ratione materiæ ſeu temperamenti, aufferri & tolli nequeunt illis manentibus. At formæ ſubjectum ſuum proprium numquàm deſerit, quantiſper temperamentum ejus non immutatur hucuſq;, ut in eo perdurare ampliùs nequeat. Quamobrem certò certius eſſe videtur, pharmaca nulla, latente poteſtate Caducū morbum abigere, niſi quæ cauſam ejus expellere, vel morbū ipſum delère poſſint. In quam ſententiam & *Tatianus Aſſyrius* contrà Græcos, quē *J. Wierius lib. 5. de praſtig. cap. 14.* citat, ita ſcribit: Nullus affectus per occultam alterius rei diſſenſionem tollitur, nec ægrotus aliquis curatur Amuletis, ut pelliculis appenſis. Dæmonum iſtæ aggreſſiones ſunt, & qui ægrotat, vel amat vel odit, iſtos ſibi auxiliatores adſciſcunt. (Undè *Ammianus Marcellinus l. 19.* Si qui remedia Quartanæ vel alterius morbi collo geſtaret, ut veneficus capitis reus interibat. Et lib. 29. Anum quandam ſimplicè intervallatis febribus mederi levi carmine conſuetam occidit ut noxiam. Et adoleſcens viſus in balneo admovere marmori manus utriuſq; digitos alternatim & pectori ac ſeptem vocales literas numeraſſe, ad Stomachi remedium prodeſſe arbitratus, gladio percuſſus eſt. *Bodinus.*) Undè etiam legimus apud *Ælium Spartianum*, Caracallam Imp. adeò fuiſſe alienum ab iſtis deliriis, ut contrà morbos nonnullos, Amuleta appendere edicto vetare ſtatuerit. Et *Nazianzenus* ait: ὅθεν δεῖ σοὶ περιαμμάτων καὶ ἐπασμάτων, οἷς ὁ πονηρὸς συνεισέρχεται. Verum enim verò hæc omnia, de Magicis, Diabolicis, aliiſque ſuperſtitioſis Periaptis, quæ & nos maximoperè improbamus & deteſtamur, ſunt intelligenda, non autem de Amuletis verè Phyſicis ac Medicis, ut ſunt quædam radices, ſemina, herbæ,

bæ, lapides & id genus alia: Horum enim geſtatione ſeu appenſione, nonnumquàm morbos quoſdam graviſſimos curari, experiētia jamdudum luculentiſſimè confirmavit. Et id quidem eam potiſſimum ob cauſam, quod ab illorum ſubſtantiâ vapores quidam ſubtiliſſimi, veluti ἄτομοι defluant, qui ſpiratione occultè per cutis poros attracti, morbi cauſam virtute ſuâ alterâre, corpusque ſenſim reficere poſſunt. Unde & Gal. lib. 10. Simplic. med. eorum experientiâ edoctus, Periaptis ſic confidere oportêre admonet, ut ſubſtantia illorū auxilietur, non verò incantationis Magorum verba. (*Andreas Laurentius lib. 1. de Strumis cap.* 5. Poteſt è Plantis adpenſis, geſtatis, conrrectatis, educi tenuiſſima quædam aura, quæ in cor & cerebrum exſpirans cordis & cerebri morbos profligare eſt potens. Ab animali etiam tenuis quidam ſpiritus per os, nares & cœca ſpiracula aëris inſtar, interiora corporis permeans & morbos inducere, & eoſdem ſanare poteſt. Tantum (inquit Plutarchus) habent *αἱ ἀπόῤῥοιαι* energiæ, ut ignis inſtar proxima quæq; depaſcant & diſpergant.) Sunt enim, ut eruditè, *Georgius Gödelmānus*, olim Conſiliarius Electoris Saxoniæ præſtantiſſ. lib. 1. cap. 8. de curat. morb. præſtig. ſcribit, Amuleta alia ſuperſtitioſa, alia naturalia. Superſtitioſa, omnia illa ſunt, quæ de verbis, carminibus, herbis, lapidibus, metallis, cereis imaginibus, characteribus &c. colliguntur, finguntur, ſcribuntur, appenduntur & geſtantur. Quæ omnia ad morbos profligādos, à natura nullas habent vires, nec adquirunt à ſtellis, ſed diabolus per ea, tāquàm per ſacramenta ſua operatur: ut cum Hypericum, aut Artemiſia ad fugandos Dœmones, in domo ſuſpenditur, aut Evangelium S. Johannis, ad avertendos globos bōbardæ, collo appenditur, tùm illa Amuleta ſunt ſacramenta diaboli, & ſi morbi per tales appenſiones curentur, aut aliæ actiones perficiantur, non viribus earum rerum fiunt, ſed Diabolus ipſe ex pacto vel tacito, vel manifeſto, per illas curat & agit. Naturalia verò amuleta ſunt licita, & ſunt res, quæ ſuâ formâ Aſtrali, ſive occultâ proprietate, divinitùs, in primâ ſui creatione inditâ, ſemper eodem modò agunt in corpora quib. applicantur ſive ſuâ ſympathiâ, ſive antipathiâ. (Hæc periapta non improbat antiquitas. Illis (inquit Galenus) ſic fidere oportet, ut eorum ſubſtantia juvet, non verba. Et Bion Philoſophus, referente Diogene Laërtio, ſuadebat iis, qui in morbū incidebant, Periapta ſumere.) Et in hanc

Digitized by Google

Amuletorum, morbum ſc. Caducum depellentium, Claſſem, à pleriſq; Medicis. potiſsimum ſequentia reponuntur.

AMULETUM EX SAMBUCO.

(Pro ſecretiſsimo & expertisſimo habetur Amuletum ſequens ex virgulis Sambuci ſupra ſalicē progerminantis à die 15. Auguſti ad 18. Septemb. unica ante Novilunii ingruentiam, radix ferreo inſtrumēto inveſtigetur, dehinc in illa parte ubi extremitas radicis Sābuci reſidet, ſalix trāsfodiatūr ut extremitas radicis perforatū ſalicis locū tranſire poſſit, ſtatimq; atq; V. eodem inferiùs emicat, indatur annulo aureo, quo facto, radix in aliquot poterit divelli partes, & ad uſus reſervari. Tēpore Paroxyſmi aſſocietur collo Epileptici, ut orificium ventriculi attingat. Dicitur, Epilepticos indubitatò amoliri inſultus.

Nonnulli intrà 15. Aug. & 8. Septemb. die ♀ ante ☉ exortum eruunt, atq; non radices ſed ramulos, ubi ſe bini coaluere, aut ubi frutex Sambuci Virgultum profundit, aut etiam ubi virgulta Sambuci & Salicis ſeſe mutuò circumeunt amplexu, ad uſum diſponunt. Dn. D. Hartmannus & Petræus menſe Octob. paulò ante Plenilunium colligi volunt.

De eodem Amuleto ita quoq; ſcribit *Joh. Vincent. Finckius in ſuo Enchir. Medico cap. 5.* Amuletum contra Epilepſiam egregium traditur ex Sambuco ſuprà ſalicem creſcente, ſi de virgulto menſe Octobri paulò ante plenilunium collecto, ſpacium quod eſt inter duo internodia in novem taleolas diſſecetur, eæq; in linteolo colligatæ cum filo ex collo ſuſpēdantur, donec filum ſpontè rumpatur, quo rupto, Amuletum nudis manibus à nemine contrectandum, ſed aliquo inſtrumento apprehenſum in aquam vel alium locum, ut à nemine contingatur, projici debet. Cujus Amuleti ratio non planè occulta, cum Sambucus & ejus Grana huic morbo plurimùm proſint. Sunt qui Sambucum hanc ſuper Salice creſcentem ex Paſſeris Epileptici cadavere putrefacto creſcere aſſerunt.)

1. POEONIÆ RADIX.

Quæ ſuſpenſa collo Epileptici, mirificam creditur habēre efficaciam, in hoc morbo ſanando, ſeu id ex occulta quādam proprietate oriatur; ſeu quod *Gal.* autumat, *lib. 6. ſimpl.* quia exſiccatoria eſt & ſubtilium partium, quare Vapor ex ipſa, collo geſtatā, per inſpirationem attractus, affecto loco medetur. Quod autor citatus confirmat obſerva-

ſervatione & experimento, in puerulo ab Epilepſia infeſtato, quippè qui geſtatâ hâc radice, inculpatè agebat, ipsâ verò decidente, protinùs convulſionibus novis corripiebatur, ac demum ejuſdem beneficio, rurſus ſanitati fuit reſtitutus. 2. Sic *Montuus lib. 1. cap. 8. Haloſ. Feb.* In confeſſo eſt, Pœoniæ radicem de collo pendentem, Epilepſiam arcêre, quod manifeſtavit Gal, minimè omnium mendax, nosq; ſubindè experti ſumus, ad Sonticos & Lunaticos plurimum valêre. 3. *Fernelius lib. 2. Abdit. cap. 17.* Pœonia infantium collo ſubnexa, comitialem morbum ſanat. 4. *Gualtherus Ryffius in Pharmac.* Pœoniæ radix à collo ſuſpenſa, præſervat ab Epilepſia. 5. *Joan. Bapt. Theodoſius:* Circa collum radix Pœoniæ præſertim máris ab omnibus commendatur, ego autem ſecum grana ſua appendi jubeo. 6. Vide & *Simonem Bergerum* in tract. de uſu & præp. Pœon. cap. 10. & 11. (Et *Antidotar. Medico Chym. Joh. Dan. Myl. lib. 1. cap. 6.*).

2. ALCIS UNGULA.

De quâ *Joan. Agricola lib. 2. medic. Herbar.* Ungulæ alcis ſunt in magna exiſtimatione, ſuſpenſæ enim ita ut nudam attingant cutim, Epilepſiam curant & ab ejus acceſſione hominem liberant. 2. *Alexius Pademont. in lib. Secret.* Alcis ungula geſtata in collo vel manu, præſentaneâ vi pollet adverſus morbum Comitialem. 3. *Petrus Monavius:* Aliquid etiam præſidii in Alcis ungulâ, quam Amuleti loco, de nocte præſertim, collo ſuſpenſam, annuloque incluſam, digitis geſtat, collocatum habet Epilepticus. (4. *Joh. Dan. Mylius lib. 1. Antidot. ca. 6.* Ungula Alcis annulo incluſa & collo appenſa Epilepſiam ſanat.)

3. CORALLIUM.

P. Bayrus lib. 2. Pract. cap. 16. Collò appenſus Corallus, à proprietate Epilepticos juvat. 2. *Roſa Anglica:* Corallus rubrus portatus ad collum, valet contrà caducum. 3. *Anton. Mizaldus in Cent. ex Arnoldo Villanov.* Corallium à collo dependens, valet ad Epilepſiam. 4. *Hugo Senenſis in Pract. cap. de Epilepſ.* Portare corallos ad collum, eſt de iis, quæ à proprietate conferunt Epilepticis. 5. *Sylvius in ſua Pract.* Corallium collo appenſum, ut hodiè à multis fit, præſidium eſt optimum ad præſervationem ab Epilepſia. 6. *Nicolaus Piſo de med. morb.* Corallium è collo ſuſpenditur, ut ſtomachum contingat, quia occultâ proprietate huic morbo reſiſtit.

4. SMARAGDUS.

(*Andr. Laurentius lib. 1. de mirabili.*

rabili vi ſanandi Strumas c.5. Smaragdus collo adalligatus ab Epileptico inſultu liberat, propterea nobiles puerorum collo hunc lapidē adpendere ſolent.) 2. *Anshelmus Boetius,lib.2. de Gem.cap.53.* Inter Amuleta, præcipuè commendatur Smaragdus, Nam ſi è puerorum collis pendeat, eos ab Epilepticis paroxyſmis tutari creditur, digitis etiam geſtatus, Comitialem morbum impedire, omnes autores adſerunt, eamq; habere facultatem, ut ſi morbus ita vehemens ſit, ut ſuperari à gemma non poſsit, eam in partes diffringi, itaq; vel tollere morbum, vel frangi quaſi pugnando, à potentiori devicta. 3. *Mizaldus Cent.4.aph.38.* tradit Ariſtot. & poſt eum Albertus, quod Smaragdus collo adalligatus, Epilepſiam impediat, & quandoq; penitus curet. 4. *Franciſ: Rueus lib.2.de Gemmis cap.4.* Affirmant Smaragdum, vel à collo pendulum vel annulo geſtatum, ceu Amuletum generoſum prodeſſe Comitiali morbo. 5. *Albertus Magnus de Mineral. lib. 2.Tract.2.cap.17.* Smaragdus collo alligatus, ad arcendum comitialem morbū, occultâ proprietate juvat. (6. *Sennertus in lib.5. cap.4. Epitom. Phyſic.* Annulo incluſus aut collo ſuſpenſus Smaragdus à morbo comitiali præſervat.

NB. Si annulus ferreus paretur ex clavis ferreis ſoleæ equinæ, & digito indatur, dicitur ſtatim ægrum liberare à paroxyſmo.

5. JASPIS.

1. *Wolfg. Gebelkoverus in annot. ad. cap. 8. Andr. Baccii de gemmis:* Multi teſtantur ſi Jaſpis ſuper os Stomachi alligata, per diem ac noctem ab Epilepticis portetur, & æger ſudore corripiatur, ægrum à paroxyſmo liberati, ſi minùs, fato cōcedere. 2. *Manardus:* Jaſpis lapis à collo geſtetur contrà caducum. 3. *Nonnus Medicus antiquus in cap. de Epil.* Iaſpis viridis, à collo ſuſpenſa, Epilepſiam arcet.

6. LAPIS CHELIDONIUS.

Vidus Vidius lib. 2. Cur. membr. cap.18. Tribuunt nonnulli tantam vim huic lapidi coloris ruffi, qui in ventriculo pullorum Hirundinum reperitur, ut dicant, hoc uno lapide, lineo panno, ſeu Vitulino corio involuto, ac collo ſuſpenſo, vel brachio alligato, ſeu ſub axillâ geſtato, penitùs Comitialem, quamtumvis vehementem ſuperari. 2. *M. Gattinaria, in Practica ſuâ cap. 14.* Laudatur etiam contrà hunc morbum, lapis Hirundinum, maximè ille, qui eſt diverſorum colo-

Digitized by Google

colorum, Capiatur igitur dictus lapis, & involvatur in corium vituli, & ponatur in capſa argentea, & collo ſuſpendatur. Eſt enim maximi juvamenti. 3. *Balduinus Ronſſeus lib de hum. vit. primod. cap. 44.* Ad Comitiales infantes convenire cenſetur Lapis, qui in hirundinum nidis reperitur, ut ait *Dioſcor. lib. 2. cap. 49.* diſſectis ex prima fœtura, ante plenilunium, Hirundinum pullis, in eorum ventriculis, duos invenies lapillos, ex quibus, priuſquàm terram attingant; incluſis aluta cervæ, & collo ſeu brachio alligatis, Comitialibus proderis, ſæpiuſq; omninò ad ſanitatem perduces.

CAPUT XIV.

De Lactentium ſeu Infantium Epilepticorum curatione, & ab hoc morbo præſervatione.

Cum Epilepſia præ cæteris ætatibus pueros ac infantes potiſſimùm infeſtet, eorumq; quàm plurimos, ſi neglectiùs hoc malum habeatur, nec maturè generoſiſs. remediis eidem occurratur, miſerabiliter perimat, & crudeli morte mactet. Idcircò quomodo ejuſmodi tenellulis puerulis, abſq; ubere matris quaſi adhuc pendentibus, arte noſtra ſit ſuccurrendum, diligens omninò ratio erit inſtituenda. Et quamvis alicui ſupervacaneum videri poſſet, peculiarem lactentium ſeu infantium, morbo comitiali correptorum, hîc ſubnectere tractationem, cum ea, quæ in genere hactenus, non minùs de ipſa θεραπεία, quàm Prophylaxi hujus morbi, prolixè ſatis dicta fuerint, cuilibet ætati, ſexui, ac temperamento accommodari poſſe videantur: nihilominus tamen, cum à cæteris ferè omnibus Practicis, hæc methodus ſtudioſè obſervata fuerit, ùt poſt generalem, ſeu univerſalem morbi caduci curandi rationem, tamdem quoq; ad ſpecialem, infantium ſeu puerulorum providentiam deſcendant, idcircò nos quoq; illorum veſtigiis inſiſtentes, hoc capite, tùm de infantium Epilepticorum curatione, tùm præſervatione eorumdem, ea, qua quidem fieri poterit brevitate, nunc agemus.

Quomodò Infantes à Paroxyſmo Epileptico excitandi.

Etſi pro curatione Paroxyſmi Epileptici lactentium ac infantium multa fieri poſſunt, quæ ſuprà Cap. 3. & 4. hujus libri quam diligentiſſimè à nobis tradita & inculcata fue-

fuerunt, ex iſtis tamen ſemper, tutiora, mitiora, ac probatiora ſecundùm vires puerulorum ſunt eligenda. Primò itaq; omnium, quãdò caput ipſorum, cæteraq; membra convulſivis motibus hinc indè vibrantur ac diſtorquentur, dentibus interponere convenit cochleare argenteum, vel aliquid aliud, quò liberiùs reſpirent, & aperto ore, digito, Ol. amygd. dulc. imbuto, guttur ac fauces inungere ad eductionem nimirum viſcoſi ac tenacis humoris. Quo facto, poſteà levis fiat ligatura ſeu frictio membrorum, ad revellendam materiam malignam à Capite, & insimul ſucco Rutæ, vel Oleo Succini aut Balſamo Rutæ illinantur vertex & nares, ad diſcuſſionem vaporis acris & virulenti, panniculos cerebri laceſſentis. Et ſi alvus obſtructa ſit, glande vel Enemate injecto ad excretionem ſtimulêtur. Per os verò dentur guttulæ aliquot Mixturæ illius Spiritalis ſuprà cap. 4. deſcriptæ, cum aq. flor. Tiliæ & Pœon. quæ ſanè præſtantiſſima & expertiſſima eſt in hoc malo edomando. Experta quoq; eſt ſequens mixtura:

Mixtura. Rec. *Aq. Pœon. & flor. Tiliæ an. unc. iß Aq. Hirund. unc. ß. Syr. de ſucco Pœon. unc ß Extr. Pœon. ſcr. ij Liquoris Cornu Cerv. drach. ij Spir. Cer. drach. ij Magiſter. Corall. ſcr. ij Magiſter. Perlar. drach. ß Spir. Vitr. G. XII. Miſce exactè invicem.* Doſis cochlear parvum in paroxyſmo. Sunt prætereà nonnulli, qui adſirmare non dubitant, ſe multos infantes *ſolius Cinnabrij nativi* præp. exhibitione à comitiali morbo perfectè ſanaſſe, adeò ut numquam ampliùs eo infeſtati fuerint. Alii hunc liquorem, ori infanti infuſum ceu ſingulare remedium prædicant. Rec. *Caſtor. opt. & Aſæ fœtidæ an. drach. ß Infund. in Aq. Pœon. & flor. Tiliæ an. unc. ij, addendo Spiritus Vitrioli G. XV. ſtent ita in infuſ. per 3 vel 4. dies. & cochleare parvum hujus infuſionis præbeatur.* *Liquor.*

Non minoris quoq; efficaciæ exſiſtit, in depellendo hoc morbo ſubſequens Pulvis: Rec. *Cranij hum. prep. Ungulæ Alcis an. ſcrup. ij Viſci querc. rec. Cornu Cervi prap. Caſtor. rec. an. drach. ß Sem. Pœon. & Coral. prap. an. ſcrup. i. Miſce pro pulvere. Doſis ſcr. j cum aq. appropriatâ.* *Pulvis.* Sal item volatile Cranij humani, & Sal volatile Succini ſcrup. ß pondere, cum aq. Lavand. exhibitum, potenter malignitati hujus morbi reſiſtit. *Sal Cranij hum. & Succini.* Quemadmodum & cochleare parvum Aquæ noſtræ Antepilepticæ, ſuprà cap. 10. deſcriptæ, vel alterius Autoris, bis vel ter infuſæ, infantes ab inſultibus Epilepticis excitat, mentiq; reſtituit. Unum adhuc ſubjungêmus, quod olim dum

dum Patavij ageremus, & rei Medicæ operam navaremus, pro lectione ex ore celeberrimi Medici ac Profeſſoris Dn. *Herculis Saxoniæ*, Præceptoris noſtri, exceptum diligenter notavimus Sume Catellum parvum nigrum, adhuc ſugentem (pro fœmellâ verò Epilepticâ ſubſtitue catellam) eumque ſtrangula ac interfice, ex interfecti & per ſectionem aperti corpore, extrahe totam cyſtim χελιδόχον vix 3. vel 4. guttulas ſinceræ bilis in ſe habentem: Hunc bilioſum ſuccum omnem, puerulo, in paroxyſmo Epileptico, cum pauxillo Aq. Fl. Til. propina, & miraculi inſtar, videbis illum ab hoc morbo è veſtigio ſanari & curari. Meminit etiam hujus remedij *Joan. Colerus in ſuo Pharmac. domeſt. de morb. curandis*, illudq; ceu ſingulare experimentum, mirificè prædicat.

Specificum Antepilepticum.

Quomodo à Paroxyſmo liberati infantes ac pueri, inpoſterùm præſervandi, nec denuò in eumdem cadant.

Ubi nunc infantes ab acceſſione hujus mali experrecti fuerint, victus ratio conveniens iiſdem præſcribenda. Opera itaq; danda eſt, ut lac nutricis benignum, & ab omnibus impuritatibus liberum reddatur, quod quidem fiet, ſi nutrix utatur cibis εὐχύμοις καὶ εὐπέπτοις, ſuprà Cap. 5. commemoratis. Alimenti enim qualitates, ut *lib. 6. de morb. vulg. Gal. ex Hipp.* annotavit, in infantem lactentem tranſeunt: Et è contra fugiat omnia ea, quorum eodem Cap. à nobis prolixa facta fuit mentio, inprimis verò abſtineat à Venere, hæc enim lac ipſum ſingulari proprietate corrumpit, vel ſaltem ejus materiam alterat ac immutat: Vitet item iram, aliasque animi commotiones. Hæ enim, quantoperè ſanguinem & Spiritus omnes conturbent, malignosque vapores anteà in corpore quietè deliteſcentes, excitent, & huic morbo anſam præbeant, ſuprà quoque ſatis ſuperque dictum fuit. Prætereà non indulgeat quoq; vini meracioris potationi, nam hæc nocentiſſima eſt infanti, cum indè lac calidius, acriusque generetur. Undè *Plutarchus in problem.* narrat, priſcorum Romanorum decreto cautum eſſe, ne in nutricum ſacrificiis vinum adhiberetur, ſed lac, ne infantibus vinum nocêret. Quod ſi verò à vino in totum abſtinêre aut nolit aut nequeat nutrix, tunc omninò modicè ac parcè eo utatur, hâc tamen lege, ne illud nimis ſit potens ac generoſum, qualia exſi-

ſtunt, Vinum Creticum, Rheticum, Ilicitanum, Apianum, Hiſpanicum &c. ſed tenue potius, ὀλιγόφορον & aquâ dilutum, tale enim cæteris minùs eſt vaporoſum, Caputq; ferit. Quod ſi autem nutrix ſit valdè cacochymica, & lac pravâ qualitate infectum habeat, tunc Potionibus, Pillulis, Electuariis, vel aliis ejuſmodi pharmacis catharticis, ſuprà Cap. 7. deſcriptis ab omni ſuccorum vitioſorum ſuperfluitate expurgetur, Et infans interim, alterius nutricis, laudabiliori corporis habitu præditæ, lactationi ſubjiciatur ſeu committatur. Ex uſu quoq; lactentium puerulorum maximè foret, ſi illorum Suturæ coronali hic pulvis inſpergatur. Rec. *Gran. Pœon drach. iß, Lil. conval. & flor. Pœon. ac lavend an. P. j, Succini alb ſcr. ij Nuc. Moſch. drach. ß Pulv. ſubtiliſſimè.* Item: Si per certa intervalla aliquid eorum medicamentorum, ſpecifica ſua natura huic morbo adverſantium, vel per ſe, vel cum lacte nutricis dilutum, illis deglutiendum offeratur, ut ſunt *Syr. de ſucco Pœon. de Ceraſ Fl. lil. conv. Aq. deſtil. Hirund. Picar. fl. Tiliæ, Pœon. Primulæ Veris, Lavend. &c.* Quemadmodum hùc quoq; referârur *Cornu cervi uſt. præp. Succinum album præp. Unicornu pulv. Lap. Bezoar. Margarita præp. Magiſt. Corall. Cranium hom. præp. & ſimilia.* De Corallis enim præparatis. *Vidus Vidius lib. 2. curat. membran. c. 18.* ſcribit, nonnullos credere, illa adeò conferre, ut omnes pueros hoc unico præſidio ab Epilepſia præſervari poſſe dicant, ſi in lucem editis, antequàm quidquam aliud guſtaverint, ſcr. ß Corall. præp. cum lacte nutricis exhibeatur. Aliqui Medicorum ad infantulos à diris hujus morbi inſultibus præſervandos, jubent, ut illis, quàm primum ij in lucem edantur, & lac maternũ vel aliud quid guſtent, pauxillum *Ol. Amygd. dulc. rec. expreſ.* cum aq. flor. Lavend. per os infundatur, dictitantes, hujus medicamenti virtute paulò pòſt, vel per alvum, vel per vomitum ingentem partim alborum ac viſcidorum, partim æruginoſorum & atrabilariorum humorum ſaburram dejectum atque exturbatum iri. Tandem loco ſingularis cujuſdam experimenti cõmendatur à quibuſdam & hæc lotio ſeu Balneum ad præcavendum *Balneum.*
hunc morbum in infantibus. Rec. *Aceti Vini lib. iij. Quibus infund. Caſtor. rec. unc. ß Radic. Pœon. conciſ. No. iij. Ebulliant ſimul lento igne. Factâ ebullitione, Decoctum hoc in labrum parvum effundatur: Et infante nunc in lucem edito, ejus Caput, totumq; corpus illo decocto probè abluatur.*

luatur. Et ità numquam fiet Epilepticus.

Cauteria in Occipite. Hiſcè verò omnibus ritè adhibitis, ſi nihil profectum fuerit, ad ultimum tandem, quod adhûc ſupereſt, confugiendum præſidium, ſcilicet *Cauterium actuale in Nuchâ*, de quo *Jacobus Trunconius Tract. 4. de cuſtod puer or. Sanit. cap. 13.* ità ſcribit: Nulla cura magis evacuatio excogitari poteſt, & quæ faciliùs ab infantili ætate rolleretur, quàm ea, quæ per derivationem ad vicina efficitur, per inuſtum occipitium, quod præſidium à magno illo Celſo celebratur. Præſidium hoc non abſq; methodo & ratione, tùm ad præſervandum, tùm ad curãdum celebratur, & in hâc Florentiæ urbe, in qua adeò Endimius hic morbus infantilis eſt, pauci exſiſtunt pueruli, quibus, cum jam menſem agerent, & decreſcente ☽. ad præſervationem, occipitium nõ inuratur 2. Et *Horat. Augenius, Tomo 2. Conſult. lib. 8.* Adhæreo iis, qui Cauterium faciunt in Occipite, quod ſciam paſſim uſurpari in Thuſcia, in qua etiamſi pueruli hunc affectum non pariuntur, ratione tamen præſervationis adhibent. Scio etiam, Ludovicum Patrem, & Sebaſtianum Paparellam, ſatis bono ſucceſſu fuiſſe uſus Cauterio in ſpondilibus colli inter 3. & 4. vertebram, ferro ignito facto. 3. *Rondeletius lib. de med. morb. ca. 36.* Pueris applicetur Cauterium actuale in poſteriore parte Capitis, & maximè iis, qui obeſiores ſunt, eſtque præſtantiſs. remedium. 4. *Philotheus Elianus in Archipath. Tract. 17.* Strenuum eſt præſidium, & cæteris dignitate anteferendum, in occipitio Fontanellam candenti ferro aperire, hoc verò vel in nuperrimè natis infantibus tutò exerceri poteſt. 5. *Vidus Vidius loco antè citato:* Florentiæ (inquit) inurunt pueros nuper natos fermè omnes cum ferro candente, qua ſumma Vertebra cum Capite committitur, quo unico præſidio quàm plurimi ab Epilepſia præſervantur, ac multi qui antè uſtionem interdum ea vexabantur, poſt illam ab ipſo penitùs liberantur. 6. *H Mercurialis lib. 2. cap 3 de morb. Puer or.* Cauteria in brachiis, maximè verò in nucha, in hoc morbo probantur, &c.

CAPUT XV.

De Epilepſiæ ſympathicæ curatione ac præſervatione.

PErvenimus tandem ad Caput, hujus noſtri de Epilepſia Tractatus, ultimum, in quo obiter tan-

tùm & quaſi in tranſcurſu, Epilepſiæ Sympathicæ curativam ac præſervativam methodum, nobis ex omnibus adhuc reliquam nunc tradêmus & explicabimus.

11. *Epilepſiæ curatio per conſens: Ventriculi.* Et primò quidem, Si per VENTRICULI conſenſum hic morbus hominem invadat, acri nimirum, bilioſo & æruginoſo humore, naturam veneni æmulante, orificium ſtomachi graviter vellicante, ſicq; tamdem Cerebrum ipſum ac partes nervoſas omnes ſimul in conſenſum trahente, tunc protinùs exhibito hoc vel ſimili vomitorio, peccans humor è Stomacho exturbandus.

Vomitorium. Rec. *Gillæ Theophr. ſcr. j Oxymel. ſcill. unc ß M. & propinetur:* Vel: Rec. *Vitri Hyacinth. Antim. G. 3. infund. per h. 12. in unc. ij Vini Malvat. & infuſionis hujus cochlear j vel ij per os infundantur. Vel. Rec. ☿ Vitæ G. 2. vel 3. Conſ. Fl. Pæon. drach. ij miſce pro Bolo, quem deglutiendum offer.* Quod ſi ab aſſumptis hiſce vel aliis, poſt horæ dimidium nullus ſubſequatur vomitus, tunc pēna, Ol. lil. intincta, palatum & fauces fricentur ac irritentur, dubioq; procul indè ſuccedet vomitio. Educta nunc per ſuperiora, materia morbifica, mox vel theriacam, aceto Scill. diſſolutam, vel aquam aliquam. Antepilept. vel Pulverem,

aut Electuarium huic morbo appropriarum, exhibe, interim tamē non neglectis etiam aliis, ſuprà Ca. 3. & 4. à nobis commemoratis. Ægro nunc paulùm confirmato, poſtridiè vel ſequentibus diebus, ad majorem ventriculi mundificationem, ille deglutiat Pillulas Aloëticas, vel de Hiera picra Gal. Hæ enim mirificè omnes impuritates in ventriculi cavitate collectas abſtergunt & abſumunt, inſuper quoq; Stomachum nō parùm corroborātes. Undè & hoc unico Hieræ præſidio frequenter reiterato, Grammaticum illum Epilepticum, per plures annos ab Epilepſia fuiſſe præſervatum, *Gal. 5 de loc aff. ca. 6.* recenſet. Quod idem quoq; præſtant hæ Pillulæ. *Pillulæ ſtomachi.*

Rec. *Spec. Hieræ ſ. Gal. drach. ß Agar. trochiſc. drach. j Myrob. Citr. & Chebul an ſcr. ij Turpeth. gummoſi drach. ß Maſtich. Cinam. Moſch. an. ſcrup. j Pulv. & cum Succo depurato Abſinthij, redigantur in Maſſam, Cui demum adde. Ol. Calami arom. G. 4. Ol. Macis G iij. Miſce. Doſis drach. j bis in ſeptimanâ.*

Præterea ſtudendum quoque Ventriculi roborationi, cùm per intrinſeca tùm per extrinſeca. Intrò danda Syr. de Abſinth de Mentha, de Cinam, de Maſtich. Zingiber Chinenſe conditū, Rad. Acori condit.

condit: Myrobol: Cheb: condit: Confectio Rotul: Diarrion piper: Diagalangæ, Diacinam: Arom: roſ: & Garyophyll. Conſerva Menthæ, Betonicæ, Abſinth: Meliſſæ. Inprimis autem hæc duo ad confortationem Capitis ac Ventriculi, præ aliis maximè laudantur.

Electuarium Capitale & ſtomach: 1. *Electuarium:* Rec. Conſerv. roſ: antiq: unc. ii, Conſ: Beton: unc. i. Extract: Bacc: Iunip. drach. ij. Caryophyll: arom: craſsè inciſ: & Cinam: craſsè inciſ: ana drach. i. Zingib: Chinenſ: condit. drach. iij. Calami aromat. condit. drach. ii. Spiritus Vitrioli G. XV. M. pro Electuario. Doſis ad Caſtaneæ magnitudinem manè.

Morſuli ſtomach. 2. *Morſuli ſtomachales.* Rec. Gran. Iunip. contuſ. lib. ß. Coq: in ſ. q. Vini, vel aquæ Beton. ſpatio 2. vel 3. horar. Decoctum col. & exprim. In Colaturâ expreſſâ, diſſolve Sach. albiſſ. lib. ß. Coq. ad perfect. Syr. conſiſt. Deindè addantur ſequ. aroma tuſa & mixta. Zingib: albiſs. drach. iij. Calami arom. Macis ana drach. i. Cubeb. Cinam. Corall. & Margar. præp. ana ſcrup. i. Cort. Citri ſicc. drach. ß. Fiant indè Morſuli pondere unc. ß quorum unus jejuno ſtomacho devoretur.

Extrà verò adhibenda Unguenta, Sacculi, Fotus, Cerota, Emplaſtra, quæ omnia cum vulgò notiſſima ſint, idcircò ſupervacaneum erit, illorum deſcriptiones ſeu compoſitiones hîc ſubjicere.

2. Epilepſia per conſenſum Uteri curatio. 2. Deindè ſi Epilepſia per UTERI conſenſum, vel ob ſuppreſſos menſes, aut ſeminis retenti corruptionem, vel alios pravos ac putridos humores, in matricis loculamentis reſtagnantes, excitêtur, Curatio potiſſimum per medicaméta, obſtructas venas reſerantia, ſeu menſes promoventia, nec non colluviem excrementitiorum ſuccorum ex utero eradicantia, erit inſtituenda. Priùs tamen in ipsâ acceſſione crura & brachia dolorificis vinculis ligâre oportet, ac univerſum corpus validè fricare. Naribus quoque admovenda fœtida, ut Caſtoreum, Galbanum, Sagapenum, eæque illinendæ Oleo Succini, vel Balſamo Rutæ, vel illis inſufflandus pulvis, aut applicandus nodulus quidam ſternutatorius, qualem ſuprà cap. 2. deſcripſimus. Sternutamenti enim excitatio in hoc caſu plurimum habet momẽti. Præterea per os exhibendæ Guttulæ aliquot Ol. Succini, cum aq. flor. Lavend. Vel cochleare unum hujus Mixturæ ori infundendum.

Mixtura. Rec *Syr. de ſucco Pæon. unc. j. Syr. de Meliſ. unc. ß. Extracti liquidi, Caſtorei drach. iij. Extract. Gran.*

Junip. drach. i.ß. Extract. Angel. & Zedoar. ana G. XV. Spiritus Theriacal. Camph. drach. j. Aq. Lavend. unc. ß. Miſce. Excitatâ muliere à Paroxyſmo, Caput & uterum confortantia adhibenda, & Vena Saphena in pede incidenda, nec non potiones, pillulæ, electuaria, pulveres, fotus, ſacculi, inſeſſus, peſſi, & ſimilia alia, menſes reſtrictos aperientia, ac cauſam morbificam eliminantia, poſtremè decernenda, quorum omnium, cum paſſim apud probatos Autores, ingens reperiatur ſylva, idcircò ex illis, qui volet, ea petat, nobis tantùm quaſi digitum in ea intendiſſe nunc ſat erit.

3. *Curatio Epilepſiæ Sympathica ex vermibus.* 3. Quandò verò Epilepſiæ cauſam præbent, fumi tetri ac maligni EX VERMIBUS in inteſtinis mortuis ac putrefactis in Cerebrū elevati, quemadmodum ſæpè in pueris & infantibus, utpotè naturâ valdè voracib. ac ingluviei deditis, accidit, tunc ſoluto ſeu diſcuſſo paroxyſmo ea ſemper ſunt exhibenda, quæ vermes enecent, & enectos poſtmodum è corpore ejiciant, In quem finem commendantur *Spiritus Vitrioli, Spiritus Salis, Spiritus Sulphuris. Oleum ſtillat. Myrrhæ. Zedoariæ & Buxi, Extractum liquidum Abſinth. Rutæ, Calamenth. Ariſtoloch. It. Eſſent. Theriacæ, & Cort. Arant. Magiſterium Cornu Cervini, Sal Hyperici, Abſinthii, Tartari, Lapis Prunellæ.* Potiſſimùm tamen ſequentes Pillulæ, adultioribus exhibitæ, huic intentioni optimè ſatisfacient.

Pillulæ contrà vermes. Rec. *Eſſent. Aloes cum ſuccis ſecundùm deſcript. Quercet in Pharmac. drach. ij. Extract. Colocynth drach. ß. Extr. Scammon ſcrup. j. Ol. ſtill. Zedoar. & Myrrhæ ana G ij. F. indè maſſa. Doſis ſcr. j. circiter.*

Al. Pillulæ. Singulariſſimæ quoque & hæ Pillulæ exſiſtunt, tùm ad enecandos, tùm ad exturbandos potenter è Ventre lumbricos, quæ tamen pueris, aliiſque imbecillioribus non temerè offerendæ:

Rec. *Mercurii vivi, prius. S. A. optimè repurgati, & poſtea cum Spiritu Sulphuris præcipitati, q. v. Præcipitatum diligentiſſimè edulcoretur, & ſuprà edulcoratum tandem, ter vel quater S. V. incendatur. Hujus præcipitati Rec. unc. j Extract Helleb. nigri, cum Spiritu Aniſi parati, tantùmdem. Conjuncta redigantur in maſſam. Doſis G. 5. 7. 9. vel 10. pro ætatis ratione ac virium tolerantiâ.* Commendatur quoq; ad eundem uſum & ſequens Pulvis.

Pulvis contrà vermes. Rec. *Rhabarb. & Agar. opt. ana drach j. Eſulæ præp. ſcr. j Diagrid. ſcr. ß. Corallinæ, Cornu cervi uſti ana unc. ß. Myrrhæ, Zedoar. flor. Tanaceti,*

cet. ana ſcr j. Salis Abſinth. & Salis Tartari ana drach. ß. Redigantur in pulv. ſubtiliß. Cui, ſi vis, parum Sachari, adde. Doſis ſcr. ij. vel drac. i. in adultis, pueris verò minor quãtitas ſufficit. Pulvis hic quamvis nonnihil ingratus ſit guſtui, ejus tamen tanta vis eſt, ut ad miraculũ quaſi vermes expellat.

4. *Curatio Epilepſiæ per conſenſum partium externarum.*

4. Tandem, ſi per compasſionem alicujus MEMBRI EXTERNI, ex quo obrepens vel aura, vel infenſa qualitas ad Cerebrum adſcendat, Epilepſia generetur, tunc valdè conferunt arcta vincula ſeu ligaturæ, ſuperioribus partibus injectæ, ita nempè, ut membrum in medio ligetur, paulò ſuprà eam partem, in qua mali fomes & minera deliteſcit, pasſionisque adeſt origo, ab iis enim præſentaneum auxilium exſpectatur, *Galeni* præcepto *lib. 3. de loc. affect.* Id quod teſtatur expertum eſſe in Viperarum, Aſpidum & Scorpionum ictibus, quod magis incredibile eſt, propter imminens ſubitariæ mortis periculum. Deindè poſt accesſionem illam, corpus univerſum, ſemel atque iterum expurgandum, quo expurgato, ad particulam illam, à quâ aura illa frigida & venenoſa emergit, curandam, accedendum. Curabitur autem ſi non ſolùm ſæpisſimè ad ruborem uſq; pars affecta Aceto & Sale fricetur, verùm etiam, ſi eidem Cucurbitulæ cum multâ ſcarificatione, vel harum loco Φοινίγμοι ſeu Veſicatoria medicamenta, applicentur, hiſcè etenim, qui anteà in corpore altè demerſus latitabat, humor corruptus, ac deleteriâ qualitate imbutus, ad cutis ſuperficiem valentisſimè attrahitur, attractusque demùm, viis nunc apertis, in totum evacuatur ac diſſipatur.

Formula Phœnigmi.

Rec. Fermenti acris drach. ii. Cantharid. abſciſ. alis & pedibus. No. iij. Sem. Sinapi drach. ß. Miſce cum Aquâ vitæ ſeu Aceto ſcillitico, in unam maſſam, quæ parti, undè venenoſus vapor exſurgere ſolet, admoveatur, ibique tam diu relinquatur, donec poſtuletur locus. Poſt rumpatur veſicula, quâ ruptâ, exulceratio non mox ſiccetur, ſed aperta detineatur, quo uſq; omnis ichor virulentus effluat, atque ideò pingue aliquod unguentum vel Caulium folia imponenda ſunt. Non incommodum quoque erit, *Canterium Actuale*, membro illi, in quo fomes malignitatis deliteſcit, infigere, & ita ferro candente cutim inurere, ſiquidem nihil omnium reperitur, citiùs ac potentius venena- *Canteriũ Actuale.*

venenatam qualitatem vel corrigens, vel deſtruens ac depaſcens, ipſo igne. Undè & *Gattinaria cap. 14. Pract. ſuæ* ſcribit, ſe quemdam Epilepticum, aperto per cauterium tumore, in coxâ, & Oſſe, quod ſimul computruerat, ablato, & parte illâ, à putri ſanie, quæ cauſam huic morbo præbebat, diligenter repurgatâ, iterùm perfectè ſanitati reſtituiſſe.

Tamdem *exquiſita victus ratio* in omnibus inſtituatur, Cerebrũque, cùm intrinſecùs ſumptis, tùm extrinſecùs adhitis, confortetur, nec non diligens medicamentorum Antepilepticorum uſus ineatur. Verùm cùm de ſingulis hiſcè, ſuperiùs ſufficientiſsimè dictum fuerit, idcircò nunc Vela contrahentes, inque deſideratum portum nos recipientes, finem huic operi imponimus.

Θεῷ τρισμεγίστῳ τιμὴ καὶ δόξα.

INDEX

A01 1460964

Digitized by Google

INDEX AUTORUM,

Quorum teſtimonio in his tractatibus uſi ſumus.

A.

Abraham Frambeſarius
Abraham Ortelius
Abſyrthus
Acmon
Actius
Actuarius,
Achilles Gaſſarus
Adamus Lonicerus
Adamus à Bodenſtein
Adamus Siberus,
Adrianus Turnebus
Adolphus Occo
Æneas Sylvius
Ælianus
Ægineta
Æſchines
Ætius
Ægidius de Vadis
Æmilius Probus
Ælius Spartianus
Alexander Trallianus
Alexander Benedictus
Alexander Aphrodiſæus
Alexander Petronius
Alexander Trajanus
Alexander Maſſaria
Alexius Pedemontanus
Alexis
Alexandrinus
Albertinus Bottonus
Albertus Crantzius
Albertus Magnus
Alpharabius
Alanus Philoſophus
Alphidius Philoſophus
Alzaravius
Aloyſius Mundella
Albucaſis
Alcibiades
Amatus Luſitanus
Ambroſius Paræus
D. Ambroſius
Ammianus Marcellinus
Andreas Baccius
Andreas Libavius
Andreas Laurentius
Andreas Caſalpinus
Andreas Tentzelius
Andreas Matthiolus
Andreas Cordubenſis
Andreas Dudithius
Andreas Angelus
Andreas Gallus

Digitized by Google

Andreas Chiocchus
Andreas Starckius
Andreas Treviſius
Andreas Aurifaber
Andreas Lucana
Andreas Lagnerus
Anaxagoras
Andernacus
Angelus Sala
Angelus Baldus
Angelus Bargaus
D. Antonius
Antonius Fumanellus
Antonius Sneebergerus
Antonius Portus
Antonius Valetius
Antonius Gallus
Antonius Mizaldus
Antonius Muſa
Antonius Forneſius
Antonius Chalmeteus
Antonius Guainerus
Anſelmus Boetius à Bood
Apollinaris
Apollonius Menabenus
Apuleius
Ariſtophanes
Ariſtoteles
Arnoldus Kernerus
Arnoldus Villanovanus
Aretius
Aretaus
Anutio Foeſius
Athenaus
Augurellus
D. Auguſtinus
Auguſtinus Pantheus
Augenius
Aurelianus
Autor Theſauri Politici
Autor Speculi mundi
Autor Pandectarum
Autor Horti ſanitatis
Autor Theatri Urbium
Averrhoes
Avicenna
Aventinus
Avenzoar

B.

Balduinus Ronſaeus
D. Baſilius
Baſilius Valentinus
Balaus
Balthaſar Diazius
Balthaſar Brunnerus
Balthaſar Snurrius
Balthaſar Piſanellus
Balthaſar Müllerus
Bartholomaus Turrianus
Bartholomæus Euſtachius
Bartholomaus à Clivolo
Bartholomaus Montagnana
Bartholomaus Hubnerus
Bartholomaus de Caſa
Bartholomeus Anglicus
Bartholomaus Uſingenſis
Bartholomaus Carrichter
Banniſterus
Baptiſta Montanus
Baptiſta Beſardus
Baptiſta Fiara
Burgaus

D. Bern-

Digitized by Google

AUTORUM.

D. Bernhardus
Bernhardus Brandes
Bernhardus Saccus
Bernhardus Penottus
Bernhardus de Graua
Bernhardus Treviſanus
Bernhardus Tomitanus
Bernhardus Cronenbergius
Bernhardus Gordonius
Beda
Bergomenſis
Benivenius
Bertrutius Bononienſis
Beguinus
Benedict. Victor Faventinus
Biblia ſacra,
Blondus
Boecatius
Bodinus
Bonfinius
Bonus Ferrarienſis
Brudeus
Brudus Luſitanus
Braceſchus
Braſſavola
Bulcaſis
Buhalyhya Byngetzla

C.

Camillus Thomajus
Calid
Carolus Cluſius
Caſparus Peucerus
Caſparus Schwenckfeld
Caſparus Hoffmann
Caſparus Torella
Caſparus Bartholinus
Caſparus Bauhinus
Caſparus Lindener
Caſparus Keglerus
Caſparus Wolffius
Caſparus Strubius
Carpus
Cælius Aurelianus
Cælius Rhodiginus
Cæſalpinus
Catullus
Caſtor Durandes
Cardanus
Centuria Eccleſiaſtica
Chriſtophorus Glückrad
Chriſtophorus Wirſungus
Chriſtophorus à Vega
Chriſtophorus Hornius
Chriſtophorus Encelius
Chryſoſtomus
Chalcidius
Cicero
Claudius à S. Marit.
Claudius Richardus
Clearchus
Coiterus
Conciliator
Columella
Conſtans Philoſophus
Conſtantinus Cæſar
Conradus Geſnerus
Conradus Gebhardus
Conradus Kunrad
Conradus Lycoſthenes
Cornelius Petri
Cornelius Celſus
Cornelius Agrippa
Cornelius Gemma

Cordaus
Crato à Craſſtheimb
Crentzheimius
Cunradinus
D. Cyprianus
Cyprianus Eichovius

D.

Dalechampius
Damaſcenus
Daniel Sennertus
David Cruſius
David Lipſius
David Herlicius
Democritus
Dethlevus Blefkema
Didymus
Dion Caſſius
Dion Nicaus
Diodorus Siculus
Diogenianus
Diomedes Amicus
Diomedes Cornarius
Dioſcorides
Dodonaus
Donatus Altimarus
Domitius Bruſonius
Dominicus Leo
Dovynetus
Dubertas
Duncanus Bornettus
Dionyſius Fontamonus
Dionyſius Halicarnaſſeus
Dionyſius Zacharias

E.

Ebenbitar Arabs
Efferarius Monachus
Egnatius
Elianus Montalto
Elluchaſen
Empedocles
Encelius
Epicharmus
Epictetus
Erneſtus Burggravius
Erneſtus Reuchlinus
Erotis
Eraſmus Hedenus
Eſaias Leſchius
Euſtathius
Euſtachius Rudius
Euſebius Wildeck
Euſebius
Eugalenus
Eutropius
Euripides
Evagrius
Evonymus Phyliater
Evangeliſta Quatramus
Ewaldus Vogelius

F.

Fachſius
Faventinus
Felix Platerus
Felix Wirzius
Ferdinandus Ponzetta
Fernelius
Ferrandus
Fidejuſtus Reineccerus.
Fioravantus
Flavius Joſephus
Fonſeca
Fontanonus
Forerus

Fran-

Franciſcus Alphanus
Franciſcus Antonius
Franciſcus Bornius
Franciſcus Hildeſius
Franciſcus Hildesheim
Franciſcus Piccolomineus
Franciſcus Petrarcha
Franciſcus Renner
Franciſcus Rota
Franciſcus Rueus
Franciſcus Schottus
Franciſcus Suarez
Franciſcus Toletus
Franciſcus Tittelmannus
Franciſcus Valleriola
Franciſcus Vlmus
Franciſcus Valleſius
Fridericus Helbachius
Fridericus Taubmannus
Frodoardus
Fuchſius
Funccius
Fumanellus
Fulgentius
Fulginas

G.

Galeatius de S. Sophia
Galeattus Capella
Galenus
Gallus Etſchenreuter
Gabriel Fallopius
Garceus
Garlaudius
Gaſto Claveus
Gattinaria
Gartias ab Horto
Geber
Gellius
Georgius Gödelmannus
Georgius Melichius
Georgius Agricola
Georgius Bertinus
Georgius Fabritius
Georgius Riplaus
Georgius Phedro
Georgius Pictorius
Georgius Pulmannus
Georgius Wernerus
Georgius à Frunsberg
Georgius Garnerus
Georgius Richterus
Georgius Cedrenus
Gerhardus à Solo
Gerhardus Columba
Gerhardus Dornaus
Gerhardus Bergenſis
Gervaſius Marſtaller
Gentilis Fulginas
Gilgil Arabs
Gilbertus Anglicus
Gordonius
Gottfridus Smollius
Gottfridus Steghius
D. Gregorius
Gregorius Toloſanus
Gregorius Horſtius
Gregorius de Valentia
Guibertus
Guido de Cauliaco
Guido Panciroluſ
Guicciardinus
Guainerius
Gualtherus Ryffius
Gualtherus Bruel

Digitized by Google

Guinterus Andernacus
Guinterus Andorn
Gulielmus Fabricius
Gulielmus Grattarolus
Gulielmus Pantinus
Gulielmus Rondeletius
Gulielmus Seraphinus
Gulielmus Scribonius
Gyraldus

H.

Halyabbas
Hector Boetius
Hedio
Henneman Reyſing
Henningus Scheunemann
Heliophilus de Perçis
Henricus Dobbin
Henricus Ellenbergerus
Henricus à Brâ
Henricus Kunrad
Henricus Petraus
Henricus Rantzovius
Henricus Salmuth
Henricus Smetius
Henricus de Turre
Henricus Warenius
D. Hieronymus
Hieronymus Cardanus
Hieronymus Gabucinus
Hieronymus Mercurialis
Hieronymus Brunſuicus
Hieronymus Megiſerus
Hieronymus Fracaſtorius
Hieronymus Capivaccius
Hieronymus Reuſnerus
Hieronymus Rubeus
Hieronymus Donzellinus
Hieronymus Montuus
Hieronymus Tragus
Hieronymus Montaltus
Hermes
Hermogenes
Hercules Saxonia
Herodotus
Hippocrates
Hiſtoria novi orbis
Homerus
Horatius Poëta
Horatius Augenius
Horatius Reſerus
Hortulanus Philoſophus
Hugo Senenſis
Huldericus Huttenus
Hyppolitus à Collibus
Hippolitus Guarinonius

I.

Iacobus Auguſtus Thuanus
Iacobus Brenningus
Iacobus Carpus
Iacobus Forolivienſis
Iacobus Fincelius
Iacobus Grevinus
Iacobus Horſtius
Iacobus Dalechampius
Iacobus Hollerius
Iacobus de Partibus
Iacobus Pellettarius
Iacobus Olivarius
Iacobus Oettheus
Iacobus Moſanus
Iacobus Sylvius
Iacobus de S. Saturnino
Iacobus Scheckius

Iaco-

Digitized by Google

Iacobus Tabernemontanus
Iacobus Trunconius
Iacobus Zwingerus
Iacotius
Iacchinus
Ianus Lacinius
Iamblichius
Ianſonius
Iaſon Zirizaus
Iatrion Würtenbergicum
Ieremias Wolderus
Ingraſſias
Ioachimus Schillerus
Ioachimus Camerarius
Iobus Fincelius
Iodocus Harchius
Iohannes Æmilius
Iohannes Agricola
Iohannes Albertus Wimpinaeus
Iohannes Alboſius
Iohannes Anglicus
Iohannes Arculanus
Iohannes de Aſcia
Iohannes Azothus
Iohannes Antonius Sarracenus
Iohannes Baptiſta Porta
Iohannes Baptiſta Auguſtanus
Iohannes Baptiſta Zapata
Iohannes Baptiſta Montanus
Iohannes Baptiſta Sylvaticus
Iohannes Baptiſta Baronius
Iohannes Baptiſta Mirandulanus
Iohannes Baptiſta Theodoſius
Iohannes Baptiſta Chodronchius
Iohannes Baptiſta Beſardus
Iohannes Bauhinus
Iohannes Beguinus
Iohannes Bodinus
Iohannes Boterus
Iohannes Bickerus
Iohannes Boemus
Iohannes Boccatius
Iohannes Bruerynus
Iohannes Bokelius
Iohannes Colerus
Iohannes Caius
Iohannes Cuſpinianus
Iohannes Coytarus
Iohannes Crato à Craffheim
Iohannes Chryſippus
Iohannes Coſtaus
Iohannes Dryander
Iohannes Daniel Mylius
Iohannes Dantzius
Iohannes Ewichius
Iohannes Ecchius
Iohannes Funccius
Iohannes Freytagius
Iohannes Fernelius
Iohannes Fragoſius
Iohannes Franciſcus Ulmus
Iohannes Garlandius
Iohannes Gerundius
Iohannes Hugo Linſchott
Iohannes Hennemann Reyſing
Iohannes Hartmannus
Iohannes Heurnius
Iohannes Heſſus
Iohannes Iacobus Weckerus
Iohannes Ieſſenius à Ieſſen
Iohannes Knobloch
Iohannes Kentmannus

Iohannes

Iohannes Langius
Iohannes Mollerus
Iohannes Montaltus
Iohannes Metellus
Iohannes Magirus
Iohannes Mattheſius
Iohannes Matthaus
Iohannes Manlius
Iohannes Marquardus
Iohannes Neander
Iohannes Nauclerus
Iohannes Oberndorfferus
Iohannes Platearius
Iohannes Pomarius
Iohannes Pierus
Iohannes Piſtorius
Iohannes Poppius
Iohannes Renodaus
Iohannes Riolanus
Iohannes Rhenanus
Iohannes Rivierus
Iohannes de Rupeſciſſa
Iohannes Schroterus
Iohannes Schenckius
Iohannes Sigebertus
Iohannes Sigiſmund Gorlitzerus
Iohannes Sarracenus
Iohannes Spangenbergius
Iohannes Stockerus
Iohannes Trithemius
Iohannes Thomas Minadous
Iohannes Tholdenius
Iohannes Vincentius
Iohannes Vincentius Finckius
Iohannes Velcurio
Iohannes Vochs
Iohannes Varenidaus
Iohannes Waſſaus
Iohannes Wierus
Iohannes Wigandus
Iohannes Wittichius
Iohannes Wolffius
Iohannes Zechius
Ioſephus Quercetanus
Ioſephus Hiſtoricus
Ioſephus à Coſta
Iſaacus Arabs
Iſaacus Hollandus
Iſabella Corteſſe
Iſidorus
Iulius Ceſar
Iulius Ceſar Scaliger
Iulius Ceſar Claudinus
Iulius Alexandrinus
Iulius Capitolinus
Iulius Obſequens
Iulius Palmarius
Iulius Solinus
Iuba
Iuſtinus Pezoldus
Iuſtus Balbianus
Iuſtus Lipſius
Iuſtus Reineccerus
Iuvenalis
Iximedeus Philoſophus

L.

LActantius
Laertius
Lalius à Fonte
Laurentius Ioubertus
Laurentius Heilandus
Laurentius Scholtzius

Lau.

Digitized by Google

AUTORUM.

Laurentius Ventura
Lampridius
Lazarus Erekerus,
Leander Albertus
Leo Affricanus
Leonhardus Fuchſius
Leonhardus Botallus
Leonhardus Jachinus
Leonhardus Leſſius
Leonhardus Rauwolffius
Leonhardus Vairus
Leonclavius
Leonellus Faventinus
Leo Lunenſis
Leo Suavius
Leonius
Levinus Hulſius
Levinus Lemnius
Livius
Lithotomus
Lobelius
Lucas Pollio
Lucanus
Lucianus
Lucretius
Lubertus à Bra
Lubertus Eſthius
Ludovicus Duretus
Ludovicus Gyon
Ludovicus Mercatus
Ludovicus Romanus
Ludovicus Septalius
Ludovicus Vives
Lumen Luminum

M.

Maculius
Manlius
Mantuanus
Magninus
Manilius
Marcus Cato
Marcus Gattinaria
Marcus Polus
Marcellus Capra
Marcellus Donatus
Marcellus Siculus
Marineus Siculus
Martialis
Marinellus
Macrobius
Marianus Sanctus
Marſilius
Marſilius Ficinus
Martinus Acacia
Martinus Copus
Martinus Cromerus
Martinus Cruſius
Martinus Delrius
Martinus Lutherus
Martinus Mollerus
Martinus Panſa
Martinus Polonus
Martinus Rulandus
Martinus Weinrichius
Matthaus Flaccus
Matthaus Curtius
Matthaus de Gradi
Matthaus Villanus
Matthaus Zeiſius
Matthias Lobelius
Matthias Mechonius
Malveſcindus Philoſophus

Sſſſſſ *Mau-*

Mauritius Cordaeus
Matthiolus
Mela
Menander
Meſue
Metrodorus
Metteranus
Mercurius Gallobelgicus
Michael Montanus
Michael Mercatus
Michael Medina
Michael Meyerus
Michael Doringius
Michael Neander
Michael Papa
Michael Paſchalius
Michael Robianus
Michael Saxo
Michael Scotus
Michael Toxites
Michovius,
Mirandula
Mizaldus
Montagnana
Montaltus
Morienes
Muſaus
Myrepſus

N.

Natalis Comes
Nazianzenus
Nicolaus Barnandus
Nicolaus Bieſſius
Nicolaus Bocangelinus
Nicolaus Flamellus
Nicolaus Florentinus
Nicolaus Maſſa
Nicolaus Manardes
Nicolaus Myrepſus
Nicolaus Piſo
Nicolaus Polus
Nicephorus
Nonnus
Nonus Medicus

O.

Octavius Roboretus
Olaus Magnus
Oribaſius
Origenes
Oroſius
Orus Apollo
Oſwaldus Crollius
Oſwaldus Gebelcoverus
Otto Brunsfelſius
Ovidius

P.

Pamphilus Florenbenus
Pamphilus Herilaceus
Pampinianus
Paracelſus
Parmenides
S. Paulus
Paulus Ægineta
Paulus Diaconus
Paulus Jovius
Paulus Oroſius
Paulus Ritius
Paulus Warnefridus
Paulus Pauſanias
Penottus à Portu
Pererius
Petrus Albinus

Petrus

Petrus Alvaradius
Petrus Appianus
Petrus Apponenſis
Petrus de Apono
Petrus Bayrus
Petrus Bellonius
Petrus Creſcentius
Petrus Droettus
Petrus Foreſtus
Petrus Gualtherius
Petrus Hiſpalenſis
Petrus Hiſpanus
Petrus Lombardus
Petrus Martyr
Petrus Matthiolus
Petrus Merenda
Petrus Meſſias
Petrus Monavius
Petrus Palmarius
Petrus Pena
Petrus Salius
Petrus Sibyllenus
Petrus de Stilla
Petrus de Tuſignano
Philippus Brendelius
Philippus Beroaldus
Philippus Mullerus
Philippus Ulſtadius
Philemon
Philotheus Elianus
Picus Mirandulanus
Pierius
Platearius
Platina
Plato
Plauto
Plinius
Plutarchus
Polydorus Virgilius
Pomponatius
Pomponius Mela
Pontanus
Porphyrius
Proclus
Procopius
Protaſius Rovellus
Pythagoras

Q.

Q. Apollinaris
Q. Horatianus
Quercetanus

R.

Rabbi Moyſes
Raimundus Lullius
Raimundus Minderes
Raimundus Mindorerus
Raimundus à Vinario
Raphael Volaterranus
Rantzovius
Realdus Columbus
Reineccerus
Reinerus Solenander
Remaclus Limburgenſis
Rembertus Dodoneus
Renodeus
Rhaſes
Riccius Neopolitanus
Richardus Angelicus
Robertus Vallenſis
Rodericus à Caſtro
Rodericus Fonſeca
Rodericus à Vega

Rogerius Bacho
Rondeletius
Roſa Anglica
Roſcellius
Rubeus
Rudolphus Goclenius
Ruffus Epheſius
Rupeſciſſa

S.

Sabellicus
Sacra Scriptura
Salicetus
Salius Diverſus
Salomon Albertus
Salomon Schweicker
Sanbarolitanus
Sanctius Ardonius
Santes Ardoynus
Saluſtius Salvianus
Sardanapalus
S. Eparchius Egoliſmenſis
Sanctorius Sanctorius
Savanorola
Saxo Grammaticus
Scaliger
Scribonius Largus
Schedelius
Scheunemannus
Schnellenbergius
Scholtzius
Sebaldus
Sebaſtianus Aquilanus
Sebaſtianus Auſtrius
Sebaſtianus Munſterus
Sebaſtianus Poterus
Sebicius
Seneca
Serapio
Serrarius
Sethus
Sethus Calviſius
Severinus Danus
Severinus Gobelius
Simon Bergerus
Simon Majolus
Simeon Sethi
Solinus
Statius
Stobeus
Strabo
Suetonius
Suidas
Surrius
Surius
Sylvaticus
Sylvius
Symphorianus Cambegius
Syracides

T.

Tacitus
Tatianus
Tarquinius Ocyorus
Tauladanus Philoſophus
Terentius
Thales
Thaddeus Hagheccius
Theobaldus Hoghelandius
Theodoricus Heraus
Theodorus Tabernamontanus
Theodorus Zwingerus
Theophraſtus Paracelſus
Theophylactus
Thiermneſius

The-

AUTORUM.

Theſaurus Philoſophicus
Theſaurus Politicus
Thomas Aquinas
Thomas Bovius
Thomas Eraſtus
Thomas Fienus
Thomas Forſterius
Thomas Iordanus
Thomas Minadous
Thomas Moreſinus
Thomas Muffertus
Thomas Ravennas
Thomas Sancheſius
Thomas à Vega
Thomaſius Camillus
Thuanus
Thucydides
Thurnheuſerus
Tibullus
Timotheus Brigthus
Titus Livius
Tobias Coberus
Tobias Dornereil
Trallianus
Traſillus
Trincavella
Tritemius
Trotula

V.

Valerius Cordus
Valerius Maximus
Valleſius
Valeſcus de Taranta
Valleriola
Varrignana
Varro
Veſpergenſis
Vitus Vidius
Vitus Victor
Vindicanus
Victor de Bonagentibus
Vincentius
Vincentius Finck
Virgilius
Vitalis à Furno
Vitruvius
Ulyſſes Aldrovandus
Volcherus Coiter
Wagnerus
Weckerus
Weinrichius
Wernerus
Wierus
Wimpinaus
Wirſungus
Wittichius
Wolffius
Wolffgangus Gebelcoverus
Wolffgangus Hildebrandus
Xenophanes
Xenophon
Xiphilinus
Zabarella
Zacharias Brendelius
Zacharias Rivander
Zacharias Theowaldus
Zepata
Zeno Philoſophus
Zoar
Zonaras
Zoroaſter
Zoroaſter Tinellus
Zwingerus

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERUM PRÆCIPUARUM,

His in tractatibus occurrentium, quæ vel ſecundùm omnes cauſas, vel incidenter ſecundùm adjuncta quædam, deſcribuntur.

A.

Abortus quid prohibeat 933

Abſinthium 131, 481, 1864. ejus Sal 2177. abſinthium marinum 207.

Abrotanum 1867

Abſtergendi vis 207, 208

Acetum 11. 482. 2019

Acetoſa 1870. Acet. aqua 2060, Syrupus 2017. conſerva 2114

Actionis cujuſcunq; requiſita 1203

Acuti morbi qui 1196. 1247 Differentia *ibid.*

Aër quid 462. 1306. an corruptioni obnoxius 297. an & quomodo tempore peſtis mutetur 1308. 1727. & vel in qualitate *ibid.* à regionibus & temporibus 1309. vel in ſubſtantia 1314. 1728. an corruptio partialis *ibid.* an putreſcat 1315. 1730. vnde putredo 1319, 1731. exhalationes putridæ an aëri communicentur. 1319, 1731. à terra 1321, 1732. & vel ratione ſitus 1322. vel contentorum *ibid.* à terræ motu 1323. ab aqua 1324. 1733. à mixtis corporibus 1329, 1734

Aër tempore peſtis an totus venenatus 301. vitioſus quomodo poſſit corrigi 1454. 1652. 1805

Aëris humida & calida conſtitutio 2281, bona & debita conſtitutio 2369

Aërea an ſint diſtinguenda 512

Æris lamella quomodo depurentur 167, æramentorum fuſores carere nequeunt ſale 153

Æſtus tempore peſtis curatio 1675

Affecta primariò pars diligenter exploranda in curatione 2183

Agrorum ſterilitatis medela 162, 163

Alcis vngula 928, 2444, 2488

Alembrot Sal 101, præparatio *ibid.* uſus, 102

Alc-

Alequecæ lapidis vires 930
Alexipharmacum peſtis an detur verum 1512
Alimentorum impurorum effectus 297
Alkali Sal 96
Alkekengi fructus 1010. aqua 1073. Extractum 1095. Syrupus 1109. Trochiſci 1110
Allium 1031, 1844. aqua 1073
Althæa 1034. aqua 1079. Syrupus 1109
Alvi conſtitutio 261, 262, 481. 486, laxatio, 188, 261, 262, 481, 486, 969, 2399, alvi profluvium tempore peſtis 1680
Alumen 114. Ejus diſtinctio 115. loca Germaniæ in quibus excoquitur 116. Ejus conficiendi modus 117. uſus 118. aluminis Spiritus 120. phlegma 120
Alutarii carere nequeunt Sale 154.
Ambra 2048
Amicitiæ Symbolum 145
Ammoniacum Sal 37, 90
Amuleta 2480. Amuleta ex Mercurio & Arſenico 1532. an vim à peſte præſervandi habeant, ſentent. affirmat. pag. 1533. negat. 1536, deciſio 1541
Amygdalæ amaræ 1005, oleum 1115. dulcium oleum 1116
Anatis ſanguinis aqua 1079
Anatron Sal 102. præparatio *ibid.* uſus 103
Angina an ſit morbus hæreditarius 316. anginæ remedium 95, 109, 119
Angelica 1834. aqua 2058. oleum 2075, Sal 2081. extractum 2087. Balſamus 2099, radix cond. 2111
Anhelitus difficultatis cura 271
Animi pathemata 971, 1558, 1659, 1811. 2389
Anſeres Scotici 587
Anſerinarum plumarũ cinis 1072
Anthrax quid 1660, Curatio 1666. 1831, 688
Anthos conſerva 2113
Antimonium 481. Ant. ſulphur 371, ejus præparatio 372, uſus 376, Antimonii albi fixi flores 2103, 1635
Antora 2013
Apoplexia quid 2222. ejus ortus 450. an ſit morbus hæreditarius 316
Apoſtematum durorum attenuatio 176
Apoplegmatiſmi qualia medicamenta 2418
Appetentiæ excitatio 207
Apri in Sylveſtri jecore lapillus quid præſtet 1052
Aqua quomodo corrumpatur 1325, 1733.
Aqua quomodo reddenda lampidior 159
Aquæ, in quibus immiſſa lapideſcunt 783
Aqua cærulea quomodo præparetur 95

Aquæ

Aquæ regiæ præparatio 94
Aqua ſtillaticiæ ex plantis an ſiant opera caloris 124
Aqua ſalſa an aptior an navigandum 50
Aqua vitæ 1077
Aranea ad quid conducat 931
Arantiorum malorum aqua 2069
Arbuti fol.& flor.aqua 2064
Arcuum nervi quomodo incerentur 265
Arenularum excretio an ſemper denotent calculi præſentiam 831
Argenti augmentatio 664
Argenti calcis reſolutio 98
Argenti in aurum gradatio 339, 343,170
Argenteæ monetæ corruptio 266
Argentum vivum vide Lit. M. tit. Mercurius.
Ariſtolochia 931, 1882. Extractum 2089
Armenus bolus 2051
Aromata an faciant ad Tartari generationem 961
Aron 1881
Ars an ea efficere poſſit, quæ natura efficit 570. ſeqq.
Arſenicum 1533. ſeqq. Arſenici fixatio 111
Arſenici convenientia cum Veneno Peſtilente 1236,1257
Artemiſia 1866
Artiplex marina 208. uſus, *ibid.*
Arthridis an ſit morbus hæreditarius 316. Arthriditis medela 350,180
Aſelli ſeu millepedæ 1068
Aſpectus ſiniſtri planetarum 1301. 1726
Aſperulæ aqua 1077
Aſthmatis medela 271, 306, 335, 350,362,376
Aſtræ an ad ſalutem hominum condita 1300. aſtrorum influxus 293, quomodo in hæc inferiora agant 1295, an ſint cauſa peſtis 1296, Aſtrologica ſuperſtitio 1301.1726.1546. aſpectus ſiniſtri planetarum 1301.1726
Auris tinnitum quid diſſipet 182
Auri natura 577. ſeqq. an ſit ἄφθαρτον ἁπλῶς 574. Ejus cum Mercurio convenientia 577. Aurum potabile. 227, 1103. Auri tinctura ſeu eſſentia 2097. Aurum Diaphoreticum 1633. Auri calcinatio 170.664. Auri ſolutionis repercuſſio 170, 218, Auri ſeparatio à cupro 98
Aurum quid purget 118
Aurifabri utuntur Mercurio 632, carere nequeunt Sale 143. nec Sulphure, 265
Auri molitores vtuntur Mercurio 336
Aurum à Scyaphis quomodo ſeparetur 94
Avellanæ rubræ quid præſtent 1007

Baaras

Digitized by Google

B.

BAaran radix 932
Balneorum uſus 2291
Balſami qualitates 276
Bardanæ ſemen 1017
Batrachi curatio 183
Bdellium 1030
Becchicum quid 317
Belli atrocitas 1161
Stratagemata 268
Belemnites lapis 1047
Berberis ſemen 1019
Berberum condita 2112
Betonia 1020
Betonica 932. Extractum 1094
Bezoar lapis 1609. an poſtera profliget *ibid.* 2024
Bezoardicum minerale 1634, 2014. acetum 2132. Bezoardica mixtura 1639
Bilis refrenatio 452
Bilis porraceæ ſeu æruginoſæ coacervatio quid cauſet 2275
Blattarum interfectio 266
Borrag. conſerva 2114
Borrax 98. foſſilis & factitia. Ejus compoſitio 99
Bovium Ventriculi ac Veſicæ lapilli ad quid poſſint 1053
Braſſica marina 208
Bronchocele qualis morbis 1191
Brunus Gallicus qualis morbus 1192
Bruſci ſemen 1019
Bubo, quid 1660. ejus curatio 1662. 1829
Bubonum peſtilentialium medela 175.
Bufo 930. 2032
Buffonius lapis 933
Bugloſſ. conſerva 2114
Buphthalmi ſal 1093
Butyrum 162, 1072, 1549
Buxi ligni oleum 2449

C.

CAdavera quomodo condienda 193. 194, 304
Cadavera peſte extinctorum an cauſent peſtem 1347, 1742
Caducus quid 2272
Cadmiæ metallicæ malignam qualitatem quid detrahat 168
Cæpa 1875. aqua 1073
Calcinatio metallorum ac mineralium 94, 166, 269
Calcinatio auri 170
Calcinatio ſalis 229
Calcinatione an ſimplicium vires omnes deleantur, ſintque ſales ejuſdem efficaciæ 131
Calcinatæ res an ſint ſal vel ſalſæ 123
Calculi remedium 120, 126, 136. 138, 207, 221, 331, 669, 677
Calculus an ſit morbus hæreditarius. 803, 804, 316
Calculo qui ſint obnoxii 833
Calculi generatio an procedat per coagulationē à frigoris exceſſu 789, an immoderato calori renum ſit aſſcribenda 791. quæ ſententia refutatur pag. 792

Digitized by Google

Calculi *generatio* an fiat etiam in cerebro 798, in Lingua 799, in pulmone 800, in Liene, 800, in ventriculo 801, in inteſtinis 801, in umbilicis *ibid.* in Extremitatibus digitorum 802. in Teſticulis, 802, in utero 802
Calculum concretum diſſolvendi an dentur medicamenta 883, 893, 110,
de Calculo renum vide & lit. N. tit. Nephritis.
Calendula 1886
Calidi qualitas 462, calidum an ſit naturæ amicum 326
Caliditatis ſigna 255
Calorem nativum quid opprimat 483
Calefaciendi quæ vim habeant 481
Calor exurens 792, effecta 793
Calor nativus in qua corporis parte vberrimus 1222
Camphora 2017, oleum 1083, 2076
Cancrorum Sal 133, 1089
Cancrorum lapis 1054, oculi 945, ocul. liquor 1105, magiſterium 991, 1107
Cancri integri ad quid proſint 1056
Cancrorum elixatio 162
Cancri medela 203, 351, 668, 677
Canis rabidi morſus antidotum 134, 174
Canes quomodo à pulicibus poſſint liberari 197
Candelarum inextinguibilium confectio, 267
Cantharides an ſit venenum 303
Cantharidum oleum 1080
Capitis in corpore humano dignitas 2161
Caput infeſtantes morbi ſunt multi 2162
Capitis dolor 1669, 2299, medela 931, 198
Caput quæ confortent 292
Capitis fluxuum conſumtio 350
Capitis immunditiem quid ſanet 119
Capitis pediculos quid pellat 119
Caponis aqua deſtillata 1649
Carbunculi quomodo tempore peſtis curandi 1666, 1831
Cardiaca unguenta 1651
Carduus benedictus 1035, 1847, aqua 2059, Sal. 131, 2086, Extractum 2090
Carnis contuſæ medela 714
Carnis excreſcentias quid conſumat 119
Carnem ſpongioſam, putridam, mollem, quid tollat 714, 687
Carnes quid ſervet incorruptas 160
Carnes quæ eligantur 1542, 2375, 1550

Caros,

Digitized by Google

Caros, morbus, 2224
Carponis lapis 1052
Caryophilli aqua 1077
Caſeus an occaſionem præbeat calculo 965
Caſeus an poſſit carere Sale 162
Caſtoreum 2442
Catalepſis morbis 2225
Catharrus an ſit morbus hæreditarius 316
Catharri ſuffocantis ortus 310, effectus 309, medela 276, 306, 340, 182
Cauteria 2420, an conferant in cura Epilepſiæ, *ibid.* & 2509, cui parti applicanda 2423
Cauteriorum uſus 1496
Ceraſorum gummi, 1012, nucleorum oleum 1116
Cerebri dignitas 2161, proprietas 2187
Cerebri mirabilis ſtructura 2192, Ejus ventriculi an ſenſiles ſint 2196
Cerebri quæ pars afficiatur Epilepſia 2190
Cerebri ejuſque ventriculorum obſtructio 2238
Cervi Sale ſunt ſaniores 164
Cervi cornu 2027, 485, 2445, Magiſterium 2101, liquor. 2364, os de corde cervi 2029
Cervi cornu an ab incineratione proveniat 124
Ceterach 1023
Chalcedonius 933
Chalybis qualitates 485, 558
Chamæleon 1879
Chamomillæ Sal 1088, flores 1015
Chartam quid reddat firmam 118
Charta an poſſit contagium recipere 1351, 1743
Chelidonium 1873
Chelonites lapis 1047, 2491
Cholerici cum cautione adhibeant ſpiritus 977
Chryſocolla 98, Ejus compoſitio 99, uſus 100
Cibi graveolentes 2287
Ciborum obſervationes 961, 965, 1546, 1550, 1653, 1805, 2372
Cibos quid reddat inſuaves & pernicioſos 200
Cicadæ uſtæ ad quid proſint 1069
Cicer, ad quid proſit 1029
Cichorei ejuſque Salis vires 133
Ciconiæ inteſtina 1072
Cineres rerum an vim agendi à Sale mutuentur 126
Cinnabaris quomodo conficiatur 663
Citrium 1895. Citriorum malorum aqua 2067. Citri oleum 2071, balſamus 2100, Syrupus 2104. Cortic. condit. 2112
Clyſterum uſus 981, 1117
Clyſteribus an Sal addendum 183

Clyſteres acres quando conveniant 2345
Coagulantia medicamenta 884
Codurdi vires 931
Colicus dolor 773. ſeq. an ſit omnium acerbiſſimus 322, Colicæ cauſa 325, 328, medela 112, 179, 198, 221, 318, 328, 331, 371, 650, 773, 930, qualia medicamenta fugienda 326 327
Coli inteſtini inflammatio 323
Colores in lana quid abſorbeat 112
Colores in pannis quid diu retineat 118
Columellæ laxatæ remedium 119
Columba juvenis 1067, columbarum ſtercus ad quid proſit 1067
Coma an ſit morbus hæreditarius 316
Combuſtioni quid auxilietur 175
Combuſtiones ab igne factus quid ſanet 110
Comitialis morbus, vide Epilepſia.
Communis morbus quid 1189. differentia & cauſa 1190
Concamerationum artificioſarum fabricatio 196
Concoctionem quid perficiat 187, 198
Concoctionem quid impediat. 204
Concreſcere quid ſit. 9
Concuſſio ſeu convulſio 2302
Condimentum condimentorum 156
Confortans Naturæ 229
Conſternatio ſubita 2292
Conſecratio Salis apud Pontificios 143
Contagioſi morbi qui 1200, 1701
Contagium 1201, 1334, ejus natura 1208, quoad nominis ſignificationem 1209, definitionem 1210, cauſas ſ. requiſita 1211. Differentias 1213, 1335
Contagium an omne conſiſtat in putredine 1216, (De his vide etiam pag. 1703. & ſeqq.)
Contagium an morbus vel ſymptoma 1704, an poſſit propagare peſtem 1735, an ſublatâ putredine tollatur 1710. an omnes contagio inficiantur 1737, Quæ corpora ſint aptiſſima ad contagium 1339, an inanimata 1738, an in monetis hærere poſſit 1337, 1739, an in charta vel literis, & an legentes inficiantur 1351, 1743, an longo tempore in fomite poſſit conſervari 1343, 1740, an in corpore humano aliquandiu latitari poſſit, antequam in actum prorumpat 1344 vtrum à cadaveribus peſte extinctorum, an vero à viventium infectorum plus contagii metuendum 1347, 1742
Contagium per fomitem 1707, ad diſtans ſeu per aërem 1708

Contrariæ vires an in vno quandoque reperiantur 260. 261, 480,ſeqq.
Convulſio ſeu concuſſio 2302. membrorum convulſorum inunctio 2347
Convulſionis cum Epilepſia convenientia 2176
Corallium 2489
Corallorum tinctura 2451
Cordis dignitas 2161, proprietas 2187,morbi 2190
Cor an primo invadatur à veneno 301,an ſit principale peſtis ſubjectum 1221, quâ vi venenum afficiat 1230. Cordis palpitatio tempore peſtis 1678
Cor quæ confortent 292
Corpus humanum omnium Creaturarum præſtantiſſimum 2160
Corpus à corruptione quid ſervet 219,226.279,304
Corpus vegetum quid reddat 198
Corruptio & putredo an differant 294
Corruptionem an præcedat putredo 295
Corruptio humorum vnde 296
Corruptioni an aër obnoxius 297
Crabonum morſuum medela 173
Cranium humanum 2442. Ejus Sal 133,liquor 2363,oleum 2364
Crapulæ vitium 2288, Crapula quomodo tolli poſſit 180
Cremor Sulphuris 348
Crithmum marinum 1036
Croci qualitates 486
Crocodilorum morſuum medela 173
Crollii Elixir peſtilentiale præſtantiſs. 2151
Cruciata 2015,aqua 2069
Cruditates mucilaginoſas quid diſſolvat 483,abſumat 187,198
Cryſtalli ad quid proſint 1048
Cryſtallorum oleum 1083, liquor 1103,Cryſtalli tartari 1108, aceti 1108
Cryſtallini Sales ex herbis 129, 130
Cucurbitularum uſus 987
Cultus Dei debent eſſe Saliti 140
Cuprum quid conſumat relicto argento 112
Cutis quomodo reddatur denſior 180,dealbetur 195, 266
Cutis vitia externa quomodo ſanentur 334
Cynosbati 965, 1034, conſerva 1111. conditi 1112

D.

Definitione inveſtigatur rei eſſentia 400
Delirii Melanchol.remedium 741
Delirium tempore peſtis 1670
Dentium doloris remedium 119
Dentium vitia quid tollat 177
Dentes quid dealbet 197
Dentium ſtridores 2300. 2307
Depoſitionis in ritu cur adhibeatur Sal 150
Diæta tempore peſtis ab infectis quæ obſervanda 1652

Diaphoretica cujus temperamenti 256
Diaſcordium 2121
Diaſulphuris Emplaſtrum ejuſque uſus 364
Differentia quid 26
Diptamnus albus 1021
Diptamus 2004, aqua 2067
Diſſolventia medicamenta 884, 898
Diuretica medicamenta, 865, 868, 871, Natura eorum triplex 881
Dracunculi 1193

E.

Efficientis cauſæ an major vis quàm materiæ 798
Elementa an inter ſe ſint convertibilia 564
Elephantioſis qualis morbus 1194, remedium 654, 723
Elixir proprietatis Paracelſi 1642, 2151
Elixir peſtilentiale Crollii 2151
Elixir Salis 226
Empyneumatis remedium 306
Ens Deale, quid 1274. Aſtrale *ibidem* Pagogycum ſeu Magicum 1274, Veneni 1275. Naturæ *ibid.*
Enulæ radix cond 2111
Epar quæ confortent 292
Epatis obſtructiones quid reſerat 110, 133, 558
Ephemera peſtilens 1261, ejus Diſtinctio à diaria ſimpl. 1262
Ephialtus 2300, 2321
Epidemii morbi 1194
Epilepſiæ atrocitas 2161
Etymologia 2163
Epilepſia cur dicatur morbus ſacer 2163. Cur herculeus *ibid.* cur affectio puerilis 2164, cur Elephantiaſis *ibid.* cur ἐκστατις, *ibidem* cur morbus cardiacus *ibid.* cur morbus comitialis *ibid.* cur Lunaris 2165, cur divinatio *ibid.* cur morbus comeſſalis 2166, cur Sonticus *ibid.* divinus *ibid.* major *ibid.* Inſpuatus *ibid.* cur Alferetia 2167, cur vitriolatus morbus *ibid.*
Epileptiæ *definitio* 2167. ſecundum Galenum 2168, Hermeticos *ib.* autoris 2169
Epilepſia *in quo genere affectuum* reponenda, ſecundum Dogmat. 2170, ſecundum Hermeticos 2178, An morbus organicus 2171, an totius ſubſtantiæ 2172, an inter Symptomatum genera ponenda 2173. Ejus cum Convulſione convenientia 2176, an morbus mercurialis 2182, an Salinus 2184
Epileptici *inſultus* 295
Epilepſiæ *proprium ſubjectum* 2163, 2183, an cerebrum 2186, an Cor 2187, quæ Cerebri pars afficiatur 2192, an ſolus homo Epil. tentetur, an verò etiam animalia 2198, vide exempla 2201

Epilepſiæ *Differentia*: *à ſe invicem*, ſecundum Galenum 2205. & quidem 1. à parte affecta 2206, ex utero 2207, ex liene 2208, ex veſica 2209, ex vermibus in Inteſtinis 2210, à partibus externis *ibid.* quæ per univerſi corporis conſenſum generatur 2213. 2. à magnitudine morbi 2213 3. à cauſis 2213. 4. à conjunctis 2216. 5. à motu & duratione *ibid.* 6. à modo ingenerationis 2217. 7. à fine & Exitu morbi *ibid.*
Differ. ſecundum Paracelſum 2218
Different. ab aliis morbis 2221. ab Apoplexia 2222. à Lethargo 2223. à Caro. 2224. à Catalepſi 2225. à Vertigine 2226. à ſpaſmo *ibidem.* ab Incubo 2227, à Syncope 2228. à præfocatione Hyſterica 2228
Epilepſiæ *Cauſæ* : *Interna* proxima 1. ſecundùm Galen. 2229. ejus ſequaces 2237. quæ redarguitur 2236. an in obſtructione ventriculorum cerebri conſiſtat cauſa 2236. an vapor ſeu halitus acer, mordax, malignus ac venenatus 2248. an quilibet vapor 2262, 2271. modus generationis 2254. collatio generationis fulminis cum Epilepſia 2255. 2. ſecundum Hermet. 2269, ſecundum Paracelſum 2272, Epil. *cauſæ antecedentes* 2274
Epil. *cauſa Externa* 2281, 450
Epilepſiam *futuram* indicantia *ſigna* 2299, *præſentem* 2301. Idiopathicam à Sympathica *diſtinguentia* ſigna 2310, per conſenſum ſtomachi 2313. uteri *ibid.* Lienis 2314. à vermibus *ibid.* alicujus externæ partis 2315
Epilepſiæ *prognoſtica hominem ipſum concernentia 2316.* qui homines magis vel minus, citius vel tardius, Epilepſia corripiantur 2317. bonum vel malum eventum denotantia 2323, quæ facilior curatu 2325
Epilepſ. *methodus curativa* 2334. quam qui curat ſummo honore dignus 2335
Epilepſiæ *præſenti quomodo occurrendum* 2337, 1. per extrinſecus adhibita 2338. an ſanguinis miſſio conveniat 2352. 2. per intrinſecus adhibita 2359
arcanum ſingulare 2366. liquor excellens 2367, (vide etiam remedia quædam pag. 133, 677, 927, 928, 929, 939,)
Epilepſiam *quid impediat ne redeat* 2368. Diæta, ſeu con-

congrua ſex rerum non-naturalium obſervatione 2369. venæ ſectione 2392, univerſali totius corporis evacuatione 2398. particulari capitis ac cerebri expurgatione 2416. Cauteriorum ſeu fontriculorum applicatione 2420. capitis ſeu cerebri confortatione 2430, medicam. vel internis, ſecundum Dogmat. 2431, Hermeticos 2433, (*medic.præſtantiſſ. 2434.*) vel externis 2436, Specificorum Antepilepticorum remed.uſurpatione 2437, medic. vel ſimplic.ſecundum Dogmat. 2439, Hermetic. 2447, vel compoſit. ſecundum Dogmat. 2456. Hermet. 2459. Num *ſanguinis humani potus* ad curationem Epilepſiæ conferat 2467. affirmat. ſentent. *ibid.* Negat. 2470. Deciſio 2477.

Amuleta ſeu remedia quæ collo appendantur 2480. *ſecretum* 2486

Epilepticorum *Lactantium ſeu infantium* curatio & præſervatio 2492, quomodo excitandi 2493 quomodo à paroxyſmo præcavendi 2496

Epilepſiæ *Sympathica* curatio ac præſervatio 2501, & quidem Epilepſiæ per conſenſum ventriculi 2502, per conſenſum uteri 2505, ex vermibus 2506. per conſenſum partum externarum 2508, phænigmi formula 2509. Cauterium actuale 2509. victus ratio 2510, 2511

Errores majorum corrigendi 2236. 2248

Errhina qualia medicamenta 2417

Eryngium 207. 933, 1022, Eryng. aqua 1077, Extractum 1094, Syrupus 1109, condita 1111.

Excandeſcentia 2294

Exercitatio vehementior 2292

Expectorativum quid 316

F.

Fabarum aqua 1075. Sal 1087

Fabri ferrarii carere nequeunt Sale 114

Faciei ruborem quid tollat 120, faciei decoratio 661

Famis immanitas 1162, 2290

Faſcini amolitio 662

Febris an ſit morbus hæreditarius 316

Febris an ſubito poſſit generari 1258

Febrium origo 793

Febrium præſervativum 346, 740

Febrium medela 95, 186, 195, 219, 221, 228, 261, 281, 282, 235, 340, 357, 706, 749 931

Febris quartanæ cura 718, 932

Febrium malignarum generatio 294, 297, 299. præſervativum 306, medela 109, 132, 182, 278

Febris ardens qualis morbus 1166

Febris an ſemper peſti conjuncta 1241.

Digitized by Google

1241, negativa ſentent. *ibid.* affirmat. 1246, deciſio 1251, reſponſ. ad argumenta contraria 1254. vide etiam 1715, ſeqq.
Febris putrida peſtilens 1267
Febris peſtilens hectica 1269, ejus differentia à vulgari 1271
Febrium peſtilentium differentiæ 1261, vide Peſtil. febr. diff. in P.
Ferrum an poſſit mutari in æs 565
Ficus 1037
Filipendula 1026
Fiſtularum ſanatio 668, 676
Flatus quid 318, eorum generatio 318, comparantur cum ventis 320, receptaculum 324
Fluorum genera per quid poſſint parari 165
Fodinarum Salis exempla 34
Fœcunditatem quid promoveat 189. ſeq.
Fœminæ an Lithiaſi renum an veſicæ obnoxii 838
Fœniculum 1037
Fonticuli 2323, 2400
Formæ morbi 118
Formicæ ſtupendæ magnitudinis 587
Formidoloſa maximè 1160
Fontes Salſi vnde originem habeant 19, 20
Fragorum aqua 1076, Spiritus 1097
Fragrariæ Sal 1088
Fraxini vires 133, aqua 2066, Sal 133, 2085
Frigidi natura 439
Frigida quibus partibus maximè infeſta 325
Fuga tempore peſtis 1476, 1785
Fulminis generatio 2255 collatio cum Epilepſia: *ibid.*
Fulmina Sulphureo odore feriunt nares 241
Fungi quid præſtent 1026
Furunculos quid diſcutiat 177

G.

Galeni autoritas 2236, 2248
Gallici morbi remedium 132, 332, 639, 668, 706, 712, 713, 714, 717, 718, 719, 724, 739, 741, 745
Galli ventriculi membrana interiora 1061
Gallinaceorum pullorum alb. excrement. 1071
Gallinæ nigræ cor quid præſtet 934
Gallinæ diſſectæ 2034
Galega 1893, aqua 2068, acetum 2110
Gangramæ medela 95, 178, 222, 340, 364
Gargariſmi qualia medicament. 2419
Garum quid 161
Gemmarum ſculptores nequeunt carere Sale 154
Geniſtæ ſemen. 1018. Geniſtæ florum

florum aqua 1676. Sal 1088, conſerva 1111
Gentiana 1890
Gingivarum putredinis remedium 119
Gingidii Sal 1086
Glacie nihil frigidius 461
Glandibus an Sal addendus 183
Glandium ſeu clyperum acrium in Epilepſ. injectio 2344
Glutinis ad vitra fracta ferruminanda paratio 198
Graminis radix 1024
Gravidarum perterrefactio 2295
Guajacum 132, 2411
Guſtum depravatum quid reſtituat 183
Gutturis tumor 1191

H.

HÆmatitis lapidis vires 930
Hæmorrhagia tempore peſtis 1673
Hæmorrhagiarum medela 120, 483. 930, 934, 978
Hæreditarii morbi an incurabiles 316
Halimus 207
Haloſanthos 75, nominis interpretatio 75, placita veterum Medicorum, 76, ſeq. Haloſanthos an ſit ſperma ceti 79, ſententia vera 80
Hedera terreſtris 1024
Hecticæ origo 793, medela 203, 350
Hectica peſtilens 1269, ejus differentia à vulgari 1271
Heraclini ligni oleum 2449
Herbæ aliquot Salſuginoſæ 206
Hermaria, 1015
Hermeticorum principia 2197. cur tantum tria *ibid.* quid per ea intelligant 2180, ſeq.
Hernioſorum cura 221
Herpetis ſanatio 654
Hirci ſanguis 1056
Hirundinum lapillorum vires 925
Hiſterii lapidis vires 933
Holenicum 1858
Homo conditus ad ſanitatem 760 ad negotium 2154 quare appelletur Microcoſmus 318, 1373, & ſeqq. creatura præſtantiſſima 2160
Homonyma ſemper ſunt diſtinguenda 398
Humidi radicalis Balſamus 350
Humores qui plus pectori faceſſant 308, vnde corrumpantur 296, an in corpore humano adeò corrumpi poſſint, vi veneni naturam induant 1567. ſeqq. Humorum corruptio quomodò generet peſtem 1378, 1749
Humores craſſi, frigidi, pituitoſi 817, 2238, medela 110, 729, 735, 736
Humiditates ſupervacaneas quid conſumat 184, 198, 229
Humanum corpus omnium creaturarum præſtantiſſimum 2160
Hyacinthus 2046

Hydrargyron, vide Lit. M. tit. Mercurius.
Hydropis medela 110, 208, 219, 224. 346, 670, 677, 706, 718, 723, 729, 739, 740, 742, 743, 745. arcanum ſummum 708
Hyoſciamus an ſit venenum 303. Hyoſc qualitates 484
Hypericum 1035
Hyperſarcoſes quid conſumat 119
Hyſterica præfocatio 2228

I.

IAſpis lapis quid præſtet 934, 2491
Icterici cura 217, 219, 224, 932
Iecur quid calefaciat 481
refrigeret 481
Ignem quid facilimè concipiat 254, quid non 255
Ignium artificialium confectio 267, 587
Ignorantia docta 2264
Iliaci doloris ſedatio 650
Imaginationis effectus alii 1387, an pariat morbos periculoſiſſimos 1388, an humores poſſit alterare 1392
Imaginationum gravidarum vis miraculoſa 1384
Imaginationis virtute an peſtis poſſit cauſari, ſentent. affirm, pag. 1383 1391, negat. 1392, deciſio 1395
Imperatoria 1883, Sal 2082
Impetiginis ortus 201, medela 363, 597
Incubus 2227, 2322
Indium Sal 100. ejus compoſitio ibid. uſus 101
Inſecta quid abigat 195, 688
Intemperies quid 1178. 1691, frigida & humida quid cauſet 2274
Inteſtinorum ſubſtantia 325
Inteſtinis qd maximè inimicū 326
Ira ardens quid cauſet 2294
Judaicus lapis 1043
Magiſterium 1106
Juglandis nucis lignea membrana 1008
Juglandes nuces tempore peſtis 2003, aqua 2064
Juniperi baccæ 1909, 1887, 2070, oleum 1080. Sal 1088, Extract, 1094, 2089

K.

KAli herba 206
Καρδιωγμός 2301

L.

LAc in mammis quomodo exſiccetur 183, 203, Lactis amiſſi reſtitutio 649
Lactis concretio quomodo impediatur 160
Lacti ebibito ſemper Salis aliquid addendum 160
Lacticinia an noceant calculum metuentibus 963
Laccæ Hiſpanicæ compoſitio 266
Lacus mirabilis 567
Lamella æris quomodo depuretur 167
Lamina plumbea an in nephritide conveniant 908

Lampadis artificialis confectio 267
Lanæ quid candorem conferat. 265
Lapides, quorum in tractat. his, mentio fit, vide ſub literis ſuis: ut lapidem Philoſophorum lit. P, Nephriticum lit. N, &c.
Lapideum quid reddat corpus 778. ſeq.
Lappæ majoris oleum 1081
Laríceæ aqua 1078
Laſſitudinis pedum medela 194
Laterum uſtio 123
Laurus 1842, radicum cortex 1020
Lendes quid abſtergat 177
Lentiginum medela 363
Lepra qualis morbus 1166. medela 284, 677, 714
Lepus marinus an ſit venenum 303
Leporis combuſti pulvis 1064 Talvus 1072
Lethargus 2223, an ſit morbus hæreditarius 316, tempore peſtis 1672
Leviſticum 2008, Sal 1089, conſerva 2114
Lichenes quid ſanet 283, 332, 351. 597, 687
Lienem quæ confortent 292. obſtructionis medela 120, 133. 228, 558
Ligaturarum in obſtructione conſtitutio 2340
Limacum teſtarum magiſterium 1107
Limones 1899, Syrupus 2106, 1027 condit. 2112
Linariæ aqua 1079
Linguæ in Epilepſia illitio 2340, exſertio 2307
Lithiaſis vide lit. C. tit. Calculus: item lit. N. titul. Nephritis.
Loquelæ interceptio 2308
Ludi oleum 1081
Lues Venerea, vide G. Gall. morb.
Lumbricorum expulſio 651. necatio 221
Lunæ oleum 2453, animæ Lunæ extractio 2458
ad Lunam tingendam quid proſit 354
Lunaris calx quomodo reddatur volatilis 169
Lupi medela 676
Lupinum ſtercus quid præſtet 930
Lupulus 460
Luxationis membri medela 177
Lyncis lapis 1045, Magiſterium 1107
Lypothimiæ remedium 188

M.

MAculis lividis exteriorum partium quid opituletur 177
Magica ſigilla an aliquid præſtent 947, ſeqq. 958

Magnes 293. 492
Maltha lapicidarum 265
Malva, 1035
Maniæ medela 741
Manus quomodo dealbentur 195, 266
Marinæ aquæ an Sal ſuppeditent 8
Maris Salſedinis cauſæ 46, opinio Democriti, *ibid.* Anaxagoræ, 47. Empedoclis *ibid.* Metrodori 48. Theophraſti, *ibid.* Ariſtotelis, *ibid.* Opinio vera 49, 50
Materia quid 798
Matricis ſuffocatio 295
Maturationem in ventriculo quid prohibeat. 200
Medicina à Deo creata 1412
Medicamentum quodnam præſtantiſſimum 738
Medicamentum quomodo laudabilem operationem poſſit producere 921
Medicamenta varianda pro ægrotantium corporum diverſitate 866
Medicamenta an quædam dentur quæ ſolâ geſtatione vel nudâ appenſione exeruerint effectus 927, ſeqq. an dentur, quorum vires abſconditas experientia fecit manifeſtus 935
Medicamenta evacuantia 971, ſeqq. coagulantia 884, coagulata diſſolventia 884, errhina 2417, apophlegmatiſmi 2418, Gargariſmi 2419
Melancholiæ excitatio 204, 2320. Melanch. quid pellat 933
Membranæ an tactus organon 324
Membranoſæ partes an morbis gravius inficiantur 324. an citius à frigido offendantur 326
Menſtruorum ſuppreſſio 228. 262
Mentaſtrum 1033
Mercurium qui ſcriptis enodarint 382
Mercurii *Etymologia* 391, *Homonymia* 398, cœleſtis & terreſtris analogia 392. 393. *Definitio* 400
Mercurius *cur dicatur* argentum vivum 394. (qualia exhibeat ludicra ſpectacula, 394, 395.) cur ὑδεάργυρος 396. nomina peregrina ac barbara 397, cur liquor mineralis 401, an conſtet ex viſcidæ Sulphureæque terræ permixtione 402 cur dicatur ſpirituoſus 403, an ſit ponderoſus 406 quam habeat familiaritatem cum reliquis metallis 406, monſtrum naturæ 488
Mercurii modus *generationis* 408, 409, 516, an ſit novum aliquod medicamenti metallici genus 410

an ſemper eadem forma appareat in fodinis 516

Mercurii *differentia* 414.424.518, nativus ſive foſſilis 414, ubi inveniatur 415.ejus parentes 416, & artificialis ſeu factitius 420, ☿ corporum 423. Sublimatus 424, Eſſenſificatus 424. Præcipitatus 425. Mortificatus 426, coagulatus *ibid.* Philoſophicus *ibid*: Dulcis, vitæ, Diaphoreticus, 427

Mercurii *Electio ad uſum medicum* 428, ejus bonitas quomodo cognoſcenda 429, modi depurandi 432, modus perfectiſſimus 437

Mercurii *temperamentum*, an calidum an frigidum 437, hoc probatur 438, 358, illud 461, 477; deciſio 480, 488, an fiat ex vapore aqueo 438, an ad tactum percipiatur frigidiſſimum 439, an ſit graviſſimum & ponderoſiſſimum 442, an effectus producat frigidiſſimos 445, an damna ☿ij remediis calefacientibus poſſint corrigi 452, an adfinitatem habeat cum plumbo 456, an habeat aliquid aëreæ ſubſtantiæ admixtum 462, an perpetuò motu præditum 463, an duriſſima corpora diſſolvat 465, an quæ ex ☿io præparentur, ſint calidiſſima 474

Mercurius an *metallorum* principium ſit materiale 485, 381, ſentent. affirm 497, negat. 504, deciſio 508, cum reſponſ. ad negat. 512, an *in numerum metallorum* referendus 520. ſentent. affirmat. *ibid.* negat. 524, an anteferendus 381. an *ex omnibus metallis* poſſit extrahi 530, ſentent. negat. *ibid.* affirmat. 531, ex auro 534, ex argento 536, ex cupro 536, ex ferro 537, ex ſtanno 537, ex plumbo 538, ex Plantis 538, ex ſanguine humano 539, ex metallo quomodo eliciatur 672

Mercurius an ſui *transmutationem* ſuſtineat 522, an transmutatio in aurum ſit poſſibilis 563. ſentent. negat. cum reſponſ. 564, affirmat. 576, exempla 582, transmutatio in plumbum 755, in Lunam 356

Mercurius an in ſua ſpecie *perfectus* 569

Mercurii cum auro *convenientia.* 577

Mercurius *vulgi & Philoſophicus* Num ſint unum idemque 601 negatur 602

Mercurii *juramentum in morbis* graviſſimis 555, an pro ſalutari pharmaco eſt habendus 562. ☿ii inunctio num conveniat in Lue venerea 590, rationes negantiam 590 affirmant. 595. cautela 600

Mer-

Mercurius an ſit *venenum* 539, ratio affirmant. 540, negant. 550, quandoque *innoxiè potus* 552

Mercurius crudus quæ *mala* perniciosa producat 541, quæ præparatus 545, ☿ialium aquarum potus quæ *damna* inferat 447, ejus inunctionis vel fumi exceptionis damna 448

Mercurii pravæ qualitati *reſiſtentia remedia* 621, ſimplicia 623, & compoſita 629

Mercurius variis vitæ humanæ uſibus eſt accommodatus 382, ejus *uſus* 1. Mechanicus 632, ſeqq, 2. Medicus 639, ſeq. 3. Spagiricus 663, ſeq.

Mercurii *præparationes* variæ cum uſibus 667. ſeqq. oleorum 668, aquarum 672, ſpiritus, itemque quintæ eſſentiæ 676, Balſami 679, ☿ii ſublimati 681, modus figendi 689, coagulandi 698, *prepar.* ☿ii præcipitati 706, præcipitati ſolaris 715, Diaphoretici 721, præcipitati fixi 720, ſublimati dulcis purgantis 726, vitæ purgantis 732, vitæ Diaphoretici 742, florum 746, Sulphuris 750. Salis 751, Jovialis Diaphoretici 751, Vitri 752, liquoris 752, Solutio ☿ii ſublimati in liquorem 753, Laudanum ☿iale 753

Meſaræi oppilationes quid reſerat 558

Meſpilorum lapilli 1013

Metalli definitio 524, qualitates ibid. vires 380

Metallorum principia generationis 239, cauſa materialis 495, 498, remota 508, propinqua 510, venæ quomodo poſſint exquiri 152, an ſpecie inter ſe differant 519, in ignem injecta an igniantur 524

Metallorum liquatio 101, 111, calcinatio 166, 269, ſublimatio 168. croci præparatio 111, 1636, ſeparatio 165

Metallicæ Cadmiæ venenata qualitas quomodo poſſit detrahi 168

Metus tempore peſtis 1550, 1809, metus an poſſit inferre peſtem 1753

Microcoſmus quare homo appelletur 318, Microcoſmi comparatio cum Macracoſmo 1373, ſeqq.

Microcoſmi lapis 1050, Sal 1089

Mictia qualis eſſe debeat ad præſervationem calculi 970

Milium Solis 1018

Milleſolium 2014

Mineral. remedia apud aliquos malè audiunt 239, eorum præſtantia, *ibid.*

Minium nativum 416, 417, Venæ ejus variæ 418, factirium 420

Miſceanturne, quæ genere vel proximâ materiâ differant 573

Mithridatum 2119

Monetæ

Monetæ an inhærere poſſit contagium 1337, 1739, Monetariæ officinæ nequeunt carere Sale 153
Montacilla 1060
Morborum *genera* ſummæ quotuplicia 1178, 1691, 2172, Intemperies 1691, organici morbi 1693, unitatis ſolutio 1694
Morbi totius ſubſtantiæ 1182. 1695, Communes 1189, (cauſæ 1190. Differentia ibid.) Endemii 1190 Epidemii 1194. 1698, acuti 1169, 1247. 1699, (Differentiæ 1196.) pernicioſi 1197, 1700, contagioſi 1200. 1701 hæreditarii 316, 2318, 2324, & an ſint, curabiles 315, 316, morbus Gallicus vide G rit, Gall.
Morbi *curatio* quomodo inſtituenda 917, morbos periculoſiſſimos quid ſanet 739
Morphææ ortus. 201, medela 688, 714
Morſuum Venenatorum remedium 173, 134
Morſus canis rabidi 714
Morſus Diaboli 1867, aqua 2060
Mumiæ extractum 2090, tinctura 2098, Bezoardica 2152
Mummiæ eſſentia Alexiteria 1641
Mures quid occidat 688
Muſcus marinus 208
terreſtris 1023
Myrrha 2017
Myrrhus 2012

N.

Napelli convenientia cum veneno peſtilente. 1237, 1256
Narium hæmorrhagia tempore peſtis quomodo curanda 1672, in Epilepſia illitio 2342
Naturæ vis admiranda 397, in natura an quædam ſint, quorum reddi non poſſit 495
Naves quomodo picentur 265
Nauſeæ diſcuſſio 187, nauſeæ pecorum quomodo poſſit ſuccurri 163
Neganda an planè ſint, quæ vel rarò vel nunquam contigerunt 586
Nephritidem deſcribere quid autorem excitarit 757, 761
Nephritis an ſit morbus 763, an hæreditarius 803, an de vita periculoſus 846, an graviſſimus 760, quæ ſecum trahat ſymptomata 847
Nephritidis *Etymologia* 761. *Definitio*. 762, quo in loco renum generetur calculus 766, calculorum *differentia* inter ſe 767, tum ab aliis morbis 771
Nephritidis *cauſa*: vel remotæ, & quidem intrinſecæ 775. Extrinſecæ 776, vel Immediatæ, & quidem *efficiens* ſecundum Hermetic. 778. Dogmaticos 789, ſentent. vera p. 804, *Materialis*, ſecundum Hermetic. 808, Dogmatic. 817, opinio vera 823,

an ſiccitas ſit cauſa 805, an ex vino oriatur 809, an ex humore craſſo ac frigido 817, an ex ſero 823.

Nephritidi quale *tēperamentū* obnoxium 794. an etiā ſenes 797

Nephritidis *præſervatio* 960 quæ perficitur vel Diæta 960, ſeqq. vel pharmacia 971, vel Chirurgia 978

Nephri: *ſigna* 827, Prognoſtica 833

Nephritidis *Method. curativa* 959, ſeqq.

Nephrit: quæ conveniant medicamenta? an dentur calculum *ſolventia* 883, ſententia affirmativa 684, negat. 898, Deciſio 908

An conveniat *Venæ ſectio* 839, ſentent. negat. 840. affirmar. 845, Cautio 854

au *Vomitus* 855, ſentent. negat. 856, affirmat. 859. Cautio 864

an medicamen. *Diuretica* 864, ſentēt, affirmat 865, negat. 868, Deciſio 881

an *Laminæ plūbeæ* applicat. 980, ſentent. affirmat. 909, negat. 911

an *Vini* exhibitio 914. ſent. affirmat. *ibid.* neg. 917, Deciſio 918

an *lapis nephriticus* geſtatus 920 ſentēt. negat. 920, affirm. 927, Obſervati. quædā raræ & inauditæ 937, Deciſio 943, an intrò ſumtus 993. cum cautione 994

an *ſigilla Magica* 946, ſentent. affirm. 947, neg. 951. Deciſi. 958

Nephritici ex parentibus Nephriticis geniti, an ſanari poſſint 837

Nephritidis *curaTherapeutica* 979 tum quoad doloris mitigationē 979, ſeqq. tum quoad lapidis expulſionem 990, ſeq. Utrumq; tum pharmacia, tum diæta, tum chirurgia *pag. prædict.*

Lapidem comminentia varii generis 990

Varia Medicam. contra Nephritidem cōplectitur totus liber 2, Et quidem

1. *Simplicia* p. 999, tum *vetera*, cruda & non elaborata 1. ex vegetabiliū genere p. 999, & ſeq. 2. ex mineralium genere p. 1039, ſeq. 3. ex animalium genere 1050. Tum *Nova* & Spagiticè elaborata pag. 1073. 1. aquæ deſtillatæ p. 1073. 2. olea deſtillata p. 1080. 3. ſalia chymica 1086, 4. extracta 1093. 5. Spiritus 1095, 6. Magiſteria aliæq; eſſentiæ chymicæ 1103

2. *Compoſita* 1108, tum vetera, ut: Syrupi 1109. Trochiſci 1110, Condita 1111, Conſerva *ib.* Species aromat. 1112, Olea 1113. tum *Recentia*: Clyſteres 1117, Vina 1123, Oxymelita 1125, Noduli 1126, Decocta & potiones 1127, Syrupi 1131, Electuarium 1134, Pillulæ 1136, Pulveres 1138, Morſuli & rotulæ 1140. Sacculi 1141, Fotus 1142, Inſeſſus ſeu balnea 1143. Unguenta ſeu linimenta 1144 Cataplaſmata 1146, tum *Spagirica*: aquæ deſtilla: 1147,

Xxxxxxx Julapa

Julapa 1151,mixturæ 1152,Extracta 1153,olea 1154
Miſcella variarum compoſitionum Chymicarum: liquores 1156,Sal.1158,Balſamus 1159
de Nephritide vide etiam lit. C. tit.Calculi.
Nervi an ſint organa tactus 324
Nervoſæ partes an facilè poſſint morbo adfici 324
Nidus cum avibus in lapidem verſus 567
Nitri generatio 17,nitrum Sal 103. Nativum 104,Factitium 105, ex qua materia 106, modus conficiendi 107,uſus 109, 111, Nitri fixatio 113,Spiritus 112,uſus, *ib.* cautio 976
Nitrum diverſas in ſe habet partes 113, duplex in ſe continet Sal 114
Nodorum reſolutio 225
Nucis Moſchatæ vires 486
Nuces juglandes tempore peſtis 2003

O.

Oblationes apud Judæos pag. 140.apud Gentiles p. 142,
Oculorum hebetudinis medela 198,lippitudinis 931, in Epilepſ. inverſio 2305
Ocymum an poſſit mutari in ſerpillum 567
Oderatorum præſtantia 1468
Olei plus quomodo per deſtillationem ex aromatibus eliciatur 171.olei fixi præparatio 170
Olera quædam condiuntur Sale 162
Ononis 1000. Onon. aqua 1073, Sal 1087,Extractum 1093
Opium 483.985
Opiatum laudanum nobile 985.opium crudum vitent calculoſi 986
Organicus morbus quid 1180, 2171
Oris ulcerum medela 119,182, Oris ſpuma 2305.in Epil. diductio 2338
Oſſa quomodo poſſint reddi mollia 197
Otii vitia 2155
Ovi electuarium 2120
Oves ne ſcabræ fiant 197
Ovium pabulum gratiſſ. 206

P.

Paliuri vires 1028
Paſſer Troglodytes 1062
Paralyſis 2332. cauſa 450. an ſit morbus hæreditarius 316
Parietaria 1105,Par.aqua 1075
Partus difficilis facilitandus 100, 653.741,934
Pæonia 2439,radix 927, 2487
Pecorum nauſeæ quomodo ſuccurrendum 163, nimiam pinguedinem quid abſumat 194
Pectus quibus morbis facilè ſit obnoxium 306. 309. an à calidis morbis ſit immune 309. pectori qui humores plus faceſſant 308

Pectoris affectuum variorum cura 275,334,346,350,376
Pectus quæ conforcent 292
Pediculos capitis quid pellat 119, pediculos quid enecet 177, *646*
Pedum tumores quid diſcutiat 119,179, laſſitudinem quid tollat 194
Perlarum oleum,ſeu quinta eſſentia 1648,magiſterium 2101
Percarum lapis 1052
Peregrinorum confeſſio quomodo ſoleat expiſcari 147
Periculoſiſſimos morbos quid ſanet 739
Peripnevmoniæ remedium 109
Pernicioſi morbi 1197
Perſicorum nuclei 1006
Peſtis *atrocitas* 1163,1166,ſeqq. 1685 *homonymia* & Nomen 1170. 1696, *Definitio* 1174, 1697, ſecundum Hermeticos 1175. Paracelſum *ib.* perſpicua 1176
Peſtis ad quodnam *genus morbi* referenda 1177,1691, an intemperies 1178,an morbus Organicus 1180.an unitatis ſolutio 1181,an inter Morbos totius ſubſtantiæ 1182,an ſit morbus comunis & Epidemius 1189: an morbus acutiſſimus & pernicioſus 1196, an morbus contagioſus 1200. (de his vide etiam pag. 1698, & ſeqq.)
Peſtis *Univerſalis 1282, Particularis* ibid.
Peſte cur non omnes inficiantur 1202
Peſte an unquàm mundus caruerit 1331.1744
Peſtis *ſubjectum* principale,an cor 1221, qua vi cor afficiat 1230, 1713
Peſti an ſemper conjuncta ſit *febris* 1241,1715
Peſtem quæ comitentur *Symptomata* 1669, 1686
Peſtis,vel Peſtil. febrium *differentia* 1261,1719, 1.à ſubjecto, *ibid*, 2.à morbo ipſo 1272, 3. à cauſis. 1273,4. à Symptomatis & morbis conjunctis 1275. *(vide etiam de his p.1719.ſeqq.)* Different.ſecundum Paracelſicos 1274.5.ab objectis 1278, *6*. à ſpacio quod occupat 1281
Peſtis *cauſa* 1285.ſecundum Theologos 1290, 1723, Aſtrologos 1295.1725.Impugnatio 1299, opinio vera 1304,ſecundum Medicos, & quidem vel *Externa*, ut aër 1306,1728, (vide: aër in A.) Contagium 1334, 1735, (vide Contag.in C.)3.Veneficium 1355.1745, (vide Venefic.in V.) vel *Interna* 1366.humorum corruptio quomodo generet peſtem 1378, 1794.vnde 1750, an virtus Imaginationis 1383, 1751 an metus vel timor 1753
Peſtilens *Ephemera* 1261, 1719,

Xxxxxxx 2 Febris

Febris putrida 1261, 1719
hectica 1269, 1720
Peſtilentes *febres* an omnes exiſtāt uniformes 1272
Peſtilentis *Veneni* convenientia cum Arſenico vel Napello 1236, 1257
Peſtem *futuram* denotantia *ſigna* 1399, 1753, *Generalia* & vel Metaphyſica 1400, vel Phyſica 1401, *Specialia* 1404, 1756, vel à cauſis peſtis *ibid.* vel ab effectis aëris corrupti 1405, vel à morbis 1407, (vide & p. 1757.)
Peſtem *præſentem* quæ indicent *ſigna* 1408, ſigna actionum læſarum 1408, Excretorum 1414, Qualitatum mutatarum 1416, (vide & p. 1757.)
Peſti quænam *corpra* citius, quæ tardius obnoxia 1418, 1760
Peſte correptorū *ſalutem vel mortem indicantia ſigna* 1425, 1762 Prognoſis periculi ſeu mortis 1426, 1763, ſalutis 1430, 1766
Peſtis *præſervatio* 1434, 1766, & quidem 1. *Spiritualis, ibid.* formulæ receptarum ex officina ſpirituali 1441. 2. *Politica* ſeu civilis 1443, platearum ædiumq; repurgatione 1444. Peregrinorum excluſione 1447. publ: conventuū interdictione 1449. ædium infectarum occluſione 1451, (vide & pag. 1770. ſeqq.) 3. *Medica* ſeu naturalis 1452. 1. aëris vitioſi correctione 1454, ædes ab ingreſſu ventorum inſalubrium muniendo 1455, ignem accendendo 1459, Conclavia conſpergendo 1463. ſuffitum odoratorum excitando 1467, Pulveres pro magnatibus 1471, pro plebeis 1472, Trochiſci fumales pro divitibus, *ibid.* pro plebeis 1473. Candelæ pro fumo per Opulentioribus *ibidem*. Pro egentioribus 1474, (Vide & de his pag. 1773. & ſeqq.) 2. Infectorum evitatione 1476, (cum reſponſione ad argumenta fugam improbantia 1478,) & quidem mox 1483, longè 1485, tardè 1486, (vide & pag. 1785. ſeqq.) 3. Corporis expurgatione 1487, Ob plethoram 1488, & ob Cacochymiam 1489. Purgantia ſunt vel ſimplicia 1490, vel compoſita 1492, quæ pueris decernenda 1496. Canteriorum uſus 1496, (Vide & pagina 1780, ſeqq.) 4. Cordis aliorumque viſcerum præmunitione & corroboratione 1498, vel antidotis *internis* 1500. Pro divitibus *ibidem*,

pro

Digitized by Google

pro pauperibus 1503. pro gravidis ac infantibus 1506, (Annotatio de uſu alexiteriorum Internorum 1508, cum quæſtione: an detur venenum alexipharmacum peſtis 1512, *Vide* de his *etiam pagina* 1793. ſeqq.) vel *externis* 1516, pro divitibus 1516, pro pauperibus 1519 cum quæſtione: *an ſerpentum pulvis conveniat* 1520, vel amuleta ex Arſenico & Mercurio1532, (Vide & de his pagina 1801. & ſeqq) 6. Rerum ſex non naturalium obſervatione 1545, ut 1. aëris 1546. 2. Cibi *ibid.* (Carnis, panis 1547. piſcium 1548, lactis, butyri, fructuum 1549, Olerum & herbarum 1550, cum regulis aliquot generalibus de cibis 1551.) & potus 1552. 3. Motus & quietis 1553, 4. Somni & vigiliæ 1555. 5. Repletionis & Inanitionis 1557, 6. animi pathematū 1558. (*vide* de his *p. 1804. & ſeqq.*) vide etiam allegat: pag280, 290, 306, 346.

Peſtis *curatio* 1562. Num venæ ſectio neceſſaria 1563, (cum refutatione ſententiæ contrariæ 1569,) an conveniant Electivè purgantia 1573, an Veſicantia 1583. an Spiritus vitrioli 1588, an lapis Philoſophorum 1597, an lapis Bezoar 1609, (*de his vide etiam pag. 1812. & ſeqq.*)

Peſtil: *Bubonum* curatio 173, 1662, 1829. *Carbunculorum* 1666

Peſtis *Methodus curativa* 1621, quomodo *venenum è corpore eiiciendum* Alexipharmacis ſudorem moventibus 1622, Varia ſudorifera 1633, Quomodo vitalis facultas collapſa medicamentis inſtauranda, ægerque à ſudoribus reficiendus 1634. *Victus ratio* quæ obſervanda ab *infectis* 1652, (*Vide etiam de his pag. 1820. & ſeqq.*)

Antidota varia, & quidem 1. *Simplicia*, Vegetabilia 1835, Animalia 2021, Mineralia 2037. Terrarum aliquot genera & marina 2048, Simplicia ſpagiricè elaborata 2059. Olea ſtillaticia 2070. Salia Chymica 2077. Extracta 2087. Spiritus 2091. Tincturæ & Balſami 2097. Magiſteria & flores 2101. 2. *Compoſita*, & quidem *vel Galen*: 2104. Syrupi 2105. Pilulæ 2108. Aceta 2109. Condita 2111. Conſervæ 2113. Olea 2114, Electuaria 2117. *Vel Dogmaticorum* 2122. Electuaria 2122, Pulveres 2125. Morſuli & rotulæ 2127. Trochiſci ſublinguales 2129. Syrupi 2130. Clareta 2131. Aceta 2132. Pilulæ 2133.

(*Vide etiam quadam curativa allegat: pag. 279, 290, 335, 346, 723. 739, 743. 931.*)

Digitized by Google

Medicamenta *externa* 2134, trochiſci pro fumo 2135, Candelæ fumales 2137, Pomambræ 2138, Linimenta 2139, ſacculi odoriferi. 2140
Compoſita *ſpagirica* 2142, aquæ ſtillatic. Therical. *ibid.* Extracta 2145. mixturæ 2147
Miſcella variarum compoſ. Chymic. 2149
Bezoardicum vegetabile aureum 2149
Elixir peſtilentiale Crollij 2151
Elixir proprietatis Paracelſi 2151
Mumia Bezoardica 2152
Oleum ſeu Balſam. Antipeſtif. 2153
Petaſites 1840
Petroſelinum 1004, Petroſel. aqua 1075, Sal 1085, Extractum 1094
Phantaſia, vide Imaginatio.
Phlegmaticorum morborum cura 228
Phlegma aluminis 120
Phlegmonis medela 204
Philoſophorum lapis quid 1597, quomodo præparetur 602. 607 quæ ejus materia 608. 610. (materiæ hujus nomina 611.) à quo diſcatur 609, quæ ejus vires 1598, ſeqq. An ſit omnium morborum panacæa 1605, an valeat curare peſtem 1607. vide etiam p. 1598
Philoſophorum Mercurius an idem ſit ac vulgaris 601
Philoſophorum Oleum 1081
Phreneſis an ſit morbus hæreditarius 316
Phriſis ortus 311, 312, an ſit morbus hæreditarius 316, an & quæ ſit incurabilis 311, medela 271, 350, 362
Phriſicus ita genitus an ſit ſanabilis 314
*P*igmentarii utuntur mercurio 637
*P*impinella 1033. 2008, *P*imp. aqua 1076, 2068, Sal 2081, radic. condita 2111
*P*iſcium capturam quid impediat 198, piſces majores, an extra aquam ſalſam diu vivant 50. quomodo condiantur 161, qui probentur 1548
*P*iſcatores interdum utuntur Mercurio 638
*P*ituitoſi 2320, pituitoſis morbis quid corpora reddat obnoxia 452
*P*ituitæ colliquatio 471. 483
*P*lantago 2010. radic. vires 929
*P*lantarum aquæ ſtillaticiæ an fiant opera caloris 124, ex *P*lantis Salis quantitas 124
*P*leuritidis medela 109, 335, 350, an ſit morbus hæreditarius 316
Plica qualis morbus 1194
*P*lumbi natura 456, 457, 484, 910, 911. an poſſit *mutari* in ſtannum 565. in cuprum 566, in Mercurium 566

Digitized by Google

Pocula quomodo purificentur 154
podagræ medela 219.221,225,350, 668, 669, 677, 687, 718, 743, 929
polygonum 1004
portulacæ ſuccus 1016
portul. marina 207
potus chalybeati qualitates 485
precatio quid 1434, in calamitatibus inſtituenda *ibid. & ſeqq.*
prunorum gummi 1006
pruritus ortus 201
pruritus ſcabieique medela 119, 176,283
pua qualis morbus 1192
pulmonis adfectuum cura 275,
pulmonis fruſtulorum rejectio quomodo cohibeatur 274
pulmonum putredinum medela 276
Pulmonum Balſamus 276, 362,
pulmones quæ confortent 292
pulvis Halynitropyrius 266
pulveris nitrati vim fulminantem quid tollat 195
pulſatilla 2015
purgatio 1488, quando inſtituenda 1574,1579, an in peſte 1573
purgantia quomodo debeant eſſe comparata 972
purgativorum remedium præſtantiſſ. 738
puſtulans quid ſanet 346,351
puſtularum in ore excitatio 262
putredo & corruptio an differant 294
putreſcere quid 1264
putredini quæ obnoxia 1269
putredinum præſervativum 279, 303
Curativum 303. 346, 276
à putredine exortorum morborum medela 706
putredini quæ poſſint reſiſtere 184, 191,192,229, 304,305,357
putredinem excellentem quid conſequuntur 1248
putreſcuntne etiam ſpiritus 1264
putrida febris peſtilens 1267
putridæ carnis remedium 333

Q.

Qualitates occultæ 291, 1235, 1714
manifeſtæ 292, 1234
Contrariæ an in uno quandoq; reperiantur 261,262
Quartana febris, vid. in F. tit. Febris.
Quintæ eſſentiæ ſalis extractio 225

R.

Rhabarbarum 481
Ranæ quid præſtent 2030, 2446, ranarum oculi 931
Raphanus 1002. raph. aqua 1074
Raucedinis remedium 396, 350
Reconciliatio cum Deo & proximo 1438
Relaxationi quid proſit 187
Remediorum genera infinita 239
Remedium an morbo debeat

eſſe

eſſe contrarium 452, 453
Renum Calculus, vide lit. N. tit. Nephrit. Item lit. C. tit Calcul.
Renum inflammatio 771
difficultates quid ſanet 207
renes quæ confortent 292
Reſina larigna & abiegna 1012
Reſpiratio difficilis 2306, Remedium 276, 306, quanta ejus ſit neceſſitas 310
Roſæ cinis 135
Roſmarinus 1869
Rubini magiſterium 2101
Rudera civitatis cur conſpergantur ſale 148, 149
Ruffi pillulæ 2108
Ruſci ſemen 1019
Ruta 1850 2440, Rutæ aqua 2061, Oleum 2077, Sal 2083, Extractum 2090, Balſamus 2100, Conſerva 2113, Acetum 2109

S.

SAlis *Etymologia* 1. ſignificatio græca, 2, 3, metaphorica, 3, 4, *appellationes peregrinæ* 5, 6
Definitio 6
Sal *an ſit ſuccus* mineralis 8, an concretus 9
Salis facultates 10, Materia 11, 12, Subjectum 16
an in primordio creationis conditus 13
Sali an à creatione inſit vis conſervativa & multiplicativa 14, 15
Salis *mater* ſpiritualis 16
generationis modus 16, 17
an generetur à ſucco terreo 12, an concreſcat à frigore 10
Salſæ acrimoniæ origo 8
Salis *principium* extrinſecum 21, ſive cauſa efficiens univerſalis 22, particularis ſeu propinqua 23, inſtrumentalis ſeu adjuvans 25
Salis *Differentiæ* 26, nativum 27, 33. 37.
factitium 27, ſeqq.
Diff. ab accidentibus 31. ſcil. à colore, ſapore, odore, Diaphaneitate, figura, Conſiſtentia, loco, *ibid.*
Cur alius citius diffluat alio 32
Salis *montium* ac *fodinarum* exempla 34
Sal Ammoniacus 37, 38, Cyrenaicus 38, Gemmæ 39, Indum 39
Loca quædam in quibus reperitur 49. ſeqq.
Sal *foſſilis* 18, 19, cur in locis ſubterraneis levius, quàm extractum in aëre 42
Sal an *marinæ* aquæ ſuppeditent 8
Salis marini generatio 44. an ad iſtud conficiendum labor quoq; hominum accedat 45, 46
Salſedinis maris cauſæ 46, vera opinio 49
Sal lacuſtris ac fluvialis 51
Sal *artificialis* ſ. factitius 55
præparatur vel ex aqua marina 56, vel è fontibus ſalſis 59
Salſi fontes unde originem habeant 19, 20

Sal

Sal an ex omni aqua ſalſa cum fœnore excoqui poſſit 61
an citra ignis coctionem poſſit reperiri 62
Aquatum ſalſatum probatio, vel beneficio ignis 63, vel abſq; igne 65, vel per fuſum 64
Sales artificioſè conficiendi ratio an antiquis fuerit ignota 124
Salinæ cur non omnes ſint unius ejusdemq; generis ac bonitatis 18
Salinæ præcipuæ in Germania 60
Salinatum *Saxonicarum* deſcriptio 67. Earundem origo 67, 68, Progreſſus 69, fontes quatuor 70, illorum profunditas 70. quantũ muriæ & quomodo ex illis extrahatur 71, à quibus & quorſum comportetur 71, quomodo exindè Sal conficiatur 72, Sal quibus Cortibus indatur 73, à quibus præcipuè avehatur 74, maſſa quædam in lapidem concreſcit 74, conſuetudo Hallenſis circa feſtum Paſchatos 74.
Sal Hallenſis (& Luneburgenſis) eſt quaſi Lydius Lapis, ad quem reliquorum proprietates exigẽdæ 85
Salis flos, vid. Haloſanthos.
Salis *optimi* notæ 83, Bonitas an conſiſtat in acrimonia 83, in puritate 84, in colore 85. in crepatura 86.
Salis *Temperamentum* 86, an ſit calidum & ſiccum 87, 88
Sal Ammoniacum 37, 38, nativum & factitium 90. modi conficiendi 91, quomodo depuretur 93, fixatio 93, uſus 94
Alkali 9[illegible] Compoſ. 97. uſus 98
Borrax 98, Compoſ. 99. uſus 100
Indum 100, Compoſ. 100, uſus 101.
Alembrot 101, præpar. 101, uſus 102
Anatron 102, præpar. 102, uſus 103
Nitrum Sal, vide Nitrum.
Sal factitium ex *Plantis*, aut etiam *animalium* partibus 121
Sal an vegetabilibus vel animalibus inſit 121, an fiat vi ignis 121
Salis quantitas ex Plantis 124
Salis extractio ex cineribus 125
Sal volatilis ex plantis 126
Sal fixus ex plantis 128
Sal hic quomodo depurandus 129
Sales Cryſtallini Plantarum quomodo purandi 192, 270,
Sal an herbæ illius, ex qua elicitus, vires contineat 131
Sal abſinthii 131
Sal Guajaci 132
Sal Carduibenedicti 132
Sal fraxini & Cichorei 133
Sal Vrticæ 136
Sal Cranii humani 133, Vrinæ 124

Digitized by Google

Mira de ſalibus Plantarum 134
In ſalibus vegetabilium an diverſitas ſaporum reperiatur 137, 138
Salis *uſus* multiplex 139
Theologicus 140, apud Judæos, *ibid.* Gentiles 142, Pontificios 143, Chriſtianos 140, 141
Politicus 145, amicitiæ Symbolum *ibid.* in obtinendo ſuffragio 146. in peregrinorum confeſſione 147, ad conſpergenda rudera civitatis 148, in ritu depoſitionis 150
Mechanicus 151, Sale utuntur quidam ædium exſtructores 151 Metallici 152. officinæ monetariæ 153, Aurifabri *ibid.* Alutarij 154, æramentorum fuſores, furnorum conſtructores, Gemmarum ſculptores, pictores, fabri-ferrarij, vaſa purgantes &c. *ibid.*
Oeconomicus 155, in quotidiano victu *ibid.* in condiendis vinis 157, in aquæ correctione 158, in lacticiniis 169, in ſervandis carnibus 160. & piſcibus 161, ad caſeum & butyrum 162. ad condituram quorundam olerum, *ibi.* ad ſterilitatem agrorum tollendam *ibid.* ad tollendam pecorum nauſeam 163
Alchymiſticus 164. ad paranda fluorum genera 165, ad ſeparanda metalla, *ibid.* ad calcinanda 166, ad cementa *ibid.* ad depurandas æris lamellas 167, ad detrahendam malignam qualitatem Cadmiæ Metallicæ 168. ad ſublimendas varios Metallorum ſpecies *ibid.* ad præparandum oleum Antimonij 169, ad reddendam volatilem calcem Lunarem, *ibid.* ad depurgandum Mercurium 170. ad ſolvendum aurum *ibid.* ad plus olei ex aromatibus eliciendum 171.
Medicus 172. isque Externus, à p. 172. ad 184
vel Internus à p. 184. uſque ad 191. (*in curandis morbis quamplurimis.*)
Mixtus 191. quò referenda, quæ ad neutrum ſuperiorum claſſium referri potuerunt 191
Salis *Damnum* ſeu Nocumentum 200. ſeqq.
Salſuginoſæ aliquot herbæ 205
de Sale aliquot *adagia* ſeu dicta Proverbialia 209, ſeqq.
Dicta ſcripturæ 213, ſeqq.
Ex ſale medicamenta aliquot *Chymica* cum uſibus 216, ſeqq.
Salia aliquot Chymica 2077
Salis olea 216, ſeq.
Salis Spiritus 219. ſeq.
ἀντιπάθειαν habet cum ſale communi 222
Cautio 972
Salis Tinctura 225
Salis Quintæ eſſentiæ extractio 225

Salis elixio 226
Sal volatilis 227.
Sal dulcis & ſubtilis 228
ex Sale ſulphuris extractio 228
Salis calcinatio 229
Sal fuſum 230
Salſum quid 2
à Sale dicuntur Salaria 5
Sal ſacerdotale 198
Sal tempore peſtis 2040
Sambucus 2486, Amuletum ex eo ſecretiſ. pro Epilepticis, *ibid.*
Sanguinis nimia ebullitio quid cauſet 2277
Sanguinem quid ſiſtat 483, 930, 934, 935, Coagulatum quid diſſolvat 110, æſtuantem quid refrigeret 452
Sanguinis miſſio an tempore peſtis conveniat 1564, 1812, an in Epilepſia 2352
Sanguinis humani oleum & eſſentia 2451
Sanguinis humani potus an cõferat ad Epilepſiæ curationem 2464
Sanguinis menſtrui ſuppreſſio 2278
Sanguinaria 1033
Sanitate nihil præſtantius 238
Sapphirus 2042
Sardonius lapis 933
Saſſefras lignum 2413
Satyrionis Erithraici vires 929
Saxifraga 999, Saxif. aqua 1074
Extractum 1094
Scabiei origo 201
Medela 176, 202, 283, 332, 346, 363, 597, 654, 669, 688, 706, 714, 727, 743
Scabioſa 1862, aqua 2063, Sal 2083
Syrupus 2017
Scorbutus 1191
Scordium 1839, Syrupus 2107
Scorpionum morſuum medela 173, 282
Scorpionum oleum 2114
Scorzonera 1892
Secundinarũ puerperæ pulvis ad quid proſit 1170
Secundinarum in partu retentio quid cauſet 2279
Sedulitatis effecta 2155
Selenites lapis 934
Selenorum fructuum ſyrupus 1109
Seminis vel ſanguinis menſtrui ſuppreſſio quid cauſet 2278
Senes an calculo obnoxii 797
Seminis efflnxio invita 2308
Senſuum ceſſatio 2303
Serpentis exuvium quid præſtet 934
Serpentum pulvis 2036, 1520
an in peſtis θεραπεία conveniat? Sententiæ affirmat. 1521, Negat. 1527. Deciſio 1531
Serpigines quid ſanet 351, 363, 687
Siccitas an ſit cauſa calculi 805
Sigillata terra 2055
Simile an à ſimili generetur 520
Silices 1048
Singultus medela 933, 2258

Sitis excitatio 262,204
Sitis tempore peſtis cura 1675
Smaragdus 933, 944, 2044, 2489
Somnifera 369, 370
Somnus an ſit cauſa calculi 968
Somnus & vigiliæ tempore peſtis 1547, 1658, 1672
Spaſmus 2226
an ſit morbus hæreditarius 316
Species an inter ſe commutentur 568
Spectra quid abigat 632
Spiritus num putreſcant 1264
Spiritus quid figat 120
Spiritus noſtri corporis admirandâ mobilitate ſunt præditi 464
Spiritus Therebinthinæ, Vitrioli, ſalis, aut Nitri cautè adhibeant calculoſi 976
Spongiæ lapides 1046, spong. ſal 1093
Spongioſam carnem quid tollat 714
Stannum an poſſit mutari in plũbum 566
Stanni ſtridorem quid tollat 665
Stertor 2307
Stercorum invita effluxio 2309
Sternutatio 2257
Sternutamentum in Epilepſia 2348
Stibium an poſſit mutari in plumbum 566
Stomachum quid confortet 132, 292
Cruditates quid abſumat 132
humores quid exugat 132
Strumarum ſanatio 931
Subſtantia an ſui ſimilem tantum generet 122
Subſtantiæ totius morbi 1182
Succinum 2049, 486, Oleum 2073, 2447, Spiritus 1102, 2455, Sal volatile 1090
Trochiſci 1110, Balſamus 2100
Succorum qualitates 8
Sudorem quid provocet 132, 138, 346, 357, 483, 669, 678, 722, 725, 743, 1624, 1636, 2411
de ſudoriferis medicamẽtis obſervationes, tempore peſtis 1628, 1820
Sudorifera Bezoardica 1632, ſeqq.
Suffimigia 1470
pro ſuffitu pulveres tempore peſtis 2134
Sulphuris *Etymologia* 240
Definitio 241
generationis modus 243
Differentia 247, Nativum 248, Factitium 250
Figura 252
Bonitas ſeu Electio 253
Temperamentum 254
Spiritus 258, Contrarius ſulphuri integro 259, 260
Vſus 263, apud Gentiles 263
Mechanicus ſeu Mixtus 264
Chymicus 269, Medicus 271
Balſamus 287, Virtutes 289

Sulphur quomodo reddatur purũ 253

Ex ſulphure *præparationes* variæ 329,ſeqq.

Olea 330

Spiritus 332,482,2095

Tinctura 343, 2098

Flores 345,2102

Cremor 348

Vitrum rubrum 351

fixatio 352

animæ extractio 358

butyrum 360

Balſamus 362

Emplaſtrum Diaſulphuris 364

Sulphur Vitrioli & Antimonii 365

Sulphur tempore peſtis 2037

Sulphur adſignatur inferno 246

Syderum influxus 1301,1726

Syncope in Epilepſia 2228

tempore peſtis 1678

Syrupi Antipeſtiferi 2130

T.

TActus organon quale 324

Tartari generatio in corpore 811

Tartari genera 816

Calcinatio 112, Spiritus 1101

Magiſterium 991

Tauri urinæ aqua 1076

Temperamentum ad calculum proclivè 794

Terebinthina 1010, Oleum 1082, Spiritus 976, 1101

Terra quomodo cauſa exhalationum 1321

Terra Sigillata 2055, Spiritus 2097

Terror vehemens 2292

Teſtudinis crura quid præſtent 929

Theriaca 2117, Aqua 2142,1637

Theriacalis mixtura præſtantiſs. 1625

Thoracis morborum medela 333

Tincturarum confectio 688

Tineæ (piſcis) qualitates 931

Tonantis cœli gravis fragor 2286

Tormentilla 1854, Aqua 2068, Extractum 2090

Tormentorum bellicorũ diſploſio 2286

Tranſmutationum exempla varia 485

an ſpecies inter ſe tranſmutentur 568

Tremores membrorum cauſa 450

Tribulus terreſtris 1006

Tumores duros quid emolliat 364, 472, 658, 714

Oedomatoſos quid reſolvat 485

Tunicarum florum acetum 2110

Turcoſia 944

Turdi & Teſtudinis ſal 1089

Turpethum minerale Diaphoreticum 1634

Tuſſis medela 271, 306, 335, 35[illegible] 362, 376

Tuſſis Veteris diſcuſſio 187, 271

V.

Valeriana 1872, Aqua 2064, Sal 2085
Vapor 2254
Vapores non ſunt unius ejusdemque generis 2264
Variolarum medela 669
Vaſa teſtacea per quid reddantur firma 195
Vegetabiliū tranſmutationes variæ 566
Veneficia tempore peſtis 1355
Veneficia magica 1361
Venenatorum proprium 301
Veneni natura 540, 550, ſeq. actiones 1231
peſtilentis convenientia cum Arſenico vel Napello 1236, 1257
Venenoſorum morborum medela 382
Veneni naturam an humores poſſint induere 1367
Venenum quomodo è corpore ejiciendum 1622
Veneno quid averſetur 132, 282, 933
Venenata qualitas an citra putredinem in corpore humano generetur 2266
Venæ ſectio an in calculo conveniat 839, ubi requiratur 840, quale ſit auxilium 841, quibus morbis & affectibus debeatur 843, 845
an in peſtis cura neceſſaria 1563, 1812, an in Epilepſia 2351, 2392
Venenatorum infectionem quid prohibeat 290
Ventorum materia 320, generatio 321, vehementia 2282
Venti inſalubres & ſalubres 1456
Venti comparantur cum flatibus 320
Ventriculi imbecillitas unde 1184
Ventriculum quid calefaciat 198
Ventris humiditates quid exſiccet 198
Venus immoderata quid cauſet 2291
Veneris adpetentiam quid imminiat 202
Venus languida quomodo excitetur 100, 189, 190, 483, 929
Venus an res diſponat ad procreandum calculum 968
Venerea lues qualis morbus 1166
Medela 669, 670, 677, 681, 714, 723, 285.
num conveniat hydrargyri inunctio 590, ſeq.
Verbena 1860
Vermes in corpore quid cauſent 2276
Vermes è corpore quid pellat 208 217, 224, 651
Vermes in vulneribus quid enecet 364
Vermes inteſtinorum quid interficiat 185, 340, 714
Veronica 1036, 1853, aqua 1079, 2067

2062, Extractum 1094. Syrupus 1109
Verrucas quid abigat 176
Vertigo 2226. Vertigines crebræ 2321
Veſicantia quando 1583
Veſicæ calculo qui ſint obnoxii 835,839
Veſparum morſus medela 173
Veſtium maculas quid eluat 112
Veronica 2011
Victui quotidiano quid commodiſſimum 155
victus prava ratio quomodo cauſa peſtis 1378
vigiliæ an ſint cauſæ calculi 969
tempore peſtis quid cauſent 1555,1809,1658. quomodo cu- 1671
Vinacei quid præſtent 1038
Vincetoxicum 2009
Vini natura 809. Differentiæ 918, Effectus 914, ſeqq.
Spiritus 486
Vini exhibitio an conveniat in Nephritide 914, 967
Vini injurgigatio quid cauſet 2280 2382
Vina veteres condiderunt ſale 157
quomodo conſerventur 265, 340
Vinum quomodo illico in acetum poſſit converti 196
Viperinum vinum quid præſtet 1523
Viperarum caro quid præſtet 1523
Virtus in corporibus latens unde ſit 294
Virga aurea quid præſtet 1001
Viſcum quercinum 2441
Viſum quid reddat hebetem 200
Vitæ miſerabilis conditio 1166
Vitæ emendatio ad quid proſit 1440
Vitam quid conſervet 738
Vitrum combuſtum ad quid proſit 1049
Vitrioli ſulphur 365. Præparatio *ibid.* uſus 369, ſeq.
Vitr. Spiritus 972, 1097, 1588, 1595, 2454, 2091
Vitr. magiſterium 2451
Vitr. tempore peſtis 2041, 1588
Vlcerum medela 333, 340, 362, 364, 657, 668, 669, 680
Vlcerum cancroſorum cura 103, 671
Vlc. inſanabilium ſanatio 222, 342, 364, 657, 680
Vlc. antiquorum & putridorũ cura 671, 676, 677, 285, 363
Vlc. colli veſicæ cura 680, 714
Vlc. oris medela 119, 120
Vlceribus cicatricem quid inducat 119
in Vlc. carnis excreſcentiã quid conſumat 119, 177
Vlc. ſerpentina quid ſiſtat 175, 714
Vlcera facta in phtiſi an difficilia curatu 312
Vlcus an à calculo generetur 839

Digitized by Google

Vmbilicus infantis recens nati ad quid proſit 930
Vmbilicus marinus 945
Vnicornu 2021
Vnitatis ſolutio 1181
Vomitus 975, quale ſit auxilium 856, an conveniat in calculo 855
Vomitus provocatio 2408
 tempore peſtis 1676
Vomitivorum remedium præſtã-tiſſ. 738
Vrinæ indicium 825
 Vrinæ rubicundiſſimæ 796
 cruentæ vel turbidæ 832
 quibus bullæ innatant 835
 quibus Adipalis ſuperficies eſt 835
 Subtilis, quæ aliquandi durat 836
 tenues, crudæ ac lividæ 2301
 Vrinæ pueri temp. peſtis 2029
Vrinæ invita effluxio 2308
Vrinæ Sal 1086
Vulnerum cura 680, 681
 Vulnerum Sclopetorum 714
 putridam carnem quid abſumat 119
 Vulnera contuſa quid mundificet 363
 Vulnera quid à Gangræna tueatur 364
 Vulnerum ablutio 130
Vulpinus ſanguis ad quid proſit 1071

Z.

Zeduaria ad quid proſit 2006
 Zedo: Oleum 2076, Sal 2082. Extractum 2088. Balſamus 2100.

FINIS.

AO1
146096h

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D.97.

Digitized by Google